JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.



De Hoc egregio libro leg. Harlesius in Introd. et in Hist. Linguae Graecae.

original greek, with latin translation by Erasmus Schmidt. / 12 – 10 –

Americam non a Columbo ee repertam Eid, h. l. ad calcem. Sabin 62917 – "A rare edition, at the end of which is appended; "De America oratiuncula in promotione XXXV, magistrorum anno 1602 habita."

Graesse V, 294. Harwood 11, – 'a good edition'.

John Barrymore's copy.

Pindarus. *ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΠΕΡΙΟΔΟΣ* hoc est Pindari lyricorum principis plusquam sexcentis in locis emaculati, ut jam legi et intelligi possit, *Ὀλυμπιονικαι, Πυθιονικαι, Νεμεονικαι, Ἰσθμιονικαι*, illustrati versione nova fideli, Rationis metricae indicatione certa, Dispositione textus genuina, Commentario sufficiente. Cum fragmentis aliquot diligenter collectis, Indice locuplete Victorum, Autorum Rerum et Verborum, Discursu duplici; uno de Dithyrambis, altero de Insula Atlantica ultra Columnas Herculis quae America hodie dicitur. Opera Er. Schmidii Delitiani etc. Sumpt. Zach. Schureri bibl. (Witebergae) An. MDCXVI. in-4°. (3 ff. 23 pp. 331 pp. 4 ff. 395 pp. 4 ff. 267 pp.) 2 sc. 50 b. Gallarini. 6 fl. Rover. 1 l. Heber. 6 fr. Du Fay. 3 fl. 15 sh. Crevenna. 15 sh. Bohn. 8 fr. Asher.

Cette éd. est basée sur celle de Brubach, mais l'éditeur s'est servi de variantes, tirées par Gruter des mss. de la bibl. Palatine de Heidelberg, ainsi que d'anciennes éditions, aux marges desquelles Vitus Winshemius, Rittershusius et Joach. Camerarius avaient annoté leurs remarques. D'ailleurs dans ses corrections il a tenu plus de compte des lois métriques que de la critique philologique. Sa traduction latine est mauvaise et obscure. Les scolies ne s'y trouvent qu'en extraits.

graesse V, 294.

Ex Libris Theodori van de Perre
A° 1724.

29

ΠΙΝΔΑΡΟΥ
ΠΕΡΙΟΔΟΣ
hoc eſt
PINDARI LY-
RICORUM PRINCIPIS,

PLUS QUAM SEXCENTIS IN LOcis emaculati, ut jam legi & intelligi poſsit,

ὈΛΥΜΠΙΟΝΙ͂ΚΑΙ.
ΠΥΘΙΟΝΙ͂ΚΑΙ.
ΝΕΜΕΟΝΙ͂ΚΑΙ.
ἸΣΘΜΙΟΝΙ͂ΚΑΙ.

ILLUSTRATI

Verſione nova fideli.
Rationis metricæ indicatione certa.
Diſpoſitione textus genuina.
Commentario ſufficiente.

Cum

Fragmentis aliqvot diligenter collectis.
Indice locuplete, Victorum, Autorum, Rerum & Verborum.
Diſcurſu duplici; uno de Dithyrambis:
altero de Inſula Atlantica ultra Columnas Herculis, qvæ America hodiè dicitur.

OPERA
ERASMI SCHMIDII DELITIANI,
Græc: & Mathemat: Profeſſoris Publ.

[Wittenberg]

Sumptibus Zachariæ Schureri, Bibliopolæ.

ANNO MDCXVI.

Sereniſsimo Celſiſsimoq;
Principi ac Domino,

Dn. JOHANNI
GEORGIO, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM, &c: SACRI ROMANI IMPERII ARCHIMARESCHALLO ET ELECTORI, LANDGRAVIO THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI, COMITI DE MARCA ET RAVENSBURG, DOMINO IN RAVENSTEIN, &c. Domino meo Clementiſsimo,

A REGE REGUM, ET DOMINO Dominantium ſalutem & benedictionem devotiſsimè P.

SERENISSIME, CELSISSIME Q; PRINCEPS, ac Elector, Dn. Domine Clementiſs:

MErito Benigniſsimo Deo gratias agimus, qvantas animo concipere poſſumus maximas, qvòd ſub virente RUTA SAXONICA, tot tan-

taq; beneficia hiſce Terris exhibuit, hodieqve exhibet. Ut enim alia nunc taceam, per Sereniſſimos SAXONIÆ ELECTORES atqve DUCES, & ſub eorum tutela atqve patrocinio, doctrinam cœleſtem in Scriptis Prophetarum & Apoſtolorum comprehenſam, integram & incorruptam, qvantumvis variis technis τῶν ἑτεροδόξων aliqvoties impetitam, inter nos conſervavit. Atqve ut Verbi divini curſus liber eſſet, & minimè impeditus: auream ſub RUTA SAXONICA nobis conceſsit Pacem; & ſæpiſsimè bella ſpirantium conſilia ſangvinolenta diſsipavit. Floruit & floret Jus & Juſtitia, Præmiisq; afficiuntur Virtutes, pœnis ſcelera. Id præterea animi & conſilii SERENISSIMIS noſtris PRINCIPIBUS dedit, ut Eccleſiæ Reiq; publicæ Seminaria inſtituerent, Academias & Scholas ſingularibus Privilegiis atqve immunitatibus munitas & ornatas, optimisq; Legibus ordinatas, aperirent: Docentium labores honeſtis Stipendiis afficerent: Diſcentium alios in Illuſtribus Gymnaſiis victu & inſtitutione gratuitâ; alios in Academiis partim frumentariis, partim etiam pecuniariis ſubſidiis per qvam munificis ſublevarent. Magna ô DEUS hæc gratia tua, qvæq; nec ullius hominis mente concipi ſatis, neqve lingva explicari poteſt. Eqvidem ſi vel ea ſolùm, qvæ ex publico illo munificentiæ

ficentiæ Principalis fonte in me privatim dimanarunt, παχυλῶς æſtimo in Jacobeum illud erumpere cogor: *Minor ſum Domine cunctis Miſericordijs tuis*, qvas exhibuiſti ſervo tuo. Ut enim & hoc loco innumera alia prætercam, PORTÆ, qvam tuo conſilio Sereniſſimus Elector AUGUSTUS mihi aperuit, liberaliſſimè per integrum qvaſi ſexennium ſum habitus: victu amictuqve municè ſuppeditato, inſtitutione etiam nec parcâ nec vulgari fruitus. In Academia porrò non modò (qvod mihi cum alijs omnibus commune) publicâ, qvæ ibi ſpargitur doctrinâ, ſed & ſpeciali Stipendij beneficio gaviſus ſum: donec ad Græcarum Literarum, tandem etiam Mathematum Profeſſionem publicam adhiberer.

Qvo gemino in munere, qvemadmodum ſummam clementiam & favorem tuum ELECTOR SERENISSIME, ſum expertus: ità in hoc totus incubui, ut Serenisſima T. Celſitudo intelligeret, me nec tantorum beneficiorum, nec demandati officij immemorem eſſe aut negligentem. Itaq; etſi dignam gratiarum relationem nec fortuna mea patitur, nec Tua reqvirit Majeſtas: Animi tamen non ingrati ſignificationem daturus, PINDARUM hunc, in Academia Tua natum (an renatum?) publicum Principalis munificentiæ monumentum, meæq; in Græcæ L. Profeſſione fidei

atq; induſtriæ ſpecimen SERENISSIMÆ T. CELSITATI humillimè offero, conſecroq; : ſupplex DEUM benigniſſimum veneratus, ut tantum nobis Evergetam, æterno Eccleſiæ Reiq; publicæ bono ſalvum beatumq; qvàm diutiſsimè ſervet. VVitebergæ Calendis Decembris, Anno Chriſtianorum M. DC. XV.

Sereniß: Cels: ipſius

humillimus Servus

M. ERASMUS SCHMIDT.

LECTORI BENEVOLO
S. P.

PINDARUS Poeta Lyricus Thebanus qvanti faciendus ſit, ſi qvis ex ſeipſo fortè non videret: ex elogiis tamen, qvibus Viri ex antiqvioribus eruditiſsimi eum ornarunt, unicuiqve planum fieri facilè poſſet. Plato lib. 3. de leg. vocat eum σοφώτατον. Idem in Menone, θεῖον. Æſchines epiſt. 4. μέγαν. Athenæus lib. 13. μεγαλοφωνότατον. Horatius lib. 4. od. 2. *Cygno* comparat, *volatu ſublimia petenti.* Plinius lib. 2. cap. 12. *Os Pindari ſublime* prædicat. Arceſilaus apud Laertium lib. 4. dicere ſolitus fuit, *Pindarum in primis vocem implere poſſe, & ad copiam verborum plurimum valere.* Qvæ omnia qvaſi collegiſſe videtur Quintilianus lib. 10. inſtit. orat. dum inqvit: *Novem Lyricorum longè PINDARVS princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententiis, figuris; beatiſsimus Rerum Verborumq́; copia, & velut qvodam Eloqventiæ flumine.* Qvæ omnia certè Pindarum, qvantus qvidem adhuc reſtat, qvum ex pluribus ejus operibus pauca adhuc habeamus, nobis vel maximè commendare debent.

Utut autem elogiis præmiſsis omnibus, & qvotqvot apud alios exſtant, ſimilibus ad amuſsim reſpondeat: Tamen qvod Autoribus aliis, optimis etiam qvibusqve contigit; hoc Pindarus etiam expertus fuit, Textus nimirum depravationem horrendam, qvæ tanta eſt, ut multis in locis Pindarus, qvivis alius qvàm Pindarus videri qveat. Ex infinitis ferè hæc pauca & generaliùs recitata qvisqve Cordatus expendat. Nolo urgere σφάλματα γραφικά, qvæ Transſcribentes per incuriam reliqverunt, & qvisqve facilè videt. Sed ea tantùm producam, qvæ pro vero Textu ὀρθογραφικῶς, προσῳδικῶς, ἐτυμολογικῶς & συντακτικῶς ab Interpretibus acceptata, & Scholiis nonnun-

qvam in ſpeciem ſplendidis illuſtrata fuerunt; ſi mòdò *Illuſtrare* hoc, & non potius *clariſſimo Poeta tenebras inducere* dici debet.

Injuria igitur Textui illata fuit *I. Omiſſione*, verbi gratia qvando ἕταροι, πατρώα, δένδρον, τρίτον, ξένος, ἐς &c. pro ἑταῖροι, πατρωΐα, δένδρεον, τρίτατον, ξεῖνος, εἰς, &c. ſæpiſsimè ſcriptum fuit; ut de Augmento Verborum omiſſo jam nihil dicam. Qvo qvidem σφαλμάτων genere non tàm ſignificationi vocum aut Rebus vitium illatum fuit, qvâm Proſodiæ, ſive rationem Toni ſive rationem Temporis, ſive Pedum menſurationem ſpectes.

II. *Inſertione*, ut φεῦγον, pro φύγον: τρίτατος pro τρίτος: πάρεσι, pro πάρεσι, βρότος, pro βροτός: διαίτας, pro δαῖτας: τοιοῦτος, pro τοῖος: αὐτάρ, pro ἀτάρ: ἀρχαίαν, pro ἀρχάν; ξεῖνος, pro ξένος, &c.

III. διπλασιασμῷ *ubi non reqviritur*, ut ſæpè.

IV. μεταθέσει, ut καρδία, pro κραδία.

V. *Toni mutatione*, ut aliqvoties.

VI. *Enclitica ponendo ubi nulla erant, ut* περ, pro περὶ: *& contrà.* νῦν non encliticum, pro νυν enclitico.

VII. *Verſuum mutilatione, aut monſtroſa auctione.* Paſsim.

VIII. *Scholii pro Textu arreptione*, ut qvando pro πένης reponitur πενιχρός: pro Διός, Ζηνός: & pro Ζηνός, Διός: pro ἰοβόστρυχος, ἰοπλόκαμος, &c.

IX. Τοῦ ν ἐφελκυστικοῦ *præter neceſſitatem additione*. ſæpiſſimè.

X. *Proprii pro Appellativo acceptione*. ut Μέροπες, *homines*: qvum ſint Μέροπες, *incolæ inſulæ Coæ, dicti Meropes*.

XI. *Diviſione conjungendorum. ut*, ἐπ' ἀοιδαῖς, *in carminibus*, pro ἐπαοιδαῖς, *incantationibus*.

XII. *Compoſitione diſiungendorum.* ut, ἀποινώσας, *ultus*, pro ἀπ' Οἰνώνας, *ab Oenona*, ubi & pro ν perperam τὸ σ arreptum fuit.

XIII. τῶν ὑπερβατῶν *non vera ordinatione*. Paſsim.

XIV. *Vocum tranſpoſitione*. Aliqvoties.

XV. *Vocum ſuperfluitate.* ut non raró.

Qvòd ſi qvis hæc hactenus commemorata, parum Textui injuriæ inferre ideò contendat, qvoniam ſignificationem vocis NON SEMPER (*R. at ſæpè tamen*) mutant: Næ is iniqvus Poetarum Cenſor jure dicetur; apud qvos ita retinenda eſt ſignificatio,

gnificatio, ut ſimul & Tonorum & Temporum, & Pedum, & Verſuum ratio habeatur. In qvibus ſi qvid reperitur diſſonum, meritò σφάλματος ſuſpicionem ſuſtinet. Nonne σφάλματος ſuſpicio vel Tyroni oboriretur? ſi legeret:

Arma Virumq; dico, Trojanis qvi primus à terris
Italiam fato profugus Latinasq; acceſſit
Oras —————— tametſi ſenſus à vero nihil diſcreparet. An non, *dico*, *Trojanis*, *à terris*, *Latinasq; oras*, *acceſſit*, voces à Poeta hoc in loco non uſurpatæ, ſed perperam ſuppoſitæ pronunciari poſſent ac deberent; adeoq; pro Textus reſtitutione laborandum eſſet?

Et tametſi aliqvis ita patiens, ne dicam negligens eſſe poſſet, ut ejuſmodi σφάλματα ferenda ſibi perſvaderet: qvid ad alias depravationes reſpondebit longè nocentiores, & ne patientiſsimo qvidem tolerandas? ut *qvum*

XVI. *Diſtinctiones ſunt inſigniter vitiatæ*, qvas ſententiæ corruptionem, ſæpè etiam deſtructionem neceſſariò ſeqvi nemo diffitebitur. Cujus rei exempla in Pindaro occurrunt non pauca.

XVII. *Interrogatio facta, ubi nulla eſſe debet, aut contrà.*

XVIII. *Quum Verbum pro Participio fuit repoſitum*, ut: ἔχει, pro ἔχων: ἴδῃ, pro ἰδών: παρέχει, pro παρεχείς. *aut contra.* ut λειφθείς pro λεῖφθε. *aut Modus pro Modo.* ut μάρναθαι, pro μάρνασαι: ὀπάσαι, pro ὄπασε: γεραίρει, pro γέραιρε, &c.

XIX. *Quando integræ voces, non unæ ſed plures, alicubi ſunt omiſſæ & amiſſæ*; qvarum defectus, ſententiæ omninô noxius eſt. Qvod non ſemel factum.

XX. *Quum Interpretes phraſes non rectè intellexerunt*, & proinde neceſſariò ſententiam Poetæ perverterunt. ut qvum μομφὰς ἔχει, reddiderunt, *reprehenſiones habet vel ſuſtinet, id eſt, reprehenditur*: qvum ex natura phraſeos ſit, *reprehenſionns exhibet vel facit*: ſicut τιμὴν ἔχειν, non eſt *honorem ſuſtinere*, ſed *honorem exhibere.*

Et qvis recenſeret omnes Modos corruptionum? Saltem ex ſexcentis pauca hæc exempla adhuc adduco. Qvid facies? ubi legas, γεραίρων *honorans*, pro γέρων *ſenex*: ἄρχομαι *incipio*, pro

ἔρχομαι, *venio* : τέκνον, *filium*, pro τέκτνα, *artificem vel effectorem*: ᾄδον *cecini*, pro ἅδον, *placui*. Θεός *Deus*, pro τὶς *aliqvis*. τό σφε *qvod illi duo*, pro τόσα *tanta*. ἔρανος *convivium*, pro ἔρα *terra*. φαίνω *oſtendo*, pro χαίνω *hio*. Verba *in* ίζω, pro verbis *in* έω. εὐφημοσυνη *bona fama*, pro ἐφημοσυνη *mandatum* : ἄδικος *injuſtus*, pro ἀδινός *creber*. προσέρχομαι *accedo*, pro προσέχομαι *attendo*. ἀγγέλων *nunciorum*, pro ἀγγέλων *nuncians*. οὔποτε *nunqvam*, pro οὔπω *nondum*. λύω *ſolvo*, pro συλάω *ſpolio*. ἡσυχία *tranqvillitas*, pro ἥσυχα *tranqvilla*. ἄνθεα *flores*, pro ἄυθι *rurſum*. οἱ *ipſi vel ſibi*, pro οἱ *Articulo præpoſitivo*, ὅς *qvi*, pro ἐς *in*. ἔμπεσε *incidit*, pro ἔνδειξε *oſtendit*. μίμνειν *manere*, pro μὲ νῦν *me nunc*. ἀνέλπιστον *inſperatum*, pro ἄλπνιστον *ſvaviſſimum*, &c. Plura jam non addo. Sed ad Sexcenta alia, *NOVA*, hæc qvæ jam prodit, *PINDARI EDITIO* indicabit.

Tot autem & tanta errata qvum in Pindarum irrepſerint; an non obſcurum fieri neceſſe fuit? ſed præter omnem ſuam culpam. Hinc tot de obſcuritate qverelæ; hinc tot Interpretum nugæ; hinc tot eorundem diſſenſiones; hinc deniqve factum fuit, ut elegantiſsimus Poeta neglectus jacuerit, Docentibus æqvè ac Diſcentibus tantum non βδέλυγμα.

Sed nunc, Deo ſit laus, cuius gratiæ accepta referenda ſunt, ſi qva præſtita ſunt, ſublatis iſtis mendis plusqvam ſexcentis, ſi leges, Amice Lector, *Pindarum, ex Muſeo meo jam prodeuntem*; deponam tecum (abſit tamen jactantia) qvicqvid libuerit, & pro lucro illud habebis, ſi non conſcientia tua fateri te cogat, Te jam Pindarum non legere ſolum, ſed & intelligere, adeoqve obſcuritatem, qvam qvidem nonnulli ſibi ipſis finxerunt, videre nullam: Imò te etiam, ſi debitam diligentiam adhibeas, & aliàs Muſas vel mediocriter propitias habeas, pro tuo genio IMITARI EUM POSSE, qvod *invidus Horatius*, ut Lectores ab elegantiſsimo Poeta deterreret, ne furta ſua fortè deprehenderent, hyperbolicè negavit.

In unoqvoqve autem qvatuor τμημάτων operis Pindarici, Originem, Occaſionem, Autorem, Inſtauratorem, Qvalitatem, Certamina, Præmium, &c. Ludorum indico. Olympiorum etiam & Pythiorum Chronologicam ſeriem præmitto, qvam in Nemeis

Nemeis & Iſthmiis concinnare impoſſibile mihi video; qvum non ita pro Characteribus temporum & rerum geſtarum fuerint habita, ut duo illa priora. In εἴδει autem qvolibet, primò Textum correctum & Latinè redditum recenſeo: inde Diſpoſitionis σύνοψιν pono: Huic Metricam rationem ſubjungo; cujus neglectus plerisqve, penè dixerim omnibus, qvos qvidem videre mihi contigit, Interpretibus hactenus gravisſimos errores aut peperit, aut ſaltem qvo minus de ijs ſuſpicarentur, impedimento fuit: aut deniqve ſi fortè ſuſpicati aliqvid fuerunt, tolerari id fecit. Deniqve Textus ἐξήγησιν, collationem, & correctionem ſubjicio: uti hæc omnia Legentibus patebunt. In iſta ἐξηγήσει non tantùm ea qvæ majoris momenti ſunt: ſed etiam minora pertractavi. Neqve enim Doctis mea emitto, ſed Diſcentibus; & Pindarum tàm in minimis, qvàm in maximis intelligere QVEMVIS cupio.

Qvia verò in toto hoc negocio, & Pindaricarum vocum πολυσημία, & diverſorum locorum collatione opus mihi futurum ominari potui: idcircò ut & illam promptiùs indagare, & hanc faciliùs inſtituere poſſem; aliqvot Hyemes, & maxima parte lucubrationes impendi, qvibus ΠΙΝΔΑΡΟΤΑΜΕΪΟΝ conſtruxi, hoc eſt, ejusmodi librum conſcripſi, qvi tanqvam promptuarium qvoddam, ordine alphabetico omnes voces Pindaro uſurpatas exhibet; eorumq; numerum, *qvoties*; & locum, *ubi* exſtent, uno intuitu oſtendit. Qvi labor qvantam nauſeam moleſtiamq; pariat; qvantam aſsiduitatem, conſtantiam & patientiam reqvirat; qvotq; digerendi, concinnandi ac tranſcribendi vices reiteratas poſtulet; norunt illi, qvi in ſimili genere aliqvid laborarunt. Neqve uſus fui alienis oculis & manibus, qvibus alios in ſimili labore gaudere intelligo; ſed ipſe omnia elaborare neceſſe habui. At vicit tamen & hîc Poſteris inſerviendi ſtudium, & Poëtam innocentisſimum à tot monſtris depravationum liberandi ardor. Si qvis ad exemplum ſimilium, *Concordantias Pindaricas* appellare voluerit; ego non admodum refragabor. Sed mallem tamen ΠΙΝΔΑΡΟΤΑΜΕΙΟΥ nomen retineri. Specimen ejus his paucis accipe.

	A.
	§ AB.
	ἈΒΆΠΤΙΣΤΟΣ, ὁ ἡ.
	Immerſabilis.
	Pyth.
ϐ.δ.13.	ἀβάπτιστός εἰμι, φελλὸς ὥς.
	ἌΒΑΣ. ὁ.
	Abas.
	Pyth.
η.G.1.	Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.
	ἌΒΑΤΟΣ. ὁ. & ὁ. ἡ.
	Inacceſſus, Invius.
	Olymp.
γ.G.8	σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις.
	Nem.
γ.A.7	ἀβάτων ἅλα κιόνων ὕπερ ἡρ:
	ἈΒΛΑΒΗΣ. ὁ. ἡ.
	Incolumis.
	Olymp.
ιγ. ϐ.	λαὸν ἀβλαβῆ νέμων.
4.	Pyth.
η.g.9.	λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ.
	ἈΒΟΑΤΊ.
	Sine tumultu. Sine pugna.
	Nem.
η.a.6.	ἀβοατὶ γὰρ ἡρώων ἄωτοι.
	ἈΒΟΥΛΊΑ. ἡ.
	Temeritas.

	Olymp.
ι.B.7.	κἀκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος.
	ἉΒΡΌΣ. ὁ.
	Mollis. Tener. Recẽs. Pulcher.
	Olymp.
ε.a.17.	κῦδος ἁβρὸν ἀνέθηκε.
ϛ.g.9.	βεβρεγμένος ἁβρὸν σῶμα.
	Pyth.
γ.E.5.	εἰ δέ μοι πλοῦτον Θεὸς ἁβρόν
	Nem.
ε.b.4.	ὥς τέ νιν ἁβρὰ Κρηθηΐς.
ζ.b.4	ὧν ἁβρὸν αὔξει λόγον
	Iſthm.
α.G.8	ἄρηται κῦδος ἁβρόν.
η.ζ.13.	ἁβρὸν πλεκέτω στέφανον.
	ἉΒΡΌΤΑΣ. ἡ
	Teneritas.
	Pyth.
η.E.2.	ἁβρότατος ἐπὶ μεγάλας.
ια.γ.3	ἔσυλε δίμους ἁβρότατος.
	§ ΑΓ.
	ἈΓΑΖΟΜΑΙ.
	Admiror. Suſpicio. Veneror.
	Pyth.
δ.ια.	δυνάσιν Αἰήτας ἀγασθείς.
14.	Nem.
ια.a.1.	λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν Θεῶν.
	&c.

Litera marginalis prima (ſive unica ſive duæ,) notat εἶδος: Secunda Græca, στροφήν: Latina minor ἀντιστροφήν: Latina vel Græca major, Epodum. Numerus deniqve tertio loco poſitus, Verſum ſeu κῶλον. Id qvod & in toto Commentario obſervandum erit, hoc modo. *Vide* A. *pag. ſeq:*

Ulteriùs nullum εἶδος hujus Operis extenditur. Sub στροφῶν autem Characteribus, etiam ὀγδοάδας, δυωδεκάδας, & διαιρέσεις comprehendo.

Hoc autem ΠΙΝΔΑΡΟΤΑΜΕΙ͂ΟΝ, utrum peculiari volumine eden-

A.

	στροφή.	ἀντιστροφή.	ἐπῳδός.
1.	α	a	A
2.	ϐ	b	B
3.	γ	g	G
4.	δ	d	D
5.	ε	e	E
6.	ς	ſ	S
7.	ζ	z	Z
8.	η	h	H
9.	θ	th	Θ
10.	ι	i	I
11.	ια	ia	IA
12.	ιϐ	ib	IB
13.	ιγ.	ig.	IG.

edendum; an privato meo uſu mihi retinendum; mecum adhuc delibero.

Poſtremò, ſine offenſa Gratiarum, qvas jam q. in Concilio qvodam hac ipſa de cauſa conſediſſe video, ſilentio non poſſum præterire Virorum aliqvot Doctiſsimorum & Clariſsimorum, lucubrationes haſce meas juvandi inſigne ſtudium, qvod partim re-ipſa & opere, partim conſilio probarunt. Inter qvos meritò Te Clariſsime & puritatis Literarũ vindex acerrime JANE GRUTERE, primo loco habeo, qvandoqvidem poſt meum *Pindari edendi Specimen Anno 1611. emiſſum*, qvamvis parum politum, Tua autoritate, qva in aula Electorali Palatina vales, id effeciſti, ut Illuſtriſsimus & Celſiſsimus Palatinatus tum temporis ProElector, ex Electorali Bibliotheca Heidelbergenſi inſtructiſsima, *tres Codices MS.* clemétiſsimè ad integrum annum mihi utédos concefſerit. Qvo nomine cùm Illuſtriſsimæ ipſius Celſitati humillimas; tùm Tibi amiciſſimas ago gratias. Sed nec Tuam *Gotthardе Vogeline* tacere poſſum aut debeo προθυμίαν, qvi ut Codices illos impetrarem, pro me Tibi ignoto, ad ſolam *Beati noſtri Taubmani* commendationem, fidem tuam interpoſuiſti, & tuo periculo de reſtitutione Codicum illorum caviſti. Et ſanè adeò curæ illi mihi fuerunt, ut, qvũ *anno 1612. d. 8. Aug.* propter Peſté qvæ ædes meas ſubitò invaſerat, urbe

urbe domoq; exire neceſſe haberem, in feſtinatione illa, præter Sacra Biblia & Precationum ἐγχειρίδιον, *ſolos hos tres Codices* mecum exportandos judicarim. Uſqve adeò nolui committere, ne vel Taubmani commendatio irrita fieret, vel fides tua pro me interpoſita falleretur; pro qva gratias Tibi ago immortales.

Ne autem, Lector Benevole, etiam hoc ignores, tres illos Palatinos Codices ita in Commentario brevitatis cauſa allego, *Pal. A. Pal. B. Pal. C.* ut notetur Primus, Secundus, Tertius.

Per *Pal. A.* qvem meo arbitratu cenſui Primum, intelligo illum, qvi in membranis ſcriptus à tergo numerum habebat 190.

Per *Pal. B.* qvem puto Secundum, intelligo eum qvi in Chartis ſcriptus, à tergo numerum habebat 128.

Per *Pal. C.* qvi mihi habebatur Tertius, intelligo eum qvi & ipſe in Chartis ſcriptus, in poſtica parte habebat numerum 40.

Etſi autem nullus horum Codicum integer fuit, qvandoqvidem *Pal. A.* ſola Olympia; *Pal. B.* ſimiliter ſola Olympia; *Pal. C.* verò Olympia & Pythia tantùm continebat: plurimum tamen mihi profuerunt, & conjecturas meas in multis confirmarunt, in nonnullis correxerunt, in aliqvibus direxerunt. Utinam verò & Nemeorum atqve Iſthmiorum exemplum idoneum nanciſci poſſem. Qva in re ſi qvis Virorum Doctorum, & felicitate Bibliothecæ inſtructæ utentium, adhuc me juvare poteſt; majorem in modum oro, ut propter publicum bonum, etiam deinceps me juvet.

Secundo Te loco meritò repono, politiſsime CONRADE RITTERSHUSIE (Tuos enim beatos manes alloqvor) qvi tuum propenſum labores meos juvandi ſtudium, non tantùm prolixa & humanitatis plena epiſtola declaraſti: ſed & rem præſtitiſti, miſſo ad me ultrò exemplari tuo proprio Aldinæ editionis, qvæ tum temporis deſiderata diu mihi fuerat. Ac licet σφάλμασιν editio illa laborat pluſculis: multa tamen loca, ejus beneficio reſtitui potuerunt; præſertim qvum tuæ eruditiſsimæ notæ marginales, qvarum non paucas ex magni illius Germaniæ luminis, JOACHIMI CAMERARII τοῦ ἐν ἁγίοις, exemplari transſcriptas indicas, plurima correxerint, nec pauca illuſtrarint. Qvod exemplum utinam Tibi ipſi reſtituere potuiſſem. Verùm accidit id, qvod præſaga mente in epiſtola tua ſcripſeras: *Hunc librum, ubi ſatis fueris uſus, jubebis ad me redire: vel ſi qvid mihi humanitus intereà acciderit, ad filium meum Georgium. Eſt enim mihi*

liber

liber unus ex cariſſimis. Itaqve tuis Hæredibus reſtitui curavi,qvibus tuo loco gratias ago amiciſsimas. Utinam verò etiam conſilia tua exſeqvi, & ad magnos illos viros,Reverendos, Illuſtres & Magnificos,qvos epiſtola tua mihi nominat, aditum invenire potuiſſem. Verùm neqve audere, planè illis ignotus potui; neqve tentare,ob locorum intervalla nimium remotus. Nec etiam in hunc uſqve diem, occaſio,qvam avidè arripere vellem, ſeſe oſtendit ulla.

Sed ad alios εὐεργέτας meos tranſeo, ex qvibus nunc Clariſſ. Dn. *Davidem Hæſchelium*, Græcarum literarum ſingularem Patronum prædico, qvi qvum in Auguſtana Bibliotheca non niſi fragmenta qvædam calamo exarata, & ea qvidem perpauca inveniſſet; prudenter ambages evitavit, & ne propter tantillum cautione mihi opus eſſet, aut in mittendo & remittendo periculum metuendum; Ipſe ſua manu diligentiſsimè connotavit,ubi Fragmenta illa ab editione Pauli Stephani diſcrepant, & connotata illa ad me miſit. Pro qvo ſtudio & labore, ſimiliter Ei gratias ago immortales.

Nec minores ago Nobiliſsimo *Dn. Danieli Heinſio*, lumini Bataviæ clariſsimo, qvi labores hoſce meos non modò non magnopere probavit, & ut editionem qvamprimùm maturarem inſtigavit, ſed etiam de ſuo proprio exemplari Aldino tranſmittendo ſpem fecit. Qva in re qvum Dn. Ritterhuſius jamdudum eum præveniſſet,nolui temere librum mitti & remitti. Interim pro re, voluntas illa promptiſsima mihi ſatis eſt.

Minimè hîc præterire poſſum Virum omnigena eruditione celeberrimum,meum olim in Electorali Schola Portenſi Præceptorem ut ſolertiſsimum, ita chariſsimum, *Sethum Calviſium*, qvi in ijs qvæ ad Temporum rationem pertinent, promptiſſimè mihi præſtò fuit, ſicut ſuo qvolibet loco Commentarij,grato animo prædicatur: qvod hîc in Concilio Gratiarum repetitum volo.

At qvò Nobiliſsimum & Magnificum virum *Thomam Franzium*, b. m. Friſiæ Orientalis Cancellarium,Mæcenatem & Amicum meum antiqvum reponam? qvi ultrò qvatuor diverſarum editionum Codices Pindaricos vetuſtos, notis & manu Proſoceri ſui *Viti Winshemij*, Græcarum literarum olim hîc Profeſſoris celeberrimi,illuſtratos mihi commodato miſit,& hac qvoqve ratione meos labores adjuvit. Faveant ipſius manibus Gratiæ primæ, mediæ,ultimæ.

Sed eædem omninò Gratiæ rectiſſimè debentur etiam Viro Nobiliſſimo & Magnifico, *Dn. Martino Aichmanno*, Sereniſsimi Saxoniæ Electoris Conſiliario, Dn. & Patrono meo magno, qvi non tantùm ex Electorali Bibliotheca Dreſdenſi, ſed & ex Tubingenſi publica, & Beati *Cruſij* privata, adjumenta mihi magno ſtudio perqviſivit, tametſi Fortuna ſpei non reſpondit. Studium tamen illud indefeſſum mihi pro re eſt.

Nec omittendus mihi eſt Vir Nobiliſs: & Magnificus *Dn. Tobias Scultetus*, Sacræ Cæſ. Majeſt: Conſiliarius &c. meus olim in Electorali Schola Portenſi condiſcipulus, diligentiæ & eruditionis nomine cum paucis conferendus. Ut nec Vir Reverendus *Dn. Chriſtophorus Helvicus* Gieſſenſis Profeſſor: qvorum uterqve bonis & ſalutaribus Conſilijs me fideliter inſtruxit, pro qvibus dignas illis habeo agoq; gratias.

Sed & Viro Clariſsimo Dn. *Georgio Crucigero*, Marpurgenſi Profeſſori ſolertiſsimo, Amico jam à multis annis ſingulari, gratias meritiſsimas ago, qvi non tantùm Marpurgi, Caſſellis, & alibi paſſim de MS Pindaricis anxiè, licet Fortuna nō favente, inqviſivit, verùm etiam ut liqveret, non defuiſſe ipſi unqvam animum communia hæc ſtudia juvandi; miſit ad me vetuſtiſsimum Exemplar Romæ impreſſum, Avi ſui *D. Caſparis Crucigeri* Senioris p. m. Qva editione etſi jam antea gaviſus fui: perplacet tamen eximia cauſam præſentem promovendi προθυμία gratiſsimo animo deprædicanda.

Tuis qvoqve *Johannes Caſeli* beatis Manibus gratias qvas debeo, ago, qvi etſi Senio tuo νοσηρῷ prohibitus, nihil vel conſilij vel rei ad hoc opus conferre valuiſti, aut voluiſti: approbatione tamen, & adhortatione tua plurimum me animaſti, qvum judicium tuum de Græcis tanti æſtimem qvanti paucorum aliorum.

Deniqve univerſis & ſingulis gratias ago, qvibuscum nonnunqvam de nonnullis vocibus aut phraſibus contuli, ſive Collegæ ſint, ex qvibus Te præſertim Beate *Taubmanne* celebro, ſive etiam Auditores & Diſcipuli. Nam & ex his aliqvi ejus judicij fuerunt, ut cum illis conferre non erubuerim.

Spero ita in amabiliſsimarum Dearum τῶν χαρίτων Concilio utcunqve me ſtetiſſe. Si verba non videbuntur ſufficere, Animus ſpectetur. Fortè ſuo tempore ſuæ cuiqve mactabuntur gratiæ privatim.

Præfi-

Præfixi etiam Pythijs, Nemeis, & Iſthmijs, Præfationes doctas Peuceri & Geminij, qvæ ad Autoris commendationem multum faciunt, una cùm προγράμμασι λυρικοῖς, qvibus ad ſingula τμήματα Auditores ppro more invitavi. De qvibus omnibus tuo judicio uteris.

Poſtremò qvos paſsim allegavi, *Dn. Philippum, Aretium, Lonicerum, Portum, &c.* illis nullam labem ullibi aſperſam volo. Indico citra omnem contumeliam candidè, qvæ probentur, qvæ non probentur. Qvod nemo mihi vitio vertet.

DEUM oro, ut pacem & Halcyonia nobis benignè concedat, qvò & Verbum ejus divinum, & Artes Lingvæq; neceſſariæ ad poſteros cum magno fructu propagari poſsint.

Tuum autem, Bone Lector, erit, ſicubi fortè erratum, benevolè ignoſcere: & me in tam vaſto Pelagò nonnunqvam ad cæcas cautes & ſaxa latentia impegiſſe, vel in Syrtibus arenoſis alicubi hæſiſſe, minimè mirari. B. V.

EPISTOLA CUNR. RITTERSHUSII, JCti & Philologi Celeberrimi.

EQvidem te, Eraſme, pro viro docto & præclaro Græcarum literarum aſſertore ac vindice jam pridem habere cœpi, & gratulatus ſum non ſolùm Saxoniæ, ſed etiam Germaniæ Univerſæ, qvòd Te talem nacta ſit, qvi eam lingvam, qva ſapientia humana propemodum omnis continetur, & ſine qva manca eſt eruditio, & ipſa adeò lingva Latina, feliciter in Academ. celeberrima propagares. At verò Te in genuino Dircæi illius Cygni cantu percipiendo dignoſcendoq; tàm eſſe felicem, fateor me ne ſuſpicari qvidem potuiſſe, donec publicè fidem faceres nobis edito inſigni ſpecimine novæ editionis Pindaricæ, qvod nudiustertius unà cum literis tuis accepi. Qvid qværis? Ego ſic cenſeo, ſalvo aliorum judicio, & citra cujusqvam injuriam: Germaniam noſtram hodie vix unum & alterum habere, ex illis qvidem qvi mihi innotuerunt, à qvo ea præſtari poſsint, qvæ Te poſſe, illo δείγματι declaraſti. Itaq; magno me deſiderio accendiſti videndi illum diem, qvo tàm luculentũ opus in publico apparebit. Fui enim ab ineunte ætate, ut primùm illas colere cœpi literas, Pindari

per

perqvam ſtudioſus, qvem ſanè & ſine doctoris viva voce utcunq́ intelligere cœpi, adjutus tantùm Latina interpretatione Phil. Melanchthonis, *qvi in eadem Cathedra, qvam* tu, *qvam* Siberus, *qvam* Taubmanus, alijq; *jam feliciter inſiſtitis, auctorem illum auditorio expoſuit: adjutus deinde nonnihil &* Neandri ariſtologia Pindarica, *&* Henrici Stephani editione, *&* Franciſci Porti Cretenſis Commentarijs *ab Æmylio filio poſt patris obitum publicatis. Audivi aliqvando ex familiaribus ſtudioſis, Clariſſ. V.* Joannem Caſelium *(at qvalem qvantumq́ virum!) cum Roſtochij etiam eſſet, easq́ oras luce ſapientis eloqventiæ & eloqventis ſapientiæ illuſtraret, ſolitum in privatis congreſſibus eundem Pindarum Collegis qvoq́ nonnullis, inter qvos erant* D. Henricus Brucæus, & Nathan Chytræus, *alter Medicus & Aſtronomus, alter Poëta, uterq́ Philologus ac Philoſophus excellens, his ergo tantis viris Caſelium ſolere familiariter eum interpretari atq́ commentari. O felicem adoleſcentiam meā, ſi mihi ejus docentis voce frui cōtigiſſet, qva nonnullis civium & ferè æqvalium meorum informari & erudiri datum fuit, ut* Martino Baremio: Auctori Huſteto, alijs! *Paulò plus fortaſſe in illis præfeciſſem literis, qvas adamavi qvidem jam olim, ſed in alijs magis ſuſpicio, qvàm in me deprehendo. Etſi igitur magno me honore honeſtiorem abs te factum ſentio, dum ad clariſsimos illos literarum antiſtites ac vindices,* Gruteros, Heynſios, atq; Hœſchelios, *meum nomen adjunxiſti, qvo nomine tibi qvoq́ non parum debeo, neq́ exiguas habeo & ago gratias, qvi de me tàm præclaram habeas opinionem, tamen dicam qvod ſentio, Rectiùs te facturum fuiſſe, ſi pro me Clariſsimum illum mihiq́ amicisſimum ſenem, vobisq́ multò viciniorem, epiſtola tuæ nominatim præſcripſiſſes, eumq́ compellaſſes. Addam & alterum, qvi ab exceſſu* Illuſtriſsimi Scaligeri *jam bonarum literarum unicus ferè princeps meritiſſimo ſuo audit,* Iſaacum Caſaubonum. *Is enim qvantus ſit vir, & qvàm profundè doctus, non potes ignorare, ſi modò viaiſti, (ut vidiſti) qvæ in* Theocritum, *qvæ in* Diog. Laert:, *qvæ in* Strabonem, *qvæ in* Athenæum, *qvæ in* Dionem Chryſoſtomum, *qvæ in* N. Teſtamenti libros, *qvæ in* non neminem ſanctorum Patrum Eccleſiæ Græcæ, *qvæ* in alios *commentatus eſt, ea doctrinæ copia & ubertate, ut vel doctiſsimum qvemq́ ſubinde doceat. Omitto, qvæ* ad Suetonium *poſt* Lævin: Torrentium *aliosq́, &* ad Hiſtoriæ auguſtæ ſcriptores cæteros, καὶ τοὺς ἐχομένους, *ut vos Græci appellatis, divinitus annotavit. In* Polybiano *autem* Commentario, *qvem omnis eruditorum natio avidiſsimè expectat, ſemetipſum procul dubio ſuperabit, qvi jam pridem in alijs operibus poſt ſe alios ferè omnes reliqvit. Sed neq́ jam*

hoc

hoc agimus, ut Virum omni laude circumfluentem, & noſtro calamo præconioq́ longè majorem, laudemus; & Commentario illi Polybiano moram moleſtiſſimam omnibus bonis & doctis attulit tùm nefaria & inopinata nex Regi Chriſtianiſsimo, patrono ipſius oblata, tùm Viri in Britanniam transfretatio, unde his diebus ad me ſcripſit, valdè ſe rerum ſuarum etiam incertum eſſe, qvòd nec dum è Galliis ſuos libros acceperit, & à Regina matre ægrè miſſionem impetrare poſſit. Vt redeam ad Pindarum tuum, à qvo nonnihil aberraſſe videtur epiſtola, in eo qvàm felix, ut in cæteris, qvæ attigerit, omnibus ſit induſtria Caſauboniana, credo te jam olim æſtimare potuiſſe ex pauculis emendationibus, qvas ſoceri ſui Clariſſ. Henr. Stephani editioni ſubjecit. Cum autem non dubitem, qvin plurima poſterioribus temporibus conſimilia vel etiam meliora editis in eodem auctore tuo obſervarit, præſertim qvi & Pariſiis eum ſit interpretatus aliqvot familiaribus ſuis (ita certè mihi relatum eſt) ſi me audies, omninò me auctore ad eum non minùs qvàm ad Caſelium ſcribes de toto conſilio & inſtituto tuo, & petes, opem tibi ab ipſo, qvi unus omnium max. poſſit, afferri. Spondeo ego tibi, non te fruſtra hoc facturum, & gratias, ſcio, ages mihi qvi facti ſvaſor tibi extiterim. Addam & tertium, Dn. Antonium Velſerum, Reverendæ dignitatis virum, qvi & ipſe tantus eſt in iſtis literis, ut cum eo perpaucos de gente noſtra poſſimus comparare. Homerum certè, de qvo multa noſti Pindarum mutuatum, eiusq́ doctiſſ. Interpretem Euſtathium, ad ungvem callet. Qvare & hujus fores non fruſtra, αἰτίζων ἀκόλους, ἵνα καὶ ὁμηρικῶς τι φθέγξω, pulſabis. Nihil enim concedit humanitatis laude fratri ſuo Illuſtri Dn. Marco Velſero, IIVirο Auguſtano, Amico & Εὐεργέτῃ meo magno: Uterq́ verò impensè favet D. Hoeſchelio, ejusq́ ſtudia publicè utiliſſima plurimum adjuvat, qvod & Magnificus vir Joan. Georgius Hervvortus ab Hohenburg, Cancellarius Bavaricus, ſtrenuiſſ. fecit. Ad tales patronos cum reſpicio, nondum de retinendis in Germania Græcis & aliis bonis literis ſpem omnem abjicio, nec univerſalem ἀμουσίαν ac barbariam metuo, tametſi nimis multi huic fores & atria ipſa pandere videntur, etiam inter eos qvi tractant literas. Sed cum aliena odioſaq́ ſunt iſta, tum ego jam nimis prolixus ſum, & alteram paginam ac manū jam pridem implere cœpit hæc epiſtola: qvam exordiens, tantùm duo habebam in animo ad te perſcribere: Vnum, fuiſſe mihi qvidem pergratam & honorificam tuam publicam compellationem epiſtolicam, tametſi pro meo rectiùs ſubſtituiſſes aliorum nomina me longè doctiorum & dignitate

præſtantiorum: Alterum, favere me inſtituto tuo pulcherrimo laudatiſsimoq́ꝫ, & cupere qvidem ad id multum, poſſe verò parum conferre opis aut ſubſidii. Nam qvod tu putabas, tales delicias MSC. Codicum, maximè Græcorum, in bibliotheca N. extare, longè falleris, & fruſtra es. Monachi enim, illorum, qvi apud nos ſunt, MS C. librorum ſcriptores, Latinos tantùm qvoſdam auctores attigerunt, ϗ τȣ́τȣς κακῶς: Græcos, qvæ erat temporum miſeria, non magis intelligebant, qvàm Accurſius noſter: *qvi qvoties aliqva Græca vocabula in legibus Pandectarum aut Codicis occurrebant, aut negabat legi poſſe, aut mirificè ſomnians nugabatur: cujusmodi illud eſt ſomnium qvod ſomniavit* ad l. 7. omnes dies. C. de feriis: Epiphaniarum, ab epi qvod eſt ſupra, & phanos, qvod eſt ſonus: qvia ſonum deſuper acceperunt Magi, ut per aliam viam redirent: vel à phanos, qvod eſt apparere, qvia deſuper eis apparuit ſtella ſupra ubi erat puer. Inde dicitur epiphania, id eſt, ſuperapparitio. *Pro MS. C. igitur Cod. (qvem fortaſſe tibi ſuppeditabit aut Heidelberg. Palat. Bibliotheca Elect., curante* Cl. Grutero, *aut Auguſtana, aut Monacenſis, eliciente* D. Hoeſchelio,) *accipe* meum exemplar Aldinum, *qvod paſsim ut vides conſcribillavi, nonnullis etiam inibi annotatis* ex Codice Camerarii illius Magni, *qvem aliqvādo filius* ὁμώνυμος, ὃν νῦν ἐν μακαρίοις, *mihi utendum dabat.* Hunc librum, ubi ſatis fueris uſus, jubebis ad me redire, vel ſi qvid mihi humanitus interea acciderit, ad filium meum Georgium. Eſt enim mihi liber unus ex cariſsimis, *& multis quidem nominibus. Vtinam enim aliqvid inde ad te redeat utilitatis! qvod vix tamen ſperare licet, cum tibi omnia præviſa eſſe putem. Jucunda tamen vel ſic erit collatio. Vale, & ſtrenuè rem gere. Salvere jube verbis meis Doctiſsimos collegas tuos, in primis* Taubmanum & Siberum, χρυσείοιο φίλȣς δύο λείψανα σαξονίδεσιν. *Altorfii, die XXV. Septembris Anno MDCXI. natali meo, qvo annum ætatis LII. incoabam.*

Cunradus Rittershuſius D.

EPIGRAM-

EPIGRAMMA

ILLVSTRISS. ET MAGNIFICENTISS.
Dn. COMITIS EMERICI THURZO de Betthlenſfalvva, Comitis Perpetui de Arvva, &c.
Academiæ Witebergenſis p. t.

RECTORIS.

PIndarum qviſqvis fuit æmulatus
OLIM, is aptatis ope Dædaleæ
Nixus eſt pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Pindarum qvi NUNC ſtudet æmulari,
Ille conſtructis ope SCHMIDIANA
Uſus antennis, celebri daturus
Nomina Famæ eſt.
Monte decurrens velut amnis, imbres
Qvem ſuper notas aluêre ripas,
Eluit ſordes, Lyriciq; mendas
SCHMIDIUS aufert.
Laurea donandus Apollinari,
PINDARUM cuius licet æmulari
Ductibus; cuius ſtudio & LYCOPHRON
Luce fruetur.

ALIUD.

PHæbus ut ex medio projectam ſuſtulit Hebro,
Orpheamq́, novo pinxit honore lyram:
Pindaricam, ecce, lyram, ſic Phœbus, SCHMIDIVS, alter
Extulit Albiacis & reparavit agris.
Reddidit atqve fides, plectrumq́, ſonumq́; ſed illam,
Quod magis, & docuit verba latina lyram.
Florilegæ ô volucres, qvibus olim in vertice Pindi
Pindari in os placuit depoſuiſſe favos,
Veſtræ operæ ceſſant: Vobis jam SCHMIDIVS offert
Pindi Pindaricos Pindarico ore favos.

Ser: Domini Elect. Sax. Secret.
Johannes Seuſſius, ita in gratiam Amici
ſui luſit Dreſdæ 1. Iulij An. 1614.

ALIUD.

ALIUD.

VIſa olim Flacco LYRA, vix imitabilis arte
PINDARICA; uſqve adeò inflectitur arte melos.
Uſqve adeò aſſurgit melos, & per nubila tranat:
Nil hîc abjectum, nil mediocre ſubeſt.
Sed nova nunc ætas: Surgit, ceu Dædalus alter,
SCHMIDIUS, inſvetasq; edocet ire vias.
Pindaricæ Muſæ vim cunctam explanat, & altos
Scrutatur ſenſus, altaq; metra Lyræ.
Dumq; hæc, evulgans, Orbi myſteria pandit,
Qvid cuiqvam, qvod non deinde imitetur, erit?
O bene! Sic nullâ qvi qvondam *Imitabilis* arte,
Nunc *Imitatorem* Pindarus ipſe probet.

Jo. Friderichus Fr. Profeſſor
Utriusq; Ling. & Hiſt. in Acad. Lipſ.

IN QVENDAM DE HAC Pindari editione.

PINDARUS & LYCOPHRON jam deſperare ſalutem
Damnati ſenſu, Philomatæe, *tuo*:
PINDARUS emerſit tenebris : Nec fortè LYCOPHRON
Incolet æternùm, nocte tegente, Stygem.
Livide qvid cenſes, an non in luce celebri
Qui proſtant, Umbras te ſubiiſſe jubent?

M. Jeremias Spigelius, Illuſtri
& Magnifico Dn. Comiti EMERICO
THURZO, de Betthlenfalvva &
Arvva, &c. à Studiis.

ALIVD.

Stroph.

SIc Atticæ rapidus Thaleiæ
PINDARUS torrens, & ambroſium
Mellilingvis Suadæ
Nectar, te obſtetricante,
Protinus vitales prodat in auras,
Talaribusq; pedi ſubnexis
Orbis per omnes angulos
Graſſetur, pulchricomâ

Indutus

Indutus pallâ, noviſq; cinctus
Latiaris togæ plicis,
Omniumq; in ſe vertat ocellos
Obſtupentes ; ut meis pronus
Faveas Muſis,

Antiſtroph.

Culte ô SCHMIDI. Teretes Pelasgi
Sic modos ſermonis adſiduus
Imbibiſti; ſubactâ
Sic dextra ex amœnis lin-
gvæ Latinæ campis florida carpſti
Currentis eloqvii pigmentas,
Ut faſcibus rectè tuis
Submittant Pieridum
Cultores, fœtus ſui cerebri
Teneros; mente pronulâ
Acqvieſcentes judicii æqvâ
In tui lance, haud levi vento
Variêve acti.

Epod.

Parcâ, Fateor, heminâ mihi liqvoris
Florem Aonii propinavit difficilior
Erato. Hoc tenuiore filo
Muſarum in peplis ſenſa mentis
Texere me vides. Qvæ ſi haud omnino
Indigna fueris arbitratus; funalis
Inſtar Eqvi, vel greſſu impari
Triumphantes Sororum Prætores,
Qvalis TAUBMANUS nuperê meus fuit, ſeqvantur.
Mihi gaudebo plurimum. Secus;
Animo fave ſaltem Tui amanti.
Qvod Muſa neqvit, Candor
Ut apiſcatur neceſſe eſt.

M. Juſtus Griſius
Turingus Philiater.

ALIUD.

SUB INITIUM ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ
Pindaricæ publicè propoſitæ.

QVod Sacroſancta tui, JESU bone, Numinis aura
Ter fauſtum, fauſtum qvod qvater eſſe velit,
Quâ loqvitur, Lingva, qvibus audit & Auribus: inſit
Ille ſuo priſco PINDARUS ore loqvi.
Os qvis ſolvit? Atlas oneris fortiſſimus audet
SCHMIDIUS hoc humeris ſuſtinuiſſe ſuis.
Næ tibi PINDARIDE, veniat ſi fama ſub umbras,
Tale qvid his auſis ominis accineres:
Ordiri fabricam tantæ moliminis arte
Qviverit hanc melior non meliore faber.
Dum peragres ingens ſinuoſis flexibus æqvor,
Sit modò remigiis aura ſecunda tuis:
Poſtuma, ſurget opus, qvali lætabitur ætas,
Cuius & Artificem Fama loqvetur anus.

Johannes Heinricus Prieſter
Feuchtvvangenſis Franc.
Olymp. Auditor.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ

QVO AD AUSCULTATIONEM Enarrationis Pindaricæ Studioſa Iuventus invitabatur.

PIndarum qviſqvis volet explicare, *Lib. 2. epigr. p. 68. an. 1545.*
Ille ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.
Forſan his verbis aliqvis monebit,
Ut relinqvamus tenebras vetuſti
Vatis, ad Dircen ſua qvi ſonabat
Carmina fontem.
Multa ſunt qvamvis ſatis involuta,
Delphicæ ſortes veluti fuerunt:
Sunt tamen rurſus qvoqve planiora
Plurima membra,
Qvæ canunt Regum memoranda facta,
Literis nullis aliis relata,
Et regunt mores hominum ſeqvaces
Laude bonorum.
Cum Duces Græci petiêre Colchos,
Phaſidos ripis legerent ut aurum,
Narrat Alciden agitaſſe remos
Lege coactum.
Sic docet ſummis etiam Deorum
Filiis, Legum patienda vincla.
Legibus vires & opes ſuperbas
Cedere juſtum eſt.
Bella Titanum recitans nefanda,

Arma qvi contra Superos tulerunt:
Impios fato ſimili perire
Præmonet omnes.
Ergò virtutis Sapientiæq;
Muſa doctrinam qvia tradit iſto
Pindari ſcripto, IUVENES MODESTI, HUNC
NOSCITE VATEM.

Liceat mihi Te, ô ſpes Eccleſiæ & Reipub. Juventus gnaviſſima, iiſdem Verſibus, qvibus olim magnus ille ingenio Philippus ſuæ ætatis ſtudioſam Juventutem, in cauſa planè eadem alloqvi. PINDARUM enim, qvod ille olim fecit, nunc iterùm, qvod felix & fauſtum Deus eſſe jubeat, Vobis propono: Pindarum, Poetam illum Thebanum, Lyricorum omnium inter Græcos, Qvintiliano judice, Principem: Pindarum inqvam, cuius lectionem non tantùm diſcentes abhorrent, ſed ſæpè etiam docentes declinant, vel ſaltem ſine fructu proponi putant, moti illo Horatiano,

Pindarum qviſqis cupit æmulari,
Ille ceratis ope Dædalea
Nititur pennis, vitreo daturus
Nomina ponto.

Verùm ſi accuratiùs rem perpenderent; omninò intellecturi eſſent, Horatium non de abſoluta impoſsibilitate, ſed de magna ſublimitatem Pindaricam per omnia æmulandi difficultate loqvi. Qvod enim in Pindarum cecidit, id in alios cadere non eſt impoſsibile. Quòd verò in paucos, vel, ut largiar qvod volunt, in neminem poſt Pindarum cecidit; Poſsibile -- non, ut Logici loqvuntur, ſive ἐνδεχόμενον eſt, non ἀδυνάτον ſive impoſſibile. Atqve pono, tametſi non concedam, planè impoſſibile eſſe Pindarum æmulari: qvis verò non videt largius qvàm par eſt inde concludi, Non eſſe idcircò Pindarum legendum, intelligendum, proponendum, enarrandum, & qvouſqve fieri poteſt æmulandum? Legem Dei, ut rem ſacro exemplo declarem, impoſsibilem eſſe præſtitu omnibus hominibus, affirmamus omnes: Ideóne Lex nō eſt cognoſcenda, docēda, urgenda,

urgenda, & qvantum per imbecillitatem virium humanarum fieri poteſt, etiam opere ipſo exprimenda? Negabis. Et illud largius qvàm par eſt illatum cur non agnoſcis?

At obſcuritatem prætendis, & qvidem ipſius Poëtæ verbis, Olymp: ϐ.

——— πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας,
φωνᾶντα συνετοῖσιν: ἐς
δὲ τὸ πᾶν ἑρμηνέων
χατίζει. ———

Verùm hîc ex ipſius Pindari verbis reſpondeo: ſi ſunt φωνᾶντα συνετοῖσι, benè eſt, intelligiq; poſſunt. Si qvoad hæc, σύνεσιν deſideras, & ἐς τὸ πᾶν illa ἑρμηνέων χατίζειν regeris: en ἑρμηνέα nunc σὺν Θεῷ habebis: tu modò diſcendi deſiderium ne abjicias.

Rurſus διαλέκτου Δωρίδος inſolentiam objicis? At huic qvoqve difficultati Grammatici qvivis opem ferunt: & nos qvoqve, ſi modò noſtra Lectorem juvant, libello peculiari de Dialectis olim edito, idem facere ſtuduimus.

At, fructus qvis ad te rediturus ſit, qværis? Inter multiplices præcipuus hic & maximus, Eruditionis nimirum Græcæ acceſſio locuples, qvum tot elegantiſſimis voculis, tot concinnis compoſitionibus, tot elegantibus connexionibus Poëta hic abundet. Non nunc dicam de varijs generibus Lyricorum carminum: non de ratione στροφῶν, ἀντιστροφῶν, & ἐπῳδῶν: non de Græcorum decantatiſsimis ludis, Olympijs, Pythijs, Iſthmicis, & Nemeis: non de varijs Veterum eruditis fabulis: non de pulcherrimis γνώμαις: non de inſignibus virtutum, & præcipuè εὐσεβείας commendationibus & inculcationibus, qvibus Ethnicus hic omnes alios ſui ordinis ſuperat: non deniq; de alijs pluribus: qvorum aliàs aliqva ex Proſodijs, aliqva ex Hiſtorijs, aliqva ex Mythologijs, aliqva ex Ethicis, aliqva aliunde ſparſim ſunt petenda: hîc verò una opera ſimul & ſemel poſſunt addiſci omnia.

At ſublimitatem Diſpoſitionis, qva non ſatis perſpecta, qvodlibet εἶδος obſcurius manebit, opponis? Etiam huic difficultati ut occurratur, cura noſtra indefeſſa, Deo juvante, fiet.

Cætera qvoq; qvæ ἐξηγητοῦ partes reqvirunt, ita cum Deo præſtabo, ut nullibi, ô lectiſsima Juventus, qvod conqveraris aut deſideres, habeas. Tu modò impigrè, qvæ tui muneris ſunt, facito, animumqve diſcendi cupidum & audiendi patientem afferto. Faciam autem σὺν θεῷ initium proximo die Jovis, hora VIII. Intereà libros, qvi volent, ſibi comparabunt. B. V. & occaſione hac, qvæ ut hactenus jamdiu ſe non oſtendit, ita qvoqve deinceps non ita brevi recurret, fruimini. Propoſ. a. d. XXI. Octobris, anno Chriſti 1604.

Errata

Errata præcipua.

IN OLYMPIIS.

p. 6. l. 10. poſt *fuiſſe* tollatur punctum.
p. 75. α. l. 23. lege, Ald: γαιαόχος.
p. 104. ϐ. l. 12. lege, – ∪ –, pro – ∪ ∪ ∪.
p. 131. κώλ: 11. στροφ. l. – ∪ – ∪, pro – ∪ ∪ ∪
p. 139. l. penult: l. ματεύειν, pro ματεύεσθαι.
p. 223. α. l. 25. lege *Chironis*, pro Scironis.
Ibid: l. 10. à fine, ita lege: *Telamon verò in Salaminem. Mortuo verò Æaco patre &c.* atq; ita verba illa, (*in Salaminem. Mortuo verò*) ex l. 14. à fine, huc ſunt transferenda, qvæ negligentia τυποθετῶν eò fuerunt trajecta.
p. 304. ϐ. l. 4. à fine. pro 44. l. 40.

IN PYTHIIS.

p. 186. ϐ. l. 13. ἀμφιϐόλως pro ἀμφιϐολόγως.
p. 275. l. 3. *Sub*, pro ſua: συγγενῆ, pro συγγενῦ.
p. 305. ſub Amphiarao, *Eurydice*, pro Eurydide.
p. 306. α. l. 11. *in Ægina*, pro Ægina.
l. 18. *conſuluerat*, pro conſulerat.
p. 367. l. 30. φιλεῦντα, pro φιλεῦπα.
p. 380. ϐ. l. 13. *voluerit Tantali* (ſine puncto)
p. 383. ϐ. l. 13. *nobilitatus*, pro tis.

IN NEMEIS.

p. 114. ϐ. l. 27. *adaptata*, pro adoptata.
p. 115. ϐ. l. 29. πάλην, pro πάλιν.
p. 135. ϐ. l. 5. *cultro*, pro cultu.
p. 161. ϐ. l. 28. *Pylades Panopenſis* (ſine commate)
p. 168. ϐ. l. 33. *Nectere*, ex l. 33. reponatur in l. 32. ut legatur, *πλέκειν, Nectere, ut & Scholiaſtes &c.*
p. 235. ϐ. l. 16. *Acriſij fuit filia*, pro fiet.

IN ISTHMIIS.

p. 93. α. l. 17. de ἀνδρειαντ:
p. 124. ἀντ: ϐ. κωλ: 2. Πάτρωΐ θ' pro Ματ:
p. 132. ϐ. l. 14. ſangvineæ. & l. 21. ſangvinis.

Cætera, qvæ aut leviora ſunt, aut oculos fugerunt, Benevolus Lector facilè corriget.

σὺν Θεῷ

IN PINDARICAM ΕΞΗΓΗΣΙΝ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

DIverſa ſunt genera & nomina Poetarum, pro diverſis, qvibus utuntur, Carminum generibus, & circa qvas occupati ſunt, materiis. Alii dicuntur ἐποποιοὶ *vel* ἐπικοί, *qui Heroum geſta hexametro carmine celebrant: Alii* ἐλεγειοποιοί, *Elegiaci, qui Hexametris & Pentametris alternatim utuntur, ſive lugubria canant, ſive læta, ſive alia: Alii* Κωμῳδοὶ *vel* Κωμῳδοποιοί, *Comici, qvi dramata Iambicis potiſſimum verſibus includunt, tametſi nonnunquam & Trochaicos, Anapæſticos & ſimiles admiſceant: quibus cognati ſunt* τραγῳδοὶ *vel* τραγῳδοποιοί, *ratione generis verſuum; licet materiæ qvalitate inter ſe differant, ut alibi dicitur: Alii denique* Λυρικοὶ *vel* Λυρῳδοί, *qui &* μελικοὶ *et* μελοποιοὶ *dicuntur, qvi variis generibus carminũ, præcipuè in encomiis & gratulationibus utuntur. Cujusmodi carmina olim ad Citharam ſeu Lyram, unde & nomen acceperunt, cum Tibia, Cantu & Saltu accommodarunt.*

Lyricos autem Poetas veteres Græcia novem celebrat, qvos Græcum Epigramma *hoc modo enumerat:*

Ἔκλαγεν ἐκ Θηβῶν μέγα Πίνδαρος: ἔπνεε τερπνὰ
ἡδυμελιφθόγγου μοῦσα Σιμωνίδεω:
λάμπει Στησίχορός τε: καὶ Ἴβυκος: ἦν γλυκὺς Ἀλκμάν:
λαρὰ δ' ἀπὸ στομάτων φθέγξατο Βακχυλίδης:

Πειθὼ Ἀνακρείοντι συνέσπετο: ποικίλα δ' αὐδᾷ
 Ἀλκαῖος κύκνος Λέσβιος Αἰολίῳ:
Ἀνδρῶν δ' οὐκ ἐνάτη Σαπφὼ πέλεν, ἀλλ' ἐρατειναῖς
 ἐν Μούσαις δεκάτη Μοῦσα καταγράφεται.

Inter hos autem novem Poetas Lyricos, ut loco, ita etiam dignitate primus eſt PINDARUS, *ut poſteà dicetur. Et qvum cæterorum tantùm fragmenta quædam ſuperſint; de Pindari carminibus multas adhuc Odas pulcherrimas integras habemus.*

Hic Poëta Lyricus Pindarus, ut & gratior & facilior reddatur; exiſtimo, me non incommodè facturum, ſi primùm *de ipſo Poeta aliquid præmiſero:* deinde *de Ludis Græcorum, qvorum victores Poeta exornat, qvantum nimirum qvoqve loco requiritur:* tertiò *de Strophis, Antiſtrophis & Epodis. Qvibus omnibus initiò in genere rectè perceptis, multum lucis accedet ipſis Carminibus ſive Odis: qvas ita enarrabo, ut & genus Carminis ſemper indicem, & diſpoſitionem* συνοπτικὴν, *aliaq; de qvibus monendum erit, fideliter & diligenter adddam.*

DE PINDARO AUTORE.

E*Tſi* Chamæleon Heracleotes *hiſtoriam Pindari collegit, teſte* Athenæo l. 13. *&* Ariſtodemus *aliquot libros de Pindaro conſcripſit, qvorum tertius* ab Athenæo lib. 11. *allegatur: Qvia tamen illi ad nos non pervenerunt; aliunde paſſim collecta de Pindaro afferemus.*

Pindarus ergò noſter Thebis natus eſt, patre Daiphanto, vel ut alij volunt, Scopelino; qvanqvam ſint, qui Daiphantum & Scopelinum, unum & eundem eſſe velint; ſint etiam qvi alium Pindarum Scopelini filium, hujus noſtri conſobrinum putent, ut Suidas; *ſintq; rurſus, qvi Pagonidæ filium affirment.*

ſirment. Natus autem eſt in ipſa ludorum Pythiorum feſtivitate, non ſine omine laudum Apollinis, ut interpretatur Plutarchus lib. 8. Symp. quæſt. 1. qvandoqvidem πολλῶν καὶ καλῶν ὕμνων τῷ Θεῷ χορηγὸς evaſit, ut Plutarchus ibidem loqvitur, hauddubiè Pæanas intelligens. Et natus qvidem Olympiade LXV. ut annotat Suidas, anno videlicet ejus tertio, in ſolennitate Pythica decima octava. Vel ut alii volunt, Olympiade LX. Veram autem Olympiadem eſſe LXV. non LX, inde patet, qvia tempore tranſitus Xerxis, Olympiade LXXV. habuit annum XL. Minor ætate fuit Simonide, cujus aliqvandiu auditor fuit; major Bacchylide. Oriundus fuit ex vico Cynocephalorum. Pyth. ε. majores ſuos Spartanos facit ex tribu Aegidarum, & ita familiæ Arceſilai Cyrenæorum Regis ſe propinqvum pronunciat.

Pater, ſive eum Daiphantum, ſive Scopelinum, ſive Pagoniden nominemus, Tibicen fuit. Mater nomine Myrto, qvam alii appellant Myrtidem, Heroici verò verſus, qvi Græcis Scholiis ſunt præfixi, Clidicen.

Fratrem habuit Erotionem.

Puerum domo patria expoſitũ Apes aluerunt, pro lacte mel ſubminiſtrantes, ut ſcribit Aelian. l. 12. c. 45. qvæ res futuram carminum ejus dulcedinem haud obſcurè promiſit.

Didicit à Patre primùm tibiam, ut & à Myrto matre: inde lyram à Laſo Hermioneo, (Hermione urbs Corinthiacæ Pauſ. l. 2. p. 76.) qvem poſteà ſucceſſu temporis longè ſuperavit.

Qvum a. adhuc eſſet adoleſcentulus, Theſpias oppidũ Bœotiæ proficiſcentẽ, calore per æſtatem meridiano feſſum ſomnus arctior complexus eſt: ibi qvò paululum à via deflexerat, advolarũt Apes & ad ej9 labia mel adleverũt: qvod ei carmina pangẽdi fuit initiũ, in quibus tantũ profecit, ut latè per totam Græciã, magnã inde famæ celebritatẽ ſibi pareret, teſte Pauſ. in Bœoticis l. 9. p. 299. qvum parem vel ſuperiorẽ nõ haberet.

Corinna qvidem Poëtria, quæ ſola apud Tanagræos Bœotiæ incolas, carmina fecit, Pindarum quinquies viciſſe dicitur, qvamobrem & in Gymnaſio Tanagræ depicta fuit, tæniâ redimita, quod victoriæ de Pindaro inſigne eſſe voluerunt Tanagræi. Viciſſe tamen eam arbitratur Pauſanias in Bœoticis (l. 9. p. 298.) τῆς Διαλέκτου εἵνεκα, quandoquidem non Dorica, ut Pindarus, cecinit, ſed Aeolica, quam Thebani, qui origine Aeolenſes erant, facilè eſſent percepturi. adde & quia formoſiſſima fuit. Aelianus verò lib. 13. cap. 25. ruditati auditorum hoc tribuit. Quanquam Plutarchus (de gloria Atheniensium p. 421.) aliter hæc refert, Pindarum nimirum adhuc juvenem, & facundiam ſuam oſtentantem, à Corinna reprehenſum fuiſſe, tanquam inertem, nec fabulas condentem, qvum tamen hoc vel in primis ad Poëtices munus ſpectet, ſiquidem lingva καταχρήσεις, μεταφράσεις, modos & numeros ad oblectandum ſuggerit. Quibus dictis qvum magnopere animum intendens Pindarus, hos verſus, qvos partim Plutarchus in dicto loco, partim Lucianus in vita Demoſthenis annotant, feciſſet, & Corinnæ oſtendiſſet,

Simile quid habet Poeta Iſth. ζ. & Nem. 1.

Ἰσμηνὸν, ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
ἢ Κάδμον, ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
ἢ τὸ ϖάντολμον σθένος Ἡρακλέους,
ἢ τὰν Διονύσου ϖουλυγαθέα τιμὰν,
ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν;

illam ridentem dixiſſe, Manu ſemen ſpargendum, non toto culeo effundendum: notando ſcilicet Pindarum, quòd collectitiam quandam fabularum farraginem congeſſiſſet, & in hoſce verſus effudiſſet.

Utut autem hæc fortè de juvenilibus annis Pindari concedi poſſunt: certum tamen eſt, Pindarum anno XL. ætatis, Olympiade LXXV, ſub expeditionem Xerxis & Perſarum

in

in Græciam, quo tempore & Aeſchylus vixit, & Gelon tyrannus Syracuſas obtinuit, admodum inclaruiſſe, & τῶν μελοποιῶν ἀκμάζοντα *fuiſſe, ut teſtatur* Diodorus Siculus lib.11.*p.*256.

Sectatorem Pythagoricæ Philoſophiæ Pindarum fuiſſe, Clemens Alex. ϛρωμ: ε. *autor eſt.* Idem ϛρωματ: α. ὑπορχήσεως, Saltationis in choro, *inventorem facit.*

Exiſtimatio ejus magna fuit. Nam, ut Iulius Solinus cap.14. *refert, Alexander Amyntæ filius Rex Macedoniæ, divitiarum nomine celebris, qvi Apollini Delphos, Iovi Elidem, aureas ſtatuas miſit, aurium voluptati indulgentiſſimè deditus, inter plurimos qvi fidibus ſcirent, qvos dum vixit, in uſum oblectamenti donis tenuit liberalibus, Pindarum qvoqve noſtrum Lyricum fovit. Tanta qvoqve ejus fuit apud Lacedæmonios gratia, ut qvum in reliqvam Bœotiam & Thebas ſævirent, domui tamen ipſius, pepercerint, in foribus nominis ejus inſcriptione animadverſa, hoc verſu Trochaico,* Πινδάρȣ τȣ̃ μȣσοποιȣ̃ τὰν ϛέγαν μὴ καίετε.

Qvumq́, qvantum illius ætatis ſuperſtitio ferret, deditus eſſet pietati, qvam & ſacrario Dindymenæ matri in Bœotia ſupra Dircen fluvium dedicato [Pauſ. l.9. Bœot. p.300], *& ſtatuis Apollini Boëdromio, & Mercurio Agoræo Thebis poſitis* [Pauſ. Bœot. *p.*294.] *qvin & hymnis multis & pulchris Apollini, utpote in cujus feſto natus fuerat, decantatis* [Plut. 8. Symp. q.1.] *declaravit: factum eſt, ut Diis qvoqve charus crederetur. Fingebant enim carmina ejus à Pane & dilecta* [Plut: in Numa] *& decantata: qvod qvum aliqvando in montibus audiſſet Pindarus, gaudio ipſum elatum fuiſſe.* [Plut. contra Epicurum] *Qvin & Pythia Delphos juſſit, æquam omnium qvæ Apollini deferrentur, primitiarum partem Pindaro tribuere:* [Pauſ. Bœot. p.299] *hauddubiè propter* Παιᾶνας *laudibus Apollinis ſacros, quos in ſella qua-*

dam ferrea, qvæ in templo Delphico ſita erat, qvoties Delphos veniſſet, ſedens decantare ſolitus fuit. [Pauſ. Phoc. l. 10. *p.* 341.]

Qvemadmodum verò Homerus Zoilum, Heſiodus Cercopem, Virgilius Mævium: ita & Pindarus noſter ſuum obtrectatorem habuit Amphimanem, qvi eum probroſè eſt inſectatus. Qvin & aliàs adverſarios & reprehēſores habuit. Qvum enim Athenienſes, qvibuscum Thebanis capitale odium tùm interceſſerat, egregiè laudaſſet, & de Athenis inter alia ita ceciniſſet, αἴτε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι, ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθᾶναι*: non ſolùm ſcommata multorum ſuſtinuit, ut Laco aliqvando qvidam ad hæc dixit*, Ruet Græcia qvæ tali columnæ inſidet [Plut. in Apophth: Lacon:]*: ſed etiam à Thebanis grandi mulcta, & ut* Tzetzes Heſiodi Scholiaſtes *annotat, mille drachmis, damnatus fuit: Verùm Athenienſes, pro laude ſuæ patriæ grati, non ſolùm* [Π. *α. D.* 8. I. *α. α.* 3.] *duplam ei reddiderunt hanc mulctam* [Aeſchines epiſt. 4.] *ſed etiam qvum Thebani, odio qvodam, nulla eum ſtatua dignati fuiſſent* [Athen. l. 1. p. 19.] *ærea ſtatua Athenis eum ornarunt, qvæ non ſolùm ad Demoſthenis, ſed & ad Pauſaniæ ætatē, prope Martis templū, ante Porticum Regiam fuit; nimirum Pindarus cum veſte ſedens & lyra, diadema gerens, & in genubus complicatū libellū habens* [Aeſchin. ep. 4. & Paul. in Att. *p.* 7.]

Scripſit varia, & ea qvidē omnia dialecto præcipuè Dorica, v.g. Ὀλυμπιονίκας, Πυθιονίκας, Νεμεονίκας, Ἰσθμιονίκας, προσῴδια, παρθένια, ἐνθρονισμοὺς, Βακχικά, Δαφνηφορικά, Παιᾶνας, Ὑπορχήματα, Ὕμνους, Διθυράμβους, Σκολιά, ἐγκώμια, Θρήνους, Δράματα τραγικά ιζ. ἐπιγράμματα ἐπικά, καὶ Παραινέσεις τοῖς Ἕλλησι καταλογάδην, *& alia plurima* (Suidas), *qvorum pars maxima, præter Odas aliqvot Olympicorum, Pythiorum, Nemeorum, & Iſthmiorū, amiſſa, eò magis deſideratur, qvò magis ab* Hermogene *celebratur.*

Θρῆνον εἰς Ἱπποκράτην patrem Megaclis meminit Scholiaſtes in fine Pyth. ζ.

Libe-

Liberos ex uxore Timoxena genuit, Filium Daiphantum, & filias duas, Eumetin, qvam Scholiaſtes Polymetin nominat, & Protomachen. [Suidas]

Exacta jam ætate, in ſomnis videre viſus eſt, aſſiſtere Perſephonem, & qveri, ſe unam ex omnibus Diis & Deabus, nõ fuiſſe ipſius carminibus exornatam: verùm ubi ad ipſam veniſſet, ſuum etiam hymnũ eſſe ipſi facturũ. *Paulò pòſt, atq; adeò ante decimum ab eo ſomnio diem, vitæ muneribus eſt perfunctus.* [Pauſan. *l.9.p.299.*] *Contigit autem illi, ut vitam ita finiret, uti precatus fuerat. Nam qvùm petiiſſet, ut pulcherrimum ſibi in vita daretur; mortuus eſt ſubitò in Theatro, ut* Suidas, *ſive in Gymnaſio, ut* Valerius *habet. Qvum enim ſuper gremium Theoxeni Tenedii pueri, qvo unicè delectabatur, (ſicuti aliâs amori non mediocriter addictus fuiſſe putatur, ut* Athenæus lib.13, *ex qvibuſdam ipſius verbis colligit) capite poſito, qvieti ſe dediſſet; non prius deceſſiſſe cognitus eſt, qvàm Gymnaſiarchâ claudere eum locum jam volente, neqvicqvam excitaretur, ut habet* Valerius Maximus lib.9. tit.12, cap.15. Plutarchus in Conſ: ad Apollon: *de morte Pindari hæc adfert.* De Agamede, *inqvit*, & Trophonio Pindarus narrat, hos poſtqvam fanum Delphicum ſtruxiſſent, mercedem poſtulaſſe ab Apolline: Deum a. oſtendiſſe, ad diem ſeptimũ eam ſe perſoluturũ, intereà ut epularentur præcepiſſe. Fuiſſe hos dicto audientes, ac ſeptima nocte ſopitos mortẽ cum vita cõmutaſſe. Fertur a. de eodem Pindaro, qvòd, qvum Bœotorum legatis ad Templũ Apollinis miſsis, mandaſſet, ut qvid optimum mortalibus foret, qværerent, reſpõderit Pythia, *Id non neſcire Pindarũ, ſiqvidẽ ſcripta de Trophonio & Agamede illius forent: qvod ſi etiã ipſe experiri aveat, fore id ei brevi apertum.* Hoc ubi ad Pindarũ relatũ fuit, animadvertit, id qvod qvæſierat, *Mortem repentinã* eſſe, nec multo interpoſito ſpacio defunctus fuit. *Hæc Plutarchus.*

Annos

Annos vixit LV, juxta Suidam: *juxta alios, LXVI: vel veriùs LXXX, qvum Prætor Athenis eſſet Abion: Olympiadis LXXXV. anno tertio. Hunc tamē Abionem* Diodorus Siculus *non habet, ſed Theodorum.*

Monimentum ejus fuit Thebis in Hippodromo, ante portam Prœtidem, Stadii ab urbe intervallo, teſte Pauſania in Bœot: *(lib. 9. p.* 299. *) Epicedium qvoqve ei ſcriptum fuiſſe inde ſatis patet, quòd* Plutarchus in ψυχογονίᾳ Platonis, *hunc verſum ex Epicedio ejus citat,* ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς. *Cæterùm erat Thebis anus quædam, Pindaro genere conjuncta, & in multis ejus carminibus decantandis valdè exercitata: ei Pindarus ſeſe per quietem oſtendens, hymnum illum in Perſephonem apud inferos factum, qvem ipſa anteà qverula ab eo exegerat, cecinit. Illa mox experrecta, conſcripſit omnia, quæ cantantem Pindarum per viſum in qviete audierat. De quo cantico nihil ſanè ad nos pervenit, niſi quòd inter alia Ditis cognomina fuerit* χρυσήνιος, *ab aureis nempè habenis. Quod ad raptum Proſerpinæ pertinere ſatis conſtat, ut* Pauſanias *ibidem refert.*

Poſt mortem, opinio de eo fuit præclara. Alexander enim Magnus, qvum Thebas ſolo æquaret, & ad 90000 *hominum interfeciſſet,* 30000 *captivos abduxiſſet: non tantùm Sacerdotibus, & Macedonū hoſpitibus (fuerat enim ibi pater Philippus obſes.), ſed & Pindari vatis familiæ penatibusq́; juſſit parci, teſtibus* Plutarcho in Alex: Plinio lib. 7. cap. 29. & Aeliano lib. 13. cap. 7. *Id qvod & anteà feciſſe Lacedæmonii dicuntur, propter hunc ipſius Poëtæ domui inſcriptum verſum:* Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγαν μὴ καίετε. Lil. Greg: Giraldus dial. 9. de hiſt. Poetarum. *Et domus qvidem Pindari ruinas Thebis ante portam Neitidem ſupra Dircen fluvium,* Pauſanias *adhuc ſe vidiſſe teſtatur* lib. 9. (*in Bœot. p.* 300) *: qvi* eodem libro p. 294. *Pindarum Apollinis*

Boëdro-

Boëdromij & Mercurii Agoræi ſtatuam Thebis dedicaſſe refert.

Huc & elogia pertinent, qvibus ipſum paſſim ornatum legimus. Plato lib.3.de Legibus, *vocat eum* σοφώτατον: in Menone,(*de virtute*) θεῖον: Aeſchines epiſt. 4. μέγαν: Athenæus lib. 13. μεγαλοφωνότατον (*p*.564): Horatius lib.4. od. 2. *Cygno comparat, volatu ſublimia petenti, nec imitabilem cenſet: qvod* Macrobius lib.5.Saturn: cap.17.*repetit.* Plinius lib.2.cap.12. *Os Pindari ſublime prædicat.* Arceſilaus apud Laërtium lib.4.*dicere ſolitus fuit, Pindarum in primis vocem implere poſſe, & ad copiam verborum plurimum valere. Quæ omnia qvaſi collegiſſe videtur* Quintilianus lib. 10. inſtit. orat. *dum inqvit:* Novem Lyricorum longè Pindarus Princeps, ſpiritu, magnificentia, ſententiis, figuris, beatiſsimus rerum verborumq; copia, & velut qvodam eloqventiæ flumine, propter qvæ Horatius nemini credit eum imitabilem. *Atque propterea ſunt non pauci, qvi* Pindari *lectionem cenſeant ultimam eorum, qvi jam profecerunt* in Poëtis: *ſicut* Thucydidis *eorum, qvi* in ſoluta oratione. (Volater. l. 18.) *Qva de re ſecus deinceps Docti iudicabunt.*

Cæterùm ut & hoc annectamus, fuit alius qvoq; Pindarus, Melanis F. Halyattæ Regis Lydorum ex filia nepos, Epheſiorum tyrannus, teſte Aeliano lib.3. var. hiſt. cap.26. *Fuit & alius libertus Caßii, qui eundem Caßium volentem juſſus interfecit,* teſte Plutarcho in Bruto, & Valerio Maximo li.6. tit.8.cap. 4. *Tandem & fluvius qvidam in Syria Pindari nomen habet, cujus meminit* Plutarchus in Alexandro.

DE OLYMPIIS.

Totum hoc opus Pindari, quod ex variis ejus ſcriptis adhuc reliqvum habemus, Περίοδος *olim nuncupabatur, eò quòd qvaſi complexum qvendam contineat præcipuorum & maximè ſolennium Græciæ ludorum, Olympiorum, Pythiorum, Nemeorum & Iſthmiorum. Quam ob cauſam etiam in qvatuor claſſes eſt diſtributum. Et Olympii qvidem ludi in honorem Iovis: Pythii verò, Apollinis: Nemei, initiò Archemori, poſtea Iovis: Iſthmii, Palæmonis initiò, poſteà Neptuni, fuerunt celebrati. Priores duo tetraëterici, ſeu qvarto qvoqve anno elapſo: poſteriores duo trieterici fuerũt, ſeu tertio qvoq; anno elapſo celebrati. Olympici victores, Olea, vel ut alij volunt, Oleaſtro: Pythici, Lauro: Nemei, Apio: Iſthmici, Pinu coronabantur: ut breviter habet* Archiæ Poëtæ *epigramma:*

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί:
 οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων:
Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο:
 ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς.

Videatur & Pauſanias in Arcad. & Plinius lib. 15. cap. 4. 10. 30. & lib. 19. cap. 8.

Ac licet plures fuerint Ludi Græcis ſolennes: tamen hi qvatuor fuerunt inſigniores & celebriores, qvi & præ cæteris ἀγῶνες ἱεροὶ *dicebantur, ut ex hoc ipſo Epigrãmate patet, & Nem. ϛ. G. 1. liqvet,* ἀγώνων ἄπο, τοὺς ἐνέποισιν ἱεροὺς. *Sic Nem:* ϛ. α. 5.

Atq; horum ludorum victores ſui ſeculi præcipuos, ſeorſim in qvalibet parte Poëta noſter exornat.

Ut a. eò expeditius εἴδη *primæ partis, qvæ à loco* Ὀλύμπια, *vel à perſonis victricibus* Ὀλυμπιονῖκαι *& rectiùs qvidem, ut annotat* Iſaacus Caſaubonus Theoc. lect. c. 3. *inſcribuntur,*

buntur, explicare qveamus: de Ludis Olympicis aliqvid in genere eſt monendum: reliqvis, ut Pythiis, Nemeis & Iſthmiis, ad ſua loca reſervatis.

De origine Olympiorum ex Pauſania lib. 5. & 8. Diodoro Siculo lib. 4, & Plutarcho in Lycurgo, *accipimus, Saturnũ primum omnium, Mundi regnũ obtinuiſſe, eiq́ in Olympia homines eos, qvos Aureæ ætatis nominarunt, templum dedicaſſe: poſt hæc Rheam matrem recens natum Iovem Dactylis Idæis, qvi Curetes alio nomine dicti fuère, commendaſſe, qvi poſteà ab Ida Cretæ monte in Elidem venerunt. Fratres hos fuiſſe. Elei referunt, & nomina eorum produnt, Herculem, Pæonæum, Epimedem, Jaſium, & Idam. Herculem, ut qvi natu maximus erat, curſus certamen fratribus per ludum in honorem Iovis propoſuiſſe, victoremq́ Oleaſtri corona donaſſe. Magnam verò illos Oleaſtri copiam habuiſſe, imò & cubilia ſua ejus arboris viridi fronde ſubſtraviſſe: & ſtirpem qvidem eam ex Hyperboreis ab Hercule primùm in Elidem deportatam fuiſſe. Autor igitur primus horum ludorum, Hercules Idæus celebratur, à qvo & Olympici, qvòd in honorem Iovis Olympii inſtituti eſſent, ſunt appellati: & ob eam rem qvinqvennales eſſe placuit, ut poſteà audiemus, quòd Fratres numero qvinqve fuère. Sunt qvi Iovem cum Saturno de imperio, hoc ipſo in loco colluctatum dicunt: Alii, debellatis Titanibus, ab eodem ludos inſtitutos; qvibus & alii viciſſe narrantur, & Apollo Mercurium curſu ſecum certantem prævertiſſe, Martemq́ pugilatu ſuperaſſe: cujus rei cauſſa traditum, ut Pythii tibiarum modi ſalientibus qvinqvertionibus præcineretur, qvòd ſacrum id carmen Apollini eſſet, & ipſe primus Olympicas palmas tuliſſet.*

Qvinqvaginta verò annis poſt Deucalionis diluvium, Clymenum ajunt Cardis filium, ab Idæo Hercule oriundum,

è Creta veniẽtem, ludos in Olympia feciſſe, & cùm aliis Curetibus, tùm verò Herculi proavo ſuo aram dedicaſſe, & ipſum Herculem cognomento παραστάτην nominaſſe. Clymenum hunc Endymion regno expulit, ac ſuis deinde filiis in Olympia rurſus certamen de regno propoſuit, ubi Epeus victor evaſit, à qvo tum incolæ Epei dicebantur. Verùm Pelops ætate una Endymione minor, victo Oenomao Rege Piſæ, & ducta Hippodamia ejus filia, omnium qvi ante ſe fuiſſent, maximè memorabiles ludos Iovi Olympio fecit. Pelopis verò filiis ex Elide ejectis, Amythaon Crethei filius, Endymionis patruelis, Olympia inſtauravit. Poſt hos eoſdem ludos innovarunt Neleus & Pelias communi conſilio. Augeas prætereà, & poſt hunc

Qva de re Olymp. 1.γ.1.&c.

Hercules Amphitryonis filius Elide capta, idem fecit. Argonautis enim in Græciam reverſis, & jam à ſe invicem diſceſſuris, ajunt Herculem cum optimatibus Græciæ de fœdere ſocietatis bellicæ ineundo deliberaſſe, & ut fœdus illud perpetuò qvaſi novum maneret, communem conventum inſtituiſſe in celeberrimo Græciæ loco, in campo nimirum illo Elidis, qvi ad fluvium Alpheum eſt, ubi certamina ſacra Deorum omnium maximo, Iovi Olympio & Patrio conſecrarat, & locum inde Olympiam nominarat. Et in his qvidem certaminibus ipſe Hercules coronam Iolao aurigæ ſuo primùm detulit, qvi equas ab Hercule mutuatus cæteros curſu anteierat. Eodem tempore Iaſius Arcas celete vicit: ex Tyndarei filiis, curſu qvidem Caſtor, Pollux verò cæſtibus: ipſum verò Herculem fama vulgatum eſt de lucta & pancratio coronatum. Qvam ob cauſam & virtus Herculea ab ipſis Diis muneribus affecta dicitur, à Minerva, peplo: à Vulcano clava & thorace: à Neptuno, Eqvis: à Mercurio, gladio: ab Apolline, arcu: à Cerere ſacris myſteriorum parvorum. Hinc poſt aliqvot annos, qvum Oxylus ex Aetolia profugus in Peloponneſum veniſſet, & ab Heraclidis Elidem accepiſſet, ludos ipſe qvoqve

NB. Pertinet ad Proleg. Olymp. pag. 7. b.

TABULA GENEALOGICA, OSTENDENS QUO ORDINE OLYMPIORUM AUTORES VIXERINT.

DEVCALION

- JUPITER *cognomento Aeolus.* .... Protogenia.
  - Aethlius.
    - Endymion. *Ab hoc ex Olympia expulſus fuit* Clymenus.
      - Pæon, *à qvo dicta Pæonia.*
      - Epeus, *dominus regni, qvod posteà Elidis nomẽ accepit, qvia in certamine victor evaſerat. Ab hoc tum dicebantur incolæ Epei.*
        - Hyrmina.
          - Actor, *ex Phorbante Lapithæ F.*
            - Cteatus
              - Amphimachus *qvi cecidit in bello Trojano.*
            - Eurytus.
              - Thalpius.
      - Aetolus, *regno accepto ab Epeo fratre, fugit in terram, qvam à ſe nominavit Aetoliam.*
        - *Hinc ætates ſex ad Thoantem.*
        - Thoas, *qvi interfuit bello Trojano*
          - Hæmon.
            - Oxylus, *profugus ex Ætolia, potitus Elide.*
              - Aetolus. *mortuus præmaturè.*
              - Laias.
                - *Hinc aliqvot ætates*
                - Praxonidas, *qvem alii Hæmonem vocant.*
                  - Iphitus (σύγχρονος Lycurgi.) *Hic ludos Olympicos reſtituit.*
      - Eurycyde.
        - Eleus, *ex Neptuno. Ab hoc poſt mortem Epei, & fugam Ætoli, dicti incolæ Elei, qvod nomen posteà manſit.*
          - Augeas, *cujus ſtabulum expurgavit* Hercules.
            - Phyleus, *abdicatus. Sed Hercules huic tradidit Eleam.*
            - Agaſthenes, *qvi regnum Eleorum tenuit poſt diſceſſum Phylei in Dulychium, cum participibus Amphimacho & Thalpio.*
              - Polyxenus.
                - Amphimachus, *natus patre reverſo ex bello Trojano.*
                  - Eleus. *Hoc regnante, Heraclidæ impreſſionem fecerunt. Et huic (Heraclidis tradentibus) ſucceſſit Oxylus.*
      - Piſa, *à qua urbi nomen.*
- Amphictyon.
  - Itonus.
    - Bœotus, *à qvo dicta Bœotia.*

HERCULES Idæus.

- ⋮ Cardis.
  - Clymenus.

ALOEVS.

- *Otus.*
- *Ephialtes.*
- *Laodice, ex Jove Æolo.*
  - *Salmoneus*
    - *Tyro*
      - *Pelias.*
      - *Neleus.*
  - *Cretheus*
    - *Amythaon.*
    - *Æſon*

PLOTE Nympha.

- Tantalus.
  - Pelops ——— Hippodamia.
    - Pittheus.
      - Aethra.
        - Theſeus.
    - Lyſidice.
      - Alcmene
        - Hercules.
    - Atreus.
      - *Agamemnon.*
      - *Menelaus.*
    - Thyeſtes.
    - Alcathous *rex Megaren.*
      - Eribœa.
        - Ajax.

ASOPUS.

- Harpinna.
  - Oenomaus.
    - Hippodamia.

Olympicos fecit. Paucis annis, poſt Oxylum, intermiſſi ſunt, uſq; ad Iphitum Praxonidæ, ſive ut aliis placet, Hæmonis filium. Hic enim ludos in Olympia, per qvadringentos propè annos intermiſſos renovavit, ordinavit, nundinas indixit, & ludorum cauſa inducias inſtituit.

Qvum enim jam propè deletâ Græciâ ſeditionibus & peſtilentia, de remedio Apollinem conſuluiſſet; reſpondit Deus, Expedire ab Iphito & Eleis ludos Olympicos inſtaurari. *Svaſit præterea Iphitus Eleis, ut Herculi, qvem hactenus hoſtem, propter Regem ſuum Augeam ab eo devictum, judicarant, deinceps tanqvam propitio numini immolarent. Socius autem ei fuit Lycurgus Lacedæmoniorum Legislator, ut habet* Plutarchus in Lycurgo, *qvi idem etiam* Ariſtotelem *ſtatuiſſe affirmat, diſcum olympicum pro indicio adducentem, in qvo nomen Lycurgi inciſum exſtitit. Idem* Plutarchus ex Hermippo *allegat ibidem, cenſuiſſe aliqvos, initiò nullam ſocietatem hac in re Lycurgo cum Iphito fuiſſe, neq; monitu ejus eò adveniſſe, ſed fortè fortuna ex peregrinatione ad id ſpectaculum divertiſſe: ibi qvum audiſſet vocem, qvaſi hominis cuiusdam à tergo aſſiſtentis, qvæ increparet ipſum, mirariq; diceret, qvòd civibus ſuis non eſſet autor ſocietatis harum feriarum ineundæ; neq; tamen qvenqvam vidiſſet, ratum divinam eſſe eam vocem, ita demum ſe ad Iphitum adjunxiſſe, eiq; in exornanda ſtabiliendaq; iſta ſolennitate ſocium fuiſſe: qvanqvam idem ibidem addit, fuiſſe alios, inter qvos* Eratoſthenem & Apollodorum *nominat, qvi ſucceſſione Regum Spartanorum tempus ſupputantes, Lycurgum haud paucis annis Olympiade prima Iphiti ſuperiorem pronunciarunt.* Sethus Calviſius *Chronologus exqviſitiſſimus, Præceptor meus dilectiſſimus, CVIII. annis priorem facit.*

Patet ex his omnibus, à prima origine in Iovis honorem ſemper Olympicos ludos fuiſſe celebratos, ut non opus ſit mira-

ri cum Scaligero lib. 1. Poet. cap. 23. *qvare Pelops Iovi, non Neptuno potiùs, cujus eqvis Oenomaum viciſſet, eos nuncupârit, qvandoqvidem à majoribus ab Hercule uſqve Idæo, initioq́; ipſo, Iovi ſacros eos acceperat.*

Ut autem rectiùs hæc omnia percipiamus, libet genealogiam hanc ex Pauſaniæ diverſis locis congeſtam oculis ſubjicere.

Vide ſignum NB.

Conveniebat autem ad celebritatem Olympicam omnis Græcia, unà & exteræ nationes, ex Ægypto, Libya, Sicilia, &c. qvæ tamen ad deliberationes de rebus Græciæ non admittebantur, ſed tantùm ad certamina: & qvidem qvarto qvoqve anno exacto, in plenilunio ejus Menſis, cujus noviluniũ proximè ad Solſtitiũ æſtivum accedebat, qvem ἑκατομβαιῶνα Athenienſes nominarunt, ad Olympiam oppidũ Elidis, ad Alpheum fluvium, non procul à Piſa: qvanqvam etiam Olympiam, olim Piſam dictam fuiſſe accepimus (Steph. de urb.) *& Pindar9 Piſam paßim in Olympicis celebrat: ut in Pythiis, Criſam & Delphos, propter vicinitatẽ. Erat Olympia tẽplo et cultu Iovis Olympii clara: unde & ſolennitati huic partim à loco, partim à Iove Olympio nomen inditum anteà audivimus. Habebâtur ibi comitia & deliberationes de rebus ad totius Græciæ commodum ſpectantibus, & ſimul de anni forma & intercalationis ratione (ut nimirum qvarto qvoque anno dies ille, qvi ex qvatuor qvadrantibus, ſingulis quadrienniis conflabatur, interponeretur, ut vult,* Cenſorinus c. 18. *velut* Cicero in Verr. *ſcribit, ut Solis rationes cum Luna congruerent; quemadmodum alibi de ratione anni Græcorum docetur) agebatur, & ad vulgus referebatur. Erat q́; id negocium Sacerdotibus Olympicis datum, ut Novilunia, maximè verò illud, qvod ἑκατομβαιῶνος initium erat, accuratè obſervarent, et publicè proclamarent. Unde* Iſthm. ς. b. 3. *κάρυκες ὡρᾶν dicuntur.*

dicuntur. Simul etiam ſpectacula exhibebantur, & certamina inſtituebantur varii generis, præmiaq́; Ὀλυμπιονίκαις *ſeu victoribus tribuebantur, de qvibus poſteà. Et fiebant qvidem hæc omnia ab XI, ad XV. diem Menſis* ἑκατομβαιῶνος, *tempore plenilunii, ut dictum eſt: XVI. verò fiebat judiciũ de certãtibus, & præmia diſtribuebantur; ut* Tzetzes *ſcribit, et ad* εἶδος *tertiũ videbimus. Ipſa verò ſolẽnitas nominabatur vel* τὰ Ὀλύμπια, *ut alia Feſtorum & ſacrorũ nomina, pluraliter: vel* ἡ Ὀλυμπιάς: *tametſi hoc qvoq́; nomine totum quadrienniũ interjacẽs ſæpè nominaretur, ut poſteà apparebit.*

Etſi autem varia fuerunt & ab initio primo ante Iphitum, & poſterioribus annis, ludorum Olympicorum certamina: Tamen qvia jamdiu intermiſſa fuerant, prorſus veterum ludorum obſoleverat memoria: Ideoq́; poſt Iphitum ſingula, ut in memoriam fortè rediſſent, addebantur. (Pauſ. p. 154.) *Ac initiò quidem, qvum Iphitus Olympia inſtauraſſet, tantùm* Δρόμου, *id eſt, ſtadii ſeu curriculi certamen fuit, in qvo vicit Olympiade prima Corœbus Eleus, cui tamen ſtatua nulla poſita fuit.* (*P.* 114. 32. 154. 44.) *Additus poſteà* Δίαυλος, *id eſt, duplicati ſtadii curſus, Olympiade XIV. in quo genere tum vicit Hypenus Piſæus.* (*p.* 155. 1.) *Olympiade XVIII, additur* πένταθλον, & πάλη: *illo vicit Lampis, hac Eurybatus, uterq́; Lacedæmonii.* (155, 53.) *Olympiade XXIII,* πυγμῆς *ſeu cæſtuum ludus inſtitutus, & victor fuit Onomaſtus Smyrnæus.* (155. 5.) *Olympiade XXV. introductus* ἵππων τελείων δρόμος; *id eſt, currule certamen adultorum equorum, in quo genere tum vicit Pagondas Thebanus.* (155. 6.) *Olympiade XXXII, producti Pancratiaſtæ, &* ἵπποι κέλητες; *vicitq́; Celete Crauxidas Cranonius: Pancratio, Lygdamis Syracuſanus.* (155. 8.) *Olympiade XXXVII, de Curſu & Lucta pueris propoſita præmia: & hac quidem vicit Hippoſthenes Lacedæmonius; illo, Polynices Eleus,* (155. 12).

Olym-

Olympiade XXXVIII. puerorum qvinqvertium introductum, palmamq́; tulit Eutelidas Lacedæmonius: ſed rejectum tamen hoc certamen ab Eleis, nec deinceps pueri qvinqvertiones admiſſi. (155. 28, 193. 18.) *Olympiade XLI, pueros in cæſtuum pugna commiſerunt, victorq́; evaſit Philetas Sybaritanus.* (115. 15.) *Olympiade LXV.* ὁπλιτῶν δρόμος *introductus cum plauſu, qvòd videretur exercitatio illa ad res bellicas idonea:* (155. 16, 187. 30) *reponebanturq́; in templo Iovis Olympii, clypei ænei* 25, *cum qvibus decurrebant, qvi armati in curriculum deſcendebant* (159, 42): *Victor renunciatus eſt Demaratus Heræenſis.* (155. 16, 187. 30.) *Olympiade LXX, receptus* δρόμος ἀπήνης, *id eſt, rhedæ certamen, vicitq́; Therſius Theſſalus. Olympiade LXXI.* Κάλπης, *hoc eſt Carpenti certamen introductum eſt, qvo vicit Patæcus Achæus. Olympiade LXXVII. inſtitutum, ut mactatis Deo victimis, primùm Qvinqvertii & Curſus, deinde Eqvorum certamina committerentur. Anteà verò eodem die & Eqvi & Homines inducebantur. Pancratiaſtæ tunc ſub noctem prodibant, qvum non ſatis maturè poſſent accerſiri, eò quòd dies Eqviriis & Qvinqvertio conſumeretur.* (155. 40.) *De Pancratiaſtis illa Olympiade palmam tulit Callias Athenienſis. Sed in poſterum cautum eſt, ne aut Qvinqvertium aut Eqviria Pancratio impedimento eſſent. Olympiade LXXXIV. &* ἀπήνης *&* Κάλπης *certamen, in poſterum tempus omne excluſum fuit. Olympiade XCIII. integræ ætatis Eqvorum* συνωρίδος, *id eſt, bigarum certamen inſtitutum, vicitq́; Evagoras Eleus* (155. 19.) *Olympiade XCIX, junctis ad currum pullorũ qvadrigis certatum eſt, & coronam tulit Sybariades Lacedæmonius.* (155. 21.) *Olympiade CXXIX,* πώλων συνωρὶς *introducta, vicitq́; Beliſtiche Macedonica.* (155. 22.) *Olympiade CXXXI,* πῶλος κέλης *introductus, vicitq́; Tlepolemus Lycius.* (155. 23.) *Olympiade CXLV, inſti-*

tutum

tutum puerile pancratium, palmamq; tulit Phædimus Aeoleſis ex Troade: ſed certamen hoc ab Eleis deinceps rejectum (155.26.) *Qvæ omnia ideò nunc ex Pauſania* (*lib.5.& 6.*) *afferimus, ut qvo tempore certamina quæq; fuerint addita, ſciamus: id qvod ad lectionem Hiſtoriarum non parum proderit.*

Etſi autem hæc potiſſimum corporis certamina inveniuntur apud Autores decantata: fuerunt tamen & Ingenii quædam certamina: qvandoqvidem, ut Pauſanias in poſterioribus Eliacis (*lib. 6.p.195.16*) *refert, Gorgias Orator in Olympicâ* πανηγύρει *magnum eloqventiæ ſpecimen dedit. Et de Herodoto ſcribit* Suidas, *qvòd in Olympico conventu Muſas ſuas recitârit: qvæ res Thucydidi puero adhuc auſcultanti tantum ſtimulum inflixit, ut zelo qvodam incitatus lacrymas effuderit: qvod animadvertens Herodotus, Patri Oloro, de filii generoſitate gratulatus, & inſignem eum aliqvando evaſurum non falsò ominatus eſt: Et* Ælianus lib.2.cap.8. *Xenoclem & Euripidem Olympiade prima & nonageſima* [perperam ibi habetur prima & ſexta] *qva Exænetus Agrigentinus ſtadio vicit, Dramatibus certaſſe annotat. Et Cleomenes in Olympiis, Empedoclis qvædam* ῥαψῳδῆσαι *ſcribitur, ab* Athenæo lib. 14.

Præmium autem Victori in qvocunqve certamine dabatur Corona, & qvidem ex Oleaſtro, Plin. l. 15. c. 4. *ut ſuprà dictum eſt, eò qvòd Hercules Idæus, qvi Olympica certamina primus inſtituerat Oleaſtrum ex Hyperboreis in Græciam intuliſſet. Et ſanè ad poſticum templi Olympici verſus dextram,* Κότινον *ſive, Oleaſtrum fuiſſe, qvem* ἐλαίαν καλλιςέφανον *appellarunt, ex qvo Hercules primus coronatus eſt, & reliqvis etiam Victoribus Coronas decerpere ſolenne fuit, eumq; religiosè cuſtoditum fuiſſe*, Plinius lib. 16.cap. 44. *teſtatur. Scribit de hac* ἐλαίᾳ καλλιςεφάνῳ Ariſtot. περὶ θαυμ. ἀκȣσμ: *ita: In Pantheo Athenis eſt* ἐλαία καλλιςέφα-

υος, omnia folia reliquis oleis contraria forma producens, qvippe qvæ non pronam, ſed ſupinam partem habeat viridiorem. Ramos mittit, ut Myrtus; ad coronas convenientes. Unde & ſumpta plantula Hercules in Olympia Oleam plantavit, athletis Coronas ſuppeditantem. Diſtat ab Iliſſo fluvio ſtadiis L X. *muro circumjecto munita: ac ne qvis tangat, gravi pœna cavetur. Hinc & Elei decerptum ſurculum in Olympio campo plantarunt, ut Victores inde Coronis donarentur. Etſi autem ex hoc loco* Cœlius Rhodiginus lib.7.cap.19. *evincere vult, non* Κότινον *ſeu Oleaſtrum, ſed* Ἐλαίαν *ſeu Oleam, Coronas Olympicas ſuppeditaſſe: Ex* Pauſania *tamen patet, revera* Κότινον *fuiſſe, ſed* ἐλαίας Καλλιςεφάνȣ *nomen accepiſſe. Ab hac autem* ἐλαίᾳ Καλλιςεφάνῳ, *Nymphæ illæ, qvarum ara Olympiæ arbori huic proxima fuit, etiam* Καλλιςεφάνων *nomen accepêre.*

Erat autem in templo Iovis Olympii æneus tripus, ſuper quo olim Victoribus coronæ proponebãtur: ſed poſteà ad hoc negocium erigebatur Menſa, partim ex Ebore, partim ex auro fabricata à Colote artifice, ut ajunt.

Sub Corona imponebatur capiti Victoris μίτρα *ſeu* διάδημα *qvoddam* ἔυμαλλον. *Qvi mos in Iſthmiis maximè obſervatus fuiſſe videtur.* Olymp. θ. G. 8. Iſthm. ε G.9. *Hanc videtur per* Ταινίαν *intelligere* Pauſanias lib.5.p.178.

Suffecit autem hoc Græcis præmium, neqve deſiderarunt aurum vel argentum, ne Victores magis utilitate & lucro allecti, quàm virtute & gloria incitati ſeſe exercuiſſe viderentur. Et Herculem Amphitryonis filium, Diodor. lib.4. *refert, ideò tantùm* ςεφανίτην *hunc agonem Olympicum eſſe voluiſſe, ad exemplum ſuìpſius, qvi & ipſe qvanqvam generi mortalium benè feciſſet; nullum tamen inde præmium qvod lucroſum fuiſſet, à qvoqvam hominum reportaſſet. Hinc*

Tigra-

Tigranes apud Herodotũ in Vrania *in bello Perſico, Olympiade L X X V. audiens Coronam oleaginam eſſe Victoris Olympici præmium, animo perculſus dixit: Papæ Mardoni, in qvos viros induxiſti nos adpugnandum? qui non pecuniarum certamen agitant, ſed virtutis.*

Qvanquam autem Victores præter Coronam ex Oleaſtro nihil ſecum domum reportabant: tamen gloria qvæ eos ſeqvebatur, habebatur longè eximia. Nam ut Cicero lib. 2. Tuſcul. qvæſt. *ſcribit, Olympiorum victoria Græcis Conſulatus ille antiqvus videbatur. Et* pro L. Flacco, *Olympionicam eſſe, apud Græcos propè majus fuit & glorioſius, qvàm Romæ triumphaſſe.* Vitruvius ſcribit in præfat. lib. 9. *Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent; Græcorum majores ita magnos honores conſtituerunt, ut non modò in cõventu ſtantes cum palma & corona ferrent laudes, ſed etiam revertentes in ſuas civitates cum victoria triumphantes qvadrigis in mœnia & in patrias inveherentur, è req; publica perpetua vita conſtitutis vectigalibus fruerentur. Qvam ob cauſſam Græci in Olympicis Ludis & opes ſuas, & vires, & ingeniorum dexteritatem tantoperè oſtentarunt, ut teſtatur* Iſocrates περὶ ζεύγȣς.

Et qvum multa haberet Græcia, qvæ vel ſpectarentur vel audirentur cum admiratione: omnium tamen accuratiſſimè & religioſiſſimè Eleuſinia ſacra, & Olympici ludi celebrabantur. (Pauſan. 156. 14.) *Vtq; perpetua maneret Victorum apud poſteros memoria, &* τιμαὶ *eorum* ἀθάνατοι, *ut Iſthm. Ϛ. B. 3. dicuntur: eorum penè omnium ſtatuas Olympiæ in luco Jovis, qvem Poeta noſter dialecto Eleorum, & hunc ſecutus* Pauſanias in Eliacis, Ἄλτιν *vocat, dicar imos erat.*

Ariſtoteles lib.7. Eth. c. 6. *memoriæ prodidit, Olympionicas κατ᾽ ἐξοχὴν qvandam Græcis vocatos fuiſſe ἀνθρώπους, qvaſi ſoli illi Hominis appellatione digni eſſent, ut eum locum accipit* C. Rittershuſius ad v.198. lib.4. κυνηγ: Oppia. Sed Alexander Aphrodiſæus *ad l.8. Topic. &* Camerarius in Ethica, *aliter interpretantur, ut &* Theodorus Zvvingerus. *Qvòd ſi qvi τριςολυμπιονῖκαι eſſent, hoc eſt, ter viciſſent, eorum εἰκόνες, id eſt imagines, ſimilitudine ex membris ipſorum expreſſa, dicabantur, ut habet* Plinius lib. 34. cap.3. *Neq; verò ij tantùm, qvi benè ibi ſe geſſiſſent, in admiratione erant: ſed Vrbes qvoq; Victorum celebrabantur, ut* Iſocrates in loco allegato *teſtatur: atq; ita gloria* Ὀλυμπιονικῶν *in Patriam, quod maximæ laudi ducebatur, redundabat. Quin & commoda qvædam huic gloriæ conjuncta erant. Nam Athenienſes ei, qvi Iſthmia viciſſet, centũ; qvi verò Olympia, qvingentos denarios, ex inſtituto Solonis dederunt, teſte* Plutarcho in Solone. *Imò & alimenta publica in Prytaneo* Ὀλυμπιονίκαις *fuerunt præbita, ut idem* Plutarchus in Ariſtide *refert. Qvòd ſi qvis in omnibus qvatuor ſacris certaminibus, hoc eſt, in Olympiis, Pythiis, Nemeis & Iſthmiis viciſſet;* Περιοδονίκης *q. d. Periodo-victor dicebatur.*

Ut autem Famæ perpetuitati conſuleretur; Victorum nomina in Olympico Gymnaſio conſcripta fuerunt. Pauſan. lib.6. p.183.

Cæterùm proclamatio Victorum fiebat per Præconem. Primò nominabatur genus Victoriæ: deinde Perſona Victrix: tertiò Pater Victoris: qvartò Patria vel regio vel civitas; vel etiam utraqve. Habebaturq; honor ſummus, ſi qva civitas Πυθιονίκην, *aut* Νεμεονίκην, *aut* Ἰσθμιονίκην, *maximè verò* Ὀλυμπιονίκην *genuiſſet & educaſſet. Hinc* Plin. lib.16. c.4. *non tàm Victori, qvàm Victoris patriæ, Coronam datam fuiſſe ſcribit. Ideò & Pindarus toties Victores ſuos inde commen-*

commendat inter alia, qvòd Patriam victoria qvaſi erexerint; decusq; in eam contulerint.

Qvam ob cauſam etiam ægerrimè ferebant Civitates, ſi qvando Victores aliunde ſe ἀναγορευθῆναι voluiſſent. Fiebat enim nonnunqvam, ut vel pecunia corrupti, vel ex amore alicujus perſonæ aut loci, vel qvòd ſe à civibus læſos putarent, aliunde qvàm ex natali patria, ſe proclamari vellent. Sic Dicon Cauloniates Italus, qvum puer viciſſet, Cauloniatem ſe proclamari juſsit: in reliqvis poſteà victoriis, pecunia accepta, Syracuſanum. Pauſ. lib. 6. p. 180. *Sic Sotades, Olympiade, 99, Cretenſis, qvi & fuit, renunciatus, ſeqvente Olympiade, pecunia ab Epheſiis publicè accepta, Epheſium ſe prodi maluit.* Pauſ. l. 6. p 196. *Aſtylus in prima victoria, Olymp. 73. Crotoniata, qvi & fuit, renunciatus, in ſeqventibus duabus, 74 & 75, Hieronis Dinomenis filii ſtudio ductus, Syracuſanum ſe proclamari curavit.* Pauſ. l. 6. p. 190. *Sic Hiero Syracuſanus, qvi & Olymp. 73, proclamatus fuit, ex amore Catanæ à ſe inſtauratæ, & Ætna appellatæ, anno 3. Olymp. 76. hoc eſt, Pythiade 29. Ætnæum ſe renunciari juſsit, tametſi Syracuſas non abnegaſſet, ut patet* Pyth. α. *Sic Chromius, auriga hujus Hieronis, in gratiam Regis ſui, ſe qvoqve Ætnæum proclamari voluit,* Nem. α. *Dorieus, Diagoræ Rhodii qui* Olymp. ζ. *celebratur, Filius, & Piſidorus, è Rhodo per factionem pulſi, non Rhodios, ſed Thurios Præconis voce ſeſe appellarunt, quòd Thurios in Italiam commigraſſent.* Pauſ. lib. 6. p. 184. *Sic Ergoteles Himeræum ſe proclamari voluit, qvum eſſet Cretenſis.* Oly. ιϛ.

Defraudatæ autem hoc modo Civitates, ingratitudinem hanc ſuorum civium, præſertim ſi pecunia corrupti, aut malitia hoc feciſſent, graviter ultæ fuerunt. Sic Aſtyli domum, Crotoniatæ ad publici carceris uſum deſtinarunt, & ſtatuam in Lacedæmoniæ Junonis templo ex prima victoria ei dedicatam everterunt. Sic Sotadem Cretenſes exilio mulctarunt.

C 3 *Contrà*

Contrà precio nonnullæ Civitates aliqvos interdum adduxerunt, ut ſe de ſua civitate appellari paßi fuerint, ut ex exemplis Diconis & Sotadis modò allatis liqvet. Et memorabile eſt, Syracuſanos Dionyſii legatos, ad Olympium Iovem cum muneribus miſſos, Antipatri Mileſii, qvi pueros pugilatu vicerat, patrem Clinopatrum pecuniis adduxiſſe, ut filium Syracuſanum renunciari voluerit: ſed Antipatrum patriæ amantiſsimum, contemptis Tyranni donis, Mileſium ſe, qvi erat, profeſſum fuiſſe. Pauſ. l.6. p.179.

Ne verò præmia injuſtè diſtribuerentur, aut ἀτάκτως *cætera fierent: certi fuerunt conſtituti* ἀθλοθέται, *certaminum præfecti, & qvaſi Iudices. Qvumq; à principio Olympiadum, unicus tantùm fuiſſet Ludorum Præfectus Oxylus, qvod & aliqvandiu poſteri ejus obſervarunt: etiam Iphitus ſolus ludis præfuit, isq; mos etiam hujus poſteris aliqvandiu manſit. Olympiade verò L. Duumviris ex Eleorum civitate ſorte ductis, ludorum cura fuit demandata* (Pauſan. 156. 4.) *qvæ conſvetudo manſit, donec Olympiade LXXV, novem Judices eligerentur, qvos* ἑλλανοδίκας *appellarunt, qvorum tres de Eqvorum certaminibus, tres de Qvinqvertio, tres de cæteris certaminibus cognoſcebant* (Pauſ. 156. 6): *Sed his, mox ſeqvente Olympiade LXXVI. decimus fuit additus* ἀθλοθέτης (Pauſan. 156. 8.). *Horum omnium officium erat, in loco certo Elidis oppidi, perpetuos decem Menſes habitare, totumq; illud tempus, à Legum conſervatoribus, qvos* Νομοφύλακας *nominabant, jura agonalia perdiſcere: qvem locum ab* ἑλλανοδίκαις, ἑλλανοδικαιῶνα *appellabant, ut habet* Pauſanias in Eliac: poſt: (*l.6.p.*202.37.)*Purpura hos indutos judicio præfuiſſe volunt.*

Atqve hi ἑλλανοδίκαι *ſuos qvoqve olim eqvos ad certamen mittebant. Verùm qvum Olympiade CII, qvidam Pyrrhus* ἑλλανοδίκης *eqviriis viciſſet, lege deinceps cau-*

tum eſt (fortè ad ſuſpiciones evitandas) ne qvis ἑλλανοδικούντων *eqvos ad certamina mitteret.* (Pauſan. 178. 8.) *Seqvente Olympiade CIII, qvum jam Elei in duodecim tribus ſeſe diſtribuiſſent, ex ſingulis tribubus, ſingulos dederūt* ἑλλανοδίκας (*P.* 156. 9.) *Sed mox ſeqvente Olympiade CIV, poſt bellum Arcadicum in octo tribus contracti, octo etiam tantùm* ἑλλανοδίκας *dederunt. Atqve hanc Olympiadem CIV, vocarunt Elei* Ἀνολυμπιάδα, *qvaſi dicas, irritam Olympiadem, eò quòd non ab Eleis, ſed ab Arcadibus & Piſæis fuerit adminiſtrata: ſicut & eandem ob cauſam, VIII & XXXIV.* ἀνολυμπιάδας *dixerunt, qvòd à Piſæis fuerint adminiſtratæ, qvas etiam propterea in ſuis commentariis non conſcripſerunt, ſicut nec CCXI, ut habet* Pauſanias in Phocaicis (*l.* 10. *p.* 355. 11), & Eliacis poſt: (*l.* 6. *p.* 200. 44, 221. 2.) *Tandem Olympiade CVIII, iterum decem* ἑλλανοδίκαι *lecti: & hoc deinceps immutatum non fuiſſe uſqve ad ſua tempora, ſcribit* Pauſanias in Eliacis prior: (*l.* 5. *p.* 156. 13.) Joſephus *tamen* lib. 16. antiq. Jud. cap. 9. *teſtatur, Herodem anno ante Chriſtum nono, ludos Olympicos, propter inopiam non ſatis ſuæ celebritati reſpondentes, attributis annuis reditibus adjuviſſe, & pro hac munificentia perpetuum* ἀγωνοθέτην *declaratum fuiſſe.*

Adeò autem ἐπιεικείας *fuit habita ratio, ut ſi fortè caſus aliqvis, qvi virtuti nihil derogaret, interveniſſet, tamen ad virtutem potiùs qvàm ad caſum illum reſpexerint. Sic qvum Phidolæ Corinthii eqva, cui Auræ nomen fuit, ab ipſis ſtatim carceribus ſeſſore ſuo collapſo, curſum tamen priſtinum, æquè ac ſi rectorem habuiſſet, retinuiſſet, & circa metam ſe convertiſſet, auditoq́ue tubæ ſonitu ad curſum vehementiùs concitata fuiſſet, & ad ludorum præfectos, poſt ſe relictis reliquis, ſe jam victoriæ compotem quaſi intelligens, conſtitiſſet: Iudices Phidolam victorē renunciarunt.* Pauſ. l. 6. *p.* 190.

Imò

Imò & poſt mortem meritos victoriæ gloria ornarunt. Sic Olympiade LIV. Arrhachion Phigalenſis Arcas de pancratio mortuus Victoris nomen reportavit. Quum enim victis adverſariis aliis, unus adhuc relictus eſſet: is verò uno impetu, & pedibus præventum Arrhachionem incinxiſſet, & manibus collum obſtrinxiſſet: Arrhachion digitum pedis ejus arreptũ infregit, ut dum ſtrangulatus jam animam ageret, præ digiti dolore adverſarius eodem temporis momẽto corrueret. Ideoq; Iudices Arrhachionis doloſè præventi cadaveri victoriam & coronam præconis voce adjudicarunt. Pauſan. Arcad. (*l.* 8. *p.* 270.

Porrò is fuit etiam obſervatus ab ἑλλανοδίκαις *in judicando rigor, ut non eos tantùm qui fraudem aliquam commiſiſſent, vel aliud quid indecens perpetraſſent, verùm etiam, ſi quem Collegarum iniquiùs judicaſſe deprehendiſſent, ſeverè mulctarint. Sic Olympiade LXXV, Theagenes, qui in Olympiade præcedente pugilatu deceperat Euthymum, duobus talentis fuit mulctatus, quorum unum Iovi fuit dicatum pro ſacra mulcta, alterum Eythymo ad luendam contumeliæ noxam attributum.* (*p.*183. 35.) *Sic Olympiade XCVIII. cum Eupolus Theſſalus in pugilatus certamine, Agetorem Arcadem, Prytanem Cyzicenum, & Phormionem Halicarnaſſenſem, pugiles, pecunia corrupiſſet, magna ſumma pecuniæ, & ipſe corruptor, & corrupti, fuerũt multati, deq; multa in Alti id eſt, luco Iovis Olympii, erecti ſex Zanes, id eſt, Iovis ſtatuæ* (*p.*169. 7.) *Sic Olympiade CXII. ſex alii Zanes erecti de mulcta, qua damnatus erat Callippus Athenienſis, qui ab Antagoniſtis coronam precio abalienaverat.* (*p.*169. 20.) *Rurſus multi alii Zanes erecti Olympiade CLXXVIII. de mulcta Eudeli Rhodii, qui à Philoſtrato quodam corrumpi ſe paſſus fuerat.* (*p.*169. 38.) *Sic Olympiade CXCII, Damonicus Eleus, & Soſander Smyrnæus multati, qui filios ſuos ſimulatò commi-*

ſerant,

ſerant, altero eorum pecunia corrupto. Sic Olympiade CCI. mulctatus Sarapion pancratiaſtes, qvòd pridiè qvàm pancratium committeretur, metu antagoniſtarum aufugiſſet; & de ea mulcta Jovi ſignum dicatum fuit. Rurſus Olympiade CCXVIII, Apollonius cognomento Rhantis, pugil Alexandrinus, mulctatus fuit, qvòd vim Heraclidi extra agonem intuliſſet. Sic Olympiade CCXXVI, Didas & Garapammon Ægyptii mulctati fuerunt, qvòd de una & eadem palma, pacta inter ſe pecunia, ſocietatem coïiſſent. Sic qvum aliqvando Eupolemus Eleus, cum Leonte Ambraciota δρόμῳ *certaſſet, & ex tribus illis* Ἑλλανοδίκαις, *qvi* Δρόμȣ *judices ſeorſim erant, à duobus inferior, à tertio verò victor fuiſſet judicatus; & rem ad totam* Ὀλυμπικὴν βȣλὴν, *id eſt, conſeſſum omnium judicum retuliſſet, cognita cauſa duo illi* Ἑλλανοδίκαι, *à reliqvis ære gravi fuerunt condemnati. Qvemadmodum de his omnibus ſcribit* Pauſanias paſsim in Eliac. poſt. *Inde meritò* ἁγνὰ κρίσις, Olymp. γ. b. 1. *dicitur.*

Fuit autem in Hippodromo, id eſt, Eqveſtri curriculo, in extremis Ara figurâ rotundâ, ad qvam Dæmon qvidam colebatur, qvem Ταράξιππον, *ab incutiendo Eqvis pavorem nuncupabant. Solebant enim, incertum unde injecto terrore, circa Aram hanc Eqvi tam vehementer conſternari, ut coorta trepidatione, ſæpè illiſis curribus affligerentur Aurigæ. Ut igitur æqvo & propitio uterentur Taraxippo; ad eam Aram Aurigæ vota nuncuparunt. De cauſâ hujus* Ταραξιππίας *diverſæ fuerunt ſententiæ. Aliqvi Oleni vel Olenii, cujuſdam indigenæ hominis, qvem* Lycophron. v. 43. *Iſchenum nominat, ſepulcrum eſſe dixerunt, Eqvos regendi ſcientia præſtantis; à qvo & in Eleorum finibus Olenium ſaxum ſit appellatum. Alii Dameonem eſſe crediderunt Phliuntis filium, qvi in Augeam expeditionis Herculi ſocius,*

à Cteato Actoris F. unà cum Eqvo ſuo fuerit interfectus, & ab Eleis eo in loco, ipſi & eqvo communis habitus ſepulcri honor. Aliqvi cenotaphium eſſe putarunt, qvod Myrtilo Pelops poſuerit, qvum ei à ſe perempto parentaret, iræ ipſius placandæ cauſa: Taraxippum verò appellatum, quòd Myrtili dolo, Oenomai Eqvæ conſternatæ fuiſſent. Qua de re ad Olymp. *α. aliqvid dicetur. Alii Oenomaum ipſum eſſe dictitarunt, qui in curruli certamine Eqvos & Aurigas illo pavore exagitarit. Alii Alcathoum Porthaonis filium eſſe, qvi qvum inter procos Hippodamiæ, ab Oenomao fuiſſet occiſus, & eo ipſo in loco humatus; injuriæ qvam ibi paſſus eſſet, atrox & infenſus vindex obeqvitantibus exoriretur. Ægyptium qvendam* Pauſanias *ſibi dixiſſe refert, Pelopem neſcio qvid ab Amphione Thebano Mago acceptum eo in loco defodiſſe, cujus arcana vi conterriti tunc fuerint Oenomai eqvi: indeq; omnes eqvos eodem affici modo.* Idem Pauſanias *rejectis reliquis ſententiis omnibus, cenſet, Neptunum Eqveſtrem* Ταράξιππον *appellari, qvem ibi placent certaturi, ne eqvis terrorem immittat. Qvod ſuo loco relinqvimus. Fuerunt etiam in reliqvis ſacrorum Ludorum locis Taraxippi, de qvibus ſuo ordine videbimus. Sed ab Olympico longè acerrimus fuit terror. Sicut hæc omnia deſcribit* Pauſanias lib. 6. *De meta fervidis rotis evitanda, ut* Horatius lib. 1. od. 1. *loqvitur, vide* Iliad. ψ, & Sophoclis Electram, a. 3. ſc. 1. *Scribit* Dio, *Eleos tandem, ara Neptuno ibi collocata, à ταραξιππίᾳ illa liberatos fuiſſe.*

Fœminas, ſpectatrices ludorum Olympicorum eſſe, lege capitali prohibitum erat. Exemplum deprehenſæ & tamen abſolutæ, videbis in argumento Olymp. ζ.

Atqve hæc etiam de ſolennitate hac Olympiaca, & quæ potiſſimùm ibi obſervata fuerunt, ſufficiant. Plura & ſpecialiora apud Pauſaniam in Eliac. prior. & poſt. *videri poſſunt.*

Porrò

Porrò Græci ſua tempora numerabant, hiſtoriasq́; texebant, ſecundum Olympiadum Iphitearum numerum, utpote qvarum initium illis fixum erat & notum, ante qvod nihil ferè certi qvoad tempora, in Hiſtoriis Græcorum reperitur. Tradidit Varro, *ut* Cenſorinus de die natali cap. 21. *refert, tria temporum diſcrimina. Primum ἄδηλον, uſqve ad Cataclyſmum ſcilicet; qvod, ſive habuerit initium, ſive ſemper fuerit, (uti homo gentilis ignorat) certo annorum numero comprehendi poſſe negat, ob ignorantiam. Nos verò ſacris edocti, 1656. annis definimus. Secundum μυθικὸν, à Cataclyſmo ſcilicet, uſqve ad Olympiadem Iphiteam primam, qvòd in eo multa fabuloſa referantur; qvod etſi non planè qvidem ſciri putat, ad 1600. tamen annos circiter definit. Nos 1518. facimus. Tertium deniqve ἱςορικὸν, à prima ſcilicet Olympiade, ad omnia ſecula ſeqventia, qvòd res geſtæ ab eo initio certis hiſtoriis contineantur. Qvin &* Africanus 3. annalium, *de Olympiadibus apud* Euſebium *ait, qvòd uſqve ad Olympiades nihil exploratum in hiſtoria Græcorum inveniatur, ſed omnia confuſis ſint temporibus ſcripta. Inde* Plinius lib. 4. cap. 5. *delubrum Jovis Olympii in Elide, ludorum celebritate Faſtos Græciæ complexum ſcribit. Tametſi ſimul fatendum eſt, non ſtatim cum Olympiadibus ipſis conſuetudinem hanc cœpiſſe; qvandoqvidem ut* Pauſanias in Eliac. poſt *teſtatur, tempore belli illius, qvo Megarenſes Corinthios ſuperarunt, (circa Olympiadem videlicet LXXX, ejusqve annum tertium.* Calvis:) *nondum ætates per Olympiadas ab Eleis numerari fuerunt cœptæ. Et* Plutarchus in Numa *dicit, ideò difficile eſſe tradere, qvo tempore qvis Veterum vixerit, qvoniam ex Ὀλυμπιονίκαις hoc ſit æſtimandum, qvorum deſcriptionem ſerò admodum Hippias Eleus, qvi circa XC. Olympiadem floruit, tradiderit, nullo uſus rei fundamento, cui fides neceſſariò eſſet adhibenda.*

Appellabant autem, ut ſuprà monitum fuit, & ex hactenus commemoratis liqvet, qvaslibet quadriennes periodos, Ὀλυμπιάδας, qvarum ſingulas ab ordine denominabant, & in qvatuor annos ſolennitatem Olympicam ſeqventes diſtingvebant, ita ut qvicqvid factum eſſet primo, ſecundo, tertio, vel qvarto anno hujus vel illius Olympiadis celebratæ, factum eſſe diceretur. Et ab hoc annorum qvatuor completorum circuitu, etiam τετραετηρὶς nominabatur, planè ut apud Romanos Luſtrum, *qvod & ipſum erat qvatuor annorum completorum ſpacium, ubi qvarto qvoque anno exacto, populus Romanus luſtrabatur. Ac licet Poëtæ, & Olympiadi & Luſtro qvinqvennium tribuant, unde Olympias qvinqvennis* Ovidio *dicitur: ſua tamen id faciunt licentia, eò qvòd poſt qvatuor annos completos in initio qvinti ageretur: qvam ob cauſam etiam*

ipſis Græcis Olympias πενταετηρὶς *aliqvando fuit dicta, ut* Cenſorinus cap. 18. *annotat, &* τετραπενταετηρὶς, *quòd reſpectu capitis, qvinto anno ineunte celebraretur; reſpectu Periodi verò, qvatuor annos complecteretur: ſicut nos ſeptimanam unicam, octo dierum numero vulgariter definimus, qvandoqvidem octavus dies novæ hebdomadis eſt initium.*

Incidit autem Olympiadum Iphitearum, qvæ ſolæ apud Hiſtoricos memorantur, initium, juxta vulgarem ſupputationem, in annum Mundi 3187: juxta exactam verò Calviſii, *3174, diem 23. Iulii, feriam tertiam. Poſt excidium Trojæ, in 406 currentem, ut ex* Euſebio *citat* Scaliger lib. 5. de emend. temp. *Ante Romam conditam, in 24. currentem. Ante ordinationem Julii, in 730. annum completum, cum ſex Menſibus: à qva qvum ad Epochen Chriſtianorum elapſi numerentur 45. anni: neceſſe eſt, Olympiadum initium, Chriſtianorum Epocham antecedere 775. annis cum $\frac{1}{2}$, ſeu ſex Menſibus propè, à Solſtitio nimirum æſtivo, vel veriùs à 14. die* Ἑκατομβαιῶνος, *uſque ad finem anni Iuliani interceptis. Epocham Chriſtianorum dico. Nam ſi à vero Nativitatis Chriſti anno, (non ab Epocha aſſumpta) retrò numerare volo, biennium demendum veniet. Qva de re Chronologi monent.*

His ita expoſitis, facilè nunc erit, annos ſive à condito Mundo, ſive Epochæ Chriſtianorum, ad Olympiadas: vel contrà, annos Olympiadum, ad annos à condito Mundo, aut Epochæ Chriſtianorum reducere. De qva re ſeqventia poſſunt notari.

Pro alligatione temporis à Chriſto vel condito Mundo dati, ad Olympiadas.

I. Si tempus datum cadit ante Solſtitium; ad annum Epochæ Chriſtianæ currentem adde 775: à condito Mundo autem (ſi tamen excedat 3174. annos) ſubtrahe 3174. annos. Aggregatum vel Relictum divide per 4. Qvotus dabit Olympiadas completas: Reſiduum, annum currentem Olympiadis currentis. v. g.

Datur annus Epochæ Chriſt. 1570. Aprili, ante Solſtitium.
Adde 775.

Aggregatum 2345 diviſum per 4, exhibet Qvotum 586. & ſupereſt 1.

Notatur ergò annus currens primus Olympiadis ſequentis currentis 587.

Sic

Sic. Datur annus Mundi 5519. Aprili ante Solſtitium
Subtraho 3174.

Reſiduum 2345. diviſum per 4, exhibet Qvotum 586. & ſupereſt 1.

Notatur ergò & hìc annus currens primus Olympiadis ſeqventis currentis 587.

Qvodſi numerus præcisè tollitur diviſione qvaternaria; notatur annus qvartus vel ultimus ejus Olympiadis, qvam Qvotus oſtendit. ut:
Datur annus Chriſtianus 1613. Martio ante Solſtitium.
Addo 775.

Aggregatum 2388. diviſum per 4, exhibet Qvotum 597. & ſupereſt nihil.

Notatur ergò annus 4. ſeu ultimus Olympiadis currentis 597.

Sic. Datur annus Mundi 5562. Martio, ante Solſtit:
Subtraho 3174.

Relictum 2388. diviſum per 4, exhibet Qvotum 597, & ſupereſt nihil.

Ergò & hìc notatur annus 4 ſeu ultimus Olympiadis currentis 597.

II. Si datum tempus cadit poſt Solſtitium; ad annum Epochæ Chriſtianæ currentem adde $775\frac{1}{2}$*: à condito Mundo autem, aufer* $3173\frac{1}{2}$*. Aggregatum vel Relictum divide per 4. Qvotus dabit Olympiadas completas: Reſiduum, annum currentem Olympiadis currentis. v. g.*
Datur annus Chriſtianus 1570. Octobri, poſt Solſtit:
Addo $775\frac{1}{2}$.

Aggregatum $2345\frac{1}{2}$. diviſum per 4, exhibet Qvotum 586. & ſupereſt $1\frac{1}{2}$.

Notatur ergò annus currens 2, Olympiadis ſeqventis currentis 587.

Sic. Datur annus Mundi 5519. Octobri, poſt Solſtitium.
Subtraho $3173\frac{1}{2}$.

Relictum $2345\frac{1}{2}$ diviſum per 4, exhibet Qvotum 586. & ſupereſt $1\frac{1}{2}$.

Notatur ergò & hìc annus currens 2, Olympiadis ſequentis currentis 587.

Etiam hîc, ſi numerus per diviſionem qvaternariam præciſè tollitur; notatur annus 4. ſeu ultimus ejus Olympiadis, qvam Qvotus oſtendit. Res ita plana eſt, ut exemplo non indigeat.

Pro alligatione Olympiadum, ad tempus à Chriſto, vel condito Mundo.

ras, neqve Matri multum inqvi-
rentes Viri te *adducebant;*
dixit clam aliqvis ſta-
tim invidorum vicinorum,
aqvæ qvòd te i-
gne ferventem circa vehementiam
enſe diſſecuiſſent miniſtri paterni *membratim,*
menſisq; fruſta carnium
tuarum diſtribuiſſent, & Dii te *comediſſent.*

B.

Mihi verò abſurdum, helluonem
Beatorum aliqvem dicere.
Deſiſto ab hoc ſermone. *Noxa prehendere-ſolet*
freqventer maledicos. Si verò ſanè ullum vi-
rum mortalem Olympi ſpeculatores hono-
rarunt; fuit Tantalus hic. Sed enim con-
coqvere magnam felicitatem non po-
tuit: Saturitateq; i. e. protervia *accepit*
noxam ingentem,
qvam ei Pater ſuperpen-
dit ipſi, validum videlicet *lapidem,*
qvem ſemper cogitans à capite amoliri,
lætitiis aberrat.

γ.

Habet autem auxilio-carentem vitam
hanc, & *conſtanter-ærumnoſum*
cum tribus qvartum
laborem: Immortalium qvoniam furatus;
æqvalibus compotoribus

νέκταρ ἀμβροσίαν τε
δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον
„ θέσαν. Εἰ δὲ Θεὸν
„ ἀνήρ τις ἔλπεταί τι λασέ-
μεν ἔρδων, ἁμαρτάνει.
Τοὔνεκα προῆκαν υἱὸν
Ἀθάνατοί οἱ πάλιν
μετὰ τὸ ταχύποτμον
αὖθις ἀνέρων ἔθνος.
Πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν
λαχναί νιν μέλαν γένειον ἔρεφον,
ἕτοιμον ἀνεφρόντισεν γάμον,

ἀντ. γ. κώ. ιζ.

Πισάτα παρὰ πατρὸς εὔ-
δοξον Ἱπποδάμειαν
σχεθέμεν. Ἄγχι δ' ἐλθὼν
πολιᾶς ἁλὸς οἶος ἐν ὄρφνᾳ,
ἄπυεν βαρύκτυπον
εὐτρίαιναν. ὃ δ' αὐτῷ
πὰρ ποσὶ σχεδὸν φάνη.
τῷ μὲν εἶπε· Φίλι-
α δῶρα Κυπρίας ἄγ' εἴ τι
Ποσείδαον ἐς χάριν
τέλλεται, πέδασον ἔγχος
Οἰνομάου χάλκεον·
ἐμὲ δ' ἐπὶ ταχυτά-
των πόρευσον ἁρμάτων
ἐς Ἆλιν, κράτει δὲ πέλασον,
ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας ὀλέσας
ἐρῶντας, ἀναβάλλεται γάμον

ἐπῳ. γ. κώ. ιγ.

θυγατρός. Ὁ μέγας δὲ κίνδυ-

νος

nectar ambroſiamq;
dedit, qvibus immortalem ipſum Dii
fecerant. Si verò Deum
vir aliqvis ſperat qvippiam late-
re faciens, fallitur.
Idcirco demiſerunt filium
Immortales ei retrò
ad celeri-morti-obnoxiam
rurſus hominum gentem.
In florida autem qvando ætate
lanugo ipſum qvoad nigrum mentum coronabat,
paratas animo-revolutavit nuptias,

g.

ut Piſata à Patre glori-
oſam Hippodamiam
haberet. Propè autem progreſſus
ad canum mare ſolus in tenebris,
inclamabat graviſtrepum
Tridente-inſignem Neptunum. Is autem ipſi
ad pedes propè apparuit.
Cui qvidem dixit Pelops: Amabi-
lia dona Cypriæ Veneris age ſi qvid
ô Neptune ad gratiam tibi
apparent; impedi haſtam
Oenomai æream:
Me verò in velociſſi-
mis transmitte curribus
ad Elin, victoriæq; admove,
poſtqvam tribus & decem viris interemptis
amantibus, differt nuptias

G.

Filiæ. Magnum autem pericu-

νος ἄναλκιν οὐ φῶ-
τα λαμβάνει. Θανεῖν δ' οἷσιν ἀνάγκα, ”
τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ ”
καθήμενος ἕψοι μάταν, ἁπάντων ”
καλῶν ἄμμορος; ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὗτος
ἆθλός γ' ὑποκείσεται: τὺ δὲ
πρᾶξιν φίλαν δίδοι.
Ὣς ἔννεπεν: οὐδ' ἀ-
κράντοις ἐφάψατ' ὢν ἔπεσ-
σι. Τὸν μὲν ἀγάλλων Θεὸς,
ἔδωκεν δίφρον χρύσεον, ἐν πτεροῖ-
σίν τ' ἀκάμαντας ἵππους.

στρο. δ. κώ. ιζ.

Ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν,
παρθένον τε σύνευνον:
τέκε δὲ λαγέτας ἓξ
ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.
Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις
ἀγλααῖσι μέμικται,
Ἀλφεοῦ πόρῳ κλιθεὶς,
τύμβον ἀμφίπολον
ἔχων πολυξενωτάτῳ πα-
ρὰ βωμῷ. Τὸ δὲ κλέος
τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀ-
λυμπιάδων, ἐν δρόμοις
Πέλοπος, ἵνα ταχυ-
τὰς ποδῶν ἐρίζεται,
ἀκμαί τ' ἰσχύος θρασύπονοι.
Ὁ νικῶν δὲ, λοιπὸν ἀμφὶ βίοτον
ἔχει μελιτόεσσαν εὐδίαν,

ἀντι. δ. κώ. ιζ.

ἀέθλων γ' ἕνεκεν. Τὸ δ' ἀ-

εἰ πα-

lum imbellem virum
non occupat. Mori autem qvibus neceſſe,
qvidnam aliqvis ignobile ſenium in tenebris
ſedens coqvat fruſtra, omnium
honeſtarum actionum *expers? ſed mihi qvidem hoc*
certamen ſubjectum-erit: Tu verò
eventum gratum dato.
Sic dixit. Neqve ir-
rita attigit igitur ver-
ba. Eum qvidem lætificans Deus,
dedit ei *currum aureum, in a-*
lisq́ indefeſſos eqvos.

δ.

Cepit igitur Oenomai robur,
Virginemq́ conjugem:
genuitq́ Duces ſex
virtutum curam-habentes filios.
Nunc autem juſta
magnifica aſſecutus-eſt,
ad *Alphei alveum reclinatus*, i. e. ſepultus
tumulum undiqve-ambitum
habens freqventatiſſimam-hoſpitibus a-
pud aram. Gloria autem
eminus conſpicitur O-
lympiadum, in curſibus
Pelopis, ubi veloci-
tas pedum certat,
vigoresq́ roboris in-laboribus-audaces.
Qvi autem vincit, reliqva in vita
habet mellitam ſerenitatem,

d.

præmiorum-victoriæ gratia. Qvod autem ſem-

per

εἰ παράμερον ἐσλὸν,
ὕπατον ἔρχεται παν-
τὶ βροτῷ. Ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι
κεῖνον ἱππικῷ νόμῳ
Αἰοληΐδι μολπᾷ
χρή. Πέποιθα δὲ ξένον
μή τιν᾽ ἀμφότερα
καλῶν τε ἴδριν ἄλλον, ἢ δύ-
ναμιν κυριώτερον,
τῶν γε νῦν, κλυταῖσι δαιδα-
λωσέμεν ὕμνων πτυχαῖς.
Θεὸς ἐπίτροπος ἐ-
ὼν, τεαῖσι μήδεται,
ἔχων τοῦτο κῆδος, Ἱέρων,
μερίμναισιν. Εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,
ἔτι γλυκυτέραν κεν ἔλπομαι

ἐπῳ. δ. κῶ. ιγ.

σὺν ἅρματι θοῷ κλεΐξειν,
ἐπίκουρον εὑρὼν
ὁδὸν λόγων, παρ᾽ εὐδείελον ἐλθὼν
Κρόνιον. Ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώ-
τατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει. Ἐπ᾽ ἄλλοι-
σι δ᾽ ἄλλοι μεγάλοι· τὸ δ᾽ ἔσχατον, κορυ-
φοῦται βασιλεῦσι. Μηκέτι
πάπταινε πόρσιον.
Εἴη σέ τε τοῦτον
ὑψοῦ χρόνον πατεῖν, ἐμέ
τε τοσάδε νικαφόροις
ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίᾳ καθ᾽ Ἕλ-
λανας ἐόντα παντᾶ.

per vnoqvolibet-die-obvenit bonum,
id ſummum venit o-
mni mortali. Me autem coronare
illum eqveſtri lege
Æolico cantu
oportet. Confido enim, me hoſpitem
nullum utraqve-ratione-inſtructum,
bonarumq́; rerum gnarum alium aut po-
tentia præſtantiorem,
eorum ſanè qvi nunc ſunt, inclytis exor-
naturum hymnorum plicis.
Deus, procurator exi-
ſtens, tuis proſpicit,
habens hanc ſolicitudinem, ô Hiero,
curis. Si autem non citò me deſtiterit,
adhuc ſuaviorem, ſpero

D.

me illum cum curru celeri victoria-potitum decantaturum,
adminiſtram ubi-inveni
viam verborum, ad apricum veniens
Cronium promontorium. Mihi qvidem igitur Muſa for-
tiſſimum telum robore nutrit. In ali-
is autem alii ſunt magni. Supremū verò faſtigium in ſub-
lime-tollitur Regibus. Ne amplius
proſpecta ulterius.
Contingat ſaltem teq́; hoc
in-ſublimi tempus tranſigere, meq́;
tantis victoribus
converſari, conſpicuum ſapientia inter Græ-
cos exiſtentem ubiqve.

Commentarius.

AΡις͂ον μὲν ὕδωρ] Partes totius hujus εἴδους quinq; ſunt, Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio de Pelope, Epilogus. Exordii Theſis eſt, *Ludi Olympici reliqvis omnibus præſtant.* Hanc primùm illuſtrat per σύγκρισιν qvadruplicem: Ut Aqva Elementis reliqvis; ut Aurum Metallis reliqvis; ut Sol ſtellis reliqvis; ut Jupiter Diis reliqvis: ita & Olympici ludi, reliqvis omnibus præſtant. Deinde probat à judicio σοφῶν, qvi circa horum ludorum celebrationem maximè ſunt occupati.

α. 1. ἄριςον ὕδωρ] Aqvam *optimam* vocat, vel qvia ex hoc reliqva Elementa, faciliùs quàm ex alio producuntur. Qvod enim in Aqva eſt παχύτερον, id in terram concreſcit: qvod eſt λεπτομερέςερον, in aërem tranſit: & ipſe Aër ἀπολεπτυνόμενος, Ignis efficitur: Vel qvia neceſſaria eſt ad rerum omnium generationem & nutritionem, imò initium generationis omnium animatorum ex humido eſt, neq; ſemina aliter poſſint ζωογονηθῆναι, id eſt, *viva actu effici*, qvàm per Aqvam. Unde & *Thales Mileſius*, Aqvam omnium rerum principium ſtatuit, ut ex qva omnia oriantur, & in qvam omnia reſolvantur, ut eſt apud *Plutarchum de Iſide & Oſiride, & lib. 1. dogm. Phil. cap. 3. Cicer. lib. 4. Acad. qvæſt. & Auſon. in ludo 7. Sapient.* Qvo ſenſu & *Homerus Iliad. ξ.* Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα τηθὺν facere; *Et paulò poſt*, Ὠκεανὸν γένεσιν πάντεσσι τετύχθαι, affirmare putatur. Sicut *Odyſſ. ν. v. 142.* Neptunum πρεσβύτατον καὶ ἄριςον nominat. Vide *Plutarchum in libello, Utrum major Ignis an Aqvæ ſit utilitas: & de primo frigido: & Athenæum lib. 2.* ubi qværit, Qvare potiùs de vino, qvàm de Aqvis, è qvibus vinum naſcitur, diſſeramus. Et in Proverbium hoc abiiſſe, ex *lib. 3. Rhetor. Ariſtotelis Eraſmus* allegat; qvod tamen *lib. 1. c. 7.* habetur. Vide Adagium, *Aqva qvidem optima.* Simili ſenſu infrà *Olymp. γ.* inqvit: εἰ δ' ἀριςεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων δὲ χρυσὸς αἰδοιέςατον. &c. Vide *Vitruvium lib. 2. cap. 2. Et in præfatione lib. 8.* ubi etiam ſub finem Aqvæ præſtantia commendatur. *Et mox cap. 1.* ad vitam, & ad delectationes, & ad uſum qvotidianum maximè neceſſaria pronunciatur. *Videatur & finis cap. 4.*

a. 2. ἄτε πῦρ] Cenſet *Plutarchus de Igne & Aqva*, hîc Aqvæ Ignem poſtponi: qvum ſit collatio non Aqvæ & Ignis inter ſe; ſed Aqvæ cùm reliqvis Elementis: Auri cum reliqvis Metallis, cujus fulgor Igni comparatur.

a. 2. ὁ δὲ χρυσὸς] Qvi collationem inter Aqvam & Aurum à Poëta inſtitutam eſſe autumant; Poëtam φιλοχρηματίας, ex nimia prædicatione Auri accuſant. Sicut *Laudibus arguitur vini, Vinoſus Homerus.* Qvæ etſi fortaſsis Pindaro familiaris fuit, ut paſsim colligitur: Tamen ex hoc loco, interpretationem hanc illi non

face.

facerent, ſi utriusqve, Aqvæ cum reliqvis Elementis, Auri cum cæteris Metallis collationem, ad Olympiorum præ cæteris ludis præſtantiam illuſtrandam, factam eſſe animadverterent. Vide Eraſmum in Adagio, *Ubi qvis dolet, ibi manum habet.*

α. 4. *μεγάνορ@ ἔξοχα πλάτε*] Metonymia effecti, qvia Divites fiunt *μεγάνορες*, *magnanimi*, *ſuperbi*, *arrogantes*, denen der muth wechſt: vel etiam qvia poſſunt magna efficere, qvum Pecunia ſit nervus rerum gerendarum. Subintelligitur Verbum *ἐστί*.

α. 5. *εἰ δ' ἄεθλα*] *τὸ ἄεθλον*, & contractè *ἆθλον*, propriè eſt *præmium certaminis*: hoc loco verò *μεταληπτικῶς* pro *ipſo certamine* accipitur, qvod aliàs dicitur *ὁ ἄεθλ@* vel *ἆθλ@*. Eſt autem *ἀποστροφὴ* ad ſuum ipſius animum.

α. 5. *γαρύεν*] Inde haud dubiè Latinorum *Garrire*. Vide *Turneb. lib. 15. adverſ. c. 19.*

α. 7. *μηκέθ' ἀλίκ σκόπει*] Anteqvam ad priora duo membra *συγκρίσεως*, *ἀπόδοσιν* inferat, qvòd nimirum inter qvatuor Græciæ certamina, Olympica ſint præſtantiſsima; tranſit Poëta ad tertiam *σύγκρισιν*. Uſitatum eſt enim Pindaro, ut *Scholiaſtes* ait, *μὴ οἷς προοιμιάζεται συγκριτικοῖς, τέτοις τὰ συγκρινόμενα εὐθέως ἐπάγειν· ἀλλὰ μεταξύ τινα εἰκόνα ἀποδεικτικὴν τῆς βελτιώσεως παρενθεῖναι, καὶ ἔτω τὴν σύγκρισιν ἐπιφέρειν.* *Ald. & Pal. C.* habent, *μηκέτ' ἀελίκ*, minùs convenienter; qvanqvam per *συνίζησιν* excuſari poteſt.

α. 9. *ἀμέρα*] *Pal. C. ἡμέρα.*

α. 9. *ἄστρον*] *καταχρηστικῶς* pro *ἀστέρα*: ut ſæpiſsimè invenitur etiam apud Latinos *Aſtrum* vel *Sidus* pro *Stella*. *ὁ ἀστήρ*, eſt *unica ſtella*, ein Stern. *τὸ ἄστρον* verò, *Sidus* ex coagmentatione plurium ſtellarum collectum, ein Geſtirn. Vide *Macrob. lib. 1. Somn. cap. 14.*

α. 10. *ἐρήμας δι' αἰθέρ@*] *in Cœlo deſerto.* Vel, qvia in cœlo nulla animalia vivere poſſunt, propter *τὸ πυρῶδες*, ut Veteres cenſuerunt: Vel, qvòd de die deſertum appareat ab omnibus ſtellis, qvarum lumen Solis ſplendor obfuſcat, ita ut præter Solem nulla Stella (præter Lunam interdum) appareat, qvum poſt occaſum Solis qvaſi prodire iterum videantur: Vel, ut *αἰθὴρ* accipiatur, ſicut aliàs ſæpè fit, pro *ἀήρ*, & intelligatur Aër nebulis & nubibus carens, i. e. Cœlum, ut ajunt, ſerenum. *Plutarchus de Iſid. & Oſir. ſub finem* ita exponit: Qvia *τὸ φῶς* diurnum *ἕν ἐστι καὶ ἁπλῶν*: nocturnus verò aër *κρᾶμα καὶ σύμμιγμα πολλῶν φώτων καὶ δυνάμεων, οἷον σπερμάτων εἰς ἓν ἀπὸ παντὸς ἄστρου καταρρεόντων.* Ponitur autem hìc Fœmininum *ἐρήμας*, pro Maſculino *ἐρήμε*, Jonicè & Atticè, uti & apud *Sophoclem in Oedip. Tyr. ἐρανίαν δι' αἰθέρα*, pro *ἐράνιον*.

α. 13. *ὅθεν*] *ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀγῶν@.*

α. 14. *ἀμφιβάλλεται*] *circumdatur*, id eſt, *κοσμεῖται*, *exornatur*, *elaboratur.*

α. 15. *σοφῶν*] Intelligit *Poëtas*, omnis ſapientiæ humanæ Sacerdotes. Legendum autem *μητίεσσι* propter metrum, ut & *Pal.* A. B. C. habent, & *Aldus.*

α. 16. *Κρόνε παῖδα*] Aliqvi referunt ad *ἑστίαν*, qvia Veſta fuit filia Saturni,

turni, & poſt κελαδεῖν diſtingvunt. Sed commodior eſt σύνταξις, κελαδεῖν Κρόνου παῖδα, ſi intelligatur *Jupiter Olympius*, & ἑστία accipiatur Metonymicè pro *ædibus*, ut paſsim invenitur, eò qvòd *Veſta* domus exſtructionem prima invenerit: qvam ob cauſam etiam intra domos pingebatur, ut eas ſervaret, & inhabitantium cuſtos eſſet.

α. 16. Ἱκομένους] Alii ἱκόμενοι, ut & *Pal. B.* inveniri annotat, ut ſit σύνταξις; ἀνδάσομεν ἱκόμενοι ἐς ἀφνεὰν ἑστίαν Ἱέρωνος: & reliqva, ὅθεν ὁ πολύφατος &c. ad Κρόνου παῖδα incluſivè, ἐν παρενθέσει ponantur, juxta *Demetrium Triclinium*. Alii, ut & *Pal. A. B.* ἱκομένοις, ut ſit Syntaxis, ὅθεν ὕμνος ἀμφιβάλλεται ſcilicet ἡμῖν ἱκομένοις &c. *Pal. C.* planè omiſit, ſed poſteà adſcriptum fuit, ἱκομένους.

α. 17. Ἱέρωνος] Laudatis ludis Olympicis, præ cæteris, implicitè etiam argumentum habet laudis Hieronis. Qui enim in ludis præſtantiſsimis victor eſt, ille laude digniſsimus: Ergò & Hiero. Sed hoc paulò pòſt expreſsius ponit.

a. 1. θεμιστεῖον ὃς ἀμφέπει] In his nunc eſt concipienda Propoſitio, *Hiero eſt laudandus.* In cujus Confirmationem, novem argumenta adducit. 1. à Juſtitia: 2. à divitiis, & regno. 3. ab omnibus in genere virtutibus. 4. ab amore & peritia Muſicæ, hoc eſt, Poëticæ. 5. ab hoſpitalitate erga viros doctos, Poëtas nimirum. 6. à victoria Olympica, qvam reportavit Eqvo κέλητι. 7. à ſede regia, Syracuſis in Sicilia. 8. ab animoſitate & ſtudio belli, horumq; certaminum, dum vocat ἱπποχάρμαν. 9. à celebritate, parta ſibi in Peloponneſo hac victoria.

a. 1. θεμιστεῖον] Analogicè proparoxytonως ſcribendum eſſet, θεμίστειον, ut ex *Herodiani* autoritate *Scholiaſtes* probat: ſed Poëta properiſpomenon fecit, qvo modo etiam aliàs in uſu reperitur.

a. 2. σκᾶπτον] Metonymia, id eſt, *regnum*, cujus ſignum eſt ſceptrum. Eſt autem Doricum pro σκῆπτρον. *Ald. & Pal. A. B.* habent σκᾶπτρον.

a. 2. ἐν πολυμάλῳ Σικελίᾳ] τὸ μῆλον, & Doricè μᾶλον, modò *pomum* ſignificat, ſive *malum*, modò *ovem*, & in genere *pecus qvodlibet*. πολύμαλος ergò, ſi ad Perſonam refertur, ſignificat *habentem multas oves & alia pecora*, id eſt, *prædivitem*, qvandoqvidem Veterum divitiæ in re pecuaria & agraria maximè conſiſtebant. Si ad Rem, videlicet Terram aliqvam, ſignificat *fœcundam*, *fertilem*, *omnis generis fructus & pecora copioſè producentem*, ut hoc loco. De Siciliæ autem fertilitate *Cicero in 2. Verrina* ita ſcribit, qvòd M. Cato Sapiens eam Inſulam, *Cellam penuariam Reipub. & nutricem plebis Romanæ nominarit.* Et *in 4. Verr.* totam Cereri & Liberæ, id eſt, Proſerpinæ conſecratam, ex antiqviſsimis Græcorum monimentis refert, propter fertilitatem. Et *Strabo lib. 6.* (*p.306.*) ſcribit, qvòd croco, frumento, melle, aliiſq; rebus qvibusdam, etiam Italiam ſuperet, & ταμεῖον τῆς Ῥώμης nominata fuerit. *Livius lib. 7. dec. 3.* Siciliam ait, populo Romano pace ac bello fidiſsimum annonæ ſubſidium fuiſſe. *Athenæus lib. 12.* (p.542) totam Siciliam κῆπον id eſt *Hortum*, appellatam à Panormo meminit, qvòd ubiq; cultis arboribus

ribus abundarit. Vide & ea, qvæ *Athenæus lib. 14.* (p.658.) ex Philemone citat. Ex eadem cauſa *Homerus Odyſſ. M.* Inſulam Solis nominat.

a. 4. δρέπων κορυφὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασᾶν] Non malè hæc accipientur de εὐδαιμονία, qvæ in omnium virtutum operatione conſiſtit; uti etiam olim apud *Homerum* in valedictione Ulyſsis *Odyſſ. v. v. 45.* eadem ſententia eſt, qvam poſteà *Ariſtoteles* amplexus eſt, ut patet *l.b.7. Polit. c. 9. & l.b.1. magn. Moral. c. 4. & ad Nicom. lib. 1. cap. 9.* *Pal. A.* habet, ἀρετῶν πασῶν. *Pal. B.* itidem, ſed graphico ſphalmate πασσῶν.

a. 5. ἀγλαΐζεται δὲ] Verbum pro Participio, ut ſit, δρέπων μὲν, &c. ἀγλαϊζόμενος δὲ.

a. 6. μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ] Qvòd Muſicam ὀργανικὴν intelligat, ſeqventia indicant: ſecus qvàm videtur iis, qvi ad Muſas, & artes liberales alias accommodant. ὁ ἄωτος vel τὸ ἄωτον, *flos* eſt. Hîc per Metaphoram notat *jucunditatem, ſuavitatem.* Aliàs adjectivè ſumptum ſignificat, *auribus carens*, ut ἄωτον ποτήριον, das kein Henckel hat. *Pal. A.B. C.* habent μουσικῆς.

a. 7. οἷα παίζομεν] Patet hinc Veterum circa Muſicam diligentia. Solebant in conviviis, ut *Qvintilianus lib. 1. cap. 16.* teſtatur, Lyram circumferre & hoſpitibus offerre, qvam ſi qvis ex imperitia Muſicæ recuſaſſet, indoctior habebatur, (qvod Themiſtocli accidit, ut ibidem ex *lib. 1. Tuſc. qvæſt. Ciceronis* allegatur,) & per jocum ad ramum laureum vel myrteum canere cogebatur. Vide *Plutarchum lib. 1. Symp. q. 1.* *Athenæum lib. 14*, & Adagium, *Canere ad myrtum.*

a. 7. 9. φίλαν τράπεζαν] Metonymia, qvòd ejusmodi convictus φιλίαν faciat, augeat, & conſervet, pro φιλοποιόν.

a. 9. ἀλλὰ δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου] Sextum argumentum à victoria Olympica tractaturus, iterum per ἀποστροφὴν ad animum ſuum, ſeipſum exhortatur. Vocat δωρίαν φόρμιγγα, vel qvia Dorienſes Parnaſsi accolæ, primi Lyræ excultores creduntur: vel ἀπὸ τοῦ δώρου, qvòd Mercurius Lyram Apollini, prò boum furto dederit: vel qvia ad *modum Dorium* (qvi virile qviddam & robuſtum ſonabat, qvod Græcis eſt σύντονον. *Athen. lib. 14.* & *Lucianus in Harmonide.*) Pindarus lyram ſuam adaptavit: vel deniq; qvia Dorica dialecto fuit uſus. Τὸ ἀπὸ Scholiaſtes vel ad πασσάλου referendum, vel cum λάμβανε conjungendum cenſet. ὁ πάσσαλος, *clavus ligneus* eſt. Solebant enim Citharæ vel Lyræ clavo appendi, ut commodè inde repeti poſſent. Sic *Homerus Odyſſ. θ.* de Demodoco canit, κὰδδ' ἐκ πασσαλόφιν κρεμάσας φόρμιγγα λίγειαν: & rurſus, πασσάλῳ ἀγκρεμάσας.

a. 11. Πίσας] ἡ Πίσα, urbs Elidis, prope Elidem & Olympiam, in Peloponneſo, diſtans ab Elide urbe ſtadiis L, ut vult Scholiaſtes, vel ut *Strabo lib. 8.* (p.408) propè CCC; dicta à Piſa Endymionis filia. Inde *Piſum* legumen, qvòd ibi copioſè naſceretur, nomen accepiſſe creditur. *Pal. B.* perperam, Πίσσας.

a. 12. Φερενίκου] Inſerit laudem Eqvi illius κέλητος, qvo Hiero vicerat, 1. à nomine, qvia non ſine omine dictus fuit Φερένικος, ἀπὸ τοῦ φέρειν

ρειν τὴν νίκην. 2. ab alacritate, qvòd ſine ſtimulis curſum ſuum urſerit. 3. à robore. 4. à fide in dominum Hieronem, cui curſu ſuo victoriam peperit.

a. 15. παρ' Ἀλφεῷ] ὁ Ἀλφειὸς, & Poëticè Ἀλφεὸς, fluvius Elidis, oriens in Arcadia, ex confluentia plurium fontium, qvam τὰ σύμβολα nominarunt. Abdit ſe infra terram alibi. Nam primùm è Symbolis emanans, mergit ſe in Tegeatico Arcadiæ agro. Mox in Aſæa erumpens, & Eurotæ aqvas ſuas permiſcens, cuniculo iterum abſorptus, emergit eo loco, qvem Πηγὰς vocant Arcades, ac Piſæum agrum & Olympiam prælapſus, ſupra Cyllenen Eleorum navale, in mare prorumpit. Neq; tamen curſum ejus Adriatici maris concitatio retardat, quo minùs magnum & violentum internatans pelagus, ad Ortygiam Syracuſarum inſulam, priſtino Alphei nomine conſervato, Arethuſæ fonti permiſceatur. Vide *Pauſ. in Eliac. prior. (p. 153) & Arcadicis. (l. 8. p. 281.)* & fabulam hinc effictam apud *Ovidium lib. 5. Metam.* Vide *Senecam lib. 3. nat. qvæſt. cap. 26. Virgilium lib. 3. Æn.* Nomen habet ἀπὸ τῶν ἀλφῶν, *à maculis*, qvas curaſſe dicitur. *Strabo lib. 8.* qvod *Pauſanias El. prior. p. 152.* etiam Anigro tribuit, ut & *Strabo* loco citato.

a. 15. ὅτε παρ'] ∪∪∪ pro ∪–. *Pal. B.* ὅτ' ἐπ' Ἀλφ: non congruè.

a. 16. ἀκέντητον] De compoſitione hac vide *Plutarchum lib. 9. Symp. qvæſt. 15.* Aldus, ἀκέντρητον.

A. 1. συρακόσιον] Alii συρακουσίων legunt, & omittunt diſtinctionem poſt δεσπόταν. Sed metrum in tertia & qvinta Syllaba reclamat. Syracuſæ autem ſunt urbs Siciliæ opulentiſsima, teſte *Strabone lib. 6.* Alii Συρακούσιον, ut *Cratandr.* & *Pal. B.* Rectè autem Συρακόσιον, *Ald. & Pal. A. C.*

A. 1. ἱπποχάρμαν] Δὶα τὸ ἱπποτρόφειν, ſecundùm Scholiaſten, ut indicetur, non fortuitò victoriam hanc Hieroni obtigiſſe, wie mancher plumpweiſe das ſchwartze in der Scheiben trifft/oder den Vogel abſcheuſt/ ſed maxima cura, & diligenti præparatione adhibita. Eſt autem ἱπποχάρμης, vel Doricè ἱπποχάρμας, *qvi eqvis delectatur*, vel etiam *qvi ex eqvis pugnat.* Nam χάρμη *& gaudium & pugnam* ſignificat. Eodem ſenſu & ἱπποχάρμης apud Homerum reperitur. Alii legunt συρακουσίων ἱπποχαρμᾶν, Doricè pro ἱπποχαρμῶν. Sed qvum τὸ συρακουσίων vel συρακοσίων recipi non patiatur metrum: neq; ἱπποχαρμᾶν legi poteſt.

A. 2. λάμπει δέ οἱ] ſcilicet ἱέρωνι. Aliqvi ad Eqvum referunt, minùs benè.

A. 3. Λυδοῦ Πέλοπος ἀποικίᾳ] id eſt *in Peloponneſo*, in qva Pelopis filii ex Elide ejecti, paſsim fuerunt diſperſi, qvum anteà diceretur *Pelasgia.* Pelopem autem Lydum facit, ut & infrà 9 Olymp: λυδὸν ἥρωα vocat, & *Pauſanias initio lib. 5.* conſentit. Alii eum faciunt Phrygem; alii Paphlagonem, propter vicinitatem: aliqvi etiam Achæum ex Oleno oppido oriundum, ſed perperam. Pro ἀποικίᾳ aliqvi legunt ἐποικίᾳ. Coloniam autem in has terras non deduxit ipſe Pelops, ſed cum aliis huc traductus fuit.

A. 4. Τοῦ μεγασθενὴς] Facta mentione Pelopis, digreditur nunc in ejus hiſtoriam: ubi primùm breviter fabuloſa de eo narrat. Deinde in vanitatem fabularum invehitur. Deniq; veriora de eo ſe dicturum promittit, ſicut & ſtatim laudes Pelopis ſubjicit.

A. 4. τοῦ] Jonicè & Poêticè pro οὗ. Articulus Præpoſitivus pro Subjunctivo.

A. 5. ἐράσσατο] *Pal. B.* ἠράσσατο, reclamante metro.

A. 4. 5. μεγασθενὴς γαιάοχος] Utrumq; epitheton Neptuni eodem ferè tendit. Credebant enim Veteres, aqvas in cavernis terræ incluſas, eſſe cauſam Terræmotuum: qvanqvam prius μεγασθενὴς, etiam ad vim fluctuum, poſterius verò γαιάοχος, ad Oceanum terras ambientem, refertur. Vide *Plut. de Homero. Ald.* γαιαόχος.

A. 5. Ποσειδῶν] *Ald. & Pal. C.* Ποσειδᾶν, qvod Doricè idem eſt.

A. 6. ἐπεί νιν καθαροῦ] Fabula ſic habet: Tantalus Diis adeò charus initio fuit, ut ad menſam eorum adhiberetur. Qvum autem vellet illis retribuere, vocatis ad ſuam domum Pelopem filium mactatum & coctum appoſuit. Qvum verò reliqvi omnes Dii funeſtas epulas averſarentur, ſola Ceres ab inqviſitione Filiæ reverſa, avida & ignara humerum comedit. Dii verò fruſta omnia in lebetem conjecerunt, & Pelopem vivum reddiderunt, & pro comeſto humero, eburneum ſubſtituerunt.

A. 6. καθαροῦ λέβητος] καθαρὸν vocat, in qvo reſtitutus eſt Pelops, & vitæ redditus: & tacitè opponit μιαρῷ, in qvo Tantalus eum elixaverat. *Ald. & Pal. C.* perperam, ἐξεῖλε.

A. 7. Κλωθώ] Clotho hîc introducit, non Lacheſin, aut Atropon, quia Clotho inter Parcas colum fatalem geſtat, & applicat, & qvaſi principium vitæ habet: ſicut & hîc Pelopi initium vitæ poſt elixationem redditur.

A. 7. ἐλέφαντι φαίδιμον ὦμον κεκαδμένον] ὁ ἐλέφας, interdum ipſum animal eſt, Elephas, ut apud *Ariſtotelem in hiſtoria animalium*: interdum Ebur, ut apud *Homerum Od. δ.* qvi Elephantis animalis nullibi meminit: imò ante Alexandrum Magnum, qvi Poro Indiæ Rege devicto, primus Elephantes in Europam introduxit, Europa animal hoc non vidit: tametſi per negociatores Ebur interdum advectum fuerit. Utrum verò Ebur dens ſit an cornu potiùs Elephantis, diſputat *Pauſ. lib. 5.* (p. 159). Quomodo verò Pelopis humerus ἐλέφαντι κεκαδμένος dicatur, ex modò annotatis patet. Videtur autem qvoad hiſtoriam, de oſſe ſcapulæ ſolito majore & ſolidiore accipiendum eſſe, cujusmodi ſcapulas poſteros Pelopis aliqvandiu retinuiſſe, *Demetrius* annotat. Scribit *Pauſanias loco citato* (p. 160), Qvum bellum Trojanum protraheretur, monuiſſe Vates, non antè expugnari Ilium poſſe, qvàm Græci Herculis ſagittas, & Pelopis ſcoptulum comportari curaſſent. Qvare & Philocteten qvi Herculis ſagittas habebat, tunc in caſtra accerſitum, & Piſa ſcoptulum Pelopis deportatum. Redeuntibus verò Græcis ab Ilio exciſo, navem eam, in qva Pelopis ſcoptulum vehebatur, ad Eubœan cum aliis periiſſe. Multis deinde annis pòſt, Eretrienſem

trienſem piſcatorem Demarmenum jacto everriculo è mari os extraxiſſe: miratumq; magnitudinem, id in arenis loco annotato abdidiſſe. Veniſſe eundem Delphos, ſcitatum cujusnam eſſet os, & ad qvem uſum illud à ſe conſervari oporteret. Tunc etiam fato qvodam adfuiſſe, qvos Elei miſerant conſultum, qvæ foret depellendæ peſtilentiæ ratio. Atq; his qvidem reſponſum, ut Pelopis oſſa reqvirerent: illi verò, ut qvod repeperiſſet, Eleis reſtitueret: & hoc facto, Demarmenum magnis, ab Eleis, muneribus affectum, & cum poſteris, hujus oſsis cuſtodem conſtitutum fuiſſe. *Hæc Pauſanias.* Porrò κεκαδμένον, Aeolicè pro κεκασμένον ponitur, à κάζω, *orno*, ſicut πεφραδμένος pro πεφρασμένος: non autem derivatum à κήδομαι, *curo* vel à καδέω, qvod eſt *privo*, ut perperam ſentit *Aretius.*

A. 9. ἦ θαῦμα τὰ πολλὰ] Hactenus fabuloſa de Pelope breviter expediit, non qvòd probet, ſed ut rejiciat, veriore de Pelope narratione allata. Seqvitur nunc Invectiva in vanitatem hominum, plus Fabulis qvàm veritati tribuentium: cauſamq; refert in χάριν & ſuavitatem Poëticam. Simul etiam dehortatur à vanitate Fabularum in Deos impiarum, primùm, qvia difficile ſit eas tueri, cùm falſitas ſucceſſu temporis prodatur: deinde, qvia non deceat homines de Diis irreverenter loqvi, cujuſmodi fabula de Pelope modò indigitata habet.

A. 9. τὰ πολλὰ] Ita omnes Codices habent; & accipiunt Interpretes vel Adverbialiter, pro ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, qvaſi dicat, *utplurimum admirandum venit*, *qvòd &c.* Vel Neutraliter, *qvòd mirum ſit, tàm multa in hac Fabula eſſe abſurda*, verbi gratia. Carnes humanas Diis eſſe appoſitas: Pelopem in lebete fuiſſe recoctum & vitæ reſtitutum: Ebur, qvod planè ἑτερογενὲς eſt, accreviſſe reliqvis partibus corporis humani: Cererem tantæ aviditatis & voracitatis fuiſſe, ut reliqvis omnibus Diis abſtinentibus ſola comederit, nec priùs vel ſenſerit vel admonita fuerit, eſum funeſtum eſſe, qvàm totam Scapulam devoraſſet. Cæterùm *Euſtathius ad Iliad: γ.* legere videtur hoc loco, θαυματὰ πολλά; qvòd verius agnoſco. Reddit autem Poëta duas cauſas credulitatis falſorum, I. Ignorantiam & imperitiam rerum, qvæ multiplicia fingit miracula, & pro miraculis multa accipit; & miraculoſa audita, ſive vera ſive falſa ſint, credit. II. Artificium Poëticum, veriſimilia faciens etiam falſiſsima.

A. 10. φρένας] Ita lego cum *Pal. A. B.* qvum alii legant φρένα, ſenſu eodem. At qvod *Ald. & Pal. C.* habent, φάτις, incommodum eſt.

β. 1. ἅπερ ἅπαντα] *Pal. C.* ἅπε πάντα, perperam.

β. 3. ἐπιφέροισα τιμὰν] id eſt afferens exiſtimationem & autoritatem, narrationibus ſcilicet. *Pal. A. B.* ἐπιφέρουσα, qvod idem eſt.

β. 6. ἁμέραι δ᾽ ἐπίλοιποι] Vide Adagium, *Tempus omnia revelat. Plin. l. 7. cap.* 40. Alius de alio judicat dies, & tamen ſupremus de omnibus. *Ovidius*, Pro teſte vetuſtas.

β. 7. μάρτυρες] *Pal. C.* μάρτυροι.

β. 10. μείων γὰρ αἰτία] Aliqvi Interrogationem faciunt, An minor res eſt? an exigua res eſt? Sed rectiùs ſine

ſine Interrogatione reddemus, Minor enim culpa eſt, id eſt, magis innocentes manemus. Rejicimus etiam eam interpretationem, qvæ τὸ μείων, per οὐκ ὀλίγη reddit; & ſi qvæ ſunt ſimiles.

ϐ. 11. υἱὲ Ταντάλου] Per ἀποστροφὴν ad ipſum Pelopem, veriora de eo ſe dicturum promittit, & ejusmodi qvidem qvæ ad ipſius laudem faciant.

β. 12. προτέρων] Vel de perſonis, eorum qvi ante me fuerunt: Vel de rebus, eorum qvæ anteà dicta fuerunt.

β. 13. ὁπότ' ἐκάλεσε] Laudat Pelopem primò à gratia Deorum, præcipuè Neptuni, à qvo raptus & in cœlum translatus fuit eo ipſo tempore, qvo Tantalus Deos convivio exceperat. Subaudiendum, Θεούς. Verbo καλεῖν autem exprimitur mos Veterum, qvi olim Convivis certum tempus præſtituebant, qvo adeſſe ipſos vellent, qvod etiam exactè obſervabant, ut tempori adeſſent, ne ſi ſeriùs acceſsiſſent, audirent illam parœmiam: ὅστις ἐπὶ δεῖπνον ὀψὲ κληθεὶς ἔρχεται, ἢ χωλός ἐστ', ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς. Et tales ſeri acceſſores dicebantur per jocum κωλυσίδειπνοι, & ζοφοδορπίδαι, ut eſt apud *Plutarchum lib.* 8. *Symp. qvæſt.* 6. Eodem ſignificatu etiam *Vocare* Latini uſurpant. *Plautus Sticho a: 2. ſc. 1.* Negare nulli ſoleo, ſi qvis me vocat. Vel, ut alii legunt, Nulli negare ſoleo, qvi eſum me vocat. Et *Vocatores* dicebantur Servi, qvorum opera in vocandis convivis utebantur. *Ald. & Pal. A.B.* ὁπότε κάλεσε, qvod perinde eſt.

β. 13. πατὴρ] intelligitur Tantalus pater Pelopis.

β. 15. ἐς ἔρανον] *Athenæus lib.* 8. τὸν ἔρανον vocat, conventum ad epulas collatâ pecunia factum, da ein jeder auff ſeinen Rappen kómpt/ ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν ἕκαστον, qvòd amoris fovendi gratia conveniant, & viritim qviqve Symbolam numerent ac pendant. Ex *Demoſthenis Philipp.* 4. apparet, τὸν ἔρανον eſſe convivium vel beneficium qvodvis, amoris & gratitudinis nomine exhibitum. Qvæ poſterior ſignificatio huc qvadrat. Nihil enim ad hoc convivium Tantali contulerunt Dii: ſed Tantalus illud gratitudinis ſignum eſſe voluit, pro honore à Diis in ſe collato. Qvo reſpectu & hîc εὐνομώτατον: & paulò pòſt, ἀμοιβαῖα δεῖπνα, Poëta nominat. Eſt autem ἐς ἔρα: ∪ ∪ ∪ pro ∪ –, per ἰσοδυναμίαν.

β. 15. Φίλαν τε Σίπυλον] Sipylus, urbs & mons Lydiæ, aliis Phrygiæ, propter confinium. *Paus: lib. 5. Strabo lib. 12. Steph. de Urb.*

β. 16. ἀμοιβαῖα Θεοῖσι] In Scanſione facienda eſt συνίζησις in Θεοῖσι.

β. 17. ἀγλαοτρίαιναν] Epitheton Neptuni, ſicut infrà idem εὐτριαίνης dicitur. ἡ τρίαινα, tridens, inſtrumentum piſcatorium, & inſigne Neptuni.

β. 17. ἁρπάσαι] Aliqvi ſubintelligi volunt ᾄδεται, vel ᾄδω. Sed rectiùs referimus ad φθέγξομαι, ut ſit Syntaxis, φθέγξομαι ἀντία προτέρων, ἀγλαοτρίαιναν σε ἁρπάσαι.

b. 2. χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις] Præpoſitio ἀνὰ Doricè ponitur pro σὺν, ut & apud *Homerum Iliad.* α. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, & alibi apud noſtrum. Dicit autem Metonymicè, χρυσέαι-

σιν ἵπποις, pro χρυσέῳ ἅρματι : vel etiã Synecdochicè, pro χρυσέοις φαλάροις κεκοσμημέναις ἵπποις. Accipitur de Eqvabus, qvibus præ Eqvis maribus uti in certaminibus ſolebant. Poteſt etiam χρυσέαισιν accipi de præſtantia & generoſitate, ut alibi. *Pal.C.* χρυσέαισι κἀν ἵπποις: qvod facilè probarem, ſi τὸ κἀν corripi poſſet. Legerem potius, χρυσέαισί τ' ἀν ἵπποις.

b. 5. ἔνθα δευτέρῳ χρόνῳ] Illuſtrat hoc primum argumentum comparato. Dicit enim, Pelopem ad eundem locum, videlicet Cœlum; & ad idem miniſterium pocillationis, ad qvod Ganymedes à Jove raptus fuit, raptum à Neptuno fuiſſe. Scholiaſtes putat, ὑπερβατὸν eſſe, ut ſit Syntaxis, μεταβᾶσαι πολὺ δῶμα Διὸς δευτέρῳ χρόνῳ, ἔνθα ἦλθε καὶ γανυμήδης, ſcilicet προτέρῳ χρόνῳ, qvandoqvidem Ganymedes Pelope videtur prior, ut patet ex genealogia.

Tros			
Ganymedes	*Ilus*	*Aſſaracus*	*Tantalus.*
	Laomedon.	*Capys*	*Pelops.*
	Priamus	*Anchiſes*	*Atreus.*
	Hector.	*Æneas.*	*Agamemnon.*
			σύγχρονοι.

Sed hoc ὑπερβατὸν fingere non eſt opus, qvum δεύτερος ſit *proximè accedens*, ſive ſeqvatur, ut *Secundus*; ſive præcedat, ut *Prior*, ut hoc loco.

b. 7. Ζηνὶ τωὔτ' ἐπὶ χρέος] οἰνοχοΐας ſcilicet: vel ut alii volunt, παιδεραστίας.

b. 8. ὡς δ' ἄφαντος ἔπελες] Reddit rationem fabulæ illius de Pelope Diis appoſito, nimirum malitiam vicinorum, qvi Pelopem non amplius in terris viderant, & hæc de ipſo invidioſè finxerant.

b. 9. ματρὶ] Euryanaſſæ, vel ut *Pauſan. lib.5.* habet, Plaſtenæ.

b. 10. ἄγαγον] Doricè pro ἤγαγον, qvod *Ald.& Pal.B.* retinuerunt. Nam α primæ Syllabæ hîc productum reqviritur.

b. 13. ὅτι τὲ] τὲ Doricum pro σὲ, qvod *Pal. B.* ſupraſcriptum habet.

b. 14. ἀμφ' ἀκ:] *Ald. & Pal. C.* ἐπ' ἀκ: incongruè.

b. 15. τάμον] ſcilicet miniſtri Tantali.

b. 16. τραπέζαισι] *Athenæus lib.14.* Menſas ſecundas & bellaria intelligit.

b. 16. ἀμφιδεύτατα] id eſt; *minutiſsimas particulas.* Δεύτερος eſt ſecundus, vel proximo gradu à primo remotus: inde δεύτατος, à primo remotiſsimus vel poſtremus, & per conſeqvens minutiſsimus. Nam minutiſsima ſunt poſtrema, qvæ ulterius ſecare non licet. Vel ἀμφιδεύτατα, undiqve irrigata, cruentata, à δεύω, irrigo. *Athenæus lib. 14.* habet ἀμφὶ δεύτατα. Et ſic etiam habet *Ald. & Pal. B.*

b. 17. καὶ φάγον] ſcilicet, Θεοί.

B. 1. ἐμοὶ δ' ἄπορα] Refutat hoc commentum abſurdo, impio & inutili. Neutrum plurale, pro ſingulari ἄπορον, qvod *Ald. & Pal. A. C.* habent, ſed metro repugnante.

B. 3. ἀκέρδεια] Privativum pro Poſitivo βλάβη vel ἄτη. Man ſpinnet keine Seyde dabey. Sie habens keinen gewin/pro, ſie habens ſchaden. *Pal. C.* ἀκέρδειαν, perperam.

B. 4. κακαγόρως] Accus: Dor: pro κακηγόρους. *Pal. B.* habuit κακαγόρος, qvod & ipſum Doricum eſt. Sed qvia ultimam produci oportet, locum non habet. Ideò in eodem

eodem codice inſertum poſteà fuit *υ, κακαγόρους*, ut & *Pal. A.* habet. *Aldus* qvoqve *κακαγόρ@* habet: & *Pal. C. κακάγορ@*: de qvibus idem judicium.

B. 4. *εἰ δὲ δή τιν' ἄνδρα*] Occurrit Objectioni: Atqvi Pelops fuit remiſſus è cœlo in terras; Ergò videtur aliqvid ſubeſſe qvod laudem Pelopis vitiet. Reſpondet, Eſſe Fallaciam cauſæ: Cauſam non fuiſſe in ipſo Pelope, ſed in patre Pelopis Tantalo, ejusq; temeritate; qvam ut filius Pelops qvodammodo lueret, inter mortales fuit remiſſus.

B. 6. *ἀλλὰ γὰρ*] *Pal. A. & B.* τὸ γὰρ, non habent.

B. 8. *κόρῳ*] Metonymia pro *ὕβρει*, qvalis ſolet *κόρον* ſeqvi: ſic alibi, *ὕβρις κόρου μάτηρ*. Qvæ verò fuerit illa *ὕβρις*, paulò pòſt exprimit, *ἀθανάτων ὅτι κλέψας* &c. Vel etiam, ut *τῷ κόρῳ* ſignificetur modus pœnæ & diuturnitas. Er wird der ſtraffen ſat.

B. 10. *πατὴρ*] id eſt Jupiter, pater ipſius Tantali ex Plote Nympha geniti.

B. 11. *καρτερὸν αὐτῷ λίθον*] De peccato & pœna Tantali alii alia afferunt. Aliqvi ob evulgata hominibus myſteria, apud inferos eum cruciari cenſent. Aliqvi ob indicatam Æginam Aſopi F. qvam à Jove rapi viderat, pœnis objectum, de qvibus habet *Homerus Odyſſ. λ*: qvanqvam hoc alii Siſypho tribuunt. Aliqvi volunt, qvum aliqvando Pandareus Mileſius, canem aureum *ἔμψυχον*, templi Jovis cuſtodem è Creta ſurripuiſſet, & apud Tantalum occultaſſet; miſſum à Jove Mercurium, Canem à Tantalo repetiiſſe: eiq; qvum apud ſe eſſe juramento negaſſet, Jovem Sipylum montem impoſuiſſe. Noſter Poëta, propter furtum, ſaxum ſupra caput Tantali ſuſpenſum ait, cujus caſuri metu perpetuò terreatur. Cujusmodi picturam in Templo Delphico ſe vidiſſe ſcribit *Pauſanias lib. 10.* Sunt qvi Tantalum, Naturæ ſcientia claruiſſe tradunt, & demonſtrare voluiſſe, Solem eſſe ignitum ferrum vel lapidem: idq; Poëtas hac fabula involviſſe. De Tantali ſaxo, etiam infrà *Iſth. η. α. 20.*

B. 12. *αἰὲ*] Ita *Cratandrina* habet. *Ald. & Pal. C. ἀεὶ.* Omnes perperam. Rectè *Pal. A. B. αἰεὶ.* Legi etiam poſſet, *αἰέν.*

γ. 1. *ἀπάλαμον*] *Ald. & Pal. C. ἀπάλαμνον*, eodem ſenſu & metro.

γ. 3. *μετὰ τριῶν τέταρτον πόνον*] Intelligendum vel de numero pœnarum, qvibus affectus fingitur Tantalus, v. g. I. Perpetuò ſtare in aqvis ad mentum uſqve. II. Perpetuò eſurire. III. Perpetuò ſitire. Qvibus additur qvartum, perpetuò caſum lapidis metuere. Vel de numero ſociorum, qvibuscum cruciatur Tantalus, ut ſunt, 1. Siſyphus, qvi ingens ſaxum inceſſanter in altum magno molimine promovit, inde revolutum

ὠθεῖν, ut *Home-*

ἄνω

rurſus eódem, λᾶαν

rus Odyſſ. λ. 595. habet, cogitur, propter deceptum Plutonem, qvum moriturus uxori præcepiſſet, ne ſe ſepeliret: cui præcepto qvum illa paruiſſet, Plutonem rogavit, ut ſibi redeundi, uxoremq; qvam neglectæ ſepulturæ incuſaverat, puniendi poteſtatem faceret: qva impetrata, redire ad inferos noluit, à Mercurio tamen

 invi-

invitus eò deductus fuit: 2. Ixion, qvi rotæ adhærens aſsiduè circumvolvitur, eò qvòd Junonem deperierit, & cum Nube ipſi aſſimilata congreſſus fuerit: 3. Tityus, cujus ſupinè jacentis viſcera ſerpentes exedunt, qvæ tamen, ut epar Promethei, ſubinde renaſcuntur. Alii alias adferunt interpretationes lõgiùs petitas, qvas meritò omittimus, Vide *Scholiaſten.*

γ. 8. θεοσαν] *Ald. & Pal.* ἔθεσαν αὐτὸν. Scholion textui inſeruerunt. Poſſet ſanè ἔθεσαν pro θέοσαν, ∪ ∪ ∪ pro – ∪, ferri.

γ. 9. λαθέμεν] *Canterus lib. 2. cap. 5.* autoritate cujusdam antiqviſsimi Codicis legit λασέμεν. Idq; productioni primæ ſyllabæ reſpondet. Et ſic etiam legunt. *Pal. A. B.*

γ. 13. μετὰ τὸ] pro εἰς τὸ. Poëticè, ſicut *Od. α.* μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας.

γ. 13. ταχύποτμον] *Pal. A.* παχύποτμον, graphico errore.

γ. 15. πρὸς εὐάνθεμον] Secundum argumentum laudum Pelopis, à nuptiis & conjugio Hippodamiæ, Oenomai Regis Piſæi filiæ: ubi tria potiſsimùm commendat; primò juſtum ætatis tempus: Secundò maturam deliberationem, dum ἀνεφρόντισεν γάμον, & qvidem ἑτοῖμον, ſive intelligantur nuptiæ lætæ & alacres, ſive qvòd præmium victori fuerint, ut audiemus, ſive qvòd divinitus ipſi contigerint: tertiò, qvòd non ignobilis aut infamis, ſed εὐδόξου Ἱπποδαμείας matrimonium expetierit. Commendat etiam pietatem; ſed hæc novum argumentum parit.

γ. 16. λάχναι νιν] id eſt, qvum factus eſſet ὑπηνήτης, ut nominat *Homerus Odyſſ. κ. v. 279.*

γ. 17. ἀνεφρόντισεν] hats hin vnd her bedacht.

g. 1. Πισάτα παρὰ πατρὸς] id eſt, ab Oenomao Rege Piſæ.

g. 3. ἄγχι δ' ἐλθὼν] Tertium argumentum, à pietate, qvòd precibus ad Neptunum fuſis animum ad conjugium applicuerit. Hanc pietatem illuſtrat aliqvot circumſtantiis & effectis, v. g. qvòd acceſſerit Neptunum, tanqvam opis divinæ indigus: qvòd ad mare acceſſerit, Deum ibi potiſsimùm qværens, ubi eſſe ipſi cõveniebat: qvòd ſolus venerit, qvo attentior eſſe poſſet: qvòd nocte venerit, qvo minus interturbaretur: qvòd magna voce inclamarit; qvod ſerium affectum notat: qvòd diſertè rem petitam expreſſerit; qvod & intentionem & fiduciam innuit: qvòd crudelitatem Oenomai cum indignatione exaggerat; qvod ei ultionem conciliat: qvòd cum periculo vitæ rem cõjunctam aggreditur; qvod magnanimum arguit: qvòd deniq; certamine inito eventum Deo committit; qvod perſeverantiam & ſpem notat. *Pal. C.* ἐγγὺς δ' ἐλθὼν: *Ald.* ἔγγυθι δ' ἐλ: *Pal. B.* ἄγχει δ' ἐλ: omnes malè.

g. 4. ἐν ὄρφνᾳ] ἡ ὄρφνη, *tenebræ, obſcuritas,* ſubſtantivè: ἡ ὀρφνὴ, *tenebricoſa, obſcura,* Adjectivè, à Maſculino ὀρφνός.

g. 5. ἄπυεν] ἀπύω, *magna voce inclamo.*

g. 5. 6. βαρύκτυπον εὐτρίαιναν] Epitheta Neptuni: illud propter fremitum maris: de altero ſuprà. Invocat autem Neptunum, vel ut amatorem ſuum, vel ut rei eqveſtris præſidem. *Ald.* perperam, εὐρυτρίαιναν.

g. 7. πὰρ ποσὶ] *Pal. C.* παρ ποσὶ. *Pal. B.* πὰρ ποσσὶ, ſine neceſsitate.

g. 7. σχεδὸν] τοπικῶς, non χρονικῶς, ut rectè monet *Scholiaſtes.*

g. 8. πὰ

g. 8. τῷ μὲν εἶπε] nimirum ὁ Πέλοψ Ποσειδῶνι.

g. 9. Φίλια δῶρα] q. d. ſi amor meus erga Hippodamiam tibi gratus eſt & placens. Qvare a. *Venus* dicatur Κυπρία, ſatis aliũde notum eſt.

g. 11. πέδασον ἔγχος Οἰνομάου χάλκεον] Solebat enim Oenomaus filiæ amatores ad certamen currule provocare, ita qvidem ut curru celerrimo vehendam Hippodamiam Myrtilo aurigæ committeret, hoc pacto, ut ſi procus vel anteverteret currum, vel ſaltem attingeret, optatis hymenæis potiretur. Interim verò Oenomaus haſtam gerens, procum ſeqvebatur, qvem ſi jam jam currum apprehenſurum putaret, haſta trajiciebat. Hanc haſtam impediri, & à ſe averti petit Pelops.

g. 15. ἐς Ἄλιν] pro ἐν Ἄλιδι, vel Ἤλιδι, Poeticè & Atticè.

g. 15. κράτει] id eſt, νίκῃ, ut & ſuprà.

g. 16. ἐπεὶ τρεῖς γε καὶ δέκ' ἄνδρας] Eſt in his qvartum argumentum à virtute Pelopis, dum periculum, in qvo jam tredecim Juvenes interierant, mortemq; ipſam, contemnit. Illuſtratur dupliciGnome, qvarũ una à materia Fortitudinis, altera à mortis neceſsitate, & glorioſæ præ ignobili electione, petita eſt. Nomina autem illorum tredecim Juvenum *Scholiaſtes* ita recenſet: Mermnes, Hippothous, Pelops Opuntius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Laſius, Chalcon, (*Pyth. 1. Scholiaſtes* Cranonem nominat inter procos Hippodamiæ interfectos. Fortè pro χάλκωνα, legendum Κράνωνα; aut pro Κράνων, χάλκων) Tricoronus, Alcathus Porthaonis F: Ariſtomachus, & Crocalus: qvorum capitibus voluit Oenomaus Marti aram exſtruere, teſte *Demetrio*. *Alii* pro Eurylocho, Automedonte, & Crocalo, nominant Eurycholum, Hippomedontem, & Aeolum: qvæ diſcrepantia ex ſcripturæ depravatione facilè potuit oriri: ſicut & in ſeqventibus Nominibus σφάλματα γραφικὰ eſſe, vel cœcus videt. *Aliis* ſex tantùm numerantur, Tricoronus, Ariſtomachus, Cyrianon, Aeolus, Pelagon, Cronius. *Aliis* verò qvindecim, Mermnes, Hippoſtratus, Aeolopeus, Piras, Acarnan, Hippomedõ, Alcathus, Euryalus, Eurymachus, Crocalus, Acrocomus, Scopelus, Lycurgus, Laſius, Chalcon. A *Pauſania li. 6.* octodecim, ex *magnis Eœis Heſiodi*, Marmax, Alcathus, Euryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias, Capetus, Lycurgus, Laſius, Chalcodon, Tricolonus, Ariſtomachus, Prias, Pelagon, Aeolius, Cronius, Erythr9, & Eiones: qvos omnes Oenomaus proximo loco, ubi qvemq; cadere contigerat, ſepelivit. Pelops autem devictoOenomao, ſepultura eos honorifica & communi omnes affecit, ad qvam eis qvotannis parentavit, qvamdiu Piſæorum imperium tenuit.

Hic locus apud Pauſaniam ſuſpectus eſt.

g. 16. ὀλέσαις] Alii ὀλέσαις, Doricè.

g. 17. ἐρῶντας] *Ald.* μναστῆρας: *Pal. C.* μνηστῆρας: cõtra rationẽ metri. Scholion arreptũ eſt pro textu, ut paſsim.

G. 1. ὁ μέγας δὲ κίνδυνος] Vide *Simplicium in ep:* 14. ubi hæc allegat. *C. Rittersh.*

G. 3. Eſt Dativus pluralis Jonicus, ab Articulo poſtpoſitivo, vel potiùs Relativo ὅς; non autem ab οἷος, qvalis, ut perperam vult *Aretius*.

G. 4. ἀνώνυμον γῆρας] propter juventutem abſq; virtute transactam.

G. 4. ἐν σκότῳ] Ignobilitatis ſcilicet, Metaphora.

G. 5. ἁπάντων καλῶν] id eſt virtutum, & earundem præmiorum.

G. 8. πρᾶξιν φίλαν] id eſt, *eventum gratum, fortunam optatam.* ἡ πρᾶξις enim ſæpè *Fortunam* ſignificat, partim qvia actiones cujusq; fortunam fabricant, partim Fortunæ ſignificationem etiam ipſum Verbum habet, ἐυ πράττειν, κακῶς πράττειν. Sic & *Sophocl. Trach. 2. 1. & 3.*

G. 8. δίδοι] Doricum pro δίδου.

G. 9. ὣς ἔννεπεν,] Qvintum argumentum ab Eventu, dum acceptis à Neptuno curru & eqvis, & ita victo Oenomao, Hippodamia filia virgine potitur.

G. 10. ὢν] *Pal. C.* non habet.

G. 10. ἔπεσσι] *Ald. & Pal. A. B.* ἔπεσι: qvod eodem redit.

G. 11. τὸν μὲν ἀγάλλων] id eſt κοσμῶν καὶ αὔξων.

G. 12. δίφρον] ὁ δίφρος propriè *currus* eſt *certatorius duobus aptus*, Seſſori & Aurigæ, qvaſi δίφορος.

G. 12. ἐν πτεροῖσιν] propter celeritatem.

δ. 1. ἕλεν δ' Οἰνομάου βίαν] De hac victoria Pelopis hæc apud *Pauſaniam lib. 6.* (p.199.) *&* 8. (p.249.) extant, Myrtilum aurigam Oenomai, & ipſum amaſſe Hippodamiam, ſed metu periculi fortunam noluiſſe experiri, & proinde aurigæ munera obire perrexiſſe: Pelopem verò Myrtilum corrupiſſe muneribus, & maximè promiſsione de Hippodamiæ prima nocte conceſsione. Hunc ergò axi currus Oenomai, in certamine cum Pelope, pro ferreo, clavum cereum objeciſſe; atqve ita diſſoluto curru Oenomai, Pelopem eodem interfecto, Hippodamiam abduxiſſe; Myrtilum verò poſteà promiſſum urgentem, à Pelope in mare contra fidem fuiſſe præcipitatum. Qvin & alio artificio uſus Pelops dicitur. Accepit enim neſcio qvid ab Amphione Ægyptio, & in loco certaminis defodit, cujus vi occultà conſternati Eqvi Oenomai, aſſeqvi Pelopem non potuerunt: in qvo ipſo defoſſæ rei loco poſteà Oenomaum ſepeliit; cujus manes, Eqvos certantium in Olympiis maximo pavore exagitare credebantur: unde locus ille Ταράξιππος fuit nominatus, de qvo ſuprà in Prolegomenis. Porrò Verbum ἕλεν, aliter accipiendum ad Οἰνομάου βίαν; aliter ad παρθένον: qvod facilè agnoſcitur.

δ. 3. τέκε δὲ λαγέτας ἕξ] Sextum argumentum à liberis, & eorum numero. Sex enim ex Hippodamia Pelops ſuſcepit, qvos hîc vocat λαγέτας, id eſt, populorum ductores, Duces, ut ſunt Pittheus, Alcathus, Pliſthenes, Chryſippus, Atreus, Thyeſtes. Ab aliis ſic enumerantur, Atreus, Thyeſtes, Alcathus, Hippalemus, Pittheus, Dias. Item Chryſippus, ex Axioche nympha & Pliſthenes ex alia. Ab aliis; Atreus, Thyeſtes, Hippalemus, Pliſthenes, Pittheus, Pelops junior, teſte *Scholiaſte.* Præter filios ſex, etiam multas filias habuiſſe, à *Plutarcho in Theſeo* ſcribitur, inter qvas etiam fuit Lyſidice, mater Alcmenes. Lego autem ita: τέκε δὲ, cum *Pal. A. B.* vel ut *Canterus lib. 2. cap. 5.* ex vetuſtiſsimo qvodam Codice legit, τέκε τε, ſcil. ὁ Πέλοψ. Nam ut γεννᾷν, non Viris tantùm, ſed & Fœminis competit. *Luc. 1. v. 57. Matth. 1. v. 20.* Ita & τὸ τίκτειν etiam de Viris dicitur, ut *Olymp.* ζ. *D. 5. 10.* Qvod non intelligens aliqvis au-

dacu-

daculus, putavit Hippodamiæ competere, fecitq; ἃ τέκε λαγέτας ἓξ, contra metri rationem.

δ. 4. ἀρεταῖσι μεμαλότας] Hoc largiùs, & in gratiam Pelopis dictum, fortè de uno Pittheo verum eſt, qvem ἄνδρα λόγιον καὶ σοφώτατον, & ex *Euripidis* (*in Hippol. Coron.*) ſententia ἁγνὸν, *Plutarchus in Theſeo* vocat. Pliſthenes mortuus junior, filios Agamemnonem & Menelaum, Atreo commendavit, unde & Atridæ fuerunt appellati. Reliqvi non admodum virtute claruerunt. Nam Alcathus fratrem Chryſippum interfecit. Thyeſtes cum fratris Atrei uxore Aërope conſuetudinem habuit, eidemq; aurei velleris arietem furto abſtulit: qvapropter iratus Atreus liberos Thyeſtæ ex Aërope genitos interfecit, ipſiq; Thyeſtæ patri comedendos appoſuit. Idem Thyeſtes ex filia propria Pelopea, Aegiſthum filium ſuſcepit. *Pal. C.* habet ἀρεταῖσι μεμαότας, Sphalmate graphico.

δ. 5. Νῦν δ' ἐν αἱμακουρίαις] Septimum argumentum, à ſepultura honorifica, & cultu.

δ. 5. αἱμακουρίαις] Vox Bœotica. Nam ut *Scholiaſtes* annotat, Bœoti νεκρῶν (pro qvo *Triclinius* perperam habet κρεῶν) ἐναγίσματα, vocant αἱμακουρίας, eò qvòd mortui qvaſi αἵματι κορέσασθαι videantur eorum qvæ illis mactantur. Volunt aliqvi, non ſepulcrum, ſed fanum Pelopis intelligi, cui ex inſtitutione Herculis pronepotis, ante Jovem ſacra facere Elei ſunt ſoliti, ut *Scholiaſtes* annotat. Et intra Altin, Pelopi multa religione conſecratam aream fuiſſe, qvam Πελόπιον appellarint, præq; cæteris heroibus tàm coluiſſe Eleos Pelopem, qvàm præ reliqvis Diis Jovem, *Pauſanias lib. 5.* (p.160.) ſcribit. *Aliis* placet à κούροις, id eſt, pueris deducere. Solebant enim, juxta *Demetrium*, qvotannis ephebi ad ſepulcrum Pelopis flagellis cædi, & Pelopi tanqvam libationem ſanguinem ſuum profundere.

δ. 7. Ἀλφεοῦ πόρῳ] Reſpicere videtur ad meatus ſubterraneos Alphei, de qvibus ſuprà fuit dictum. Sed tamen & de aliis fluviis, hac voce utitur.

δ. 7. κλιθεὶς] *reclinatus*, id eſt, ſepultus, à κλίνω: non autem à κλείω, *celebro*, ut vult *Lonicerus*.

δ. 8. τύμβον ἀμφίπολον] Vel qvia circuiri poſſet, undiqvaq; liberum: Vel qvia curſores ad tumulum Pelopis currebant: vel etiam propter freqventiam hominum in Olympiis congregatorum, ſive Certatorum ſive Spectatorum: ſicut eadem de cauſa aram, ſive eam Pelopis, ſive Jovis intelligamus, πολυξενωτάτῳ vocat: tametſi *Scholiaſtes*, Jamum Apollinis filium, de qvo infrà, à Patre facultate vaticinandi inſtructum, ex ara, qvæ Jovi & Pelopi ſacra fuit, reſponſa dediſſe, annotat, & proinde ob freqventiam Interrogatorum ſic appellari putat. Qvi in ipſa πόλει, τύμβον hunc fuiſſe ex hac voce colligunt, puerilius judicant.

δ. 10. τὸ δὲ κλέος] Octavum argumentum, à gloria poſt mortem, propter Olympica certamina reſtituta, ut ſuprà fuit dictum. Simul etiam celebritatem Olympiorum paucis repetit, & duo genera certaminum facit, qvum alia pedum celeritate perficiantur, alia robore & viribus

ribus corporis. Qvibus pauca de gloria ὀλυμπονικῶν annectit, eaq; Gnome illuſtrat.

δ. 11. δέδορκε] Præt: Medium, ſignificans hoc loco Paſsivè, pro βλέπεται in Præſenti: ſicut aliàs Præterita Media ſæpè Præſentis ſignificationem habent.

δ. 11. τηλόθεν] *Scholiaſtes* vult χρονικῶς accipi: qvod minùs probandum videtur.

δ. 12. ἐν δρόμοις Πέλοπος] Curſus enim certamen primum fuit, ut ſuprà audivimus.

δ. 13. ἵνα] Hoc loco τοπικῶς, *ubi.*

δ. 16. ὀνικῶν δὲ] ſcilicet τὸν Ὀλυμπικὸν ἀγῶνα. Reſpicit ad ſummam illam gloriam Olympionicarum, de qva in προλεγομένοις fuit dictum.

δ. 17. μελιτόεσσαν] Putat *Lonicerus* Syllabam με hoc loco produci, ſicut & apud *Homerum in hymno Mercurii* reperitur, *v. 499.* θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε, (p. 774.) propter liqvidam ſeqventem, qvod & *Perſius* eſt imitatus, dum inqvit: *Cantare credas Pegaſeium melos.* Verùm metri ratio reclamat. Deceptus autem videtur judicio *Scholiaſtæ*, qvi Phalæcium hoc κῶλον eſſe voluit, & in primo metro Antiſpaſtum eſſe affirmavit, qvum revera ſit Pæon ſecundus, ut ſuprà annotavimus.

δ. 17. εὐδίαν] Metaphora. ἡ εὐδία propriè eſt *aëris ſerenitas & tranqvillitas*, qvaſi *Benignitas Jovis*. Nam per Δία, ſæpè *aërem* mythologicè intelligunt. Qvod Latini imitati ſunt. *Sub dio*, id eſt ſub cœlo, ſub aperto aëre. Item *ſub Jove frigido*, id eſt, ſub cœlo in aëre frigido. *Horat. lib. 1. Od. 1.*

d. 2. Τὸ δ' ἀεὶ παράμερον] qvaſi dicat, Bona improviſa ſuaviſsima ſunt hominibus, cujuſmodi erat victoriæ denunciatio, & coronæ oblatio. Vel, qvaſi dicat, Homines adeò ſunt obliviosi, ut bonum vel malum nullum majus judicent, qvàm præſens, qvod & ὀλυμπιονίκαις contingit. Aliàs παράμερα ἐσλά, ſunt qvotidiana bona, tägliche accidentia, die neben dem tage herlauffen / extraordinaria bona.

d. 4. ἐμὲ δὲ στεφανῶσαι] Epilogus, in qvo redit ad laudes Hieronis, qvem nunc iterum à virtutibus, potentia, & gloriæ faſtigio, per σύγκρισιν commendat, victoriæq; ejus laudes meritò & rectè à ſe decantari, cauſam verò ad Deum referendam eſſe ſubjicit. Deinde omen plurium victoriarum obtinendarum ponit. Tertiò Votum facit, partim pro Hierone, ut victorias à ſe prædictas obtineat, partim pro ſeipſo, ut laudes ejus celebrare poſsit.

d. 5. κεῖνον] ἐμφατικῶς. Nam *pulchrum eſt*, ut *Perſius* habet, *digito monſtrari, & dicier, Hic eſt.*

d. 5. ἱππικῷ νόμῳ] *Demetrius* ſubaudit νενικηκότα. Potiùs, ut decet victores eqveſtres, auff gut reuteriſch. Fortè intelligit Καστόρειον, de qvo *Pyth. β. G. 9.*

d. 6. Αἰοληΐδι μολπᾷ] id eſt, ποικίλῃ, vel potiùs Aeolica, hoc eſt Thebana, & Synecdochicè, Pindarica. Nam Thebani ab Aeolenſibus originem trahunt. Vel etiam dialecto Aeolica, veteri ſcilicet, cum qva antiqvitus eadem fuit Dorica, ut teſtatur *Strabo li. 7.* (p. 388.) Vel deniq; de Modo Aeolio muſico, ad qvem lyram adaptarit. *Horatius* ſic reddidit *lib. 2. Oda 13. Aeoliis fidibus qverentem* &c.

d. 7. πι-

d. 7. πέποιθα δὲ] Referendum ad Hieronem, qvaſi dicat, Puto me neminem nunc celebrare poſſe alium, qvi & virtute & potentia tantum polleat, qvantum Hiero. *Alii* ad ipſum Pindarum referunt, ut ſit κεύψις propriæ laudis, qvaſi dicat, Puto neminem Hieronem ita celebrare poſſe, atq; ego celebro: (es kans keiner ſo gut/ als ich) qvò etiam ſeqventia referunt, εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι: & paulò pòſt, ἐμοὶ μὲν ὦν μοῖσα &c. Sed prior expoſitio verior.

d. 9. ἄλλον καὶ] Lego cum *Pal. A. B.* ἄλλον ἢ: *Ald. & Pal. C.* ἅμα καὶ, incommodè.

d. 12. ὕμνων πτυχαῖς] *hymnorum plicis*, id eſt verſibus. Vel etiam λυρικὰ μέλη notantur.

d. 13. θεὸς ἐπίτροπος] id eſt, Mercurius lyræ inventor, ſive ut *Horatius lib. 1. Oda 10.* ait, *curvæ lyræ parens*, hymnorum meorum moderator, id unicè curæ habet, ut victoriæ tuæ per me celebrentur. Vel etiam, Deus tuas curas adjuvat, & eventu læto beat.

d. 15. τοῦτο κῆδος] ſcilicet, ne præſtantiorem te celebrare poſſim.

d. 16. εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι] Referunt aliqvi ad ipſum Pindarum, qvaſi dicat. Si me non deficit Θεὸς ἐπίτροπος, hoc eſt, ut aliqvibus placet, ὁ βίος: Vel ut aliis, κῆδος Θεοῦ me vivum conſervantis. Rectiùs refertur ad Hieronem: Si te nō deſerit Deus, qvaſi dicat: Neminem puto, celebrabo Te præſtantiorem. Si autem Deus volet, & Tibi virtutem, mihi verba ſuppeditabit: Te præſtantiùs deinceps me celebraturum ſpero.

D. 1. σὺν ἅρματι θοῷ] ſcilicet νικήσαντα. Qvod factum eſt Olympiade LXXXV, qvum XXIX Pythiadem anteà ἅρματι Hiero viciſſet, ut eſt *Pyth. α.* τὸ Σὺν autem πλεονάζει. Sic *Olymp. β.* σὺν ἀλλαλοφονίᾳ, & alibi: ut ex *Pindaro tameo* patet.

D. 1. κλεΐξειν] Doricum pro κλεΐσειν vel κλείσειν. *Conradus Rittershuſius* κλεΐξειν probat, qvod magis Doriſmum ſapit.

D. 2. ἐπίκουρον ὁδὸν] id eſt, idoneam occaſionem ex tua victoria petens.

D. 3. παρ' εὐδείελον Κρόνιον] Subaudi ὄρος vel λόφον. ut *Olymp. ε. β. 2.* Cronius, mons & promontorium Elidis propè Olympiam. *Pauſ. lib. 5.* εὐδείελον vocat, id eſt, μετέωρον, *excelſum*: vel Soli expoſitum, verſùs Occaſum. τὸ Δείελον enim, non tantùm *pomeridianum aut veſpertinum* ſignificat: ſed & δῆλον, ex qvo & factum eſt Poëtica διαλύσει δέελον, & ἐκτάσει, δείελον. *Euſtath. ad Iliad. κ. p. 818. & Odyſſ. 1. p. 1613.* Dictus autem mons ille Κρόνιος, qvoniam Saturnus ibi cum Jove de imperio cœli colluctatus dicitur, ut in προλεγομένοις meminimus.

D. 4. ἐμοὶ μὲν ὦν] Inſtituit collationem inter ſe & Hieronem, qvam generali theſi amplificat, dum Alios alia in re excellere dicit, atqve ita (in hypotheſi) ſe in Poëſi: & tamen Hieroni, ut Ὀλυμπιονίκῃ longè majorem gloriam deberi. Qvam ob cauſam & ſubjicit, Ne majorem gloriam captet, qvum & dignitate Regia, & victoria hac Olympica, qvaſi faſtigium gloriæ fuerit aſſecutus.

D. 5. καρτερώτατον βέλος] per βέλος intelligit *vim Poëticam*, ut & *Olymp. β.* habebimus. Et alibi ſæpè ſimilis Metaphora occurret.

D. 6. ἐπ' ἄλλοισι δ' ἄλλοι μεγάλοι]

N Hoc

Hoc argumentum tractat *Horatius* lib. 1. Od. 1. *Pal. C.* ἐπ' non habet.

D. 6. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται] ἔσχατον h. l. eſt ὕψιστον, ut & infra *Nem. 1. B. 3.* Sic ferè Neſtor apud *Homer. Il: α. ver. 278.* dicit: ἐπεὶ οὔποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν. Ubi οὔποθ' ὁμοίης, idem eſt atq; μεγίστης.

D. 11. Τοσάδε νικαφόροις] Adverbium pro Nomine, τοσοῖσδε νικαφόροις. Nam Neutrum τοσάδε Adverbialiter accipitur: & hoc Adverbium ſubaudito Articulo, Adjectivè & Nominaliter.

D. 12. πρόφαντον σοφίαν] Ellipſis Synecdochica, pro ἐμὲ πρόφαντον κατὰ σοφίαν. *Horatius lib. 1. od. 1.* ſic reddidit, *Qvòd ſi me Lyricis vatibus inſeris, Sublimi feriam ſidera verticem.* Veriùs cum *Pal. A. B. C. & Ald.* legitur πρόφαντον σοφίᾳ.

D. 13. παντᾶ] *Pal. A. B.* πάντα: qvod ſi pro πάντῃ Adverbio, Doricè ponitur, perinde eſt: tametſi & τὸ παντᾶ pro eodem Doricè dicitur, & potiùs qvidem.

Εἶδος β.

ΘΗΡΩΝΙ ἈΚΡΑΓΑΝΤΙΝῼ,

ἍΡΜΑΤΙ.

SEcundum εἶδος qvod *Conr. Rittersh. ad v. 642. lib. 2. ἁλι: Oppiani* ſemper omnium Poëtæ noſtri operum judicavit præſtantiſsimum & ſanctiſsimum, inſcriptum eſt Theroni Agrigentinorum tyranno. Fuit hic Thero ex poſteris Cadmi & Oedipi, ea ſerie, qvæ ſuo loco indicabitur: Socer Gelonis tyranni Syracuſanorum, cui filiam Demaretam nuptum dederat, à qva *Demareteum numiſma* dictum fuiſſe *Scholiaſtes* annotat: Gener fratris Hieronis, Polybuli, uti ad primum εἶδος ex *Diodoro Siculo lib. 11.* & *Scholiaſte*, eum nominavimus; qvanqvam & *Scholiaſtes* & *Demetrius* hoc loco eum Polyzelum nominent, ubi alteruter locus depravatus videtur & facile fieri potuit, ut βου pro ζη legeretur. Vide infrà ad *Pyth. α. D. 5.* ubi Πολύζηλος rectè dici apparet ex Epigrammate. Ἀκράγας verò, qvam Latini Agrigentum reddiderunt (*Plin. lib. 3. cap. 8.*) eſt urbs Siciliæ inter Pachynum & Lilybæum promontoria, in agro fertiliſsimo, condita Olympiade L, à fluvio Siciliæ proximo, qvi & ipſe Acragas, à fertilitate ſoli, qvaſi ἄκρον γῆς dicitur, cognominata. *Thuc. l. 6. p. 494. & Aeli. lib. 2. c. 33.* Vicit autem Thero hic Olympiade LXXVII, ἅρματι, id eſt, curru, videlicet τεθρίππῳ, ad qvem qvatuor eqvi fuerunt juncti, qvorum curſus duodecies continuè ſiebant, unde & Poëta τεθρίππους δυωδεκαδρόμους, *in Antiſtrophe 3.* vocat: & *Ol. γ. γ. 5.* ipſum curriculum, δωδεκάγναμπτον τέρμα δρόμου ἵππων nominat. Vide & *Iſth. α. δ. 7.*

Summa & Diſpoſitio hujus ſecundi εἴδους hæc eſt.

Συνο-

Σύνοψις ſecundi εἴδȣς Ὀλυμπίων.

Secundi εἴδους partes

- *Exordium, à collatione laudum*
  - *Jovis, qvi eſt Piſæ tutelaris Deus.*
  - *Herculis, qvi Olympia inſtituit.*
  - *Theronis, qvi in Olympiis vicit.*
- *Propoſitio*, Thero eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - *1. à Juſticia.*
  - *2. ab Hoſpitalitate.*
  - *3. à ſtrenuitate.*
  - *4. à majoribus.*
  - *5. ab indole.*
  - *6. à bona politia.*
- *Digreſſio de Majoribus Theronis*
  - *in qva narrat*
    - *qvomodo tenuerint Agrigentum, πολλὰ κα-μόντες*
    - *eorum laudes à Prudentia.*
    - *mutationem fortunæ apud poſteros in meliorem*
      - πλέτῳ.
      - χάριτι.
      - ἀρεταῖς.
  - *qvam concludit voto ad Iovem.*
- *Confutatio objectionis de felicitate majorũ Theronis, ut Laii, Oedipi, &c. ad qvam reſpondet*
  - συγχωρήσει.
  - ἐπιδιορθώσει *malorũ, qva*
    - *conſiſtit in*
      - λήθη.
      - *meliore fortuna.*
      - *virtutum ſtudio.*
    - *illuſtratur exemplis*
      - *Fœminarum*
        - *Semeles.*
        - *Inus.*
      - *Virorum,*
        - *Oedipi.*
        - *Ejus liberorum & poſterorum.*
- *Epanodus ad Confirmationẽ*
  - *7. à proſapia Therſandri.*
  - *8. à diverſis victoriis, qvas*
    - *enumerat*
      - *Propriam, in Olympiis.*
      - *communes cum Fratre in*
        - *Pythiis.*
        - *Iſthmiis.*
    - *ab effectu illuſtrat, qvòd nimirum curas diſcutiant.*
  - *9. à Divitiis cum virtute conjũctis. Ubi digreditur*
    - *1. in commendationem opum*
      - *qvòd inſerviant rebus*
        - *agendis.*
        - *inveniendis.*
      - *qvòd afferant decorem.*
      - *qvòd oſtendant ſcelera*
        - *mortuorum puniri.*
        - *vivorũ condemnari.*
    - *2. in*
      - *præmia bonorum.*
      - *pœnas malorum.*
    - *3. in deſcriptionem vitæ beatorum in Inſulis Fortunatis: qvam declarat exemplis*
      - *Pelei.*
      - *Cadmi.*
      - *Achillis, cujus virtutẽ illuſtrat exẽplis interfectorũ*
        - *Hectoris.*
        - *Cycni.*
        - *Memnonis.*
- *Epilogus. De hoc vide pagina ſeqvente, ſigno* [symbol]

- *Epilogus, in quo* (♃)
  - *Laudat ſua carmina*
    - *à comparato cum Sagittis*
      - *multis, propter copiam.*
      - *ſub cubito geſtis in pharetra, propter promptitudinem.*
      - *velocibus, propter acumen.*
    - *à difficultate apparente*
      - *non Sapientibus.*
      - *ſed Vulgo.*
    - *à naturali δεινότητι, quam illuſtrat*
      - *ἀντιθέσει.*
      - *συγκρίσει.*
  - *revocat animum ad laudes Theronis, à Liberalitate, quam illuſtrat*
    - *συγκρίσει cum aliis intra C. an nos.*
    - *à cauſa*
      - *interna, animo.*
      - *externa, manu.*
    - *ab ingratitudine quorundam.*
    - *à numero, comparatè cum arena maris.*

Metrica verò ratio ita ſe habet:

στροφῶν & Ἀντιστρ.

1. ∪–∪– –∪–∪
2. ∪∪∪– ∪––∪
3. ∪∪–∪ ∪∪–∪ ∪
4. ––∪– –∪∪
5. ∪–∪∪ ∪–∪
6. ∪––∪ –
7. –∪–∪ ∪∪–
8. ––∪∪ ∪–∪–
9. ∪∪∪– –∪∪
10. ∪––∪ ∪∪∪
11. ∪––∪ –
12. ∪––∪ –∪
13. ––∪– ∪∪∪–
14. ∪–∪– ∪∪–

ἐπῳδῶν

1. ––∪– –∪∪– ∪–
2. –∪–∪ –∪∪∪ ∪
3. ∪––∪ –∪
4. ∪∪∪– –∪∪
5. ∪–∪∪ ∪––∪ ∪
6. ––∪– –∪–– ∪∪∪– ∪
7. ∪–∪∪ ∪–∪∪
8. –∪–– ∪–∪– ∪–∪

Strophæ & Antiſtrophæ *τεσσαρεσκαιδεκάκωλοι* ſunt.

Primum

Primum κῶλον *eſt* περιοδικὸν, *Dimetrum acatalecticum, ex Dijambo & Ditrochæo. II. Dimetrum acatalecticum, ex Pæone qvarto & Antiſpaſto. III. Dimetrum hypercatalectum, ex duobus Pæonicis tertiis. IV. Dimetrum catalecticum, ex Epitrito tertio & Choriambo. V. Dimetrum catalecticum, ex duobus Pæonicis ſecundis. In* a *tamen, pro ultima prioris & prima poſterioris brevibus, una longa ponitur. VI. Monometrum hypercatalectum, ex Antiſpaſto. In* a *tamen,* γ. g. d. ε *&* e, *pro tertia ſyllaba longa, duæ breves ponuntur. VII. Dimetrum catalecticum ex Ditrochæo & Jonico à minore. VIII. Dimetrum acatalecticum, ex Jonico à majore, & Dijambo. IX. Dimetrum catalectum, ex Pæone qvarto & primo. X. Dimetrum catalectum, ex Antiſpaſto & Proceleusmatico. XI. ut ſextum. In* ϛ *tamen, &* e, *pro* ∪ – – ∪, *eſt* ∪∪∪ – ∪, *per* ἰσοδυναμίαν. *XII. Dimetrum brachycatalectum, ex Antiſpaſto & Ditrochæo. XIII. Dimetrum acatalectũ, ex Epitrito tertio & Pæone qvarto. XIV. Dimetrum catalectum, ex Dijambo & Jonico à minore.*

Ἐπῳδοὶ *verò ſunt* ὀκτάκωλοι. *Primum* κῶλον *eſt trimetrum, brachycatalectum, ex Epitrito tertio, Choriambo & Dijambo. II. Dimetrum hypercatalectum, ex Ditrochæo & Pæone primo. III. ut XII.* στροφῆς *&* ἀντιστροφῆς. *IV. ut nonum* στροφῆς *&* ἀντ; *V. Dimetrum hypercatalectum, ex Pæone ſecundo & Antiſpaſto. VI. Trimetrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio & ſecundo, & Pæone qvarto. In* E *tamen, pro tertia longa Epitriti ſecundi, duæ breves ponuntur. VII. Dimetrum acatalectum, ex duobus Pæonibus ſecundis. VIII. Trimetrum catalecticum, ex Epitrito ſecundo, & duobus Dijambis.*

ΕἸΔΟΣ Β. ODA II.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι, ἉΡΜΑΤΙ.

THERONI AGRIgentino, Curru.

στρο. α. κῶ. ιδ.

1 ΑΝαξιφόρμιγγες ὕμνοι,
τίνα Θεὸν, τίν' Ἥρωα,
τίνα δ' Ἄνδρα κελαδήσομεν;
ἤτοι Πίσα μὲν Διός:

α.

1 *IN-cithara-regnantes hymni,*
qvem Deum, qvem Heroëm,
qvemvé Virum celebrabimus?
Sanè Piſa qvidem Jovis:

Ὀλυμπιάδα δ᾽ ἔστα-
σεν Ἡρακλέης,
ἀκρόθινα πολέμου·
Θήρωνα δὲ τετραορίας
ἕνεκα νικαφόρου
γεγωνητέον ὀπὶ,
δίκαιον ξένον,
ἔρεισμ᾽ Ἀκράγαντος,
εὐωνύμων τε πατέρων
ἄωτον, ὀρθόπολιν·

ἀντι. α. κῶ. ιδ.

καμόντες οἳ πολλὰ θυμῷ,
ἱερὸν ἔσχον οἴκημα
ποταμοῦ, Σικελίας τ᾽ ἔσαν
ὀφθαλμός. αἰὼν τ᾽ ἔφε-
πε μόρσιμος, πλοῦτόν
τε καὶ χάριν ἄγων,
γνησίαις ἐπ᾽ ἀρεταῖς.
Ἀλλ᾽ ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
ἕδος Ὀλύμπου νέμων,
ἀέθλων τε κορυφὰν,
πόρον τ᾽ Ἀλφεοῦ,
ἰανθεὶς ἀοιδαῖς,
εὔφρων ἄρουραν ἔτι πα-
τρίαν σφίσιν κόμισον

ἐπῳ. α. κῶ. η.

λοιπῷ γένει. Τῶν δὲ πεπραγμένων
ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν,
ἀποίητον, οὐδ᾽ ἂν
Χρόνος ὁ πάντων πατὴρ
δύναιτο θέμεν ἔργων τέλος.
Λάθα δὲ πότμῳ σὺν εὐδαίμονι γένοιτ᾽ ἄν.

Ἐσλῶν

Olympiadem verò inſti-
tuit Hercules,
primitias-ſpoliorum belli:
Theronem verò qvadrigas
ob victrices
celebrandum-eſt voce,
juſtum hoſpitem,
columen Agrigenti,
clarorumq́ Parentum
florem, rectorem-urbium:

a.

Qvi qvum-laboraſſent multùm animo,
ſacrum tenuerunt habitaculum
Fluvii, Siciliæq́ erant
oculus: vitaq́ inſeqve-
batur fatalis, divitiaſ-
qve & gratiam afferens,
nativas ad virtutes.
Sed ô Saturnie, fili Rheæ,
ſedem Olympi gubernans,
certaminumq́ ſummitatem,
meatumq́ Alphei,
exhilaratus hymnis,
propitius agrum porrò pa-
trium illis cura

A.

poſtero generi. Factorum autem
juſteq́ & præter jus,
infectum, ne qvidem
Tempus omnium parens
poſſit efficere, operum finem.
Oblivio autem eorum *ſorte cum felici fieri-poteſt.*

Ἐσλῶν γὰρ ὑπὸ χαρμάτων
πῆμα θνάσκει παλίγκοτον, δαμασθέν,

στροφὴ β. κῶ. ιδ.

ὅταν Θεοῦ μοῖρα πέμπῃ
ἀνεκὰς ὄλβον ὑψηλόν.
Ἕπεται δὲ λόγος εὐθρόνοις
Κάδμοιο κούραις, ἔπα-
θον αἳ μεγάλα. Πένθος
δὲ πιτνεῖ βαρὺ
κρεσσόνων πρὸς ἀγαθῶν.
Ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις,
ἀποθανοῖσα βρόμῳ
κεραυνοῦ, τανυέθει-
ρα Σεμέλα: Φιλεῖ
δέ μιν Παλλὰς αἰεί,
καὶ Ζεὺς πατὴρ μάλα: Φιλεῖ
δὲ Παῖς ὁ κισσοφόρος.

ἀντιστροφὴ β. κῶ. ιδ.

Λέγοντι δ᾽ ἐν καὶ θαλάσσᾳ,
μετὰ κόραισι Νηρῆος
ἁλίαις, βίοτον ἄφθιτον
Ἰνοῖ τετάχθαι, τὸν ὅ-
λον ἀμφὶ χρόνον. Ἦτοι
βροτῶν κέκριται
πεῖρας οὔτι θανάτου,
οὐδ᾽ ἁσύχιμον ἁμέραν
ὁπότε παῖδ᾽ Ἀλίου
ἀτειρεῖ σὺν ἀγαθῷ
τελευτάσομεν.
Ῥοαὶ δ᾽ ἄλλοτ᾽ ἄλλαι
εὐθυμιᾶν τε μέτα καὶ
πόνων ἐς ἄνδρας ἔβαν.

ἐπῳδὸς

Bonis enim à gaudiis,
malum perit odioſum, ſuperatum,

ε.

qvando Dei numen mittit
eminus beatitatem excelſam.
Congruit autem ſermo hic *in-bona-ſede-locatis*
Cadmi filiabus, paſ-
ſæ-ſunt qvæ magna. Luctus
verò concidit gravis
potioribus à bonis.
Vivit qvidem inter cœlites,
interempta fragore
fulminis, paſſis crini-
bus Semele: amat
autem eam Pallas ſemper,
& Jupiter pater valdè: amat-
q́ Puer hederiger.

ϛ.

Ajunt autem & in mari,
cum filiabus Nerei
marinis, vitam immortalem
Inoni conſtitutam-eſſe o-
mne per tempus. Sanè
mortalium cognitus-eſt
terminus nullus mortis,
neqve qvietis-datorem diem
qvando filium Solis
incorrupto cum bono
conficiemus.
Fluxus autem aliàs alii
lætitiarumq́ &
laborum, ad Viros ejus familiæ *tranſierunt.*

ἐπῳδὸς. β. κῶ. η.

οὕτω δὲ μοῖρ᾽, ἅ, τε πατρώϊον
τῶν δ᾽ ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον
θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ,
ἐπί τι καὶ πῆμ᾽ ἄγει
παλιντράπελον ἄλλῳ χρόνῳ,
ἐξ οὗπερ ἔκτεινε Λάϊον μόριμος υἱὸς
συναντόμενος. ἐν δὲ Πυ-
θῶνι χρηθὲν παλαίφατον τέλεσεν.

ϛροφὴ γ. κῶ. ιδ.

Ἴδοῖσα δ᾽ ὀξεῖ᾽ Ἐριννύς,
πέφνεν ἑοῖ σὺν ἀλλαλο-
φονίᾳ γένος ἀρήϊον.
Λείφθη δὲ Θέρσανδρος ἐ-
ριπόντι Πολυνείκει,
νέοις ἐν ἀέθλοις
ἐν μάχαις τέ πολέμου
τιμώμενος, Ἀδραςιδᾶν
θάλος ἀρωγὸν δόμοις.
Ὅθεν σπέρματος ἔχον-
τα ῥίζαν, πρέπει
τὸν Αἰνησιδάμου
ἐγκωμίων τε μελέων
λυρᾶν τε τυγχανέμεν.

ἀντιϛροφὴ γ. κῶ. ιδ.

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
γέρας ἔδεκτο. Πυθῶνι
δ᾽ ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν,
Ἰσθμοῖ τε, κοιναὶ χάρι-
τες ἄνθεα τεθρίππων
δυωδεκαδρόμων
ἄγαγον. Τὸ δὲ τυχεῖν

πειρω-

β.

1 *Sic enim fortuna, qvæ paternam*
horum habet jucundam ſortem
divinitus-profecta cum felicitate,
aliqvam etiam cladem inducit
5 *in-contrarium-verſam alio tempore,*
ex qvo interfecit Laium fatalis filius
obviam-factus, inq; Py-
8 *thône oraculum-prædictum antiqvum perfecit.*

γ.

1 *Intuita autem acris Erinnys,*
interfecit ei per mutuam-cæ-
dem ſobolem bellicoſam.
Relictus-eſt autem Therſander in-
5 *terempto Polynici,*
renovatis in certaminibus,
in pugnisq; belli Epigonorum
honoratus, Adraſtidum
germen auxiliare domui.
10 *Unde ſeminis haben-*
tem radicem, decet
Æneſidami filium
laudumq; carmina
14 *lyrasq; conſeqvi.*

ε.

1 *Olympiæ etenim ipſe*
præmium accepit. Delphis
verò conſortem in fratrem,
inq;-Iſthmo, communes grati-
5 *æ flores qvadrigarum*
duodecim-curſus-conficientium
deduxerunt. Aſſeqvi autem victoriam,

 experi-

πειρώμενον ἀγωνίας,
παραλύει δυσφρόνων.
Ὁ μὰν πλοῦτος ἀρεταῖς
δεδαιδαλμένος,
φέρει τῶν τε καὶ τῶν
καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
μέριμναν ἀγροτέραν,

ἐπῳδὸς γ. κῶ. η.

ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
ἀνδρὶ φέγγος. Εἰ δέ μιν ἔχει
τὶς, οἶδεν τὸ μέλλον,
ὅτι θανόντων μὲν ἐν-
θάδ' αὐτίκ' ἀπάλαμνοι φρένες
ποινὰς ἔτισαν. Τὰ δ' ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ
ἀλιτρὰ, κατὰ γᾶς δικά-
ζει τις, ἐχθρᾷ λόγον φράσας ἀνάγκᾳ:

στροφὴ δ. κῶ. ιδ.

Ἶσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ,
ἶσα δ' ἐν ἁμέραις Ἅλι-
ον ἔχοντες, ἀπονέστερον
ἐσθλοὶ νέμονται βίο-
τον, οὐ χθόνα ταράσσον-
τες ἀλκᾷ χερῶν,
οὐδὲ πόντιον ὕδωρ,
κεινὰν παρὰ δίαιταν: ἀλ-
λὰ παρὰ μὲν τιμίοις
Θεῶν, οἵ τινες ἔχαι-
ρον εὐορκίαις,
ἄδακρυν νέμονται
αἰῶνα: τοὶ δ' ἀπροσόρα-
τον ὀκχέοντι πόνον.

experientem certamen,
liberat à triſtibus-curis.
Divitiæ ſanè virtutibus
exornatæ,
afferunt horumq́ & illorum
opportunitatem, profundam ſuſtinentes
curam indagatricem rerum honeſtarum,

G.

Stella exiſtentes *inſignis, verum*
homini lumen. Si autem eas habet
aliqvis, novit is *futurum,*
qvòd mortuorum qvidem il-
lic ſtatim intractabiles mentes
pœnas luere-ſoleant: Qvæ verò in hoc Jovis imperio
ſcelera fiunt, ea *ſub terra judi-*
cet aliqvis, inviſa ſententiam pronuncians neceſſitate:

δ.

Æqvè autem noctibus ſemper,
æqvè & in diebus So-
lem habentes, minus-laborioſam
Boni degant vi-
tam, nec terram turban-
tes robore manuum,
nec marinam aqvam,
inanem propter victum: ſed
apud qvidem honoratos
Deorum, qvicunqve gau-
debant fide-juriumjurandorum,
illacrimabili fruantur
ævo: Illi verò aſpectu-horren-
dum tolerent laborem.

ἀντιστροφὴ δ. κώ. ιδ.

ὅσοι δ' ἐτόλμασαν ἐς τρὶς
ἑκατέρωθι μείναντες,
ἀπὸ πάμπαν ἀδίκων ἔχειν
ψυχὰν, ἔτειλαν Διὸς
ὁδὸν παρὰ Κρόνου τύρ-
σιν: ἔνθα Μακάρων
νᾶσον ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέουσιν: ἄν-
θεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόθεν, ἀπ' ἀ-
γλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει:
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀνα-
πλέκοντι καὶ στεφάνοις,

ἐπῳδὸς δ. κώ. η.

βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος,
ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖ-
μον αὐτῷ πάρεδρον,
πόσις ὁ πάντων Ῥέας
ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.
Πηλεύς τε καὶ Κάδμος ἐν τοῖσιν ἀλέγονται:
Ἀχιλλέα τ' ἔνεικ', ἐπεὶ
Ζηνὸς ἦτορ λιταῖς ἔπεισε, μάτηρ.

στροφὴ ε. κώ. ιδ.

ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
ἄμαχον ἀστραβῆ κίο-
να: Κύκνόν τε θανάτῳ πόρεν:
Ἀοῦς τε παῖδ' Αἰθίο-
πα. Πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶ-
νος ὠκέα βέλη
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας

d.

Qvicunqve verò ſuſtinuerunt in tertiam-vicem
alterutribi manentes,
ab injuſtis omninò abſtinere
animam, illi *peragere-ſoleant Jovis*
viam ad Saturni propugna-
culum. Ubi Beatorum
inſulam Oceanides
auræ perſpirant: flo-
resq́; ut *aurum fulgent,*
alii à-terra, à pul-
chris arboribus alii,
aqva autem alios alit:
ex-qvibus factis *monilibus manus im-*
plicant & coronis capita,

D.

decretis in rectis Rhadamanthi,
qvem pater habet Saturnus idone-
um ſibi aſſeſſorem,
maritus Rheæ omnium
ſupremam habentis ſedem.
Peleusq́; & Cadmus inter hos curantur:
Achillemq́; eò *tranſtulit, poſtqvam*
Jovis cor precibus perſuaſit, mater.

ε.

Qvi Hectorem proſtravit, Troiæ
inexpugnabilem firmam colu-
mnam: Cycnumq́; letho dedit:
Auroræq́; filium Æthio-
pem. Multæ mihi ſub cubi-
to celeres ſagittæ
intra ſunt pharetram

ſonan-

Φωνᾶντα συνετοῖσιν· ἐς
δὲ τὸ πᾶν, ἑρμηνέων
10 χατίζει. Σοφὸς ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ·
μαθόντες δὲ, λάβροι
παγγλωσσίᾳ κόρακες ὡς
14 ἄκραντα γαρύετον,

ἀντιστροφὴ ε. κώ. ιδ.

1 Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.
Ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον
ἄγε θυμέ. Τίνα βάλλομεν
ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
5 νὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς
ἱέντες; ἐπί τοι
Ἀκράγαντι τανύσαις,
αὐδάσομαι ἐνόρκιον
λόγον ἀλαθεῖ νόῳ,
10 τεκεῖν μή τιν' ἑκατόν
γε ἐτέων πόλιν,
φίλοις ἄνδρα μᾶλλον
εὐεργέταν πραπίσιν, ἀ-
14 φθονέστερόν τε χέρα,

ἐπῳδὸς ε. κώ. η.

1 Θήρωνος. Ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος
οὐ δίκᾳ συναντόμενος, ἀλ-
λὰ μάργων ὑπ' ἀνδρῶν
τὸ λαλαγῆσαι θέλων,
5 κρύφον τε θέμεν ἐσθλῶν, κακοῖς
ἔργοις. Ἐπεὶ ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγεν·
ἐκεῖνος ὅσα χάρματ' ἄλ-
8 λοις ἔθηκεν, τίς ἂν φράσαι δύναιτο;

ſonantes intelligentibus: ad
vulgus autem, interpretibus
indigent. Is demum eſt ſapiens, qvi mul-
ta ſcit naturæ-ſagacitate:
at diſcendo-rem-aſſecuti, vehementes
loqvacitate, ceu Corvi,
irrita garriunt,

e

Jovis ad avem divinam.
Intende nunc ad ſcopum arcum,
age anime mi. Qvemnam petimus
autem, ex benevola men-
te glorioſa tela
mittentes? In ſanè
Agrigentum intendens,
dicam juratum
ſermonem veraci mente,
progenuiſſe nullam centum
intra annos urbem,
amicis virum magis
beneficum ex-corde, lar-
gioremq; manu,

E

Therone. Verùm laudem invaſit inſolentia
non juſtè occurrens, ſed
furioſis à viris
obſtrepere volens,
occultationemq; afferre bonorum, per mala
facta. Qvoniam arena numerum refugit:
ideo ille qvot gaudia ali-
is benefaciendo fecerit, qvis recenſere poſſit?

COMMENTARIUS.

α. 1. ΑΝαξιφόρμιγγες ὕμνοι] Partes hujus εἴδες ſeptem ſunt: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio de majoribus Theronis, Confutatio, Regreſsio ad confirmationem, & Epilogus. In Exordio inſtituitur partim collatio laudum Jovis, *Dei* Piſæ & Olympiæ tutelaris: Herculis *Herois*, qvi Olympicos ludos inſtituit: & Theronis *Hominis*, qvi in his vicit: partim gloria Olympiorum exaggeratur, à Numine Jove, ab autore Hercule, & victore Therone.

α. 1. ἀναξιφόρμιγγες] Vel Activè, οἱ τῆς φόρμιγγος ἀνάσσοντες, qvia primùm componuntur carmina, inde lyra ad ea accommodatur: vel paſſivè, οἱ ὑπὸ τῆς φόρμιγγος ἀνασσόμενοι, qvia primùm lyram percurrebant, poſteà accinebant. Sed rectiùs Activè accipimus, qvum ſimilia compoſita ex Verbo & Nomine activè potiùs ſignificent, ut ἀλεξίκακος, ἀνάξανδρος, πλήξιππος, νικόδημος, ut rectè monet *Demetrius*. Eſt autem ἀποστροφὴ ad ipſos hymnos, vel potiùs ad Muſam, hoc eſt, δύναμιν ποιητικὴν, cujus beneficio componebat hymnos, qvam excitare ſtudet. Sicut etiam *Horatius lib. 1. Oda. 12*, hæc imitatus, ad Cliò accommodavit,

Qvem virum, aut Heroa, Lyra vel acri
Tibia ſumis celebrare Clio,
Qvem Deum? &c.

ubi inverſo ordine ponit, *Virum, Heroa, Deum*; contrà qvàm Pindarus, θεὸν, ἥρωα, ἄνδρα.

α. 2. τίνα θεὸν;] *Pal. B.* ἵνα θεῶν;

α. 2. τίν' ἥρωα] ἥρως, medium qviddam inter Deum & hominem, Homo ἀποθεωθείς, *Semideus*. Hinc *Heſiodus* 1. ἔργ: ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι.

α. 3. κελαδήσομεν] Philippus, *Interrogabimus*, incommodè.

α. 6. ἔστασεν ἡρακλέης] Devicto enim Augea Elidis Rege, qvi pro ſtabulo expurgato mercedem denegaverat, ex ſpoliis & manubiis hos ludos inſtauravit, ut ſuprà annotatum.

α. 7. ἀκρόθινα] τὰ ἀκρόθινα, vel ἀκροθίνια, ſunt propriè *primitiæ frugum*, ab ἄκρον *ſummum*, & θῖνες, id eſt *acervi tritici vel hordei*. Hîc verò καταχρηστικῶς de *primitiis & ſpoliis belli* accipi, adjectum vocabulum πολέμου indicat.

α. 8. τετραορίας] ἀείρειν eſt *extollere*: συναείρειν *unà extollere*. Inde συναορίς, vel contractè συνωρίς, *duorum eqvorum copula*: τετραορίς vel τετρωρίς, *qvatuor*: hinc τετραορία vel τετρωρία, *qvatuor eqvorum agitatio*: *qvadrigarum gubernatio*. In τετραο facienda eſt συνίζησις.

α. 10. γεγωνητέον ὀπί] In his eſt Propoſitio, *Thero victor Olympicus eſt laudandus*.

α. 11. Δίκαιον] Confirmatio, cujus octo ſunt argumenta: 1 à Juſtitia. 2 ab Hoſpitalitate: 3 à ſtrenuitate. 4 à majoribus. 5 ab indole. 6 à bona politia. 7 à diverſis victoriis. 8 à divitiis cum virtute conjunctis. Sed anteqvàm ſeptimum & octavum argumentum tractet, Digreſsionem inſti-

tuit

tuit de majoribus Theronis, & Confutationem objectionis de eorūdem infelicitate, ut ſuo ordine videbimus.

α. 12. ἕρεισμ' Ἀκράγαντος] Vide notas *Conr. Rittershuſii ad v. 45. lib. 5.* ἁλιευτι: Oppiani.

α. 13. εὐωνύμων τε πατέρων] hoc eſt, προγόνων celebrium. Deſcendit enim Thero ab Agenore & Cadmo, hac genealogia:

Agenor.
|
Cadmus.
|
Polydorus.

Hæmon. Labdacus.
|
Laius.
|
Oedipus.
|
Polynices.
|
Therſander.
|
Tiſamenes.
|
Auteſion.
|
Theras.
|
Samus.
|
Telemachus.
|
Chalciopeus.
|
Emmenides. *Hujus Olymp: γ. fit mentio.*
|
Æneſidamus.

Theron. Xenocrates.
| |
Aridæus. Thraſybulus. *Horum duorum fit mentio. Pyth. ϛ. & Iſthm. β.*

Alii verò ab Hæmone Labdaci fratre, genus Aeneſidami & Theronis deducunt, ſed genealogiam non addunt. *Scholiaſtes* ad Pyth. ϛ. ex *Hippoſtrati genealogiis Siculis* hæc allegat: Ἐμμενίδης καὶ Ξενόδικος, Τηλεμάχου ὑοί. Καὶ Ἐμμενίδου μὲν, οἱ περὶ Θήρωνα καὶ Ξενοκράτην: Ξενοδίκου δὲ Ἱπποκράτης καὶ Κάπυς, οἳ φυγαδευθέντες ὑπὸ Θήρωνος &c. Fortè gradus aliqvos intermedios conſultò omiſit.

α. 14. ὀρθόπολιν] id eſt, *rectè gubernantem civitates*, vel etiam *in meliorem ſtatum civitates promovens*. Habent enim compoſita hujuſmodi ſignificationem præcipuè activam, ut modò dictum eſt.

a. 1. καμόντες οἱ πολλὰ θυμῷ] Poſt ſex priora argumenta Confirmationis, ſubjicit Digreſſionem de majoribus Theronis, qvam ideò inſerit, ut amoliatur calumniam de facinoribus Oedipi προγόνου, & aliis malis, qvibus majores Theronis fuerunt obnoxii. In ea autem narrat, primò qvomodo Agrigentum tenuerint, πολλὰ καμόντες; deinde ipſorum laudes, à prudentia; tertiò mutationem fortunæ illorum apud poſteros in meliorem, qvam declarat tribus qvaſi ſignis vel effectis, πλούτῳ, χάριτι, & γνησίαις ἀρεταῖς. Tandem eam concludit voto pro felicitate poſterorum.

a. 1. καμόντες] Vel fit reſpectus ad calamitates Oedipi & ejus filiorum, de qvibus poſteà: Vel ad labores & errores reliqvorum majorum. Nam Hæmon, à qvo Theronis genus aliqvos deducere modò dictum eſt, propter homicidium in venatione commiſſum, Thebis pulſus, Athenas ſeſe contulit: inde ejus poſteri in Cretam, & hinc Rhodum commigrarunt: ubi ſeditione

 exorta

exorta in Siciliam devenerunt, primumq; Gelam occuparunt, unde *Geloi* dicti fuerunt: deinde 108 annis pòſt, teſte *Thucydide lib.6.* (p.494), Acragantem, ubi multa ἔκαμον, qvum inter condendum à vicinis barbaris infeſtarentur. Duces tunc, qvum Siciliam peterent, habuerunt Antiphemum Rhodium, & Entimum Cretenſem, à qvibus viceſimus ſeptimus eſt Thero, ut aliqvi *Scholiaſten & Demetrium* velle putant, qvum potiùs ab Agenore initium numerationis faciendum videatur, à qvo ea ſerie, qvam modò ex *Scholiaſte* adſcripſimus, decimus tantùm ſeptimus eſt Theron. Videtur ergò pro ιζ lectum perperam fuiſſe κζ.

a.2. ἱερὸν ἔχον οἴκημα ποταμοῦ] Vel intelligit Gelam oppidum Siciliæ, ad fluvium ὁμώνυμον, ut *Artemon Pergamenſis* voluit: Vel Acragantem fluvio vicino itidem cognominem, ut cum *Ariſtarcho* Grammatico, Ptolemæi Evergetæ Præceptore (*Athen. lib.2. fine*) putamus. ἱερὸν vocat, vel qvia *magnum*, vel qvia templum Minervæ *ſacrum* habet, vel qvia Acragas Proſerpinæ à Jove data eſſe fingitur, εἰς τὰ ἀνακαλυπτήρια, id eſt, loco munerum, qvæ novæ nuptæ dantur, qvando retecta facie primùm inter viros prodit. Vide infrà *Nem. α. a. 7.* Qvod autem dicit, ἔχον οἴκημα, vel ad *poſſeſſionem* refertur, vel potiùs ad *cuſtodiam* ſuperioribus temporibus. Nam etſi Theron tunc dives eſſet; majores tamen ejus tanta paupertate preſsi fuerunt, ut etiam pro mercede cuſtodiam civitatis agerent, ut ex *Hippoſtrato* citat *Scholiaſtes*.

a. 3. Σικελίας ἔσαν ὀφθαλμός] Et hoc Ambiguè dictum, ut vel ad præſtantiam, gloriam, celebritatem, & in ſpecie ad prudentiam majorum Theronis referatur: *Cicer. ad Attic.* Cur ocellos Italiæ, villulas meos non video? Ubi *Ocellus* rem præſtantiſsimam notat: vel etiam ad id qvod modò diximus, vigiles eos ac cuſtodes fuiſſe: qvod cum Poëta negare non potuerit, ambiguè protuliſſe videtur.

a. 5. μόρσιμος] – ∪ ∪ pro – –, per ἰσοδυναμίαν.

a. 6. χάριν] ∪ ∪ pro –.

a. 8. ἀλλ' ὦ Κρόνιε] id eſt, *Sed ô Saturnie*, Κρόνου hoc eſt, Saturni fili: vel *qvi in Cronio colle coleris*.

a. 9. ἕδος Ὀλύμπου νέμων] Qvia nimirum Jovi imperium Olympi hoc eſt cœli, ceſsit.

a. 10. ἀέθλων τε κορυφάν] hoc eſt, *certamina Olympica præſtantiſsima*. Qvia nimirum in Jovis Olympii honorem ludi Olympici, qvi cæterorum ſunt κορυφή, ut in Exordio primi εἴδους fuſiùs habuimus, fuerunt celebrati.

a. 11. πόρον τ' Ἀλφεοῦ] Qvare πόρον nominet, ex *Olymp.α.* patet. Qvod autem Jovem hunc πόρον Ἀλφεοῦ νέμειν dicit, reſpicit vel ad conſecrationem Elidis & potiſsimùm Olympiæ ad qvam Alpheus fluit, Jovi factam: vel potiùs ad ritum illum, qvo Elei cineres ſolius Alphei aqvis mixtos & ſubactos, Jovis Olympii aræ pro tectorio inducere ſolebant, unde Jovi dilectiſsimus Alpheus fuit, ut docet *Pauſanias Eliac: prior:* (p.161.)

a. 13. ἄρουραν πατρίαν] *hæreditariam*, ſive *retrò*, ut acceptam à maioribus ſuis tueantur: ſive *porrò*, ut poſte-

ut poſteris hæreditariam qvaſi per manus tradant.

A. 1. λοιπῷ γένει] i. e. Theroni, fratriq; Xenocrati, & utriusq; affinibus ac poſteris.

A. 1. Τῶν δὲ πεπραγμένων]Præter Digreſsionem de majoribus Theronis, etiam Confutationem inſerit Objectionis de infelicitate majorum Theronis, & qvorundam etiam improbitate, ut Laij, Oedipi, &c. qvæ laudi cùm Theronis, tùm ipſorum majorum non parum detrahere videtur. Reſpondet Poëta primùm συγχωρήσει, qvum notoria negare non poſsit: deinde ἐπιδιορθώσει malorum, qvæ conſiſtit in oblivione, in meliore fortuna, in virtutum deniqve ſtudio. Atqve hanc ἐπιδιόρθωσιν illuſtrat exemplis, partim fœminarum, ut Semeles & Inus filiarum Cadmi; partim virorum ut Laij, Oedipi, Polynicis, Therſandri. Vide Iſthm. γ. A.9. Ἐσλῶν hîc accipitur moraliter.

A. 2. ἐν δίκᾳ τε καὶ παρὰ δίκαν] Poſſunt hæc eo modo quo nunc dictum de majoribus Theronis rectè accipi. Sed ſunt tamen, qvi de ipſo Therone & ejus συγχρόνοις intelligant. Thero enim filiam Demaretam, fratri Hieronis Geloni nuptum dederat, qvam defuncto Gelone duxit poſteà alter frater Polyzelus (vel Polybulus). Qvum autem Hiero Polyzelum bello contra vicinos barbaros præfeciſſet; isqve inſcio Hierone pacem cum eis feciſſet, cœpit de proditione ſuſpicari: qva in cauſa qvum Thraſydæus filius Theronis Polyzelum defenderet, conſtituit Hiero Thraſydæum cum patre Therone bello petere. Verùm *Simonides Poëta*, ſua dexteritate, & erga utrumqve benevolentia, hoc diſſidium ita compeſcuit, ut non tantùm reconciliarentur, ſed propinqviore etiam affinitate conjungerentur, ducente Hierone Theronis ſororem. Qvæ etſi non negamus: rectiùs tamen locum hunc de maioribus Theronis accipiendum putàmus, qvum ipſa συνέπεια ſatis hoc arguat.

A. 1. πεπραγμένων] i. e. συμβάντων καμάτων, reſpectu facto ad οἱ καμόντες &c. vel ad diſsidium inter Theronem & Hieronem.

A. 4. οὐδ' ἂν χρόνος] Vide Adagia, *Qvod factum eſt, infectum fieri non poteſt:* &, *Tempus omnia revelat,* & *Tempus omnium pater.*

A. 7. ἐσθλῶν] Ita ferè omnes impreſsi h aent, etiam *Ald. & Pal. A.* Legendum autem cum *Pal. C.* ἐσλῶν, Dorienſium more, qvod & Pal. B. habuit, licet poſteà ab alio, θ fuerit inſertum. Ita autem potiùs legendum, qvia priorem corripi oportet. Etſi autem poſt ε, σλ eſt: nihilominus corripi ε poteſt, vel qvia τὸ σ aliàs leniſsima litera eſt: vel qvia Pindarus peculiariter hanc literam exoſus fuit, nec tàm pro Litera qvàm pro ſibilo ſaltem & aſpiratione agnovit; odioq; hujus literæ, carmẽ ἄσιγμον, vel ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδὴν compoſuiſſe dicitur. Vide *Athenæum lib. 10. Scaligerum lib. 1. de cauſ: LL. cap. 19. & Lipſium de recta pronunciat: cap. 16.* Eadem dictio primam & alibi corripit, ut Ol. ιγ. ε. 11. Pyth. γ. G. 8. Qvòd ſi tamen omninò qvis τὸ θ inſertum retinere vellet; & τὸ ε propter θλ ſubſeqvens, & τὸ σ ex Pindari affectu qvaſi diſſimulatum,

corripi poſſe inſtaret: Cum eo non admodum pugnaremus.

ϵ. 1. ὅταν Θεοῦ] i. e. qvando fatalis periodus malorum, qvæ in ſplendidis familiis haud raro graſſantur, elapſa eſt.

ϵ. 2. ἀνεκὰς] *eminus, è longinqvo tandem. Pal. C.* habet ἀναβᾶσα, qvod *Scholiaſtes* ejus exponit, ὑψωθεῖσα. Sed metri ratio reclamat, ut de ſenſu non dicam.

ϵ. 2. ὄλβον ὑψηλὸν] *beatitatem excelſam*, qvæ ſcilic. poſt expiatam noxam ſerò tandem cœlitus contingit. Malè aliqvi hoc loco *de divitiis* accipiunt ὄλβον.

ϵ. 3. ἕπεται] ἁρμόζει.

ϵ. 3. εὐθρόνοις] i.e. qvæ meliore fortuna uſæ, qvaſi in throno felicitatis collocatæ fuerunt. Intelligit autem Semelen, Ino, Autonoën & Agaven, de qvibus videatur *Euripides in Bacchis*. Harũ priores duas hîc introducit. *Aretio* legendum videtur εὐφρόνοις, i.e. *prudentibus*, perperam, qvum non dicatur εὔφρονος ſed εὔφρων.

ϵ. 8. ζώει μὲν] Primum exemplum Semeles, filiæ Cadmi, qvæ fulmine interempta, in Divarum numerum fuit relata. Fabula hæc videatur prolixiùs apud *Ovidium lib. 3. Met.*

ϵ. 9. βρόμῳ κεραυνοῦ] *Aretius* perperam legit una dictione, & dicit βρομωκέραυνος eſſe epitheton Jovis, à ſtrepitu fulminis.

ϵ. 11. Σεμέλα] ⏑⏑– pro – –, per ἰσοδυναμίαν.

ϵ. 11. φιλεῖ δέ μιν Παλλὰς αἰεὶ] Vel qvia in genere omnibus Diis chara eſt: Vel qvia Minerva Ὀγκαία, in Ὄγκαις, qvi eſt vicus Bœotiæ, à Cadmo fuit culta. Cæterùm poſt hunc verſum annotat *Scholiaſtes* appoſitũ fuiſſe hoc κῶλον: φιλέοντι δὲ Μοῖσαι, qvod etiam *Ald. & Pal. A. B. C.* habet; Vel qvia à Poëtis admodum fuit decantata, Vel propter Heliconem, montem Bœotiæ Thebis vicinum. Sed hoc κῶλον, ut περισσὸν, ipſa metri ratio ejicit.

ϵ. 14. παῖς ὁ κισσοφόρος] Periphraſis Bacchi filii Semeles, cùm qvòd hederam geſtare ſoleat, tum qvòd eam ſibi ſacram habeat. Attribuitur aũt hedera Baccho, qvia ebrietati in capite geſta reſiſtere dicitur, ut fuſiùs Mythologi cum Phyſicis docent.

b. 1. λέγοντι δὲ] Secundum exemplũ Inus, alterius filiæ Cadmi, quæ furore correpta in mare ſeſe præcipitavit, ſed in Nereidum numerum recepta eſt, & nunc Leucotheæ nomen habet. Vide *Homer. Odyſſ. ε.* & *Ovidium lib. 4. Met.*

b. 5. βροτῶν γε] Gnome, Terminum mortis humãæ nobis eſſe incognitũ.

b. 6. γε κέκριται] à κρίνομαι. Malè *Aretius* deduci putat à κρύπτομαι, niſi fortè legit κέκρυπται, qvod non congruit. τό γε *Pal. A. & B.* rectè omittũt.

b. 8 ἀσύχιμον ἁμέραν] i.e. ἡμέραν ἀναπαύσεως, ſeu θανάτου.

b. 9. παῖδ' ἁλίου] qvia Sol qvaſi diem gignere videtur.

b. 14. ἐς ἄνδρας ἔβαν] i.e. à muliebri ſexu Cadmeidum, tranſierunt mutationes ad virilem Cadmi poſterorũ. Tmeſis eſt, pro μετέβαν, qvod Doricè & Bœoticè ponitur pro μετέβησαν. Apparet ergò, non tam eſſe Gnomen in genere de inſtabilitate ſortis humanæ loquentem, ut vulgò accipiũt, *vide Adagiũ: Omniũ rerum viciſſitudo eſt*: qvàm Noëma ſpecialius, ad Gnomen generalem alludens, & Tranſitio ab exemplis muliebris ſexus, ἐς ἄνδρας, *ad viros*, non in genere, *ad homines*, ut habent pleriqve.

B. 1. ἔστω]

B. 1. οὕτω] i. e. *pari ratione* ut modò de fœminis intelleximus.

B. 1. ἅτε πατρώϊον] ὧνδ' ἔχει τὸν εὔφρονα πότμον] id eſt, habens harum (Cadmeidum) paternam, i.e. à patre Cadmo uſq; ad ſe derivatã ſortem.

B. 3. θεόρτῳ σὺν ὄλβῳ] i.e. cum felicitate divinitus excitata; ab ὄρω, *cõcito* (ὤρμαι, ὦρσαι, ὦρται.) *Aretius* cum *Scholiaſte*, θεόρτον qvaſi ὑπὸ θεοῦ ὀρθούμενον dici perperã cenſet. Rectiùs *Demetrius* θεόπεμπτον interpretatur.

B. 4. ἐπὶ ἄγει] Tmeſis, pro ἐπάγει.

B. 5. παλιντράπελον] ἐπὶ τὸ ἐναντίον τετραμμένον: ſed tamen ἄλλῳ χρόνῳ, ut diſtinguantur tempora & perſonæ. *Scholiaſt.* ὀπισθόρμητον.

B. 6. μόριμος υἱὸς] Vel κατὰ μοῖραν ipſi γενόμενος, vel qvi μόρον id eſt, *interitum fatalem* Laio attulit. Periphraſi hac Oedipum notante utitur, ne nomen ejus exprimere cogatur: (ne exprobrare videatur) & factum qvodammodo in fatum refert, ut & ipſum nonnihil mitiget.

B. 7. συναντόμενος] Ad loci huius intellectum, ſciendum, qvòd Laius Rex Thebanorum, oraculum acceperit, qvod *Oedipo Tyranno Sophoclis* præfixum habemus, qvo prædicebatur, Laium à filio interfectum iri. Qvum ergò Laius ex uxore Jocaſta Filium ſuſcepiſſet, memor oraculi illius, eundem in Cithærone monte, trajectis fune pedibus exponi curavit: qvem qvum Paſtor qvidam inveniſſet, Polybo Corinthiorum Regi dono dedit: qvi qvum ex Merope uxore, prole careret, pro ſuo eum educavit, ita ut & ipſe Polybo ſe natum crederet. Et qvia ob trajectum funem, tumor poſteà pedib. perpetuò manſit, Οἰδίπους nomen accepit. Oedipus autem de Parentibus tandem dubitãs, qvum adoleviſſet, oraculum cõſuluit. Qvod de Parentibus nihil qvidem reſpondit; ipſum verò dixit & Patrem interfecturũ, & Matrem uxorem ducturum. Hoc abominandum ratus Oedipus, maluit Corinthum non redire, qvàm Polybum Patrem interficere, vel Meropen matrem ducere. Profectus ergò qvocunq; locorum perveniret, in trivio qvodã, ubi via dicebatur Σχιστὴ, *Pauſ. Phoc. lib. 10 p. 320.* inter Delphos & Daulidem, patrem Laium in anguſtiis & faucibus montanis obvium, poſt contentionem de cedendo exortam, ignotum interfecit: qvod hîc συναντόμενος feciſſe dicitur. Qvomodo verò Matrem Jocaſtam inſcius duxerit, *Sophocles in Oedipo Tyranno* habet, huc v. afferre non eſt neceſſe. Ita autem verè τὸ ἐν Πυθῶνι χρησθὲν παλαίφατον τέλεσεν.

B. 7. ἐν Πυθῶνι] ἡ Πυθὼν ὦνος (ut & ἡ Πυθώ) olim fuit nomen urbis illius Phocidis, qvæ poſteà *Delphorũ* nomen accepit à Delpho Apollinis Filio, teſte *Pauſ. lib. 10.* Hoc loco συνεκδοχικῶς pro *Templo Delphico vel Pythico* accipitur, ut & apud *Sophoclem in Oed. Tyr.* (a: 2. ſc. 1.)

γ. 1. ἰδοῦσα] alii ἰδοῖσα Doricè. *Ald. & Pal. A. B. C.*

γ. 1. ὀξεῖ' ἐριννὺς] i. e. *Videns hos Erinnys acuta*, i. e. ſevera ultrix ſcelerum, (die ein ſcharffes auge drauff hat) v. g. Tiſiphone. Qvo ſenſu *Soph. Oed. Col.* Erinnyas δεινῶπας vocat. 1. 3. *Orpheus*: δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν Ἐριννύες εἰσὶ τοκήων. Malè *Lonicerus* reddidit, *Torvum videns*, qvum ὀξεῖα Fœmininum ſit: & in iſta ſignificatione, βλέπουσα potiùs ponẽdum fuiſſet. Sed ſecutus fortè fuit lectionẽ, ἰδοῖσα ὀξὺ, qvam etiam *Pal. B.* habet.

γ. 2. σὺν ἀλλαλοφονίᾳ] Qvum enim Oedipus, agnito parricidio & inceſto Matris Iocaſtæ conjugio, ex qvo duos filios, Polynicen & Eteoclen, cum totidem filiabus ſuſceperat, ſeipſum excœcaſſet, & in exilium abiiſſet, ut ex *Oedipo Tyranno Sophoclis* notum eſt; Filii regnum Thebanum occuparunt, ita tamen, ut alternis annis illud adminiſtrarent. Qvum verò Eteocles natu minor, regnum fratri reſtituere recuſaſſet; Polynices injuriam hanc ulturus, Adraſto Socero & aliis Argivis ſibi adjunctis, contra Thebanos & fratrem expeditionẽ ſuſcepit. In cõflictu verò fratres μονομαχοῦντες, mutuis vulneribus, vel ut Poeta hîc loquitur, σὺν ἀλλαλοφονίᾳ, uterque ceciderunt. Vide *Stat. in Theb.* Porrò τὸ σὺν hîc πλεονάζει, ut & in α Olymp. σὺν ἅρμασι, pro ἅρμασι.

γ. 3. γένος ἀρήιον] Vel *genus bellicoſum*; Vel *à Marte deſcendens*. Nam Harmonia uxor Cadmi, Martis & Veneris filia credebatur.

γ. 4. λείφθη δὲ Θέρσανδρος Πολυνείκει] Etſi enim uterqve Eteocles & Polynices cecidit: tamen regnum Laodamanti Eteoclis filio, cujus tutelam Creon avunculus gerebat, manſit. Therſander verò Polynicis filius regno patrem & ſe excluſum dolens, non multis annis poſt μονομαχίαν Patrum, exercitu ex Argivis, Meſſeniis, Arcadibus, Corinthiis, & Megarenſibus collecto, cui ἐπιγόνων nomen indebatur, Thebas petiit. Qvumq; acriter ad Gliſantem fuiſſet decertatum, tandem Thebani magna clade accepta, cum Laodamante effugerunt; urbs verò per obſidionem expugnata fuit. Vide *Pauſan. lib. 9.* (Bœot. p. 289.) Pal. B. τὸ δὲ omiſit. Vide ad Pyth. η. γ. 2.

γ. 4. λείφθη] tanquam vindex paternæ injuriæ.

γ. 5. ἐριπέντι] *interempto, qvi collapſus eſt*. Aor. 2. ab ἐρείπω, *everto, corruere facio*. In hoc tempore tamen Neutraliter ſæpè invenitur, pro *cecidi*. ἐρείπια ſunt *Rudera*.

γ. 6. νέοισ' ἀέθλοισιν] i. e. *novis vel renovatis certaminibus*: bello novo, vel renovato ab ἐπιγόνοις, eo nimirum qvod olim inter Patres geſtum fuerat. Vide infrà Pyth. η. γ. 2. Malè ergò aliqui reddiderunt, *Juvenilibus certaminibus*. Legendum νέοις ἐν ἀέθλοις, ut & habet Ald. & Pal. A.B.C.

γ. 7. μάχαις τε πολέμου] Differunt πόλεμος & μάχη, ut apud Latinos Bellum, & Prælium ſive Pugna.

γ. 8. τιμώμενος]propter recuperatum regnum Thebanum.

γ. 8. Ἀδρασείδαν] Lego Ἀδραστιδᾶν, ut & *Pal. B. habet*. A. perperam habet Ἀδραστιδανῶν. Ponitur autem plurale pro ſingulari Ἀδραστίδος. Intelligitur enim Argea filia Adraſti, mater Therſandri, cujus θάλος, id eſt, germen Therſander ille fuit. Eſt autem Syntaxis, Θέρσανδρος, θάλος Ἀδραστιδᾶν, ἀρωγὸν δόμοις, πατρῴοις ſcilicet, i. e. *germen Adraſtidum vel Adraſtidis, auxiliare domui paternæ*, propter recuperatum regnum Thebanum, qvo Pater privatus fuerat. Alii per δόμους, intelligunt ipſas Thebas, perperam.

γ. 10. ὅθεν] vel ἀπὸ τῶν Ἀδραστιδᾶν, vel ἀπὸ τοῦ Θερσάνδρου. Poſtqvam Digreſsionem de Majoribus Theronis, & Confutationem objectionis

ctionis de infelicitate eorundem, abſolvit; reverſurus Poëta ad Confirmationem Propoſitionis, & poſtrema duo argumenta laudum Theronis tractaturus, ipſam Propoſitionem, qvùm ob Digreſsionem longiuſculam, & Confutationem magis ad Digreſsionem, qvàm immediatè ad Propoſitionem pertinentem, animo exeidiſſe potuerit, diſertè repetit, & ſeptimum argumentum à proſapia Therſandri petit. Eſt autem Ellipſis Græcis uſitatiſſima, ſubintellecta voce υἱόν. Sic Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου, ſc. υἱὸς: qvod etiam aliæ qvædam Lingvæ adhuc hodiè imitantur.

γ. 10. σπέρματος ῥίζαν] Metaphora.

γ. 10. ἔχοντι] ſc. ὁμώνυμοι πατέρες Θήρωνος, ut exponunt. Lego autem ἔχοντα, & refero ad τὸν Αἰνησιδάμου.

γ. 14. λυρᾶντε] Metonymia, pro ὕμνων λυρικῶν.

g. 1. Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ] In octavi argumenti tractatione à diverſis Victoriis, primò Victorias enumerat, unam Theronis propriam, Olympicam nimirum hanc, ἅρματι obtentam; & duas cum fratre Xenocrate communes, Pythicam & Iſtmiacam. Vide *Pyth.* ϛ. *& Iſthm.* β. Deinde has & ſimiles Victorias ab effectu illuſtrat, qvòd nimirum curas diſcutiant, & Victoris animum exhilarent. Reſpicit ad gloriam Ὀλυμπιονικῶν, de qva in προλεγομένοις.

g. 2. γέρας] τὸ γέρας propriè eſt *præmium, qvod Seni & emerito datur:* poſteà in genere *qvodcunq; præmium* notat, & hoc loco, per conſeqvẽs Coronam ex Oleaſtro.

g. 3. ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν] qvia nimirum victorias has, Pythicam & Iſthmiacam Thero cum fratre Xenocrate habuit communem, eò qvòd communibus Eqvis vicerunt. Minùs benè ad συγγένειαν vel communionem hæreditatis paternæ, ὁμόκλαρον hoc loco referemus, qvãqvam alibi ſatis aptè poſſet. *Aretius* ὁμόκλαρον ἄνθεα perperam connectit, exiſtimans ἄνθεα eſſe accuſativum ſingularem, qvum ſit pluralis Neutri generis. Sed hoc cum aliis plurimis ipſi condonandum.

g. 6. δυωδεκαδρόμων] Hoc ex ſuperioribus patet. *ad ol:* β. Vide *& ad* γ. γ. Eſt autem δεκα ∪ ∪ pro –.

g. 7. ἄγαγον] Rurſus, ut in Olymp. α, non Jonicum augmento abjecto, ſed Doricum, η in α longum mutato.

g. 9. παραλύει δυσφρόνων] *Pal. C.* pro textu arripuit ſcholion, δυσφροσύναν παραλύει.

g. 10. Ὁ μὰν πλοῦτος] In tractatione Noni argumenti, digreditur primùm in commendationem opum cum virtute conjunctarum, qvòd nimirum multum adminiculi afferant rebus gerendis & artibus inveſtigandis: qvòd afferant poſſidenti φέγγος, lucem, gloriam & celebritatem, ceu ſidus aliqvod illuſtre: qvòd deniqve oſtendant ſcelera mortuorum puniri; eorum verò qvi adhuc in vivis ſunt, intereà condemnari. Deinde, per ἀντίθεσιν confert præmia bonorum, & pœnas malorum. Deniqve digreditur in deſcriptionem vitæ beatorum in Inſulis Fortunatis, qvam declarat exemplis Pelei, Cadmi, & Achillis.

g. 12. Φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρὸν]

Divitiæ cum virtute conjunctæ nunc horum nunc illorum gerendorum idoneam occaſionem & adminiculum afferunt. *Scholiaſtes, Callimachi verſiculos* hîc allegat.

> οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ, ὄλβος ἐπίσταται
> ἄνδρας ἀέξειν,
> οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο: δίδου δ' ἀρετήν
> τε καὶ ὄλβον.

Et *Sapphus*.

> ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς οὐκ ἀγα-
> θὸς σύνοικος.

g. 14. βαθεῖαν μέριμναν ἀγροτέραν] i. e. artibus indagandis, addiſcendis, magnum adjumentum ſunt. Ἀγροτέραν, id eſt, ἀγρευτικήν. Sic Diana ἀγροτέρα, apud *Pauſaniam* aliqvoties. Philipp. reddidit *aſperam*; qvaſi eſſet ἀγριωτέραν. Lonicerus ſimiliter, *ſeveram*.

G. 1. ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν ἀνδρὶ φέγγος] Metaphoricè. ὁ ἀρίζηλος, ab ἄρι, particula per ſe nihil ſignificante, ſed in compoſitione ſignificationem intendente, & ζῆλος æmulatio, ſignificat *valde æmulandus, inſignis, excellens*: nam tales ſolemus æmulari: Minus benè ἀρίζηλος *Aretio* eſt, qvaſi ἀρίδηλος, *valde manifeſtus*, ζ pro δ poſito. Pro ἀλαθινὸν aliqvi, ut *Romana editio* notat, legunt ἐτήτυμον. *Ald. & Pal. C* ἐτυμώτατον, qvod Verſus non fert.

G. 2. εἰ δέ μιν ἔχει τις] ſcilicet πλοῦτον ἀρεταῖς δεδαιδαλμένον.

G. 4. ὅτι θανόντων μὲν] Hæc verba uſq; ad finem huius μέλους, non tàm παλιγγενεσίαν Pythagoricam ſapiũt, ut *Scholiaſtæ* videtur, qvàm Animæ humanæ immortalitatem, & pœnas poſt hanc vitam notant. q. d. Si qvis πλοῦτον habet, eumq; virtutib. exornat, ille plus aliis pietati ſtudet: qvãdoqvidem ex ſcriptis eruditorum, quaſi in futurum proſpicit, & novit impiorũ ſcelera, dum adhuc vivunt, condemnari, ubi verò mortui ſunt, apud inferos graviter puniri. Qvod nos ex Sacra Scriptura veriùs & rectiùs ſcimus.

G. 5. ἀπάλαμνοι φρένες] refertur ad ἐνθάδε, i. e. qvæ φρένες mortuorũ, hîc in vivis fuerunt ἀπάλαμνοι. ὁ ἀπάλαμνος, vel ut Ol: α habuimus, ἀπάλαμος, eſt *intractabilis, indomitus*, qvaſi nulla manu ſuperandus, der nicht zubehendigen / oder zubehandeln iſt. Apud *Heſiodum* α. ἔργ. ſignificat *ignavum*, q. manu carentem, der zur arbeit keine feuſte hat / der keine hand anſchlegt. ἡ παλάμη eſt *palma*, vel potiùs in genere *Manus*: item *auxilium, qvod fit q. manu*, ut *Ol. 10.* θεοῦ σὺν παλάμᾳ. qvo reſpectu hîc eſsēt φρένες ἀπάλαμνοι, *inſanabiles*, denen weder zu rathen noch zu helffen ſtehet.

G. 6. ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ] i. e. *in hac vita*, dum adhuc ſunt in terris, in hoc regno Jovis. Nam ut Neptuno maris, Plutoni inferorum, ita Jovi cœli & terræ imperium Poëtæ attribuunt.

G. 7. κατὰ γᾶς] id eſt, *Sub terra, apud inferos*.

G. 7. δικάζει τις] v. g. vel Æacus, vel Rhadamanthus, vel ipſe Pluto. Neminem autem nominat, ut graviorem metum incutiat. *Pal. A.* habet ἐχθρὰ ἀνάγκα, ad qvæ inferri oporteret φράσαισα. Habet & ſignum Interrogationis, ſed ἀλόγως.

G. 8. ἐχθρᾷ ἀνάγκᾳ] τοῖς πονηροῖς ſcilicet. ἀνάγκαν autem vocat *immutabilem Dei Juſticiam*: ἐχθρὰν, qvia inimica eſt impiis. *Lonicerus* ineptè; *Ubi & inimicitiæ ſuæ & pœnæ,*

haud

haud injuſtè judicans, rationem dederit.

δ. 1. ἴσον δὲ νύκτεσσιν αἰεὶ] In his eſt ſecundum, qvod diximus, nimirum ἀνταποδοτικὴ cõmemoratio præmiorum bonorũ, & pœnarũ malorum. Cæterùm ἴσον νύκτεσσιν αἰεὶ, ἴσα δ' ἐν ἁμέραις ἅλιον ἔχειν, eſt ἀεὶ ἐν φωτὶ εἶναι, ſemper in luce vivere, ſemper rectè agere, & opera tenebrarum fugere. *Heſiodus* Noctem facit matrem contentionis malæ, id eſt, operum tenebrarum.

δ. 3. ἀπονέστερον] Hoc declarat per remotionem Agriculturæ & Mercaturæ; vel Belli Terreſtris & Navalis.

δ. 4. ἐσθλοὶ] Hoc Definitum eſt, cujus definitionem habet in præcedentibus, ἴσον δὲ νύκτεσσιν &c. *Aretius.*

δ. 4. ἐσθλοὶ νέμονται] *Pal. C.* ἐσθλοὶ δὲ δέρκονται, inſerto δὲ præter rationem, & verſu τὸ δέρκονται reſpuente. Similem locum mirari ſe ſcribit *Clemens Alex.* στρωμ. δ. qvem vide infrà in Fragmentis.

δ. 5. οὐ χθόνα ταράσσοντες] id eſt, οὐ γεωργοῦντες, neqve agricolantes, neqve navigantes, victus cauſa: Vel neqve terra neqve mari pugnantes.

δ. 6. ἀλκᾷ χερῶν] *Ald. & Pal. C.* arrepto Scholio, ἐν χερὸς ἀκμᾷ.

δ. 8. κεινὰν παρὰ δίαιταν] Jonicè pro κενὰν, Doricè pro κενὴν, id eſt, ἄπορον, propter inopem victum, propter inanem victum, propter fugam inopiæ & egeſtatis. *Pal. C.* κεὰν, fortè Scholio arrepto: niſi ⏑⏑– pro –– poſitum velimus. *Horat. lib. 1. epiſt. 1* Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare, pauperiẽ fugiens, per ſaxa, per ignes.

δ. 9. παρὰ τιμίοις θεῶν] Intelligit, vel Plutonem & Proſerpinam, penes qvos eſt imperium inferni: vel potius Æacum & Rhadamanthum, penes qvos eſt judicium de mortuorum vita acta, & præmiis bonorum, pœnisqve malorum. *Loniserus*, apud colendos Deos.

δ. 13. τοὶ δὲ] *illi vero*, id eſt, reliqvi, diſsimiles à prioribus, i. e. *mali.*

δ. 14. ὀκχέοντι] alii ὀχέοντι, ſed metri ratio reclamat.

δ. 13. ἀπροσόρατον πόνον] id eſt, *viſu non tolerandum*, horrendum, viſu mentis non æſtimandum.

d. 1. ὅσοι δ' ἐτόλμασαν] Hæc nunc potiùs παλιγγενεσίαν innuunt. Qvicunqve enim ter ἑκατέρωθι, id eſt, ſive in hac vita ter, ſive apud inferos ter, id eſt, per tres μετεμψυχώσεις, à ſceleribus abſtinuerint, hos ad inſulas Fortunatas mittendos ait. Simile qvid vide infra in Fragmento ex *Platonis Menone* allegato.

d. 2. ἐτόλμασαν] id eſt, ὑπέμειναν, perſeverarunt.

d. 4. ἔτειλαν Διὸς ὁδὸν] *viam Jovis*, id eſt, à Jove præmonſtratam *perfecerunt*. Nam & hanc ſignificationem verbũ τέλλειν habet: qvanqvam alii per ἀφαίρεσιν τοῦ σ, pro ἔστειλαν poni volunt: uti & *Pal. C.* habet, & *Conr. Rittersh.* legendum cenſet. *Aretius* pro ἐτελείωσαν poni affirmans, non tàm vocem, qvàm ſignificationem reſpicit.

d. 5. παρὰ Κρόνου τύρσιν] id eſt, ad propugnaculũ ſeu civitatem Saturni. ἡ τύρσις, qvod Æolicè ponitur pro τύῤῥις, qvod tamẽ exemplo caret, Turris eſt propugnaculi nomine extructa. Fingitur ergò hîc Saturnus qvaſi ſupremus præſes Inſularum

 beata-

beatarum. *Lonicerus* & *Philippus* Proprium eſſe putant Tyrſim, urbem paturni. Malè.

d. 6. ἔνθα μακάρων] —υυυ— pro ——υ—.

d. 6. μακάρων νᾶσον] *Caſaubonus* legit μακάρων νᾶσος, pro νάσους, *inſulas beatorum*, Doricè: ſicut & *Pal. A.* habet, niſi qvòd perperam α acuit.

d. 7. ὠκεανίδες αὖραι] Simili ferè modo *Homerus* Elyſium campum, qvem in Fortunatis Inſulis fingunt, deſcribit *Od. δ.* ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας ὠκεανὸς ἀνίησιν, ἀναψύχειν ἀνθρώπους. Vide *Platonem in Phædone.*

d. 7. περιπνέουσιν] *Caſaubonus* mavult περιέπουσιν.

d. 9. ἄνθεμα χρυσοῦ] id eſt, flores ſive ex arboribus producti, ſive ex terra ad aqvas enati, auri colorem referunt.

d. 14. ὅρμοισι χέρας ἀναπλέκοντι, καὶ στεφάνοις] ſcil. τὰς κεφαλάς. Subintelligendum enim eſt nomen aptum. *Pal. A. C.* στεφάνους.

D. 1. βουλαῖς ἐν ὀρθαῖς Ῥαδαμάνθυος] Vide Adagium, *Judicium Rhadamanthi.*

D. 2. Κρόνος] *Ald. & Pal. C.* γᾶς perperam.

D. 3. ἑτοῖμον πάρεδρον] promptum, vel idoneum, vel inſeparabilem aſſeſſorem.

D. 4. πόσις ὁ πάντων] alii, πόσις ἀπάντων, ne Articulus Præpoſitivus ὁ, nomen πόσις ſeqvatur. Sed dantur exempla ſimilia. Subintelligitur ὤν.

D. 5. ὑπέρτατον] *Pal. C.* ὕπατον, & poſt ἐχοίσας inſerit παῖς, perperam.

D. 6. Πηλεύς τε καὶ Κάδμος] His exemplis animum vult addere Theroni, ut horum veſtigia ingreſſus, eò etiam aliqvando perveniat.

D. 6. ἀλέγονται] i. e. *curantur*, cura Deorum ibi foventur. *Scholiaſtes* interpretatur per καταλέγονται, *recenſentur*, qvaſi eſſet α συναθροιστικόν.

D. 7. Ἀχιλλέα τ' ἔνεικε] ſubaudiendum ἐκεῖσε, *illuc.*

D. 8. λιταῖς ἔπεισε] Iratus enim erat Jupiter Achilli, ob Hectorem ſibi charum, interfectum, & inhumaniùs tractatum.

D. 8. Μάτηρ] Thetis ſcilicet.

ε. 1. ὃς Ἕκτορ' ἔσφαλε] Achillis virtutem illuſtrat tribus exemplis ab ipſo interfectorum, Hectoris, Cycni, Memnonis; qvi qvo præſtantiores fuêre, eò plus ad laudem Achillis victoris faciunt.

ε. 2. ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα] id eſt, *columnam Troiæ inſuperabilem, non evertendam*, Metaphora. Vide Adagium, *Columen familiæ.* ἄμαχος paſſivè accipiendum eſt, pro *bello inexpugnabilis, bello non ſuperandus*, id eſt, qvem nemo alius potuit ſuperare. *Sic Pyth.* β. δ. 7. *& Iſthm.* ς. *b.* 10. Malè *Lonicerus*, & hunc ſecutus *Aretius*, reddiderunt activè, *imbellem, & prælio non perſiſtentem.* Talem ſanè vincere, nulla laude dignum eſſet: Ut jam non dicam, qvòd Poëtarum & Hiſtoricorum conſenſus reclamet, qvi Hectorem bellicoſiſſimum faciunt: ut & additum, ἀστραβῆ κίονα. Simili ſenſu *Lycophron. ver.* 1190. vocat μελάθρων ἕρμα καὶ πάτρας ὅλης.

ε. 3. Κύκνον τε] Filium ſcilicet Neptuni & Scamandrodices, vel ut alii volunt, Harpales, qvem Achilles à portu Græcos prohibentem, interfecit.

fecit. Vide *Iſthm. ε. B. 6.* & *Lycophronem v. 233.* Non intelligitur filius ille Martis, qvem in Theſſalia latrocinia exercentem, & de capitibus interfectorum templum Patri exſtruere cogitantem, Hercules interfecit: de qvo eſt apud *Heſiodum in Scuto Herculis.* Pugnæ hujus fit mentio *Olymp. ι.*

ε. 4. *ἀοῦς τε παῖδ᾽ αἰθίοπα.*] Intelligitur Memnon filius Tithoni, Laomedontis filii, ex Aurora: non autem alter ejus frater Emathion, qvem Hercules Geryonis boves abducens interfecit. Vide *Heſiod. in Scuto.*

ε. 5. *πολλά μοι ὑπ᾽ ἀγκῶνος*] Epilogus, in qvo primò carmina ſua laudat & extollit, ut ſciat Theron non à vulgari Poëta ſe celebrari: deinde ad laudes Theronis redit. Carmina autem ſua laudat primò per comparationem cum Sagittis, iisq; *multis*, propter copiam; *ſub cubito geſtis in pharetra*, propter promptitudinem; *velocibus*, propter acumen. II. à difficultate apparente, non qvidem Sapientibus, ſed vulgo. III. à naturali *δεινότητι*, qvam illuſtrat *γνώμῃ ἀντιθετικῇ*, & *συγκρίσει* Aqvilæ & Corvorum.

ε. 5. *ὑπ᾽ ἀγκῶνος*] *ὁ ἀγκών*, *cubitus* eſt, qvem pharetra à tergo obliqvè dependens attingebat.

ε. 6. *ὠκέα*] – ∪ ∪ pro – –, vel facienda eſt *συνίζησις*.

ε. 8. *φωνᾶντα συνετοῖσι*] Ad Objectionem de extrema obſcuritate & difficultate Pindarica, qvam aliqvi hinc petunt, reſponſum fuit in *Programmate publico.* *Φωνᾶντα* autem eſt contractum ex *φωνάεντα*, qvod etiam *Pal. C.* habet, ut & *B.* qvi tamen ε pòſt expunxit: Eſt Doricum pro *φωνήεντα*, qvod *Pal. A.* habet. Similis ferè locus eſt *Pyth. θ*,

ἀρεταὶ δ᾽ αἰεὶ μεγάλαι πολύμυθοι:
βαιὰ δ᾽ ἐν μακροῖσι ποικίλλειν, ἀκοὰ
σοφοῖς.

ubi & eloqventiam, & ſtrictam brevitatem Lyricam innuit.

ε. 9. *ἐς δὲ τὸ πὰν*] id eſt, *coram vulgo*, coram imperitis: vel in univerſum, omninò. *πὰν* pro brevi ponitur: ſi modò textus corruptione caret.

ε. 9. *ἑρμηνέων χατίζει*] *ἑρμηνέως* Pindarici officium eſt, reſpicere præter ſcopum principalem, præcipuè 1. ad metrum, 2. ad dialectum, 3. ad Syntaxin, qvæ non raro *ὑπερβατὰ* habet. 4. ad Epitheta & Adverbia. 5. ad Figuras & Tropos, qvibus utitur crebrioribus, ſublimioribus, & longiùs petitis; præcipuè ad comparata. 6. ad fabulas & hiſtorias, qvas ſtrictim attingit. 7. ad diſpoſitionem, in qva præcipuè attendẽdum, ut Digreſsiones à reliqvo contextu rectè diſcernantur, præſertim qvum ſæpè ſint prolixiores. Ad qvæ omnia, ſi diligenter attenderit, verum intellectum facilè percipiet.

ε. 10. *σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ*] Decidit tacitè illam qvæſtionem, utrum in Ingenioſis actionibus Natura ſit præſtantior Arte? & Naturam Arti præfert, idq; hîc Poëtices exemplo declarat: ſicut & aliàs vulgò rectè dicitur, *Naſcuntur fato, non fiunt arte Poëtæ.*

ε. 13. *παγγλωσσίᾳ*] *πολυγλωσσίᾳ*, garrula loqvacitate. *Canterus lib. 2. c. 5.* mavult legere *παγγλωσσίαι*. Qvod non probatur, ob genus diverſum *μαθόντες*. Niſi Maſculinũ *παγγλωσσίας* qvis fingere velit. Et tamẽ *παγγλωσ-*

γλωσσίαι etiam ab *Ariſtide* citari, *Conr. Rittersh.* annotat.

e. 1. *λάβροι κόρακες, Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον*] In hac *συγκρίσει* tria ſunt attendenda. 1. res collatæ, Corvi, & Aqvila Jovis ales. 2. Epitheta, *κόρακες λάβροι*, cum impetu & vehementia audacter garruli, die da eins daher labbern/ & Aqvila *θεῖος*. 3. Numerus, *κόρακες* in Plurali: *ὄρνις Διὸς* in ſingulari. Semper enim plures *κόρακες*, id eſt, mali Poëtæ, ad unam Aqvilam, hoc eſt, unum Poëtam *γνήσιον*, *γαρύετον* *loqvaciter oggariunt*, qvanqvam *ἄκραντα*, *fruſtrà*. Qvod fatum etiam Optimus Poëta Taubmannus ſenſit, qvi Cacoëthem & *λάβρον κόρακα* non unum *γαρύοντα* audiit, ſed contempſit. Notetur autem Syntaxis Dorica, *κόρακες γαρύετον* in Duali, pro *γαρύουσι* pluraliter; & inflexio Cretica & Dorica nominis *ὄρνις*, per *χ* pro *θ*, pro *ὄρνιθα*, tanqvam à recto *ὄρνιξ*. Cæterùm Scholiaſtes cenſet, inſtituere Poëtam tacitè collationem, inter ſe qvem Aqvilæ nomine intelligat, & antagoniſtam *Bacchylidem*, vel ut alii volũt, *Simonidem*, vel ut alii, *utrumq;*, qvos Corvis comparet. Qvod ſi verum eſt, meritò Duali uſus eſt, *γαρύετον*.

e. 2. *ἔπεχε νῦν σκοπῷ*] Rediens Poëta ad laudes Theronis, primò per *ἀποστροφὴν* ad ſeipſum, animum ſuum ad laudes illius revocat, continuans Allegoriam de Sagittis, Interrogatione figuratam. Laudat autem eum præcipuè à beneficentia & liberalitate, qvam illuſtrat 1. *συγκρίσει* cum aliis intra C. annos. 2. à cauſa tàm interna, animo, qvàm externa, manu. 3. ab ingratitudine nonnullorum turpiſsima. 4. à numero beneficiorum aliis præſtitorum, collatione hyperbolica facta cum arena maris.

e. 3. *τίνα βάλλομεν*] ſc. *σκοπὸν*, i. e. *Ὀλυμπιονίκην*. Inſtituit Interrogationem, ut Thero è plurimis electus, qvi laudum Sagittis petatur, eò præſtantior aliis arguatur.

e. 4. *μαλθακᾶς φρενὸς*] ne ſcilicet qvis putet, notari hoſtilem jaculationem.

e. 4. *αὖτε*] Eſt Latinorum *Autem*: Germanorum Aber/endlich aber. Reſpicit ad exordium, ubi ſimilem Interrogationem fecit. Qvod *Vitus Ortelius Winshemius* Med. D. & Græcus Wittebergæ olim Profeſſor obſervavit.

e. 6. *ἱέντες ἐ:*] ◡ – ◡ ◡ pro ◡ – –.

e. 6. *ἐπί τοι Ἀκράγαντι*] *καθ' ὑποφορὰν* reſpondet ſibi ipſi. Nominat locum *σκοποῦ*, *Ἀκράγαντα*, ubi nimirum Thero habitat. *Pal. A. B. ἐπί τοι Ἀκράγαντα*.

e. 9. *ἀλαθεῖ νόῳ*] *mente verace*, id eſt, qvantum in animo meo conſcius ſum. Mens enim propriè *ἀληθεύει*. *Deſid. Haraldus ad Arnob.*

e. 10. *μήτινα*] Aliqvi referunt ad *πόλιν*, ut *ἀορίστως* accipiatur *πόλις*: aliqvi ad *ἄνδρα*, ut *πόλις* capiatur pro Agrigento; qvod veriſimilius.

e. 11. *ἑκατόν γε ἐτέων πόλιν*] qvaſi dicat, qvamdiu ſtetit Agrigentum, urbs jam centum annorum, vel intra centum annos, qvamdiu ſcilicet ſtetit Agrigentum. Conditam enim ſuprà annotavimus Olympiade L; Thero v. vicit Olympiade LXXVII; interſunt Olympiades XXVI completæ, hoc eſt CIV anni. Perperam hîc ſupputat *Demetrius*, ponens Theronem viciſſe Olympiade LXX, ut inter-

interſint tantum XX Olympiades, qvarum ſingulis qvinqvennium completum tribuit, & multiplicatione per 5, producit qvidem 100 annos, ſed ex falſa hypotheſi. γε ἐτέων, υ υ υ – pro υ – –

c. 12. 13. φίλοις πρασπίσιν] pro φίλαις πραπίσιν, Atticè. Vel potiùs φίλοις, *amicis* ſubſtantivè.

E. 1. ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος] Intelligit Capyn & Hippocratem, Theronis conſobrinos, qvi multis beneficiis à Therone affecti, poſteà felicitati ejus invidentes, bellum contra eum moverunt, ſed infeliciter, cæſi nimirum ab eo ad Himeram Siciliæ oppidum. Per κόρον intelligit ὕβριν ex ſatietate ortam, ut *Olymp. α. B. 8.* *Ald. & Pal. C.* ἐπέβα, qvod verſus non fert cæteris ſtantibus.

E. 5. κρύφον] alii κρύφιον, ut & *Pal. B. C.* contra rationem metri. Rectiùs cum *Ariſtarcho* retinemus κρύφον, & interpretamur κρύψιν.

E. 5. ἐσθλῶν] *Ald. & Pal. A. C.* ἐσλὸν, & *Scholiaſtes* τῦ C, exponit τὸ ἀγαθόν. *Pal. B.* ἐσθλῶν habuit, ſed fecit ἐσθλόν.

E 5. κακοῖς] *Ald.* omiſit.

E. 6. ἀριθμὸν] υ υ – pro – –.

E. 6. 7. περιπέφευγεν, κεῖνος] Syllabam γεν ad ſextum κῶλον refero, & in ſeq. lego ἐκεῖνος, ut & habet *Pal. A.* Qvod verò *Pal. C. & Ald.* habet, κάκεῖνος, propter primam longam ferri non poteſt.

ΕΙΔΟΣ Γ.

ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι ΘΗ'ΡΩΝΙ, ΕΙΣ Θεοξένια.

TErtium hoc εἶδος eidem Theroni Agrigentino inſcriptum eſt, eandem ob victoriam. Qvod additur, εἰς Θεοξένια, inde eſt, qvia dum Thero in Θεοξενίοις ſacra faceret, allatum eſt ei nuncium de victoria Olympica, qvam præcedens εἶδος celebravit. Sunt autem τὰ Θεοξένια, feſtum in honorem omnibus Diis inſtitutum à Caſtore & Polluce. Qvum enim, ut in Textu audiemus, Hercules ad Deos iturus eſſet, Ludorum Olympicorum curam illis commendavit. Illi verò non tantùm Olympia adminiſtrarunt, ſed feſtum prætereà hoc inſtituerunt, qvod ita appellarunt, qvòd Deos omnes qvaſi hoſpites adeſſe crederent. Ludorum, qvi ibi habebantur, præmium erat chlæna. Diverſum ab hoc fuit ejuſdem nominis feſtum Apollini ſacrum, Pellenæ in Achaia, cujus ludorum præmium erat Argentum, teſte *Pauſania in Achaicis, l. 7. p. 235.* de qvo hoc loco nihil.

Summa & Diſpoſitio hujus tertii εἴδους hac eſt.

Συνό-

Σύνοψις τοῦ εἴδους Ὀλυμπίων.

- Partes τοῦ εἴδους
  - Exordium, exponens
    - rationes hujus εἴδους
      - à tempore, qvia ſunt Theoxenia.
      - à victoria eqvorum Theronis.
      - à Muſæ favore.
      - à merito Theronis.
      - à loco certaminis celeberrimo, Piſa.
    - modum Encomii
      - citharæ ſono.
      - tibiarum concentu
      - vivæ vocis modulatione.
  - Propoſitio, Thero, qvi in Theoxeniis Olympiadem vicit, eſt celebrandus.
  - Digreſſio
    - De origine coronæ Olympicæ & Oleaſtri in Elide plãtati
      - Subjectum, unde, Iſtri fontes.
      - Efficiens, Hercules.
      - Fines
        - ut conſecraretur Jovi.
        - ut umbram daret certantibus.
        - ut corona inde fierẽt Olympionicis.
      - Modus, perſuaſis Hyperboreis.
      - Impulſiva, Euryſthei mandatum.
      - ἀφορμή, Venatio Cervæ.
    - De inſtitutis ludis Olympicis
      - in honorem Jovis.
      - modus
        - aris conſecratis.
        - certaminibus magnis.
        - judicio æqvo de certantibus.
      - tempus
        - plenilunium Solſtitiale.
        - πενταετηρίς.
      - locus, ad Alpheum, anteà incultus.
      - præſides
        - Hercules ipſe.
        - Tyndaridæ.
  - Confirmatio
    - à glorioſa victoria.
    - à cauſa Efficiente, Διοσκούροις, qvorum feſtũ tunc agebatur.
    - à virtutibus Theronis maximis, qvas illuſtrat συγκρίσει
      - Aqvæ
      - Auri
      - Columnarum Herculis.
  - Epilogus,
    - abrumpit laudes Theronis nullo carmine attingendas.
    - ulteriorem felicitatem appetere diſſvadet,
      - ſuo exemplo.
      - ab inutili & inani

Metrica verò ratio ita ſe habet:

στροφῶν & Ἀντιστρ:				ἐπῳδῶν			
1.	–∪∪–	∪∪––	–∪–	1.	–∪––	–∪––	
2.	––∪∪	–∪∪–		2.	–∪∪	–∪∪	–
3.	––∪∪	–∪∪–	––∪∪	3.	–∪––	–∪∪–	∪∪–
4.	––∪∪	–∪∪–	∪	4.	––∪–	––∪–	
5.	–∪––	–∪∪–	∪∪–	5.	–∪∪	–∪∪	–∪
6.	––∪–	–		6.	–∪∪–	∪∪––	–∪–
7.	–∪––	–∪––		7.	–∪∪–	∪∪––	–∪–∪
8.	–∪∪–	∪∪––	–∪–	8.	–∪∪	–∪∪	–
9.	–∪––	–∪––	–∪––	9.	–∪––	–∪––	–∪––

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἐννεάκωλοι ſunt.

Primum κῶλον eſt Trimetrum Catalecticum, ex Choriambo, Jonico à minore, & Ditrochæo. II. Dimetrum, acatalectum, ex Jonico à majore, & Choriambo. III. Trimetrum acatalectum, ex duobus Jonicis à majore, interpoſito Choriambo. IV. ut ſecundum, niſi qvòd eſt hypercatalectum. V. Trimetrum, catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. VI. Monometrum, hypercatalectum, ex Epitrito tertio. VII. dimetrum, acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. VIII. ut primum. IX. Trimetrum Steſichoreum, acatalectum, ex tribus Epitritis ſecundis.

Ἐπῳδοὶ *itidem* ἐννεάκωλοι *ſunt. Primum* κῶλον *eſt, ut VII* στροφῆς. *II. Dimetrum hypercatalecticum, Dactylicum* πενθημιμερές. *III. ut qvintum* στροφῆς. *IV. Dimetrum acatalecticum, ex duobus Epitritis tertiis. V. Trimetrum catalecticum, Dactylicum. VI. ut primum* στροφῆς. *VII. Trimetrum acatalectum, ex Choriambo Jonico à minore, & Ditrochæo, hoc eſt, ut primum* στροφῆς, *niſi qvòd eſt acatalecticum. VIII, ut ſecundum. IX, ut nonum* στροφῆς.

Porrò notandum, κῶλα *1 & 8* στροφῆς *&* ἀντιστροφῆς, *itemq́; 6 & 7 Epodi, dici* ἐγκωμιολογικὰ, *qvòd hujusmodi metrorum in Encomiis ſit uſus. Rurſus, 2.3.4 & 5,* στροφῆς *&* ἀντιστροφῆς, *itemq́; 3 & 4* ἐπῳδȣ̃, *dici* προσοδιακὰ, *qvòd in* προσόδοις *hoc eſt, ſupplicationibus, qvæ Diis inter ſacra fiunt, hujusmodi verſus adhiberentur. Uſus autem hiſce duobus generibus potiſſimum eſt, partim ratione Theronis laudandi: partim ratione Theoxeniorum.*

ΕἼΔΟΣ Γ.

ΤΩ͂Ι ἈΥΤΩ͂Ι ΘΉΡΩΝΙ ἘΙΣ Θεοξένια.

στροφὴ α. κώ. θ.

Τυνδαρίδαις τε φιλοξείνοις ἀδεῖν,
καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ,
κλεινὰν Ἀκράγαντα γεραίρων, εὔχομαι,
Θήρωνος ὀλυμπιονίκαν
ὕμνον ὀρθώσας, ἀκαμαντοπόδων
ἵππων ἄωτον.
Μοῖσα δ' ὅυτω ποι παρέστα
μοι νεοσίγαλον ἑυρόντι τρόπον,
Δωρίῳ φωνὰν ἐναρμόξαι πεδίλῳ

ἀντ. α. κώ. θ.

ἀγλαόκωμον. ἐπεὶ χαίταισι μὲν
ζευχθέντες ἔπι στέφανοι,
πράσσοντί με τοῦτο θεόδματον χρέος,
φόρμιγγά τε ποικιλόγαρυν,
καὶ βοὰν ἀυλῶν, ἐπέων τε θέσιν,
Αἰνησιδάμου
παιδὶ συμμῖξαι πρεπόντως:
ἅ, τε Πίσα με γεγωνεῖν: τᾶς ἄπο
θεύμοροι νίσσοντ' ἐπ' ἀνθρώπους ἀοιδαί,

ἐπῳ. α. κώ. θ.

ᾧ τινι κραίνων ἐφετμὰς
Ἡρακλέος προτέρας,
ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας βλεφάρων
Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὑψόθεν
ἀμφὶ κόμαισι βάλοι γλαυ-

κόχροα

ODA III.
EIDEM THERONI IN Theoxenia.

a.

*T*Yndaridisq́ hoſpites-amantibus placere,;
pulchricomæq́ Helenæ,
inclytum Agrigentum honorans, opto,
Theronis Olympicam-victoriam-celebrantem
hymnum dirigens, pedes-indefatigatorum
eqvorum florem.
Muſa autem ſic ſanè aſtitit
mihi novum commento modum
Dorico vocem adaptandi cothurno

a.

ſplendorem-feſtivitati-afferentem. Qvoniam jubis
innexæ coronæ
exigunt à me hoc divinitus-ſtructum debitum,
citharamq́ variè-ſonantem,
& ſonum tibiarum, carminumq́ ſtructuram,
Aeneſidami
filio commiſcere decenter:
Piſaq́ me celebrare victorem exigit: *à qva*
divinitus-data veniunt in homines carmina,

A.

cuicunqve perficiens inſtituta
Herculis antiqva
juſtus certaminum-Græciæ-judex palpebras
Ætolus vir ſupra
circumpoſuerit comis glau-

κόχροα κόσμον ἐλαίας· τάν ποτε
Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν ἔνεικεν
Ἀμφιτρυωνιάδας,
μνᾶμα τῶν Οὐλυμπίᾳ κάλλιστον ἄθλων,

στροφὴ β. κώ. θ.

δᾶμον Ὑπερβορέων πείσας, Ἀπόλ-
λωνος θεράποντα. Ὅγε
πιστὰ φρονέων, Διὸς αἴτει πανδόκῳ
Ἄλσει σκιαρόν τε φύτευμα,
ξυνὸν ἀνθρώποις στέφανόν τ᾽ ἀρετᾶς.
Ἤδη γὰρ αὐτῷ,
πατρὶ μὲν βωμῶν ἁγισθέν-
των, διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε μήνα,

ἀντιστρο. β. κώ. θ.

καὶ μεγάλων ἀέθλων ἁγνὰν κρίσιν,
καὶ πενταετηρίδ᾽ ἁμᾶ
θῆκε ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ.
Ἀλλ᾽ οὐ καλὰ δένδρε᾽ ἔθαλλε
χῶρος ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος.
Τούτων ἔδοξε
γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος ὀξεί-
αις ὑπακουέμεν αὐγαῖς Ἀλίου.
Δὴ τότ᾽ ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαι-

ἐπῳδὸς β. κώ. θ.

ν᾽ Ἰστρίαν νιν. Ἔνθα Λατοῦς
ἱπποσόα θυγάτηρ
δέξατ᾽ ἐλθόντ᾽ Ἀρκαδίας ἀπὸ δει-
ρᾶν, καὶ πολυγνάμπτων μυχῶν:
εὖτέ μιν ἀγγελίαις Εὐ-
ρυσθέος ἔντυ᾽ ἀνάγκα πατρόθεν
χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν ἄξον-

θ᾽: ἄν

cicolor decus olivæ. Qvam qvondam
Iſtri ab umbroſis fontibus aſportavit
Amphitryoniades,
9 *monumentū* futurum *Olympiæ pulcherrimū certaminum,*

ε.

1 *populo Hyperboreorum perſvaſo, Apol-*
linis cultore. Ipſe
amica cogitans, Jovis petiit omnes-recipienti
Luco umbroſamq́; plantam,
5 *communemq́; hominibus coronam virtutis.*
Jam enim ab *ipſo,*
Patri aris conſecra- *(gens*
tis, in-medio-menſe-exiſtens totum aureum-currum-a-
0 *veſpere oculum ex-oppoſito-*Solis-*illuſtraverat Luna,*

b.

& magnorum certaminum ſanctum judicium,
& qvinqvennalem-periodum ſimul
inſtituerat divinis in præcipitiis Alphei.
Verùm non pulchras arbores producebat
locus in vallibus Saturnii Pelopis.
Horum viſus-eſt
vacuus ei hortus acu-
tis obedire radiis Solis.
Sanè tunc in terram ablegare animus impu-

B.

lit Iſtriam ipſum. Ibi Latonæ
eqvorum-agitatrix filia
excepit venientem Arcadiæ à ju-
gis, & variè-flexuoſis receſſibus:
qvando eum juſſibus Eu-
ryſthei adornabat neceſſitas à-patre-profecta,
auricornem cervam fœminam adductu-

θ᾽: ἄν ποτε Ταΰγέτα,
9 ἀντιθεῖσ᾽ Ὀρθωσίᾳ, ἔγραψεν ἱεράν.

στροφὴ γ. κῶ. θ.

1 τὰν μεθέπων, ἴδε κἀκείναν χθόνα,
πνοιᾶς ὄπιθεν Βορέα
ψυχροῦ. Τόθι δένδρεα θαύμαινε σταθείς,
Τῶν νιν γλυκὺς ἵμερος ἔσχεν,
5 δωδεκάγναμπτον περὶ τέρμα δρόμου
ἵππων φυτεῦσαι.
Καί νυν ἐς ταύταν ἑορτὰν
ἵλαος ἀντιθέοισι νίσσεται
9 σὺν βαθυζώνου διδύμοις παισὶ Λήδας.

ἀντιστροφὴ γ. κῶ. θ.

1 Τοῖς γὰρ ἐπέτραπεν οὔλυμπονδ᾽ ἰὼν,
θαητὸν ἀγῶνα νέμειν,
ἀνδρῶν τ᾽ ἀρετᾶς πέρι, καὶ ῥιμφαρμάτου
διφρηλασίας. Ἐμὲ δ᾽ ὦν πα
5 θυμὸς ὀτρύνει φάμεν, Ἐμμενίδαις
Θήρωνί τ᾽ ἐλθεῖν
κῦδος, εὐΐππων διδόντων
Τυνδαριδᾶν: ὅτι πλείσταισι βροτῶν
9 ξεινίαις αὐτοὺς ἐποίχονται τραπέζαις,

ἐπῳ. γ. κῶ. θ.

1 εὐσεβεῖ γνώμᾳ φυλάσσον-
τες Μακάρων τελετάς.
Εἰ δ᾽ ἀριστεύει μὲν ὕδωρ, κτεάνων
δὲ χρυσὸς αἰδοιέστατον:
5 νῦν γε πρὸς ἐσχατιὰν Θή-
ρων ἀρεταῖσιν ἱκάνων, ἅπτεται
οἴκοθεν Ἡρακλέος σταλᾶν. Τὸ πόρσω
δ᾽ ἐστι σοφοῖς ἄβατον,
9 κἀσόφοις. Οὐ μὴν διώξω. Κεινὸς εἴην.

rum: qvam olim Taygeta,
dedicans Orthoſiæ, inſcripſit ſacram.

γ.

Hanc inſeqvens, vidit & illam terram,
flatus à-tergo Boreæ
frigidi. Ibi arbores admirabatur ſtans,
qvarum eum dulce deſiderium habebat,
duodecies-inflexum circa terminum curriculi
eqvorum plantare.
Nuncq; ad hanc feſtivitatem
propitius divinis accedit
cum profundè-cinctæ geminis filiis Ledæ.

g.

His enim mandavit in-cœlum proficiſcens,
celebre certamen adminiſtrare,
virorumq; de virtute, & celeriter-currus-agente
aurigatione. Me igitur
animus impellit dicere, Emmenidis
Theroniq; veniſſe
gloriam, eqveſtribus dantibus
Tyndaridis: qvoniam plurimis inter cæteros *mortales*
hoſpitalibus eos accedunt menſis,

G.

religioſa mente obſervan-
tes Beatorum ſolennes-ritus.
Si autem excellit qvidem Aqva, divitiarum
verò Aurum venerabiliſſimum eſt:
Nunc utiqve ad extremum The-
ro virtutibus perveniens, attingit
è-domo, Herculis columnas. Qvod ulteriùs
verò eſt, *eſt ſapientibus inacceſſum,*
& inſipientibus. Non igitur perſeqvar. Vanus enim *eſſem.*

COM-

COMMENTARIUS.

TΥνδαρίδαις τε φιλοξένοις] Partes huius εἴδȣς qvinqve ſunt, Exordium, Propoſitio, Digreſsio de origine coronæ ex olea, & inſtitutis ludis Olympicis ab Hercule, Confirmatio, & Epilogus. In Exordio exponit partim rationes & cauſas Impulſivas hujus εἴδȣς, à tempore, qvia ſunt Theoxenia: à victoria eqvorum Theronis recens nunciata: à Muſæ favore: à merito Theronis: à celebritate Piſæ, loci victoriæ: ubi ſimul gloriam Ὀλυμπιονικῶν, & juſtitiam ἑλλανοδικῶν prædicat: partim modum encomii: citharæ ſono, tibiarum concentu, & vivæ vocis modulatione.

α. 1. Τυνδαρίδαις] i. e. διοσκȣ́ροις, Caſtori & Polluci, fratribus Helenæ, filiis Tyndarei, licet vulgò crederentur Jovis: unde Διόσκȣροι dicebantur. Hos autem hîc nominat, qvia autores & præſides erant τῶν Θεοξενίων, & ab Agrigentinis præcipuè colebantur, ut ex *Ariſtarcho* annotat *Scholiaſtis*.

α. 1. Φιλοξένοις] legendum Φιλοξείνοις, cum *Ald.* & *Pal. A.B.C.* propter metrum. Sic autem nominat, vel qvia feſtum θεοξενίων inſtituerant, vel qvia plurimorum hominum conventu ad illa ſacra gaviſi ſunt.

α. 2. Ἑλένᾳ] puta Sorori Διοσκȣ́ρων.

α. 7. ȣ̓́τω ποι] *Pal. C.* ȣ̓́τω τοι.

α. 8. νεοσίγαλον] *novum & pulchritudinem habentem.* ὁ σιγαλόεις eſt *pulcher, artificioſè factus, adeò ut aſpectantes ſilere & mirari faciat.*

α. 9. δωρίῳ πεδίλῳ] *Dorio cothurno*, h. e. modo Dorico, vel dialecto Dorica. τὸ πέδιλον eſt *calceamentum*, h. l. per Synecdochen pro *pede*, & per Metonymiam pro *ingreſſu*, *ſeu modo incedendi.*

a. 1. ἀγλαόκωμον] i. e. ſplendorem afferentem τοῖς κώμοις, id eſt, feſtivitatibus conviviorum.

a. 2. ζευχθέντες] Colligunt hinc aliqvi aliam qvandam victoriam obtigiſſe Theroni, qvum Græci *Par* vocent ζεῦγος. Sed nimis infirmiter, qvum potiùs ſit σύνταξις, ςέφανοι ἐπιζευχθέντες χαίταισι, *coronæ innexæ jubis*, eqvorum ſcilicet, vel ipſius etiam Theronis, non obſtante plurali, qvi ſæpè pro ſingulari ponitur αὐξητικῶς.

a. 5. βοὰν αὐλῶν] Nam & tibiam didicit Pindarus tibicinis filius, ut ſuprà annotavimus. Et canebantur hujusmodi carmina voce humana ad αὐλȣ̀ς, tibias & λύρας, (unde *Lyrica* dicebantur) cum Saltu. Ideo *Soph. Trachin.* 3.3. de καλλιβόᾳ αὐλῷ loqvens, ejus vocem, *καναχὰν ἀντίλυρον* appellat, h. e. ut *Scholiaſtes* exponit, ἰσόλυρον, *cum Lyra concurrentem.*

a. 7. Αἰνησιδάμȣ παιδὶ συμμῖξαι] In his eſt Propoſitio, *Thero, qvi in Theoxeniis Olympiadem vicit, eſt celebrandus.*

a. 8. μὲ γεγωνεῖν] ſcil. πράσσει.

a. 9. θεύ-

a. 9. θεύμοροι ἀοιδαὶ] propter victorias divinitus datas.

A. 1. ἐπ' ἀνθρώπȣς, ᾧ ἵνι] *ad homines, cuicunq;*, pro οἷς τισι, per Synthesin: & reſtrictionem, ne qvis putet, omnibus hoc accidere. Etſi enim *Aretius* vult, referri ad Αἰνησιδάμȣ παῖδα, ut ſeqventia, ἅτε πίσω, &c. uſqve ad ἀοιδαὶ, ἐν παρενθέσει ſint: tamen & Indefinitum ἵνι, & τὸ βάλοι in Optativo, reclamant.

A. 2. προτέρας] id eſt, *antiqvas*, jam olim ante hanc ætatem ab Hercule datas.

A. 3 ἀτρεκὴς ἑλλανοδίκας] Singularis pro Plurali. Erant enim eo tempore qvo Pindarus vixit, & hæc ſcripſit, circa Olympiadem nimirum LXXVII, qvam Thero vicit, jam decem ἑλλανοδίκαι: Olim verò tantùm unicus Oxylus, ad qvem & reſpicit. De ἑλλανοδίκαις autem, ſuprà in Prolegomenis dictum. Qvòd ἀτρεκὴς additur, ad Juſtitiam illorum refertur, de qva itidem in Prolegomenis. Et eodem reſpectu paulò poſt ἁγνὰν κρίσιν appellat.

A. 3. βλεφάρων] refertur ad ὑψόθεν.

A. 4. Αἰτωλὸς ἀνὴρ] *Vir Ætolus* id eſt, Eleus. Elei enim Ætoli nonnunqvam dicebantur ab Oxylo Ætolo, qvi ex Aetolia profugus, Heraclidis Peloponneſum petentibus viam monſtravit, & Elidem præmium accepit, cumqve incolis Ætolos ſuos cõjunxit, agro æqvabiliter aſſignato. Eſt ergò Αἰτωλὸς ἀνὴρ, ἑλλανοδίκης aliqvis Eleus, ab Oxylo Ætolo oriundus, qvi initiò ſolus Ludorũ præfectus, h. e. ἑλλανοδίκας fuit, ut *ſuprà* dictum. Qvo reſpectu etiam Singularis hîc uſurpatus eſt. De Oxylo vide *Pauſaniam lib. 5. Eliac. prior.*

A. 6 ἐλαίας] *Ariſtophanes in Pluto, Scholiaſtes*, & alii κότινον ponunt, i. e. *Oleaſtrum*, ex qvo Coronas acceperint Ὀλυμπιονῖκαι. Et Oleaſtrum hîc qvoqve per ἐλαίαν intelligi, epitheton γλαυκόχροα innuit. Non .n. olea, ſed oleaſter glauco colore præditus dicitur. Sed poteſt tamẽ etiam hoc ἐπίθετον intelligi ex iis qvæ *ſuprà in Prolegomenis* de ἐλαίᾳ Καλλιστεφάνῳ habentur.

A. 7. τάν ποτε Ἴστρȣ ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν] Anteqvam Propoſitioni Confirmationem ſubjiciat, occaſione mentionis ἐλαίας, qva Ὀλυμπιονῖκαι coronabantur, παρέκβασιν ſeu Digreſsionem inſtituit, in qva partim de Oleæ, vel Oleaſtri, ex Hyperboreis in Elidem translatione, partim de ipſis ludis Olympicis agit, ita tamẽ ut horum duorum membrorũ tractationem alteram alteri certa ratione interſe intertexat. Si autem ſeorſum utrumvis conſideretur, de ἐλαίᾳ in Elidem tranſlata, primò nominat Subjectum unde allata fuerit, Fontes Iſtri in montibus Hyperboreis. II. Efficientem, Herculem. III. Finem, eumq; triplicem, ut conſecraretur Jovi in ipſius luco: ut faceret umbram certantibus gratam: ut corona inde victoribus Olympicis tribueretur. IV. Modum, perſvaſis Hyperboreis. V. Cauſam impellentem, Euryſthei mandatum. VI. ἀφορμὴν & occaſionem, qvæ erat venatio Cervæ, qvam in Hyperboreis inſeqvens, ἐλαίας conſpicatus eſt. De Ludis verò Olympicis hæc commemorat, I, in cujus honorem fuerint inſtituti, nimirum Jovis, patris

Herculis: II. qvibus ritibus, videl. aris conſecratis, i. e. ſacrificiis præmiſsis: certaminibus, reliqvis præſtantioribus: & judicio de certantibus æqvo. III. Qvo tempore, in plenilunio nimirũ, ſingulis qvinqvenniis. IV. Ubi, ad Alpheum nimirum fluvium, cujus ora anteà non ſatis conſita arboribus, nunc ἐλαία ab Hercule exornata eſt, V. Qvi adminiſtratores & præſides, videlicet ipſe Hercules, & poſt hunc Tyndaridæ.

A. 7. Ἴστρου ἀπὸ σκιαρᾶν παγᾶν] Vel propter profunditatem, vel propter umbram Olearum vel Oleaſtrorum copioſè ibi naſcentium. Eſt autem Ἴστρος fluvius ille nobilis, qvi in Svevia ex monte Abnoba exortus, Danubii nomen aliqvouſq; retinet; inde verſus Pontum Euxinum in qvem illabitur, Iſtri nomen accipit. Vide *Plin. lib. 4. cap. 12. & Melam l. 2. c. 1.*

Alii Arnoba legunt, Die Baar/ bey Donꝛ ſchingen.

A. 8. Ἀμφιτρυωνιάδας] Transfert hæc de Oleaſtri (qvem per ἐλαίαν hîc intelligi, anteà oſtenſum fuit) ab Hyperboreis accepti, in Elide plantatione, qvam Hercules Idæus fecit, ut ſuprà audivimus, ad Herculem Amphitryonis Filium; ſicut ſæpè apud Poëtas hæ duæ numero diſtinctæ perſonæ, propter ὁμωνυμίαν, confunduntur, & pleraqve ab illo Idæo geſta, huic Amphitryoniadæ attribuuntur.

A. 9. τῶν οὐλυμπίᾳ] Ellipſis Præpoſitionis ἐν, pro τῶν ἐν Οὐλυμπίᾳ.

Β. 1. δᾶμον ὑπερβορέων πείσας] Videtur ergò Pindarus Iſtri fontes ex Hyperboreis, qvos verè ſic nominamus, deducere; aut Hyperboreos in eo loco, ubi fontes Iſtri verè ſunt, hoc eſt in Suevia collocare. In utroqve, (niſi certo conſilio, qvod tamen non apparet, hæc finxerit) hallucinatur. Neqve enim Hyperborei ſunt, aut Veteribus habiti fuerunt, qvi in Svevia ad fontes Iſtri habitant: neqve Iſtri fontes ex Hyperboreorum loco deducuntur. Hyperborei enim Græcis olim dicebantur: illi, qvi ὑπὲρ τὸν Βορέαν reſpectu Græciæ habitabant, verſus Polum ſeptentrionalem, id eſt, qvi ultra Thraciam eſſent, (ex qva Boream ad Græciam ſpirare putabant: unde & Θρηΐκιον Βορέαν nuncupabant) qvæcunqve ſanè loca ultra eam incolerent, qvos etiam Arimaſpos, & Sarmatas nominarunt. Utrum ibi tractus aliqvi Oleas vel Oleaſtros producant, incertum: ad Iſtri verò fontes in Suevia, nec oleas, nec oleaſtros naſci refertur. Hæc ergò ſi non ignorantiæ, fictioni tamen erunt tribuenda. *Vide ad Pyth. 1. b. 8.*

Β. 2. Ἀπόλλωνος θεράποντα] Erant enim Hyperborei diligentes Apollinis cultores, cui etiam in Delum primitias qvaſdam triticea ſtipula involutas, qvas nemini intueri fas erat, mittebant; ipſi qvidem primùm vicinis Arimaſpis, Arimaſpi Iſſedonibus, Iſſedones Scythis, Scythæ Sinopenſibus, Sinopenſes Praſienſibus in Attica, apud qvos celebre quoqve Apollinis templum fuit, Athenienſes deniqve in Delum, teſte *Pauſan. in Atticis, l. 1. p. 30.*

Mela

Mela lib. 3. cap. 5. Plinio lib. 4. cap. 12. Vide & *infrà Pyth. 1.*

ϛ. 2. ὄγε] *Pal. C.* λόγῳ.

ϛ. 3. πιστὰ φρονέων] id eſt, fidum vel firmum propoſitum habens, vel amica cogitans, i. e. placidè & amicè agens non vi.

ϛ. 3. Διὸς αἴτει πανδόκῳ ἄλσει] *Jovis petiit omnes-recipienti luco.* ab αἰτέω: qvicqvid dicat *Euſtathius ad Iliad. γ. p. 83. & μ. p. 907.* eſſe τὸ αἶτος idem qvod ἐνδιαίτημα, *habitationem*, addens eſſe μονήρη λέξιν.

ϛ. 3. Διὸς πανδόκῳ ἄλσει] τὸ ἄλσος ex mente *Plutarchi in Romulo*, lucus eſt numini alicui ſacer, ſive arboribus ſit condenſus, ſive minus, ein Buſch / ein Hayn. Hoc loco intelligit Lucum Jovis Olympii in Elide, qvi & ipſe ȣ̓ δένδρεα ἔθαλλε, ſed olim, anteqvam Hercules Oleaſtros ibi plantaret, γυμνὸς fuit. Πάνδοκον autem vocat, partim propter amplitudinem, partim propter maximam hominum in ludis Olympicis freqventiam.

ϛ. 4. σκιαρὸν] qvòd umbras facere poſſet.

ϛ. 5. ξυνὸν ἀνθρώποις] Vel qvia omnium nationum hominibus, qvicunqve ludis Olympicis ſe commiſſuri eſſent, commune coronamentum, ſi viciſſent, eſſe deberet: Vel qvia & Jovi Olea ſacra eſſe, & Hominibus coronas præbere deſtinata eſſet.

ϛ. 6. αὐτῷ] ſcilicet ἡρακλεῖ.

ϛ. 7. πατρὶ] ſcilicet Jovi.

ϛ. 8. διχόμηνις ὅλον ἑσπέρας ὀφθαλμὸν ἀντέφλεξε] Periphraſis plenilunii. ἡ μήνα autem ſive μήνη *Luna*, qvæ qvòd μῆνας, id eſt, Menſes deſcribat, ſic dicitur, in plenilunio appellatur διχόμηνις, non à μήν, ut *Lonicerus* vult, qvi perperam reddit, *Luna*, qvaſi Luna tum duo patiatur, augmenti nimirum conſummationem, & decrementi initium: ſed à μήν *Menſis*, qvia tunc Menſis Synodici medietas una eſt elapſa, altera adhuc reſtat, qvaſi Luna Menſem æqvaliter in duas partes dividens. Vide *Iſthm. η. ϛ. 5.* Per ὅλον ὀφθαλμὸν ἑσπέρας intelligit *plenam Lunæ faciem*, qvæ ſub veſperam ſtatim exorta, per totam noctem lucet. ὀφθαλμὸν verò vocat per Metonymiam duplicem, qvòd oculum faciat, id eſt, viſionem illuminando adjuvet. Sicut aliqvis Germanus diceret: Ich wil dir augen machen / id eſt, Ich wil dich ſehen lehren. Benè autem ἀντέφλεξε addit, qvia Luna in oppoſito Solis plenam facem accendit, id eſt, plenam faciem, per acceptos à Sole oppoſito radios, terris oſtendit. τὸ ἑσπέρας vel temporis nota eſt, & refertur ad ἀντέφλεξε, veſpere accendit, qvia Luna plena ſtatim cum nocte ingruente lucet: vel ſubjecti, & refertur ad ὀφθαλμὸν, oculum veſperæ, qvia veſperam, & reliqvam inde noctem illuminat, ut dictum eſt.

ϛ. 8. χρυσάρματος μήνα] id eſt, *aureo curru invecta Luna.* μεγαλοπρεπείας cauſa hoc fingit, qvum aliàs Soli aurea, Lunæ verò argentea plerumqve tribuantur.

b. 1. μεγάλων ἀέθλων] partim propter Olympiorum præſtantiam, præ cæteris ludis, partim propter præmiorum dignitatem: de utraqve ſuprà.

b. 1. κρίσιν] qvæ XVI. die Menſis ἑκατομβαιῶνος, id eſt, proximo die poſt plenilunium primum, de certatoribus fiebat, ut ſuprà monuimus.

b. 2. πενταετηρίδα] id eſt, *periodum Olympicum qvinqvennem*: qvod qvomodo accipiendum ſit, ex prolegomenis notum eſt.

b. 3. ζαθέοις ἐπὶ κρημνοῖς Ἀλφεοῦ] Hæc ex antè dictis patent. Κρημνοὶ ſunt prærupti margines littorum & riparum.

b. 4. ἀλλ' οὐ καλὰ δένδρε' ἔθαλλε χῶρος] i. e. locus iſte ludorum ſeu Lucus Jovi jam deſtinatus, nondum erat pulchris arborib. denſus. ἔθαλλε hîc aut activè ſignificat, *Florere fecit, produxit*: aut ſi neutraliter accipiendum, Ellipſis Synecdochica eſt putanda.

b. 5. Κρονίου Πέλοπος] i. e. à *Saturno deſcendentis*. Nam Plote, qvam alii Plutò vocant, mater Tantali, avia Pelopis, Saturni filia fuit. Per βάσας autem Πέλοπος, intelligit *Peloponneſum*.

b. 8. ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀλίου] Metaphora Dithyrambica ab animato ad inanimatum, i. e. *nimis à Sole torreri*, qvum eſſet ἀσκίαστος, & umbris gratis careret. Qvo ſenſu etiam aliqvi illa, ὁλοκόφθαλμον ἀντέφλεξε μήνα, accipi volunt, qvòd locus ille ita fuerit arboribus vacuus, ut Luna pleno orbe Jovis aram illuſtraret. Minus aptè. Poteſt etiam eſſe Metonymia, ut per κῆπον intelligantur homines ibi certantes, iidemqve ὑπακουέμεν radiis Solis (wenn der Lentus knechte annimpt.) hoc eſt, ab æſtu langveſcere, dicatur.

b. 9. ἐς γαῖαν πορεύειν θυμὸς ὥρμαιν' Ἰστρίαν νιν] *Pal. C.* rectè habet, Ἰστρίαν νιν: ut ſit Syntaxis, θυμὸς ὥρμαινε, πορεύειν νιν ἐς γαῖαν Ἰστρίαν; accepto verbo πορεύειν in ſignificatione activa, qvam aliàs habet, *mittere, ablegare*.

B. 2. Λατοῦς ἱπποσόα θυγάτηρ] i. e. *Diana*. Dicitur ἱπποσόα, qvaſi Eqvos ſervans & curans, vel eqvos agitans, à σείω: i. e. ἱππική, *Eqveſtris*.

B. 3. δειρᾶν] Doricè pro δειρῶν, à Nominativo ἡ δέρη, & Jonicè accentu translato, δειρά vel δειρή, *cervix, collum*, item *jugum montis*. Non autem à recto δειράς, δειράδος, ut perperam annotat *Aretius*.

B. 5. ἀγγελίαις Εὐρυσθέος ἔντυ' ἀνάγκα πατρόθεν] Fingunt Poëtæ, Junonem, qvum Herculem propediem naſciturum animadverteret, Jovem adiiſſe, & ut annueret, eum qvi proximè naſceretur, alterius ſubſeqventis dominum eſſe, petiiſſe: Cui qvum Jupiter aſſenſiſſet, effeciſſe illam, ut Euryſtheus (qvi tertius Mycenarum Rex poſteà evaſit poſt Perſeum & Sthenelum,) prior naſceretur, Hercules poſterior: indeq; odia perpetua inter Herculem & Euryſtheum fuiſſe. Atqve hunc aſſenſum Jovis, ἀνάγκαν πατρόθεν Poëta appellat. Qvum v. Hercules poſteà à Junone in furorem actus, ab Apolline reſponſum accepiſſet, tum ipſum ſanitatē recuperaturum, ſi Euryſthei mādatis obſeqvatur, inde eum labores eos, qvos paſsim Poëtæ & Hiſtorici celebrant, ἀγγελίαις i. e. ejus juſſibus ſubiiſſe.

B. 7. χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν] Etſi Cervos tantùm cornua habere, Cervas non item, *Pollux lib. 5.* ſcribit, & idem ante eum *Ariſtoteles lib. 3. de part. anim. c. 1.* aſſerit, ejusq; rei cauſas reddit: tamen & Cervas alicubi cornutas reperiri, paſsim Poëtarum epitheta arguunt, ut ex hoc loco Pindari, & ex hymno *Callimachi* in Dianam liqvet, ubi *Scholiaſtes ejus* hoc tanqvam ſingulare notat. *Et Scalig: lib. 3. Poët:* ſcribit, ſua ætate in Gallia Cervam cornigeram captam fuiſſe. Qvod monet *C. Rittershuſius* ad v. 177. lib. 2. κυν: Oppiani. Neq; verò etiam omninò abſimile, qvum & Elephantes fœminæ, qvæ in India dentibus, seu potiùs juxta *Pauſaniam lib. 5.* cornibus carent, in Aphrica & Aethiopia dentatæ, ſeu ut *Pauſanias* nominat, cornutæ inveniantur: Qvod & ipſum argumentum eſt, Ebur non esse dentem, ſed cornu. Qvandoqvidem non Dentes, ſed Cornua in ſexu discrimen facere ſolent, ut in Cervis.

B. 8. ἄν ποτε Ταϋγέτα] Taygeta filia Atlantis, qvum Dianæ beneficio in cervam mutata, Jovis inſeqventis libidinem effugiſſet, & poſteà ejuſdem munere, in priſtinam formam rediiſſet, memor beneficii, Cervam qvandam inſignem, cujus cornua inauraverat, Dianæ conſecravit, qvam postquam Euryſthei juſſu Hercules cepiſſet, ſub torqve ejus ſcriptum invenit, Ταϋγέτα ἱερὰν ἀνέθηκεν Ἀρτέμιδι.

B. 9. ἀντιθεῖσα] pro ἀναθεῖσα, ab ἀνατίθημι, ἀνάθημα *facio, conſecro.*

B. 9. Ὀρθωσία] ſc. Ἀρτέμιδι, dictæ ſic ab Orthoſio Arcadiæ monte, ut vult *Scholiaſtes*, vel potiùs ab Orthoſia Aradiorum in Aſia oppido, de quo *Strabo lib. 16.* (p. 872.) vel q. ὀρθῶσαι τὸν βίον, ut *idem Scholiaſtes* addit, qvoniam parturientes adjuvat: vel qvia Taygetam ex cervæ forma in priſtinam humanam reſtituit.

γ. 1. ἴδε] *Ald. & Pal. A. B.* perperam εἶδε.

γ. 2. ποιᾶς ὄπισθεν Βορέα] legendum ὄπιθεν, cum *Pal. C.* propter metrum, tametſi & σ ferri poſsit, qvum apud Lyricos ſæpè diſsimuletur, ut alibi paſsim. Intelligit autem terras verſus ſeptentrionem ultra Thraciam, à qva ad Græciam Boreas ſpirat, ut modò dictum.

γ. 5. δωδεκάγναμπτον τέρμα δρόμου ἵππων] de his *ſuprà ad Ol. β. & Ol. γ. γ. 5.* dictum. Nam eqvi τέλειοι, duodecies, πῶλοι verò octies inflectebantur.

γ. 7. Καὶ νῦν] legendum καίνυν, propter metrum: uti & legiſſe videtur *Demetrius*, qvi interpretatur, καὶ δή.

γ. 7. ἐς ταύταν ἑορτάν] Theoxenia ſcilicet, ut aliqvi volunt, vel potiùs Olympia.

γ. 8. ἀντιθέοισι] legendum ἀντιθέοισιν. tametſi ſæpiſsimè Vocalis brevis in fine, cui ν ἐφελκυστικὸν addi poteſt, producatur, non minùs qvàm ſi additum fuiſſet. In διδύμοις autem υ producendum propter metrum.

γ. 9. βαθυζώνου Λήδας] *Ledæ profundè & arctè cinctæ.* Epitheton hoc Homerus Græcis mulieribus tribuit, tanqvam cincturam habentibus honeſtam, ut graciliores apparerent. Sicut contrà Barbarorum fœminas vocat βαθυκόλπους, profundos & magnos ſinus habentes, ut nonnullis diſtinguere placet. Sed vide de hoc *ad Pyth. α.* a. 12. ubi & Μοῦσαι βαθύκολποι dicuntur.

g. 2. ϑαητὸν ἀγῶνα] ὀλυμπικὸν ſc.

g. 4. Εμὲ δ᾽ ὦν πα ϑυμὸς] Poſt Digreſsionem hanc, ſubjicit Confirmationem Propoſitionis, qvam implicitè attingit, qvòd nimirùm Thero, qvi in Theoxeniis Olympiadem vicit, ſit laudandus. Rationes adducit tres. I, propter gloriam victoriæ: II propter cauſam Efficientem, Tyndaridas, qvorum feſtum tunc agebatur, & qvi Theronem feſtum hoc celebrantem, victoria potiri fecerunt. III, propter virtutes Theronis maximas, qvas illuſtrat per σύγκρισιν triplicem: ut Aqva inter Elementa optimum: ut Aurum inter Metalla præſtantiſsimum: ut Columnæ Herculis locorum cognitorum remotiſſimæ: ſic Theronis virtutes aliorum virtutibus longè antecellunt, ut ulteriora appetere non debeat.

g. 5. Εμμενίδαις] id eſt, poſteris Emmenidæ, Avi Theronis, qvē Scholiaſtes *ad Olymp. β*, nominavit Ommenidem, niſi fortè in ſcriptura ſit error. De forma hac Patronymica vide *ad Pyth. ς. α. 5.*

g. 8. πλείςαισι βροτῶν] i. e. qvia pluribus, i.e. ſæpiùs qvàm alii homines, in menſis hoſpitalibus i.e. Theoxeniis, Emmenidæ eos accedunt, i. e. qvia majore religione qvàm alii homines Διοσκούρους colunt.

g. 8. πλείςαισι βροτῶν] Superlativus, Poëticè, pro Comparativo πλείοσι. Subintelligitur autem Præpoſitio ἐν, vel ἐπὶ.

g. 9. αὐτοὺς ἐποίχονται] nimirum Τυνδαρίδας οἱ Εμμενίδαι.

G. 7. Τὸ πόρσω δ᾽ ἐςὶ] Epilogus, in qvo partim abrumpit laudes Theronis nullo carmine attingendas; qvod illuſtrat συγκρίσει, ſicut ea qvæ ſunt ultra columnas Herculis, non poſſunt attingi. Vide *Nem. γ. A. 9.* Definit ergò, ne rem impoſsibilem ſtolidè venari videatur &c. Vide Adag. *Ad Herculis columnas.* Partim ulteriorem felicitatem appetere, ſuo exemplo, & ab inutili diſſuadet.

G. 8. σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις] Putabant enim eo tempore, impoſsibile eſſe, ulteriores terras inveniri. Qvam opinionem ſuperiori ſeculo Americæ inventio refutavit: de qva vide *ad Calcem.*

ΕἹΔΟΣ Δ.

ΨΑΥΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΙῼ, ἽΠΠΟΙΣ.

INſcriptum eſt hoc qvartum εἶδος Pſaumidi filio Acronis, Camarinæo, qvi ætate adhuc florente canuit. Camarina autem urbs eſt Siciliæ, propè lacum ejusdem nominis tetri odoris. unde Proverbium, Καμαρίνην μὴ κινεῖν: olim ὑπερεία dicta, ut appellatur *Odyſſ. ζ. v. 4.* reſtituta à Syracuſiis, annis CXXXV poſt Syracuſas, hoc eſt Olymp. XLV. Vicit hic Pſaumis, Olympiade LXXXII, ἵπποις, ut ἐπιγραφὴ habet, *hoc eſt*, τεθρίπποις *ſeu qvadrigis ad currum junctis.*

Summa & Diſpoſitio hujus qvarti εἴδους hæc eſt:

Σωμο-

Συνόψις 4 εἴδȣς Olympiorum.

Partes 4. εἴδȣς

- *Exordiũ*
  - *habens votum pro favore Jovis erga Pſaumidem.*
  - *exponens cauſas hymni*
    - *publicam, propter tempus victoriæ poſtulãs.*
    - *privatam, propter amicitiam.*
- *Propoſitio*, Pſaumis victor Olympicus eſt celebrandus.
- *Confirmatio*
  - *à victoria, cujus gloria in patriam redundat.*
  - *à ſtudio* ἱπποτροφίας.
  - *ab hoſpitalitate.*
  - *ab amore pacis.*
  - *ab amore Reipub.*
- *Confutatio objectionis de canitie & inde conjicienda ſenectute Pſaumidis; unde viciſſe eum minus credibile eſt. Quòd ergò*
  - *vicerit, probat Experientia.*
  - *vincere potuerit*
    - *pari, ab exemplo Ergini cani.*
    - *refutatione ſigni. Cani non ſemper ſunt ſignum ſenectutis.*

Metrorum ratio ita habet:

ςροφ: & Ἀντιςρ:

∪∪–∪	–∪∪–	∪
∪∪–	∪∪–	
–∪–∪	–∪	
∪∪–∪	∪––∪	∪––
∪–∪∪	–∪–∪	
––∪∪	––∪∪	––
––––	––∪–	–
–∪–∪	∪–	
∪–∪–	∪–∪	
––∪–	–∪––	∪–
–∪∪∪	∪–∪∪	∪–
∪∪––	–∪–∪	–
––∪∪	––	
∪–∪∪	–∪∪	
∪–∪–	∪	

ἐπῳδȣ̃.

1.	––∪∪	–∪–∪	
2.	–∪∪–	∪–∪	
3.	∪–∪–	∪–∪–	
4.	––∪∪	–∪∪–	–
5.	∪∪∪–	∪–∪∪	–∪
6.	∪–∪∪	∪∪–	
7.	–∪∪	–∪∪	–∪
8.	––∪∪	–∪∪–	
9.	∪––∪	–∪∪	
10.	∪–∪∪	∪∪–	
11.	∪∪–∪	∪∪–∪	∪∪
12.	∪–∪–	∪–	

ςροφὴ

στροφὴ & ἀντιστροφὴ πεντεκαιδεκάκωλοι ſunt.

Primum κῶλον, *eſt dimetrum hypercatalectum, ex Pæone tertio & Choriambo. II. Anapæſticum dimetrum acatalectum. III. Dimetrum brachycatalectum, ex duobus Ditrochæis. IV. Trimetrum catalecticum ex Pæone tertio, & duobus Antiſpaſtis, V. Dimetrum, acatalectum ex Pæone ſecundo (non Jonico à majore, ut vult Scholiaſtes) & Ditrochæo. VI. Trimetrum, brachycatalectum ex tribus Jonicis à majore. VII. Dimetrum hypercatalectum, ex Diſpondeo & Epitrito tertio. VIII. Dimetrum, brachycatalectum, ex Ditrochæo & Dijambo. IX. Jambicum dimetrum catalecticum,* ἐφθημιμερές. *X. Trimetrum brachycatalectum, ex Epitrito tertio, ſecundo, & primo. XI. Trimetrum brachycatalectum ex Ditrochæo & Pæonibus ſecundis. XII. Dimetrum hypercatalectum ex Jonico à minore & Ditrochæo.*

ΕἿΔΟΣ Δ.

ΨΑΎΜΙΔΙ ΚΑΜΑΡΙΝΑΊΩι, Ἵπποις.

στροφὴ α. κῶ. ιε.

Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς
ἀκαμαντόποδος
Ζεῦ. Τεαὶ γὰρ ὧραι
ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος ἀοιδᾶς
ἑλισσόμεναί μ' ἔπεμψαν,
ὑψηλοτάτων μάρτυρ' ἀέθλων.
Ξείνων δ' εὖ πρασσόντων, ἔσαναν
αὐτίκ' ἀγγελίαν
ποτὶ γλυκεῖαν ἐσθλοί.
Ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
ἶπον ἠνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου,
Οὐλυμπιονίκαν
δέκευ χαρίτων ἕκα-
τι τόνδε κῶμον,

trochæo. XIII. Ionicum à majore, dimetrum brachycatalecticum. XIV. Dimetrum catalecticum, ex Pæone ſecundo & Choriambo. XV. Iambicum Monometrum, hypercatalecticum, πενθημιμερές.

Ἐπῳδὸς δωδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt dimetrum acatalectum, ex Ionico à majore & Ditrochæo. II. Dimetrum catalecticum, ex Choriambo & Dijambo. III. Dimetrum acatalectum, ex duobus Dijambis. IV. Dimetrum hypercatalectum ex Ionico à majore & Choriambo. V. Trimetrum, brachycatalectum, ex Pæone qvarto, ſecundo, & primo. VI. Dimetrum catalecticum ex Pæone ſecundo & tertio. VII. Dactylicum trimetrum catalectum. VIII. Dimetrum acatalectum, ex Ionico à majore & Choriambo. IX. Dimetrum catalecticum ex antiſpaſto & Choriambo. X. ut ſextum. XI. Trimetrum, brachycatalectum, ex Pæonibus tertiis. XII. dimetrum brachycatalecticum, ex duobus Dijambis.*

ODA IV.

PSAUMIDI CAMARINÆO, Eqvis.

α.

VIbrator altiſſime tonitru
pedibus-indefatigati
Jupiter. Tuæ enim horæ
cum variæ-citharæ cantu
revolutæ me miſerunt,
ſublimiſſimorum teſtem certaminum.
Amicis autem feliciter agentibus congaudere-ſolent
ſtatim nuncium
ad dulce Boni.
Sed ô Saturni fili, qvi Ætnam habitas,
onus ventoſum centici-
pitis Typhonis robuſti,
Olympicam-victoriam-celebrantem
ſuſcipe amicitiæ noſtræ *cau-*
ſa huncce chorealem-hymnum,

ἀντιστρο. α. κῶ. ιε.

χρονιώτατον φάος εὐρυ-
σθενέων ἀρετᾶν.
Ψαύμιδος γὰρ ἥκει
ὀχέων: ὃς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς
Πισάτιδι, κῦδος ὄρσαι
σπεύδει Καμαρίνᾳ. Θεὸς εὔφρων
εἴη λοιπαῖς εὐχαῖς. Ἐπεί μιν
αἰνέω, μάλα μὲν
τροφαῖς ἑτοῖμον ἵππων,
χαίροντά τε ξενίαις πανδόκοις,
καὶ πρὸς ἡσυχίαν φιλόπολιν
καθαρᾷ γνώμᾳ τετραμμένον.
Οὐ ψεύδεϊ τέγξω
λόγον. Διάπειρά τοι
βροτῶν ἔλεγχος.

ἐπῳδὸς α. κῶ. ιβ.

ἅ περ Κλυμένοιο παῖδα
Λαμνιάδων γυναικῶν
ἔλυσεν ἐξ ἀτιμίας.
Χαλκοῖσι δ' ἐν ἔντεσι νικῶν
δρόμον, ἔειπεν Ὑψιπυλείᾳ,
μετὰ στέφανον ἰών:
Οὗτος ἐγώ: ταχυτᾶτι
χεῖρες δὲ καὶ ἦτορ ἴσον.
Φύονται δὲ καὶ νέοις
ἐν ἀνδράσι πολιαὶ
θαμὰ, καὶ παρὰ τὸν ἁλικίας
ἐοικότα χρόνον.

a.

diuturnißimum lumen præpo-
tentium virtutum.
Pſaumidis enim venit
in *curribus: qvi olea coronatus*
Piſatide, decus excitare
ſatagit Camarinæ. Deus propitius
ſit reliqvis ejus *votis. Qvoniam ipſum*
laudo, valdè
alturis idoneum eqvorum,
gaudentemq; hoſpitalibus omnium-exceptricibus;
& ad tranqvillitatem Reipub.-amicam
ſincera mente converſum.
Non mendacio tingam
ſermonem. Experientia utiqve
mortalium eſt *argumentum.*

A.

Qvæ Clymeni filium
Lemniadum fœminarum
liberavit à probro.
Æreis enim in armis vincens
Curſum, dixit Hypſipylæ,
ad coronam accipiendam *vadens:*
Ille ego ſum*: celeritate*
autem manus & cor æqvantur.
Naſcuntur enim & juvenibus
in viris cani
ſæpè, etiam præter ætatis
congruum tempus.

Commentarius.

α. 1. ΕΛατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς] Partes huius εἴδους ſunt qvatuor, Exordium, Propoſitio, Confirmatio, & Confutatio. In Exordio primò ponit votum pro favore Jovis erga Pſaumidem: deinde exponit cauſas ſcripti hymni duas, unam publicam, propter tempus victoriæ Olympicæ, gratulationem poſtulans: alteram privatam, propter amicitiam, qvæ Poëtæ cum Pſaumide interceſsit. Sed hanc in theſi tantùm ponit: ad ſe verò in hypotheſi non transfert.

α. 1. ἐλατὴρ βροντᾶς ἀκαμαντόποδος.] Metaphora à re eqveſtri, qvaſi Tonitru ſit Eqvus Jovis, & qvidem ἀκαμαντόπους, propter celeritatem.

α. 3. 10. ζεῦ, ἀλλ' ὦ Κρόνου παῖ] Repetit compellationem Jovis, & propter interpoſitam παρένθεσιν prolixiorem, particulam ἀλλὰ repetitæ compellationi præfigit. Vide apud *Homerum* exempla etiam ſine parentheſi.

α. 3. τεαὶ γὰρ ὧραι] id eſt, Ὀλυμπιὰς tibi ſacra. Τὸ γὰρ videtur iis qvi παρένθεσιν hîc ſignant, abundare. Sed meliùs hæc accipiũtur ut αἰτιολογία, qvare Jovem invocet; omiſſa παρενθέσει, ut & facit *Ald. & Pal. A.*

α. 4. ὑπὸ ποικιλοφόρμιγγος] Præpoſitio ὑπὸ, pro μετὰ, Poëticè: ut & infrà *Ol. ζ.* habebimus.

α. 6. ὑψηλοτάτων ἀέθλων] propter præſtantiam certaminum Olympicorum præ cæteris, de qva in Exordio *Ol. α.*

α. 7. ἔσαναν] σαίνειν proprium eſt Canum & Leonum, cauda motitata abblandientium, & domini adventum qvaſi gratulantium. *Hom. Od. ρ.* de cane Ulyſſis, οὐρῇ μέν ῥ' ὅγ' ἔσηνε, καὶ οὔατα κάββαλεν ἄμφω. Hinc per Metaphorã *qvovis modo abblandiri, lætari, gratanter excipere &c.* ſignificat: qvanqvam in ſignificatione *Perturbandi* alicubi qvoq; invenitur: (*1. Theſſal. 3*)

α. 10. ὃς Αἴτναν ἔχεις] Sic Olymp. ς. vocat ζῆνα αἰτναῖον. *Winshemius* interpretatur: Tu Jupiter coleris in Ætna, & es vicinus Pſaumidi qvi colit Camarinam. Vicini autem boni delectantur vicinorum bona fortuna. Ego adfero tibi hymnum teſtem victoriæ vicini tui. Qvare illum boni conſule.

α. 11. ἶπον ἠνεμόεσσαν τυφῶνος] ὁ ἶπος, vel ut hoc loco uſurpatur, ἡ ἶπος, eſt propriè μυάγρα, *muſcipula*, poſteà in genere *damnum*, ab ἴπτω id eſt *lædo, noceo.* Alii legunt ἰπνόν. Eſt autem ἰπνὸς, καπνοδόχη, *furnus, caminus, infumibulum*; ut ſit Aetna qvaſi furnus, per qvem Typhoeus ignes in Terræmotibus efflet. ἠνεμόεσσαν, id eſt, *excelſum, ventis expoſitum. Pal. B.* habet ἵππον, incongruè.

α. 11. ἑκατογκεφάλα τυφῶνος] τυφών, vel τυφώς, vel τυφωεύς, unu[s] ex Gigantibus, cui fulmine à Jove percuſſo montem impoſitum fin[gunt], alii in Pithecuſis inſulis, al[ii] in Phrygia, alii in Ægypto, alii in Bœotia, alii in Cilicia, alii in Syri[a]

tef[...]

teſte *Strabone lib.* 13. *p.* 723. Pindarus verò noſter Aetnam in Sicilia:(qvem tamen montem alii Encelado Giganti impoſitum volunt) qvem etiam ſeqvitur *Ovidius lib.* 5. *Met.* qvanqvam totam Siciliam ejus corpori, Aetnam capiti impoſitam fingat,

Vaſta giganteis injecta eſt Inſula membris
Trinacris, & magnis ſubjectum molibus urget
Aethereas auſum ſperare Typhoëa ſedes,&c.

Et pòſt: *Degravat Aetna caput &c.*

ἑκατογκεφάλης autem hîc dicitur, i. e. centiceps, ut prodigioſior Typhonis ſit narratio, q. diceret, qvi tantum ignis evomit qvantum per centum fauces evomi poſſe videatur: ſicut & *Pythior.* α. ἑκατοντακάρανος Τυφῶς dicitur. Cæterùm qvum aliàs in Τυφῶς &c. υ plerumq; corripiatur; & hîc & Pyth. α, producitur.

α. 12. ὀβρίμου] *Ald.* ὀμβρίμου.

α. 13. Ὀλυμπιονίκαν] de re, non de perſona.

α. 14. χαρίτων] i. e. φιλίας.

α. 14. δέκευ] *Ald. & Pal. C.* perperam δέξαι.

α. 14. ἕκατι] Doricè pro ἕκητι. Hoc loco idem qvod ἕνεκα. *Ald.& Pal.C.* perperam præfigunt θ'.

a. 1. χρονιώτατον φάος] Niſi enim illuſtria facta carminibus celebrentur, citò memoria hominum excidunt, Vide *Nem.* δ. *α.* 10. ῥῆμα ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει.

a. 3. Ψαύμιδος γὰρ ἥκει] In his concipienda eſt Propoſitio, *Pſamis victor Olympicus eſt celebrandus. Ald. & Pal. A. B. C.* habent ψαύμιος.

a. 3. ἥκει] ſcilicet ὁ κῶμος. Proſopopœia; facit enim κῶμον qvaſi Deum qvendam. *Ald. & Pal. C.* ἵκει.

a. 4. ὀχέων] ſubaudi Præpoſitionem ἐπί.

a. 4. ὃς ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς πισάτιδι] Confirmatio Propoſitionis, I. à victoria Olympica, cujus gloria in Camarinam patriam redundat. Victoriam autem illam, ſigno, nimirùm Corona ἐλαίας, hoc eſt, Oleæ vel Oleaſtri, notat. 2. à ſtudio ἱπποτροφίας, qvod victoriam non temerè oblatam, ſed labore multo partem innuit. 3. ab hoſpitalitate. 4. ab amore pacis. 5. ab amore Reipub.

a. 7. λοιπαῖς εὐχαῖς] Votum inſerit pro ſecuturis victoriis aliis. Sternit ſibi viam ad confutationem de Canis, ob qvos tantum abeſt ut exiſtimet hanc victoriam ei impoſſibilem fuiſſe, ut etiam plures alias ei in poſterum promittat, ex ſententia *VVinshemii.*

a. 11. ἡσυχίαν φιλόπολιν] qvia Tranqvillitate & Pace conſervantur civitates, ſicut ſeditionibus & diſcordiis perduntur.

a. 12. τετραμμένον,] Ita habet *Ald. & Pal. A. B. C & aliæ editiones.* Aliqvæ τεθραμμένον, *educatum.* Quod & ipſum ferri poſſet.

a. 13. οὐ ψεύδει τέγξω λόγον] Confutatio, qva tacitam objectionem ſolvit: Pſaumis ſenex eſt, ut ex canis apparet: Ergò non eſt veriſimile, ipſum tot robuſtis juvenibus palmam præripere potuiſſe. Reſpondet Poeta I. ab Experiẽtia, qvæ ἔλεγχος & κριτήριον eſt, & omnia judicat, q. d. qvòd vicerit Pſaumis canus, ipſa experientia loqvitur. II. Qvòd vincere potuerit, probat partim à Pari, ab exemplo nimirum

Ergini, itidem cani, qvi in Lemno vicit: partim refutatione ſigni, qvia Canî non ſemper ſunt ſignum ſenectutis, qvum ſæpè etiam junioribus naſcantur: ideoq; ex inſufficienti ſigno nō poteſt rectè judicari de Pſaumidis ætate, multò minus victoriâ.

a.15. ἔλεγχος] ὁ ἔλεγχος propriè eſt *judicium veritatis contra mendacia*, ut hoc loco.

A. 1. Κλυμένοιο παῖδα] Intelligit Erginum Clymeni filium Orchomeniorum Regem, *Pauſan. lib 9. (Bœot. p. 294.)* Qvum enim Argonautæ, inter qvos & Erginus erat, ad Lemnum appuliſſent, factum eſt, ut fortè eo tempore Hypſipyle Thoantis Lemniorum Regis filia, Patri q. mortuo certamen funebre inſtitueret. Vide *Prolegomena Nemeorum*. Argonautæ igitur invitati ad certamen deſcendunt, & inter hos Erginus qvoqve ſtadium ὁπλιτῶν eſt ingreſſus: qvi qvum jam canus eſſet, licet non admodum annoſus, riſum movit Lemniis mulieribus, ut qvi cum robuſtis juvenibus armatus curſu fruſtrà certare videretur. Verùm, qvum præter exſpectationem Lemniarum ſpectatricum, Boreæ filios Calain & Zeten perniciſsimos curſu ſuperaſſet, eò majori poſteà iiſdem admirationi fuit. Hoc ergò exemplo probat Poëta, πεῖραν eſſe ἔλεγχον βροτῶν, & à Pari poſsibile eſſe contendit, ut Pſaumis licet canus, victor Olympicus evaſerit. Vide Adagium, *Ergini cani.*

A. 9. φύονται δὲ καὶ νέοις] De cauſis Caniciei vide *Ariſtotelem lib. 3. hiſt. animal. cap. 11. & lib. 5. de generat. animal. cap. 4.*

ΕἸΔΟΣ Ε.

ΤΩι ἈΥΤΩι ΨΑΥ̓ΜΙΔΙ, ΤΕΘΡΙΠΠῼ, Ἀπήνῃ καὶ Κέλητι.

INſcriptum eſt hoc εἶδος eidem Pſaumidi, qvi eadem Olympiade LXXXII, non tantùm ἵπποις ſive τεθρίππῳ, ſed & ἀπήνῃ & κέλητι vicerat. De τεθρίππῳ & κέλητι antea dictum eſt: ἡ ἀπήνη autem erat peculiare genus rhedæ, ad qvam, ut eſt apud *Pauſaniam in Eliac. prior: (lib. 5. p. 155.)* olim jungebantur Eqvæ fœminæ, (Sic *Soph. Oed. T. 3. 4.* ἀπήνην πωλικὴν Laio iter facienti tribuit, h. e. ἀπὸ πώλων ἐζευγμένην.) è qvibus in extremo, (puta duodecimo) curriculo deſilientes ſeſſores, prehenſis manu frenis ad metam curſitabant: qvem morem ætate ſua iis, qvos Ἀναβάτας nominat, ſervatum tradit *Pauſanias*. Poſteà autor fuit Aſandraſtus qvidam, ut mulæ jugales ἀπήνην traherent: isq; meos in certamina Olympica relatus eſt Olympiade LXX, ut ſuprà annotavimus. Verùm qvum inventum hoc neqve priſcum eſſet neqve elegans, præſertim qvum aliàs antiqvitus inter portenta Eleis fuerint Muli, uſqve adeò ut animal illud intra fines Elidis ali religio eſſet:

eſſet: abrogatum poſteà hoc genus certaminis fuit Olympiade LXXXIX, ut refert *Scholiaſtes*: Sed veriùs *Pauſanias* habet Olympiade LXXXIV.

Cæterùm hoc εἶδος in priſcis exemplaribus (ἐν τοῖς ἐδαφίοις, in originalibus) non fuiſſe, *Scholiaſtes* annotat: ideoqve ſunt qvi nothum illud judicent, præſertim qvum & ἐπῳδὸς deſit, & altera στροφὴ, ſua ἀντιστροφῇ careat. Verùm qvum & ſtylus arguat, & *Didymi* ὑπομνήματα Pindaricum agnoſcant: non eſt admodum, qvod de Autore dubitemus. Quia verò ἐπῳδὸς abeſt, προσῳδικὸν hoc εἶδος aliqvi ſtatuunt. Sed rectiùs alteram στροφὴν ἀντιστροφῇ deſtitutam, ἐπῳδὸν eſſe dicemus, non obſtante, qvòd metrorum & colorum ratio cum στροφῆς & ἀντιστροφῆς ſit eadem, uti & *Nem. δ.* videre eſt.

Summa & Diſpoſitio hujus qvinti εἴδους hæc eſt.

Σύνοψις εἴδους ε΄ Ὀλυμπίων.

- Partes V. εἴδους
  - *Exordium habens εὐχὴν ad Camarinam nympham, pro laudibus Pſaumidis benevolè admittendis.*
  - *Propoſitio*, Pſaumis eſt laudandus.
  - *Confirmatio*
    - 1. *quia eſt auctor civitatis.*
    - 2. *qvia eſt pius erga XII. Deos.*
    - 3. *qvia victoriam Olympicam obtinuit triplicem*
      - τεθρίππῳ.
      - ἀπήνῃ.
      - κέλητι.
    - 4. *qvia decus peperit*
      - *Nymphæ Camarinæ.*
      - *Patri Acroni.*
      - *Patriæ Camarinæ.*
    - 5. *qvia Palladem religioſè colit.*
    - 6. *qvia patria flumina facit celebria.*
    - 7. *qvia nulli labori nulliſq; ſumptibus pepercit.*
    - 8. *qvia ſapientiæ nomine inter cives ſuos excellit.*
  - *Epilogus habens*
    - *Votum ad Jovem, pro*
      - *Camarinæ urbis incolumitate.*
      - *Pſaumidis*
        - *ſenecta vegeta.*
        - εὐτεκνίᾳ.
    - *admonitionem Pſaumidis, de felicitate poſſidenda*
      - *poſitivè*
        - ὑγιέως, *juſtè.*
        - ἐξαρκούντως, *contentè.*
        - μετ' εὐλογίας, *cum laude & benedictione.*
      - *privativè*, τῷ μὴ ματεύεσθαι θεὸς γενέσθαι.

Metrica

Metrica verò ratio ita ſe habet:

1. – – – υ υ – –
2. υ υ – υ – – υ υ
3. – – – υ –
4. – υ υ – υ υ υ
5. – υ – υ – υ
6. υ υ – υ υ – υ – – υ –
7. – υ – υ – υ
8. – – – υ υ – –
9. υ υ – υ – – υ –
10. – – – υ –
11. – υ υ – υ υ –
12. – υ – υ – υ
13. υ υ – υ υ – υ – – υ –
14. – υ – υ – υ
15. – – – υ υ – υ υ – υ υ
16. – υ – υ – υ
17. – – – – – υ υ – υ –
18. – υ υ – – υ – – υ –
19. – υ – υ – υ

Μέλος hujus εἴδους qvodvis eſt ἐννεακαιδεκάκωλον. I. κῶλον dimetrum, catalecticum, Pherecrateum, ex Epitrito qvarto & primo. II. Dimetrum, acatalecticum, ex Pæone tertio & Ionico à majore. III. Monometrum, hypercatalecticum, conſtans Epitrito qvarto: Non autem Ithyphallicum, id eſt, Trochaicum dimetrum brachycatalectum, & præterea una ſyllaba decurtatum. Fefellit Scholiaſten dictio οὐλυμπία, pro qua legiſſe videtur ὀλυμπία, ſed contra metri rationem. Neqve apparet ratio typi qvem habet, – υ – υ – – υ – υ – υ, qvum κῶλον hoc tot metra non

ΕἼΔΟΣ Ε.

ΤΩ͂Ι ἈΥΤΩ͂Ι ΨΑΥΜΙΔΙ ΤΕΘΡΙΠ-πῳ, Ἀπήνῃ, καὶ κέλητι.

στροφὴ α. κῶ. ιθ.

Ὑψηλᾶν ἀρετᾶν, καὶ
στεφάνων ἄωτον γλυκὺν,
τῶν Οὐλυμπίᾳ,
Ὠκεανοῦ θύγατερ,
καρδίᾳ γελανεῖ,
ἀκαμαντόποδός τ' ἀπήνας δέκευ,
Ψαύμιδός τε δῶρα.
ὃς τὰν σὰν πόλιν αὔξων,
Καμαρίνα λαοτρόφον,
βωμοὺς ἓξ διδύ-

μου

non contineat. IV Dactylicum πενθημιμερές. V. Trochaicum dimetrum brachycatalectum quod aliàs Ithyphallicum dicitur. Scholiaſtes rectè appellat, ſed qvantitatum diſpoſitio falſa eſt, —∪—∪∪—, niſi fortè ſcriptorum incuria error irrepſerit. VI. Trimetrum catalecticum, conſtans ex Pæone tertio, Dijambo & Ditrochæo. VII. ut qvintum. VIII. ut primum. IX. Dimetrum acatalecticum, ex Pæone tertio, & Epitrito tertio: non autem ex Jonico à minore & Choriambo. Decepiſſe videtur Scholiaſten, α ultimæ in Καμαρίνα, qvod producendum putavit, vel Καμαρίναν legit, ut & Ald. & Pal. C. habent, & ſecunda in λαότροφον, qvam propter mutam cum Liqvida ſeqventem corripiendam cenſuit. X. ut tertium. XI. ut qvartum. XII. ut qvintum. XIII. ut ſextum. XIV. ut qvintum. XV. Trimetrum catalecticum, ex Epitrito qvarto, Pæone ſecundo & primo. XVI. ut qvintum. XVII. Trimetrum brachycatalectum, ex Diſpondeo, Choriambo & Dijambo. XIIX. Trimetrum brachycatalectum, ex Choriambo, Epitrito ſecundo, & Dijambo. Non autem ἐγκωμιολογικὸν, qvale ponit Scholiaſtes hoc typo —∪∪— ∪∪∪— ∪—, metri ratione repugnante. XIX. ut qvintum.

ODA V.

EIDEM PSAVMIDI, QVADRIGIS, Rheda-Mulari, & Celete.

α.

CElſarum virtutum, &
coronarum florem ſvavem,
qvæ ſunt *Olympiæ,*
ô *Oceani filia,*
corde hilari
indefatigatæqꝫ mularis-rhedæ accipe,
Pſaumidisqꝫ dona.
Qvi tuam urbem amplificans,
ô *Camarina, populorum-altricem,*
aras ſex gemi-

V *nas*

μους ἐγέραρεν ἑορ-
ταῖς Θεῶν, μεγίσταις
ὑπὸ βουθυσίαις, ἀέθλων τε πεμ-
πταμέροις ἁμίλλαις,
ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκί-
ᾳ τε. Τὶν δὲ κῦδος
ἁβρὸν νικήσας ἀνέθηκε, καὶ
ὃν πατέρ᾽ Ἄκρων᾽ ἐκάρυξε, καὶ
τὰν νέοικον ἕδραν.

ἀντιστροφὴ α. κῶ. ιθ.

Ἱκὼν δ᾽ Οἰνομάου καὶ
Πέλοπος παρ᾽ εὐηράτων
σταθμῶν, ὦ πολι-
άοχε Παλλὰς, ἀεί-
δει μὲν ἄλσος ἁγνὸν
τὸ τεὸν, ποταμόν τε Ὤανον, ἐγ-
χωρίαν τε λίμναν,
καὶ σεμνοὺς ὀχετούς, Ἵπ-
παρις οἷσιν ἄρδει στρατὸν,
κολλᾷ τε σταδί-
ων θαλάμων ταχέως
ὑψίγυιον ἄλσος,
ἀπ᾽ ἀμηχανίας ἄγων ἐς φάος
τόνδε δᾶμον ἀστῶν.
Αἰεὶ δ᾽ ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι πόνος δαπά-
να τε μάρναται, πρὸς
ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.
Εὖ δὲ ἔχοντες, σοφοὶ καὶ πολί-
ταις ἔδοξαν ἔμμεν.

ἐπῳδ. α. κῶ. ιθ.

Σωτὴρ ὑψινεφὲς Ζεῦ,
Κρόνιόν τε ναίων λόφον,

nas honoravit fe-
ſtis Deorum, maximis
cum boum-immolationibus, ludorumq́ qvin-
qve-dierum certaminibus,
equis, mulabusq́, unoq́-fre-
no. Tibi autem gloriam
pulchram victor dicavit, &
ſuum patrem Acronem proclamavit,
recens-habitatam ſedem.

a.

Veniens autem Oenomai &
Pelopis ab amabilibus
ſtationibus, ô urbium-con-
ſervatrix Pallas, canens-ce-
lebrat lucum ſacrum
tuum, fluviumq́ Oanum, pa-
triamq́ paludem,
& venerandos canales, Hip-
paris qvibus aqvas-ſuppeditat populo,
agglutinatq́ ſtabili-
um domorum celeriter
altam ſilvam,
à conſilii-inopia producens in lucem
huncce populum civium.
Semper autem circa Virtutes Labor Sum-
ptusq́ militant, adverſus
opus periculo tectum.
Voti autem compotes, Sapientes etiam ci-
vibus videri-ſolent eſſe.

A.

ô Servator in-altis-nubibus Jupiter,
Saturniumq́ inhabitans collem,

τιμῶν τ' Ἀλφεὸν
εὐρὺ ῥέοντα, Ἰδαῖ-
όν τε σεμνὸν ἄντρον,
ἱκέτας σέθεν ἔρχομαι, Λυδίοις
ἀπύων ἐν αὐλοῖς,
αἰτήσων πόλιν εὐα-
νορίαισι τάνδε κλυταῖς
δαιδάλλειν: σέ τ' Ὀ-
λυμπιόνικε, Ποσει-
δανίοισιν ἵπποις
ἐπιτερπόμενον, φέρειν γῆρας εὔ-
θυμον, ἐς τελευτὰν,
υἱῶν Ψαῦμι παρισταμένων. Ὑγί-
εντα δ' εἴ τις ὄλβον
ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ
εὐλογίαν προστιθεὶς: μὴ ματεύ-
σῃ Θεὸς γενέσθαι.

Commentarius.

Υψηλᾶν ἀρετᾶν] Partes hujus εἴδους ſunt qvatuor: Exordium, Propoſitio, Confirmatio & Epilogus. Exorđium habet votum ad Nympham Camarinam in lacu Camarinæo habitantem, pro laudibus Pſaumidis benevolè admittendis. Eſtq; ſimul implicita Propoſitio, *Pſaumis eſt celebrandus.*

α. 2. ἄωτον ἀρετᾶν καὶ στεφάνων] Intelligit ὕμνον celebrantem virtutes & victorias Pſaumidis. Per στεφάνους enim Metonymicè intelligit victorias, qvarum præmium erant στέφανοι. Et utitur plurali, qvia non de una, ſed de tribus victoriis agit.

α. 4. ὠκεανοῦ θύγατερ] *Artemon* ut *Scholiaſtes* annotat, intelligit A rethuſam fontem: *Ariſtarchus* re ctius Camarinam. Filiam auten Oceani, per προσωποποιΐαν vocat qvia Fontes ex Mari originem ha bent, qvod & Scriptura agnoſcit *Ec les. 1.* qvanqvam *Ariſtoteles lib 2. M teor. cap. 2.* hanc cauſam rejicit poſtqvam *lib. 1. Met. cap. 13.* aliam p ſuit, qvam nos tamen ſolam non a ceptamus, ſed cum priore illa co jungimus.

α. 5. καρδίᾳ γελανεῖ] Æolicè p γαλαν

honoransq́ Alpheum
latè fluentem, Idæ-
umq́ venerandum antrum,
Supplex tibi venio, Lydiis
ſonans in tibiis,
petiturus, urbem ſtrenuita-
tibus hancce illuſtribus
ut *ornes: tuq́ O-*
lympice-victor Ne-
ptuniis eqvis
gaudens, feras ſenectutem tran-
qvillam, in finem vitæ uſqve,
filiis ô Pſaumi adſtantibus. Sobri-
am autem ſi qvis felicitatem
auget, abundans poſſeſſionibus, &
laudem adjungens; ne qvæ-
rat Deus fieri.

γαλανεῖ, qvod Doricè dicitur pro γαληνεῖ. ὁ ἡ γαληνής, idem eſt qvod ὁ γαληνός, *ſerenus, tranqvillus*, tàm metaphoricè qvàm propriè. Ineptè *Aretius* à γελᾷν, i. e. *à ridendo* derivatum cenſet.

α. 6. ἀκαμαντόποδος ἀπήνας] Metonymia, pro ἀπήνης, qvam ἀκαμαντόποδες ἡμίονοι traxerunt.

α. 7. ψαύμιδός τε δῶρα] Vel *Activè*, δῶρα, qvæ Pſaumis tibi offert, gloriam nimirum victoriarum Olympicarum in te redundantem, & ſacrificia offerri à Victoribus ſolita: Vel *Paßivè*, δῶρα qvibus Pſaumis à me afficitur, hymnum videlicet victorias ipſius celebrantem. Cæterùm etiam hîc *Ald. & Pal. A. B. C.* ψάυμιος legunt.

α. 8. ὃς τὰν σὰν πόλιν ἄυξων] Confirmatio octo habet rationes. 1. qvia eſt auctor & reſtitutor tuæ urbis Camarinæ. 2. qvia eſt pius erga XII. Deos, qvibus ſacra fecit pro victoriis conceſsis gratus. 3. à victoriis Olympicis, qvas illuſtrat partim diuturnitate certaminum πεμπταμέρων: partim numero, qvòd nimirum vicerit ἵπποις, ἡμιόνοις, & μοναμπυκίᾳ. 4. qvia decus peperit & Camarinæ Nymphæ, & Patri Acroni, & Patriæ Camarinæ. 5. qvia Palladem religiosè colit. 6. qvia patria flumina, Oanum & Hipparin, facit celebria.

bria. 7. qvia nulli labori, nulliſq; ſumptibus pepercit, nullumq; periculum pro gloria virtutis acqvirenda defugit. 8. qvia ſapientiæ nomine inter cives ſuos clarus eſt. Ex his, poſtremas duas rationes in θέσει & genere ponit.

α. 8. ἄυξων] & reſtitutione, de qva poſteà, & gloria victoriarum.

α. 9. πόλιν λαοτρόφον] vel *populoſam*; vel *populum benè alentem & conſervantem*, partim rerum neceſſariarum ad victum εὐπορία, partim Legum & ſtatutorum bonitate & æqvitate.

α. 10. βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραιρεν] *aras ſex gemellas honoravit*, id eſt, Diis XII ſacra fecit. Conſtituit enim Hercules duodecim Deorum ſtatuas in Olympia, fecitq; iis aras ſex, binis ſingulas, qvam ob cauſam hîc à Poëta βωμοὶ δίδυμοι nominantur, qvum ſemper bini Dii σύμβωμοι fuerint. Prima ara erat Jovis & Neptuni; ſecunda, Junonis & Minervæ: tertia, Mercurii & Apollinis: qvarta, Charitum & Bacchi: qvinta, (*Cauſam vide apud Pauſ. p. 161. lin. 40.*) Dianæ & Alphei: ſexta, Saturni & Rheæ. His duodecim Diis, qvi victores pronunciati fuerant, ſacra fecerunt, tãqvam victoriæ autoribus. Hoc ergò etiam Pſaumidem gratum feciſſe dicit.

α. 12. ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις] Alii μεγίσταις, ad ἑορταῖς referunt, & intelligunt Olympia omnibus aliis præſtantiora: alii ad βουθυσίαις, & intelligunt ἑκατόμβην.

α. 13. βουθυσίαις] ἡ βουθυσία, propriè eſt *ſacrificium boum vel bovis*: poſteà in genere *qvodvis ſacrificium* notat. Inde dicitur βουθυτεῖν ὗν, *ſacrificare ſuem &c.* Qvod & in aliis apud Græcos & Latinos ſæpenumerò fit, ſic *Eqvitare in aſino, in arundine &c.*

α. 14. πεμπταμέροις ἁμίλλαις] id eſt, *qvinqvedialibus certaminibus*. Initium enim fiebat undecimo die ἑκατομβαιῶνος, & continuabantur certamina ad decimum qvintum diem, ita ut decimoſexto fieret judicium, ut ex ſuperioribus patet. Compoſitio eſt ex Aeolico ἀμέρα, pro ἡμέρα: aliàs πεμφθημέροις fuiſſet ſcribendum & dicendum.

α. 15. ἵπποις, ἡμιόνοις τε, μοναμπυκίᾳ τε] Complectitur his tria genera victoriarum Pſaumidis, qvas ἐπιγραφὴ notavit. Per ἵππους intelligit τεθρίππους vel τεθρίππους: per ἡμιόνους, ἀπήνην: per μοναμπυκίαν, Eqvum κέλητα. ὁ vel ἡ ἄμπυξ propriè eſt ἀνάδημα capitis mulieribus uſitatum, ex gemmis & auro: Ein gülden Borten / ein Vorband / Stirnband. Poſteà & *frenum pulchrè exornatum* ſignificat: unde eqvi aureis frenis decorati, χρυσάμπυκες dicuntur. Sic Eqvus μονάμπυξ idem eſt qvod μονοχάλινος, id eſt Eqvus unicus, unico freno rectus, h. e. Eqvus κέλης: ad differentiam τεθρίππων, qvi qvatuor frenis reguntur. Hinc μοναμπυκία, eqvi μονοχαλίνου ſeu κέλητος gubernatio. Infrà *Olymp.* ζ. Lacheſis χρυσάμπυξ dicitur.

α. 16. κῦδος ἁβρὸν] *teneram gloriam*, id eſt, recens partam.

α. 18. ὃν πατέρ' ἐκάρυξε] id eſt, κηρυχθῆναι ἐποίησε, ut reddit *Demetrius*. Qvum enim proclamarentur Victores; & Patris, & Maiorum, & Patriæ nomina addebantur.

α. 19. νέοικον ἕδραν] id eſt, Camarinam, Olympiade XLV. condi-

tam.

tam, annis ante victoriam Pſaumidis 144 circiter. Poſteà Olympiade LVII exciſa & vaſtata fuit: inde ſeqventibus annis paulatim recondita, uſqvedum Olympiade LXXXV, ut *Scholiaſtes* annotat, planè in integrum reſtitueretur. Olympiade ergò LXXXII, qvam Pſaumis vicit, nondum planè reſtitutam, ſed reſtitui cœptam, νέοικον ἕδραν nuncupat.

a. 1. ἱκὼν] Alii ἐλθὼν, ut *Romana* notat, & *Pal. A, B,* habent.

a. 3. σταθμῶν] σταθμοὶ propriè ſunt *ſtationes navium.* Hoc loco pro *manſionibus & habitationibus.*

a. 1. 2. Οἰνομάυ καὶ πέλοπος σταθμῶν] id eſt, Ex Elide & Piſa, ubi Oenomaus à Pelope victus fuit, & ubi olim habitavit Oenomaus, & poſt eum Pelops.

a. 2. ἐυηράτων] propter victorias inde reportatas.

a. 3. πολιάοχε παλλὰς] Dicitur Minerva πολιοῦχος, & per reſolutionem Doricam πολιάοχος, qvaſi *civitates conſervans.* Niſi enim Prudentia & Fortitudo in civitatibus vigeat, nec pace nec bello conſervari poſſunt. Dicta eadem ratione & Πολιὰς fuit, qvaſi dicas *Urbana,* qvam etiam peculiariter Athenienſes coluerunt, ut *Pauſanias in Atticis* (*l.1. p.3. & 38.*) teſtatur: ſicut Lacedæmonii πολιοῦχον, teſte *eodem in Laconicis,* (*l.3. p.99.*) Fuit autem Pallas admodum culta Camarinæis, qvi etiam eidem Deæ ſplendidum Athenæū erexerunt, ut *Scholiaſtes* annotat.

a. 6. ποταμόν τε Ὤανον] Oanus fl. ad Camarinam.

a. 7. ἐγχωρίαν λίμναν] Camarinam paludem.

a. 8. σεμνοὺς ὀχετοὺς, ἵππαρις οἷσιν ἄρδει] Hipparis itidem fluvius Siciliæ prope Camarinam, navigabilem alveum habens, cujus ὀχετοὺς hîc vocat σεμνοὺς, partim ideò qvia alvei ejus pars una ſalſas, altera dulces vehit aqvas: partim propter commoditatem ejus, de qva mox dicetur.

a. 9. ἄρδει στρατὸν] *irrigat exercitum,* id eſt, aqvas ſuppeditat populo Camarinæo.

a. 10. κολλᾷ τε] *Ariſtarchus* vult Hipparin per mediam Camarinam fluentem, πλημμυρίᾳ ſua multum luti advehere, ex qvo Camarinæi lateres ad ædificia coqvant. *Didymus* verò & *Demetrius* negant Hipparin tantum luti advectare poſſe, & dicunt τὸ κολλᾷν θαλάμων ἄλσος, eſſe accipiendum de lignis, qvæ Camarinæi in monte illo, unde Hipparis oritur, ad uſus cùm alios, tum præcipuè ædificiorum ceciderunt, alveo hujus fluminis ad urbem advectis: unde poſtea exſtructa ædificia, qvaſi fluminis hujus beneficio conglutinata videantur.

a. 11. ταχέως] propter celeritatem fluvii, & qvòd ſtatim dejecta ligna ſine ſumptu ad urbem vehat.

a. 11. σταδίων θαλάμων ὑψίγυιον ἄλσος] ὁ θάλαμος propriè eſt cella pulchrè exſtructa, qva includebantur & cuſtodiebantur Sponſæ. Hoc loco Synecdochicè pro totis ædificiis pulchrè exſtructis. Hos θαλάμους nominat σταδίους, id eſt, ἑδραίους, *ſtabiles, firmos.* Per ἄλσος θαλάμων, ipſam ædificiorum ſtipatam ſeriem & multitudinem intelligit. Da die Gebäwe gedicht wie die Bäwm in einem Walde ſtehen / præſertim ex intervallo aſpicienti. ὑψίγυιον vocat propter altitudinem.

a.13. ἀπ'

a.13. ἀπ' ἀμηχανίας ἄγων ἐς φάος] id eſt ex inopia, & difficultate vehendi ligna ad urbem, hac commoditate Camarinæos celebres faciens. *Pal. C.* habet, ὑπ' ἀμαχανίας, ſed ſupra ὑ, ſignavit ἀ.

a. 15. πόνος δαπάνα τε μάρναται] id eſt, Virtutis nervi ſunt Labor indefeſſus, & Sumptus neceſſarii: qvãdoqvidem *haud facilè emergunt, qvorum virtutibus obſtat res anguſta domi.* Vide *Iſthm. α. g. 2. & ς. a. 1.* μάρναϑαι propriè eſt *continuum ſine induciis bellum gerere,* à μὴ & ἀρὴν i. e. *agnus,* qvem pro firmandis induciis ſacrificabant. Notat ergò Poëta, indefeſſum exercitium & ſumptus perpetuos ad virtutem reqviri, cùm in genere ad omnem, tum in ſpecie ad Olympicam victoriam obtinendam.

a. 17. πρὸς ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον] *ad opus periculo velatum* id eſt cum periculo exercendum, qvod ſub periculis ſuſtinendis qvaſi latet, ita ut niſi pericula prius ſuſcipiantur, non acqviri poſsit. Intelligit in ſpecie Victorias Olympicas, qvæ non ſine periculo reportabantur, qvum ſæpè accideret, ut vitam aliqvi certantium amitterent, ut inter alia exempla plurima, inſignia ſunt duo illa, Arrhachionis pancratiaſtæ Phigalenſis, & Creugantis pugilis Dyrrhachini: qvorum uterq; interemptus, & tamen victor fuit proclamatus, ut habet *Pauſanias lib.* 8. (*Arcad. p. 270.*)

a. 18. Εὖ δ' ἔχοντες] id eſt, In virtutum ſtadio ſtrenuè decurrentes: vel in ſpecie, Victoriam Olympicam feliciter reportantes.

A. 1. σωτὴρ ὑψινεφὲς ζεῦ] Epilogus, in qvo primò eſt votum ad Jovem, partim pro Camarinæ urbis incolumitate, partim pro Pſaumidis vita longa & vegeta, & liberorum ipſius felici ſtatu. Deinde, admonitio ad ipſum Pſaumidem, ut ſtudeat felicitatem ſuam poſsidere, ὑγιέως juſtè: ἐξαρκέοντως, contentè: μετ' εὐλογίας, cum laude & benedictione. Qvibus ut poſitivis addit privativum, τὸ μὴ ματεύειν θεὸς γενέσθαι. Cæterùm Atticè dixit in Vocativo σωτὴρ, pro σῶτερ.

A. 2. Κρόνιον λόφον] De hoc vide *ad Ol. α.* Mons Saturnius fuit in Alti prope theſauros dedicatos. *Pauſan. l. 6.*

A. 3. τιμῶν τ' Ἀλφεὸν] propter Olympia. Vide & qvæ *ſuprà ad Ol. β. a. 11.* ſunt notata. Poteſt etiam Synecdochicè intelligi tota Elis.

A. 5. Ἰδαῖον σεμνὸν ἄντρον] id eſt Antrum Idæ montis in Creta, ubi à Curetibus Jupiter educatus fuit.

A. 6. Λυδίοις ἐν αὐλοῖς] Tres fuerunt Græcis præcipuæ harmoniæ, ſecundum numerum nationum, Dorica, Aeolica, & Jonica. Præter has barbaræ Græcis innotuerunt, Lydia & Phrygia, poſtqvam Lydi ac Phryges unà cum Pelope in Græciam venerunt, teſte *Athenæo lib. 14.* (p. 625. Et *Pauſanias in Bœoticis* (l. 9. p. 286. ſcribit, Amphionem Thebanum Ly dios modos à Lydiis didiciſſe, pri mumq; chordas tres, ad qvatuor an teà inventas, addidiſſe. Hos erg modos Lydios, vel hanc harmonian Lydiam ad tibias applicatam, voca vit Poëta λυδίοις αὐλοῖς. *Ol. ιδ. β.* vocat Λύδιον τρόπον. Qvanqvam *Scholiaſtes* etiam ideò ſic dictos cen ſet, qvia γλωσσίδες tibiarum in Lyd fabrefiebãt; ut ſit ſimul Synecdoch

A.12.π

A. 12. ποσειδανίοισιν ἵπποις] qvia Neptunus Eqvorum præſes à Poetis fingitur: uti & ſuprà *Ol. α.* Pelopem à Neptuno Eqvos accepiſſe vidimus. *Scholiaſtes Pal. C.* exponit ταχυτάτοις. *Pal. A. & B.* habent ποσειδωνίοισιν.

A. 15. υἱῶν παρισταμένων] Inde colligunt aliqvi, aut ἄτεκνον omninò fuiſſe Pſaumidem, aut maſculam ſaltem ſobolem deſideraſſe. Aliis verò videtur εὐτεκνία, & filiorum bonus ſtatus, valetudo, vita & probitas, à Poëta innui.

A. 16. ὑγίεντα ὄλβον] vel *divitias ſanas*, id eſt, ſano & juſto animo partas & uſurpatas: vel *ſanam felicitatem*, id eſt, ſanitatem.

A. 17. ἐξαρκέων] σωίζησις. Vel legendum cum *Pal. A. B. C.* ἐξαρκῶν.

A. 19. μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι] id eſt, Nolit omnes felicitatis apices in hac vita petere; ſiqvidem Deorum eſt non hominum, ex omni parte beatos eſſe: ſed his eſto contentus. Vide Adagium, *Ne qværas Deus eſſe*, Vide *Iſthm. ε. A. 2.* μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι.

ΕἼΔΟΣ Ϛ.

ἈΓΗΣΊΑι ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩι, ἈΠΉΝΗι.

INſcriptum eſt hoc εἶδος Ageſiæ Soſtrati filio Syracuſano, Hieronis amico. *Scholiaſtes*, qvosdam non Ageſiæ, ſed Stymphalio cuidam Soſtratis filio inſcriptum voluiſſe meminit. Sed hos textum non ſatis legiſſe apparet, qvum in eo expreſſa Ageſiæ mentio fiat. Stymphalius tamen dici poſt, non qvoad nomen proprium, ſed qvoad nomen gentile à patria materni generis, qvæ fuit Stymphalus urbs Arcadiæ, ſicut paterni generis patria Syracuſa Siciliæ fuit: unde Ageſias in Elidem profectus, Sacerdos & vates Jovis factus eſt. Vicit hic Ageſias ἀπήνῃ, Olympiade circiter 83 vel 84. De tempore enim exactè non conſtat.

Summa & Diſpoſitio hæc eſt.

Vide pag. ſequ. ſignum ✓

Metrorum verò ratio ita habet:

Vide pag: 151. ſignum ✗

Σύνοψις ς εἴδους Ὀλυμπίων.

Partes ſexti εἴδους Olymp.

- *Exordium, in qvo hymnum ſuum commendat, comparans*
  - *exordium, προθύρῳ.*
  - *totum hymnum, μεγάρῳ.*
  - *ſeipſum, Architecto.*
- *Propoſitio,* Ageſias ſummis laudibus eſt afficiendus.
- *Confirmatio*
  - *1. qvia eſt Olympionica.*
  - *2. qvia eſt Sacerdos Iovis in Piſa.*
  - *3. qvia eſt civis Syracuſanus.*
  - *4. qvia virtutes ſuas periculis poſthabitis exercet.*
  - *5. qvia eſt bonus Vates.*
  - *6. qvia eſt bonus miles.*
  - *7. qvia ex claris majoribus eſt oriũdus.*
  - *8. qvia auxilio Mercurii vicit, & Iovis.*
- *Digreſſio de Iamidis, majoribus Ageſiæ, in qva*
  - *primùm compellat ſeipſum, allegoricè.*
  - *deinde recenſet Iamidarum*
    - *originem, ab Iamo; & hujus*
      - *aviam, Pitanam.*
      - *avum, Neptunum.*
      - *patrem, Apollinem.*
      - *matrem, Evadnam.*
      - *nativitatem.*
      - *educationem à draconibus.*
      - *indolem per oraculum indicatam*
      - *ſtirpis perpetuitatem.*
      - *nominis rationem.*
      - *virtutis & honorum ſtudium, cum pietate conjunctum.*
      - *vaticinandi donum.*
      - *oraculum inſtitutum*
        - *juſſu Apollinis.*
        - *miniſterio Herculi*
    - *celebritatem in Græcia.*
    - *divitias:*
    - *virtutum ſtudium.*
    - *habitationẽ aliqvorum ad Cyllenen.*
    - *religioſam Mercurii venerationem.*
- *Epilogus in qvo*
  - *1. Seipſum commendat*
    - *ab exiſtimatione honeſta.*
    - *à naturali inclinatione ad carmina.*
    - *à genere, allegoricè*
      - *Thebæ matris.*
      - *Metopæ aviæ.*
  - *2. Aeneam choragum*
    - *laudat.*
    - *hortatur*
      - *ad celebrandum Iunonem Partheniam.*
      - *ad diluendum probrum antiqvum Bœotiorum.*
      - *admentionẽ faciendam*
        - *Syracuſarum.*
        - *Ortygiæ*
        - *Hieronis, qvem*
          - *laudat propter*
            - *juſtitiam.*
            - *pietatẽ in*
              - *Cererem*
              - *Proſerpi*
              - *Iovem.*
          - *carmine dignum affirm*
          - *felicitate perpetua fru*
          - *precatur.*
  - *3. utriusq; Ageſiæ patriæ, Arcadiæ maternæ, & Syracuſarũ paternæ*
    - *commoditatẽ exponit per ſimile ab ancoris.*
    - *felicitatem à Deo flagitat.*
  - *4. Neptunum invocat pro*
    - *felicitate Ageſiæ.*
    - *δυνάμει ſua poëtica augenda.*

ȣ στροφ: & Ἀντιστρ:

1. ——∪— ——∪—
2. ——∪∪ —∪∪—
3. —∪∪— ∪∪—— —∪∪—
4. —∪∪— ∪∪—— —∪—∪
5. —∪—— —∪—
6. ——∪∪ —∪∪— —
7. ——∪— ——∪∪ —∪∪—
8. ∪—∪— ——∪— ——∪—
9. ——∪∪ —∪∪— —
10. —∪∪— ∪∪—— —∪—
11. ——∪— ——∪— —

ἐπῳδ:

1. —∪∪— ∪∪—— —∪—
2. ——∪∪ —∪∪—
3. —∪—— —∪—— —∪∪—
4. ∪∪— ∪∪—
5. ——∪∪ ——∪∪ —
6. ——∪∪ —
7. ——∪— ——∪—
8. —∪—— —∪—
9. ——∪∪ —∪∪—
10. —∪∪ —∪∪ —
11. ——∪∪ —∪∪—
12. —∪∪ —∪∪ —∪
13. —∪∪— ∪∪—— ∪—
14. —∪—— —∪—— —∪——

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἑνδεκάκωλοι ſunt.

Primum κῶλον *eſt dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis tertiis: vel ut* Scholiaſtes *habet, Jambicum dimetrum acatalecticum, ex Spondeis & Jambis alternis. II. Dimetrum acatalecticum ex Jonico à majore & Choriambo. III. Trimetrum acatalecticum, ex duobus Choriambis, Jonico à minore interpoſito. IV. Trimetrum acatalecticum, ex Choriambo, Jonico à minore, & Ditrochæo. V. Dimetrum catalecticum Euripideum, ex duobus Epitritis ſecundis. VI. Dimetrum hypercatalecticum, ex Jonico à majore & Choriambo. VII. Trimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio, Jonico à majore, & Choriambo: cujusmodi verſus aliàs Jambelegi dicuntur, qvòd prior pars Jambicum monometrum hypercatalectum, poſterior Dactylicum* πενθημιμερὲς *contineat. VIII. Trimetrum acatalectum, ex Dijambo, & duobus Epitritis tertiis. IX, ut ſextum. X, ut qvartum, niſi qvòd eſt catalecticum. XI, ut primum, niſi qvòd eſt hypercatalecticum.*

Ἐπῳδοὶ τεσσαρεσκαιδεκάκωλοι *ſunt. I.* κῶλον, *ut decimum* στροφῆς. *II. ut ſecundum* στροφῆς. *III. Trimetrum acatalecticum, ex duobus Epitritis ſecundis, & Choriambo. IV. Dimetrum Anapæſticum acatalecticum. V. Dimetrum hypercatalecticum, conſtans ex duobus Ionicis à majore. VI. Monometrum hypercatalecticum, habens Ionicum à majore. VII, ut primum* στροφῆς. *VIII. ut qvintum* στροφῆς. *IX. ut ſecundum* στροφῆς. *X. Dactylicum* πενθημιμερές. *XI. ut ſecundum* στροφῆς. *XII. Dactylicum trimetrum catalecticum. XIII, Trimetrum brachycatalecticum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Dijambo. XIV. Trimetrum acatalectum, ex tribus Epitritis ſecundis.*

Porrò ex his κώλοις, *2, 3, 6 & 9* στροφῆς *&* ἀντιστροφῆς, *itemq; 2, 9, 11, & 13* ἐπῳδȣ̃, προσοδιακὰ *ſunt: At 4, & 10* στροφῆς *&* ἀντιστροφῆς, *itemq; primum* ἐπῳδȣ̃, ἐγκωμιολογικά.

ΕἸΔΟΣ Ϛ.

ἈΓΗΣΊΑι ΣΥΡΑΚΟΥΣΊῼ, Ἀπήνῃ.

στροφὴ α. κῶ. ια.

Χρυσέας ὑποστάσαντες εὐ-
τειχεῖ προθύρῳ θαλάμου
κίονας, ὡς ὅτε θαητὸν μέγαρον,
πάξομεν. Ἀρχομένους δ᾽ ἔργου, πρόσωπον
χρὴ θέμεν τηλαυγές. Ει
δ᾽ εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας,
βωμῷ τε μαντείῳ ταμίας Διὸς ἐν
Πίσᾳ, συνοικιστήρ τε τᾶν κλεινᾶν Συρα-
κουσᾶν, τίνα κεν φύγοι ὕμνον
κεῖνος ἀνὴρ, ἐπικύρσας ἀφθόνων
ἀστῶν ἐν ἱμερταῖς ἀοιδαῖς;

ἀντιστρο. α. κῶ. ια.

Ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδί-
λῳ δαιμόνιον πόδ᾽ ἔχων
Σωστράτου υἱός. Ἀκίνδυνοι δ᾽ ἀρεταὶ,
οὔτε παρ᾽ ἀνδράσιν, οὔτ᾽ ἐν ναυσὶ κοίλαις,
τίμιαι. Πολλοὶ δὲ μέ-
μνανται, καλὸν εἴ τι ποναθῇ.
Ἀγησία, τὶν δ᾽ αἶνος ἕτοιμος, ὃν ἐν
δίκᾳ ἀπὸ γλώσσης Ἄδραστος μάντιν Οἰ-
κλείδαν ποτ᾽ ἐς Ἀμφιάραον
φθέγξατ᾽, ἐπεὶ κατὰ γαῖ᾽ αὐτόν τέ νιν,
καὶ φαιδίμας ἵππους ἔμαρψεν.

ἐπῳ. α. κῶ. ιδ.

Ἑπτὰ δ᾽ ἔπειτα πυρᾶν νεκρῶν τελε-
σθέντων, Ταλαϊονίδας

ODA VI.

AGESIÆ SYRACUSANO, Rheda-Mulari.

α.

AVreas ſupponentes bene-mu-
rato veſtibulo domus (imus,
columnas, velut qvando præclaras ædes exſtru-
compingemus ſtructuram hymni. Auſpicantes
autem opus, frontiſpicium
decet facere longè-ſplendidum. Si
verò ſit Olympicus-victor,
aræq; fatidicæ præfectus Jovis, in
Piſa, ſociusq;-conditor nobilium Syra-
cuſarum; qvemnam effugiat hymnum
ille vir, incidens invidia-carentium
civium in amabiles cantiones?

ά.

Sciat enim in hoc calce-
o felicem pedem ſe-habere
Soſtrati filius. Periculorum-expertes autem virtutes
neq; inter homines, neq; in navibus cavis
precioſæ ſunt. Multi autem memine-
runt, præclarum ſi qvid elaboratum-fuerit.
Ageſia, tibi verò laus parata, qvam ve-
rè lingvâ Adraſtus vatem Oi-
clidem olim in Amphiaraum
prolocutus-eſt, poſtqvam terra ipſumq;
& inſignes eqvas abſorpſit.

A.

Septem enim poſteà rogis cadaverum ex-
ſtructis, Talaionides

εἶπεν ἐν Θήβαισι τοιοῦτόν τι ἔπος:
Ποθέω στρατιᾶς
ὀφθαλμὸν ἐμᾶς, ἀμφότερον,
μάντιν τ' ἀγαθὸν,
καὶ δουρὶ μάρνασθαι. Τὸ καὶ
ἀνδρὶ κώμου δεσπότᾳ
νῦν πάρεστι Συρακοσίῳ.
Οὐ φιλόνεικος ἐών,
οὔτ' ὦν δύσερίς τις ἄγαν,
καὶ μέγαν ὅρκον ὀμόσσας,
τοῦτό γέ οἱ σαφέως μαρτυρή-
σω: μελίφθογγοι δ' ἐπιτρέψοντι Μοῖσαι.

στροφὴ β. κώ. ια.

Ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον ἤ-
δη μοι σθένος ἡμιόνων
ᾗ τάχος, ὄφρα κελεύθῳ τ' ἐν καθαρᾷ
βάσομεν ὄκχον, ἵκωμαί τε πρὸς ἀνδρῶν
καὶ γένος. Κεῖναι γὰρ ἐξ
ἄλλαν, ὁδὸν ἁγεμονεῦσαι
ταύταν ἐπίστανται, στεφάνους ἐν Ὀλυμ-
πίᾳ ἐπεὶ δέξαντο. Χρὴ τοίνυν πύλας
ὕμνων ἀναπιτνάμεν αὐταῖς.
Πρὸς Πιτάναν δὲ παρ' Εὐρώτα πόρον,
δεῖ σάμερόν γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ.

ἀντιστροφ. β. κώ. ια.

Ἅ τοι Ποσειδάωνι μι-
χθεῖσα Κρονίῳ, λέγεται
παῖδ' ἰοβόστρυχον Εὐάδναν τεκέμεν.
Κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις.
Κυρίῳ δ' ἐν μηνὶ πέμ-
ποισ' ἀμφιπόλους, ἐκέλευσεν
ἥρωϊ πορσαίνειν δόμεν Εἰλατίδᾳ

dixit apud Thebas tale aliqvod verbum:
Deſidero exercitus
oculum mei, pariter
Vatemq́ bonum,
& haſta ad-pugnandum. Qvod etiam
viro hymni hujus *domino*
nunc adeſt Syracuſio.
Non contentionum-amator exiſtens,
neqve rixoſus qvidam valdè,
& magnum jusjurandum juratus,
hocce ei diſertè teſtifica-
bor: melliſonæ verò permittent Muſæ.

ε.

O *Phintis, junge jam*
mihi robur mularum
qvàm celerrimè, ut via in pura
ducamus currum, veniamq́ ad virorum
etiam genus. Illæ enim præ
aliis viæ duces-eſſe
hujus norunt, coronas in Olym-
pia poſtqvam acceperunt. Decet igitur portas
hymnorum patefacere ipſis.
Ad Pitanam verò juxta Eurotæ meatum,
oportet hodiè venire tempeſtivè.

ς.

Qvæ Neptuno mi-
ſta Saturnio, dicitur
filiam violaceis-capillis Evadnen peperiſſe.
Occultavit autem virgineum fœtum ſinibus.
Juſto autem in menſe able-
gans famulos, juſſit
Heroi curare ut-darent Elatidæ

infantem,

βρέφος γ', ὃς ἀνδρῶν Ἀρκάδων ἄνασσε Φαι-
σάνα, λάχε τ' Ἀλφεὸν οἰκεῖν.
Ἔνθα τραφεῖσ', ὑπ' Ἀπόλλωνι γλυκεί-
ας πρῶτον ἔψαυσ' Ἀφροδίτας.

ἐπῳδός. β. κῶ. ιδ.

Οὐδ' ἔλαθ' Αἴπυτον ἐν παντὶ χρόνῳ,
κλέπτοισα Θεοῖο γόνον.
Ἀλλ' ὁ μὲν Πυθῶνάδ', ἐν θυμῷ πιέσαις
χόλον οὐ φατὸν ὀ-
ξείᾳ μελέτᾳ, ᾤχετ' ἰὼν
μαντευσόμενος,
ταύτας πέρ ἀτλάτου πάθας.
Ἁ δὲ φοινικόκροκον
ζώναν καταθηκαμένα,
κάλπιδά τ' ἀργυρέαν,
λόχμας ὑπὸ κυανέας
τίκτε θεόφρονα κοῦρον:
τᾷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας πραΰμη-
τίν τ' Ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε Μοίρας.

στροφὴ γ. κῶ. ια.

Ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠ-
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος
ἐς φάος αὐτίκα. Τὸν μὲν κνιζομένα
λεῖπε χαμαί: δύο δὲ γλαυκῶπες αὐτὸν
δαιμόνων βουλαῖσιν ἐ-
θρέψαντο δράκοντες, ἀμεμφεῖ
ἰῷ μελισσᾶν καδόμενοι. Βασιλεὺς
δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος, ἅπαντας ἐν οἴκῳ
εἴρετο παῖδα, τὸν Εὐάδνα τέκοι:
Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν

infantem, qvi viris Arcadibus imperabat Phæſanæ, ſortitusq́; fuerat Alpheum accolere.
Ibi educata, ſub Apolline dulcem primùm deguſtavit Venerem.

B.

Neqve latuit Æpytum in omni tempore celans Dei ſemen.
Sed ipſe ad-Pythonem, in animo premens iram ineffabilem acri cura, abiit vadens oraculum-conſulturus hoc de intolerando caſu.
Illa verò punicea-trama-intextam zonam deponens, urnamq́; argenteam, dumos inter opacos peperit divina-mente-præditum puerum: cui qvidem Auricomus placidamqvè Lucinam adſtare-fecit Parcasq́;.

γ.

Prodiit autem ex viſceribus ſub labore-partus amabili Jamus in lucem ſtatim. Qvem qvidem dolore-affecta. reliqvit humi: duo verò cæſii ipſum Deorum conſiliis enutriverunt dracones, inculpato veneno Apum, curam-adhibentes. Rex autem poſtqvam petricosâ eqvitans rediit ex Pythone, omnes in domo interrogabat de-puero, qvem Evadna peperiſſet: Phœbo enim ipſum dicebat genitum-eſſe

Υ patre

ἀντιστροφὴ γ. κῶ. ια.

πατρὸς: πέρι θνατῶν δ' ἔσε-
σθαι μάντιν ἐπιχθονίοις
ἔξοχον: οὐδέ ποτ' ἐκλείψειν γενεάν.
Ὣς ἄρα μάνυε. Τοὶ δ' οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι,
οὔτ' ἰδεῖν εὔχοντο, πεμ-
πταῖον γεγεναμένον: ἀλλ' ἐγ-
κέκρυπτο γὰρ σχοίνῳ βατίᾳ τ' ἐν ἀπει-
ράτῳ, ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις
ἀκτῖσι βεβρεγμένος ἁβρὸν
σῶμα: τὸ καὶ κατεφάμιξεν καλεῖ-
σθαί μιν χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ

ἐπῳδ. γ. κῶ. ιδ.

τοῦτ' ὄνυμ' ἀθάνατον. Τερπνᾶς δ' ἐπεὶ
χρυσοστεφάνοιο λάβεν
καρπὸν ἥβας, Ἀλφεῷ μέσσῳ καταβὰς,
ἐκάλεσσε Ποσει-
δᾶν' εὐρυβίαν ὃν πρόγονον,
καὶ τοξοφόρον
Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν,
αἰτέων λαότροφον
τιμάν τιν' ἑᾷ κεφαλᾷ,
νυκτὸς ὑπαίθριος. Ἀν-
τεφθέγξατο δ' ἀρτιεπὴς
πατρία ὄσσα, μετάλλα-
σέν τέ μιν: Ὄρσο τέκνον, δεῦρο πάγ-
κοινον ἐς χώραν ἴμεν, φάμας ὄπισθεν.

στροφ. δ. κῶ. ια.

Ἵκοντο δ' ὑψηλοῖο πέ-
τραν ἀλίβατον Κρονίου:
ἔνθά οἱ ὤπασε θησαυρὸν δίδυμον
μαντοσύνας: τόκα μὲν, φωνὰν ἀκούειν

g.

patre: ſupra homines verô futu-
rum Vatem in-terra-agentibus
eximium: neq; unqvam defecturam progeniem ejus.
Sic ſanè indicabat. Illi autem neqve audiſſe,
neqve vidiſſe dicebant, qvantumvis *qvin-*
to-abhinc-die natus-eſſet: ſed occulta-
tus erat enim junco rubetoq; in immen-
ſo, violarum flavis & purpureis
radiis madefactus tenerum
corpus: propterea etiam promulgavit vo-
cari ipſum tempore omni Mater

G.

hoc nomine immortali Jamus. *Delectabilis autem poſt-*
auro-coronatæ accepit *(qvam*
fructum pubertatis, in *Alpheum medium deſcendens,*
vocavit Neptu-
num latè-potentem ſuum progenitorem,
& arcitenentem
Deli divinitus-factæ ſpeculatorem,
petens publicum
honorem qvendam ſuo capiti,
noctu ſub-dio. Reſpon-
dit autem veridica
paterna vox, inqviſi-
vitq; eum: Surge Fili, huc omnibus-com-
munem in regionem ut-eamus, famam propter.

δ.

Venerunt autem alti ad *pe-*
tram excelſam Cronii:
ubi ei præbuit theſaurum geminum
divinationis: tunc qvidem, vocem audire

 mendacio-

ψευδέων ἄγνωστον· εὖ-
τ' ἂν δὲ θρασυμάχανος ἐλθὼν
Ἡρακλέης, σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν,
Πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον,
τεθμόν τε μέγιστον ἀέθλων,
Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ· τότ' αὖ
χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

ἀντιστροφὴ δ. κώ. ια.

Ἐξ οὗ πολύκλειτον καθ' Ἕλ-
λανας γένος Ἰαμιδᾶν
ὄλβος ἅμ' ἕσπετο. Τιμῶντες δ' ἀρετὰς,
ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται. Τεκμαίρει
χρῆμ' ἕκαστον. Μῶμος ἐκ
δ' ἄλλων κρέμαται φθονεόντων,
τοῖς, οἷς ποτε πρῶτον περὶ δωδέκατον
δρόμον γ' ἐλαυνόντεσσιν αἰδοία ποτι-
στάζει χάρις εὐκλέα μορφάν.
Εἰ δ' ἐτύμως ὑπὸ Κυλλάνας ὄρος
Ἀγησία μάτρωες ἄνδρες

ἐπῳδὸς δ. κώ. ιδ.

ναιετάοντες, ἐδώρησαν Θεῶν
κάρυκα λιταῖς θυσίαις
πολλὰ δὴ πολλαῖσιν Ἑρμᾶν εὐσεβέως,
ὃς ἀγῶνας ἔχει,
μοῖράν τ' ἀέθλων, Ἀρκαδίαν
τ' εὐάνορα τι-
μᾷ· κεῖνος, ὦ παῖ Σωστράτου
σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ,
κραίνει σέθεν εὐτυχίαν.
Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ
γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς,
ἅ μ' ἐθέλοντα προσέλκει

mendaciorum neſciam: qvan-
do verò audax-rerum-machinator veniens
Hercules, nobile germen Alcaidarum,
Patrisq; feſtivitatem inſtituerit hominibus-freqventiſſimam,
ritumq; maximum certaminum,
Jovis in ſuprema ara; tunc autem
oraculi-ſedem collocare juſſit.

d.

Ex qvo tempore *inclytum inter Græ-*
cos genus Jamidarum
felicitas ſimul comitata-eſt. Qvi autem colunt virtutes,
in claram viam veniunt. Indicat
opus qvemqve. Reprehenſio au-
tem ex aliis impendet invidentibus,
iis qvibus olim primùm circa duodecimum
curſum eqvos *agentibus veneranda adſtil-*
lat Gratia glorioſam formam.
Si autem verè ſub Cyllenes monte,
ô *Ageſia, materni-majores viri*

D.

habitantes, donaverunt Deorum
præconem ſupplicibus ſacrificiis
ſæpè ſanè multis Mercurium religiosè,
qvi certamina gubernat,
ſortemq; præmiorum, Arcadi-
amq; viris-inſignem hono-
rat: utiqve *ille ô fili Soſtrati*
cùm graviſtrepo Patre
perficit tuam felicitatem.
Opinionem habeo qvandam in
lingva cotis acutæ,
qvæ me volentem attrahit

καλλιρόοισι πνοαῖς. Ματρομά-
τωρ ἐμὰ Στυμφαλὶς εὐανθὴς Μετώπα,

στροφὴ ε. κώ. ια.

πλάξιππον ἃ Θήβαν ἔτι-
κτεν, τᾶς ἐρατεινὸν ὕδωρ
πίομαι, ἀνδράσιν αἰχμηταῖσι πλέκων
ποικίλον ὕμνον. Ὄτρυνον νῦν ἑταίρους
Αἰνέα, πρῶτον μὲν Ἥ-
ραν Παρθενίαν κελαδῆσαι:
γνῶναί τ' ἔπειτ', ἀρχαῖον ὄνειδος ἀλα-
θέσι λόγοις εἰ φεύγομεν, Βοιωτίαν
ὗν. Ἐστὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς,
ἠϋκόμων σκυτάλα Μοισᾶν, γλυκὺς
κρητὴρ ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν.

ἀντιστρο. ε. κώ. ια.

Εἶπον δὲ, μεμνᾶσθαι Συρα-
κουσᾶν τε, καὶ Ὀρτυγίας:
τὰν Ἱέρων καθαρῷ σκάπτῳ διέπων,
ἄρτια μηδόμενος, φοινικόπεζαν
ἀμφέπει Δάματρα, λευ-
κίππου τε θυγατρὸς ἑορτὰν,
καὶ Ζηνὸς Αἰτναίου κράτος. Ἁδύλογοι
δέ μιν λύραι, μολπαί τε γινώσκοντι. Μὴ
θράυσοι χρόνος ὄλβον ἐφέρπων.
Σὺν δὲ φιλοφροσύναις εὐηράτοις
Ἀγησία δέξαιτο κῶμον,

ἐπῳ. ε. κώ. ιδ.

οἴκοθεν οἴκαδ' ἀπὸ Στυμφαλίων
τειχέων ποτινισσόμενον,
ματέρ' εὐμήλοιο λείποντ' Ἀρκαδίας.
Ἀγαθαὶ δὲ πέλον-
τ', ἐν χειμερίᾳ νυκτὶ θοᾶς

pulchriſluos ad flatus. Avia-mater-
na mea Stymphalis florida Metope eſt,

ε.

eqvorum-agitatricem qvæ Theben pe-
perit, cujus amabilem aqvam
bibo, viris bellicoſis nectens
varium hymnum. Hortare nunc ſocios
Ænea, primùm qvidem Juno-
nem Partheniam ut-celebrent,
conſiderentq́ deinde, antiqvum cavillum ve-
ris rationibus an tandem effugerimus, Bœotiam
ſuem. Es enim nuncius rectus,
pulchricomarum ſcytale Muſarum, ſvavis
temperator valdè-ſonantium carminum.

e.

Jube autem, meminiſſe Syra-
cuſarumq́ & Ortygiæ:
qvam Hiero ſincero ſceptro adminiſtrans,
recta meditans, rubripedem
colit Cererem, albosq́-haben-
tis-eqvos Filiæ feſtum,
& Jovis Ætnæi potentiam. Svaviſonæ
autem eum lyræ cantusq́ norunt. Ne
frangat tempus felicitatem ejus adveniens.
ſed Hiero cum comitate amabili
Ageſiæ excipiat hymnum,

E.

de-domo ad-domum à Stymphaliis
mœnibus advenientem,
matrem pecoroſæ relinqventem Arcadiæ.
Utiles autem ſunt
in tempeſtuoſa nocte celere

ἐκ ναὸς ἀπε-
σκῖμφθαι δύ' ἄγκυραι. Θεὸς
τῶνδ' ἐκείνων τε κλυτὰν
αἶσαν παρέχοι. Φιλέων
δέσποτα ποντόμεδον,
εὐθὺν δὲ πλόον, καμάτων
ἐκτὸς ἐόντα δίδου, χρυ-
σαλακάτοιο πόσις Ἀμφιτρί-
14 τας: ἐμῶν δ' ὕμνων ἄεξ' εὐτερπὲς ἄνθος.

Commentarius.

Χρυσέας ὑποστάσαντες] Partes hujus εἴδους ſunt qvinq;: Exordiũ, Propoſitio, Confirmatio, Digreſſio, & Epilogus. In Exordio Hymnũ ſuum commendat, inſtituta comparatione cum ſplendido aliqvo ædificio. In hac autem συγκρίσει, Exordium comparat προθύρῳ ſeu veſtibulo, qvod pro more vult eſſe ſplendidum & columnis aureis exornatum: totum hymnum, θαητῷ μεγάρῳ: ſeipſum deniq; πήκτῃ, artifici vel architecto.

α. 1. 3. χρυσέας κίονας] In ſcanſione facienda eſt συνίζησις in dictione χρυσέας, ut fiat Spondæus: non autem eſt Anapæſtus, vel Amphimacrus, ut vult *Scholiaſtes*. Rurſus, κίονας Jonicè in Fœminino Genere poſuit, qvum aliàs ſit Maſculinum ὁ κίων.

α. 2. εὐτειχεῖ] *Ald. & Pal. B.* perperam, εὐτυχεῖ.

α. 3. θαητὸν μέγαρον] Notat *Athenæus lib. 5.* τὰ μέγαρα Homero ſemper ædes magnificentiores notare. Idem apud noſtrum ſi qvis affirmet, non aberrare puto.

α. 2. θαλάμου] Synecdochicè pro toto ædificio, ut in præcedente εἴδει.

α. 4. ἀρχομένου δ' ἔργου] gegen die Gaſſe bawet man gerne ſchön. Initi[a] rerum debent eſſe ſplendida. Vid[e] Adagium, *Operi incepto favendum.* Vide & *Plutarchum in præceptis polit[i]cis.* (p. 390.) Cæterum δὲ pro γὰρ h[ic] poſitum videtur, uti & ſæpè alibi in[-] venitur. Apud *Lucianum in Hippi[a]* citatur hîc locus, Ἀρχομένους δ' ἔργ[ου] *incipientes opus.* qvod & repoſui, m[o-] nitus à *Clariſs. D. Hæſchelio.* Sic *Syn[e-] ſius epiſt. 98.* ἄρχεσθαι φιλοσοφίας. *Infrà Pyth. δ. ε. 11.* Φιλίων δ' ἐπέ[ων] ἄρχεται. Et alibi, juxta naturam V[er-] borum Incipiendi.

α. 4. πρόσωπον] id eſt, ἀρχὴν, i[ni-] tium, frontiſpicium. *Caſaub. l. 5.* [in] *Ath. cap. 9.*

α. 5. θέμεν] *Themiſtius (orat. 9.* τῶν ἠτυχηκότων ἐπὶ [...] ὑάλεντος) [...] θαι ſcribit, contentus ſententia[...]

po

ex nave dependere-ad-fir-
mandum duæ ancoræ. Deus
borum illorumq́; illuſtrem
ſortem præbeat. Propitius
autem ô domine Maris-rex,
rectam navigationem, extra
labores exiſtentem largire, aure-
um-colum-geſtantis marite Amphitri-
tæ: meorum autem hymnorum auge jucundum florem.

otiùs expreſsiſſe, qvàm adſtringi ſis verbis. Qvod in ſacris Patrum iptis perqvam eſt freqvens: ut obvavit idem *Hæſchelius*, & in *Adria-* εισαγωγῇ S. literarum attigit.

α. 6. εἰ δ' εἴη μὲν Ὀλυμπιονίκας] In ,& multò magis in illis, ἴςω γὰρ ἐν τῷ &c. concipienda eſt Propoſi-, *Ageſias ſummis laudibus eſt affi-ndus.* Hanc Propoſitionem ponit potheticam, & Interrogatione fi-ratam, ut ita poſito antecedente, ciliùs eliciat aſſenſum Lectoris.

α. 6. εἰ δ' εἴη μὲν Ὀλυπιονίκας] Etſi c conditionaliter ponuntur: ta-n affirmatè accipienda eſſe, ſe-entia indicant, ἴςω γὰρ ἐν τȢτω πε-ω &c. Ideoq́; Confirmationis hîc endum eſt initium, cujus argu-nta habet octo. I. qvia eſt Ὀλυμ-νίκης. II. Qvia eſt Sacerdos Jo-in Piſa. III. qvia eſt civis Syracu-us, ratione generis ſcilicet pater-ut poſteà dicetur. IV. qvia vir-es ſuas periculis poſthabitis exer-. Hoc argumentum θετικῶς & μικῶς pro more ſuo tractat. V. a eſt bonus Vates. VI, qvia eſt ıus miles & vir fortis. Hæc duo argumenta illuſtrat à Pari, exemplo Amphiarai, qvi & ipſe fuit bonus vates & bonus miles: qvod teſtimonio Adraſti ipſum deſiderio proſecuti comprobat. VII. qvia ex claris majoribus eſt oriundus; cujus argumenti occaſione, prolixam de majoribus Ageſiæ Digreſsionem inſtituit, de qva ſuo ordine videbimus. VIIIum deniq; ex illa Digreſsione reſultat, qvia gratia & auxilio Mercurii & Jovis Olympicam victoriam obtinuit.

α. 7. βωμῷ μαντείῳ ταμίας Διὸς] Intelligit aram Jovi & Pelopi in Olympia ſacram, ex qva Jamus primus reſponſa dedit, ut infrà dicetur, & poſt eum ſemper aliqvi ex Jamidis; ex qva poſteritate etiam fuit hic Ageſias.

α. 8. συνοικιςὴς τε τᾶν κλεινᾶν Συρακȣσᾶν] non qvòd ipſe Ageſias Syracuſas condiderit, aut ibi habitaverit, ſed qvòd ratione paterni generis inde oriundus fuerit, & qvum in Olympiis victor evaſiſſet, Syracuſanum ſe proclamari voluerit, & ita qvaſi laudes Syracuſarum condiderit. *Ald. & Pal. A. B. C.* habent συν-

Z οικι-

οἰκιστὴρ, fortè rectiùs. Infrà *Olymp.* *ζ. b. 8. & Pyth. α. b. 8, & δ. α. 10.* eſt ſimplex ὀικιστήρ.

α. 9. τίνα κεν φύγοι ὕμνον] qvaſi dicat, Nullum tam ſplendidum poteſt componi carmen, qvo dignus nõ eſſet, modò abſq; invidia qvis judicet.

a. 1. ἴστω γὰρ ἐν τούτῳ πεδίλῳ] Allegoricè, id eſt, ſciat Ageſias, hæc in ſe qvadrare, hæc ſibi convenire. (Dieſer Schuch iſt ſeinen Fuſſen gerecht.) Vide Adagium, *In hoc calceamento pedem habet.*

a. 2. δαιμόνιον πόδα] vel propter felicitatem, vel propter originem divinam, vel propter vaticinandi donum.

a. 3. ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ] Gnome, qva docet, virtutem maximè in periculis cognoſci. Sic periculum belli, Imperatorem: ſic periculum maris, nautam: ſic crux, Chriſtianum: ſic res adverſæ, amicum: ſic ars tentata, artificem &c. probat. Vide Adagium, *Nec apud homines, nec in mari. Georg Fabricius lib. 2. Od. 3.* ita expreſſit.

Sudoris expers & periculi Virtus
Nec à Viris, nec in triremibus famam
Meretur. at qvod cũ labore perfectũ eſt,
Ejus viget perenne & inclytum nomen.

a. 4. παρ' ἀνδράσιν] id eſt *in terris*, ut ex membro adjecto colligitur.

a 5. πολλοὶ δὲ μέμνανται] *Olim enim meminiſſe juvabit*, qvum præteritorum laborum ſemper ſit jucunda recordatio, cùm apud alios, tùm præcipuè apud eum qvi labores ſuſtinuit.

a. 8. 9. μάντιν Οἰκλείδαν Ἀμφιάρηον] Amphiaraus Oiclis filius vaticinandi dono inſignis, in bello Thebano, cujus hîc fit mentio, unà cum curru & eqvis, terræ hiatu abſorptus fuit, in via illa, qva à Potniis Thebas itur, ut Thebani jactitarunt, vel ut Tanagræi, in illo loco Bœotiæ, qvi ab eventu hoc, *Harma* poſteà fuit appellatus, teſte *Pauſania in Bœot.* (*l. 9. p.* 288. 296.) *Vegetius* cenſet reverà acto cuniculo, terra ſub pedibus ſubruta, Amphiaraum periiſſe: ſicut Capaneum, non fulmine, ſed olla incendiaria injecta. *Pal. A. B. C.* per διάλυσιν habent Οἰκλ: in qvo tamen συνίζησις facienda eſſet. Legunt etiam Ἀμφιάρηον, qvod Jonicum eſſet.

A. 1. ἑπτὰ πυρᾶν νεκρῶν τελεσθέντων] In bello enim Thebano ſeptem præcipui erant Duces, qvorum ſinguli ſingulos exercitus ducebant, & ſingulas portas Thebarum oppugnabãt, Amphiaraus, Capaneus, Tydeus, Eteoclus, Hippomedon, Parthenopæus, & deniq; Polynices cum ſocero Adraſto, uti *Sophocles in Oedipo Coloneo* enumerat, ubi ἑπτάλογχον στόλον totum Argivorum exercitum vocat. Pro numero ergò ho rum ſeptem exercituũ, ſeptem qvoq rogos inſtituit Adraſtus, poſtqvar in infelici illa pugna magnam cla dem accepiſſent, & omnes Duces i teriiſſent, ita ut in qvolibet rogo, q ſub uno Duce militaverant, combu rerentur. Ad ipſos Duces verò r ferri hic numerus non poteſt, qvu Amphiaraus terra abſorptus, Pol nices verò ut patriæ hoſtis ſepultu privatus fuerit; ut jam taceatur, pra ter hos ſeptem Duces, plures fuiſſe primariis Argivorum, & è tota Me ſene atq; Arcadiæ parte, teſte *Pauſa in Corinth.* Porrò τελεσθέντων h Atticè ponit pro τελεσθεισῶν, niſi r feramus ad νεκρῶν, ut ſit ſenſus: *Po*

qva

vam in ſeptem rogos cadaverum conge-
a erant. Sed fortaſsè minùs com-
odè.

A. 2. Ταλαϊονίδας] id eſt, *Adraſtus*
ilius Talai, qvi in gratiam generi Po-
nicis bellum hoc ſuſceperat. ὁ Τα-
αϊονίδης autem eſt Patronymicum
oëticè formatum, ex Ταλαΐων,
vod & ipſum Patronymicum eſt,
ro Ταλαΐδης Jonicè efformatum.

A. 3. Ἐν Θήβαισι] id eſt *in agro The-*
ano, ubi exercitus Argivorum à The-
anis fuſos, ſepeliendi poteſtatem,
iisdem Thebanis, Theſei opera
npetravit. *Pal. C.* ἐν Θήβαις γε.

A. 3. τοιȣ̃τόν τι] qvòd verba qvi-
em eadem non fuerint fortaſsè, ſed
nſus tamen. Atticum autem τοιȣ-
ν eſt pro τοιȣ̃το.

A. 4. ποθέω] Hîc non tàm ſigni-
cat rei potiundæ deſiderium, qvàm
niſſæ jacturam moleſtam. Ich ver-
iſſe. *Abeſſe ſentio vel doleo.* Sic *Odyſſ.*
v. 219. τῶν μὲν ἄρ' ȣ̓ τι πόθει, hat
chts vermiſſet. Simili ſenſu gemino
Deſidero Latinis dicitur.

A. 4. 5. ϛρατιᾶς ὀφθαλμὸν] partim
ropter prudentiam civilem & mili-
rem; partim propter facultatem
aticinandi in genere: partim deniq;
ſpecie, qvia calamitatem & cla-
em hanc prævidit, poſtqvam cum
Melampo vate in montem altiſsi-
ium aſcendit, & in fata Argivorum
eo bello inqviſivit. Qvæ qvum
dverſa intelligeret, expeditionem
am detrectavit: qvanqvam poſteà
riphyles uxoris, Adraſti ſororis do-
ad bellum hoc fuit pertractus: ide-
q; Deorum miſeratione terra ab-
orptus creditus, ne cum cæteris tru-
idaretur.

A. 5. 6. ἀμφότερον, μάντιν τ' ἀγα-
θὸν κ, &c.] Idem de eo teſtatur *So-*
phocles in Oed. Col. τὰ πρῶτα μὲν δο-
ρὶ κρατιςῶν, πρῶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς.
Porrò, τὸ ἀμφότερον hîc Adverbiali-
ter ponitur, ut & apud *Homerũ, Iliad.*
γ. ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς,
κρατερός τ' αἰχμητής, ubi de Aga-
memnone loqvitur.

A. 7. τὸ καὶ ἀνδρὶ] *Lonicerus & A-*
retius, τὸ pro τȣ̃το, more Poëtico vo-
lunt poſitum, & cõjungunt cum κώ-
μȣ, ut ſit τὸ κώμȣ, *hoc laudis*, Atticè
pro ȣ̃τος ὁ κῶμος, *hæc laus*. Re-
ctiùs cum *Scholiaſte & Demetrio*, i-
tẽq; *Stephano*, τὸ, pro ὁ Articulo poſt-
poſitivo vel Relativo poſitum acci-
piemus, & ita conſtruemus, τὸ καὶ
πάρεςι νῦν ἀνδρὶ Συρακοσίῳ, δεσπότα
κώμȣ; ita ut τὸ δεσπότα, ad κώμȣ re-
feratur, non ad συρακοσίῳ: qvando-
qvidem non Ageſias, ſed Hiero eo
tempore Syracuſarum dominus fuit.

A. 8. κώμȣ δεσπότα] id eſt, *domino*
hujus hymni, cui dedicatus & qvaſi ſa-
cer eſt hic hymnus.

A. 9. νῦν πάρεςι συρακȣσίῳ] legen-
dum cum *Pal. A. B.* & aliis probatio-
ribus exemplis, νῦν πάρεςι συρακοσίῳ,
metri ratione hanc lectionem exi-
gente: tametſi *Pal. A. B. & Ald.* Συ-
ρακȣσίῳ retineant, pro Συρακοσίῳ,
qvod & *Pal. C.* habet.

A. 10. ȣ̓ φιλόνεικος ἐὼν] Hacte-
nus ſex argumenta Confirmationis
pertractavit: nunc anteqvam ad ſe-
ptimum, à majoribus Ageſiæ peti-
tum tranſeat; aſſeverationem reli-
gioſam interponit, partim privativè,
qvòd non ut φιλόνεικος aut δύσερις
hæc urgeat: partim poſitivè, ex atte-
ſtatione cum humanâ, ſui ipſius, per
religioſum juramentum; tùm divinâ,
Muſarũ approbatione, & commiſſu.

A. 10. 11. ὄ φιλόνεικος, ὄτ' ὢν δύσερίς τις] id eſt, *neq; contentionum ſtudioſus*, qvi de re nihili litem moveam; *neq; pertinaciter aut acerbè contendens* aut rixans. *Aretius* ineptè ad Ageſiam hæc verba torqvet, qvum ipſius Poëtæ ſint. *Aldus* ita habet: ὄτε δύσερις ἐὼν, ὄτ' ὢν φιλόνεικος ἄγαν, ſenſu & metro eodem manente. Ita & *Pal. C.* habet, niſi qvòd ὄτε δύσερίς τις ἐὼν, in priore colo legit. *Pal. A. & B.* nobiſcum legunt, niſi qvòd *A.* pro ὢν habet ἂν: *B.* qvoq; etſi habuit ὢν, correxit tamen & fecit ὢν.

A. 12. μέγαν ὅρκον ὀμόσσαις] *Magnum juramentum jurare*, erat per Stygiam paludem jurare, cum devotione ſui ipſius. Vide *Heſiod: in Theogonia*.

Ε. 1. ὦ Φίντις, ἀλλὰ ζεῦξον] Seqvitur Digreſsio de majoribus Ageſiæ, & origine Jamidarum, in qva implicitum eſt ſeptimum argumentum Confirmationis. In hac autem Digreſsione, primò ſuum ipſius animum compellat & excitat, tanqvam ad rem arduam, more Poëtarum: idq; Allegoricè, ac ſi alloqveretur aurigam mularum Ageſiæ, qvibus ut victricibus Olympicis, ad Pitanam uſq; Arcadiæ urbem ocyſsimè vehi cupit: hoc eſt, animum ſuum excitat, ut brevi compendio genus Jamidarum, majorum Ageſiæ, à Pitana uſq;, enarret. Deinde, Jamidarum majorum Ageſiæ hiſtoriam recenſet; ubi primùm originem eorum deducit ab Jamo, de qvo qvæ commemoret, poſteà dicetur: II, famam eorum in Græcia celebrat: III, felicitatem & divitias; IV, Virtutum ſtudium: V, habitationem eorum, à qvibus Ageſias proximè deſcendit, prope Cyllenen Arcadiæ montem. VI. deniq; religioſam Mercurii Cyllenii venerationem. In ea parte Digreſsionis, qvæ de Jamo eſt, primò ejus genus commemorat, à Pitana usq; filia Eurotæ, ex qva à Neptuno compreſſa Evadne nata eſt, qvæ ab Æpyto Rege Arcadiæ educata, ex Apolline Jamum ſuſcepit: II, nativitatem clandeſtinam: III, nutritionem à Draconibus duobus ſuppeditatam: IV, indolem per oraculum indicatam: V, ſtirpis perpetuitatem: VI, Nominis cauſam: VII, Virtutis & honorum ſtudium, cum pietate conjunctum; VIII, vaticinandi vim divinitus datam: IX, Oraculum apertum, juſſu qvidem Apollinis, ſed opera & miniſterio Herculis. Qvæ omnia tribus inſignibus gnomis concludit; qvarum priores duæ veros virtutis comites indicant, *Honorem & gloriam*: tertia comitem per accidens advenientem *Invidiam*.

Ε. 1. ὦ Φίντις] Volunt Lexicographi pleriq;, Doricè & Creticè pro φίλτις eſſe dictum. ὁ Φίντις autem vel φίλτις iiſdem eſt idem qvod *Auriga*. Sed qvia præter hunc locum, alium non allegant, nec ratio ſignificationis, uti nec etymi apparet, nec ulla derivata aut compoſita exſtant; non planè inconvenienter alii, *nomen aurigæ Ageſiæ proprium* fuiſſe, opinantur, qvem Poëta ut mulas agendi peritum, nunc alloqvatur.

Ε. 1. ὦ Φίντις, ἀλλὰ] Uſitatum eſt Græcis, præſertim Poëtis, ſtatim poſt compellationem, vocem ἀλλὰ ſubji-

ſubjicere : cujus exempla apud *Homerum* ſunt plurima. Et infrà *Olymp. ι. α. 5.*

β. 2. σθένος ἡμιόνων] i. e. εὐσθενεῖς ἡμιόνους.

β. 3. ἢ τάχος] *Ald.* ἆ τάχος, Doricum.

β. 3. κελεύθῳ ἐν καθαρᾷ] in via ab impedimentis & obſtaculis libera. Apud *Homerum Il. θ. v. 491. & ψ. v. 61.* ἐν καθαρῷ, eſt in loco vacuo. *Winshem.*

β. 4. βάσωμεν ὄκχον] Legendum βάσομεν per ο, more Æolico & Poëtico, qvum metri ratio ita poſtulet. In Scholiis *Triclinii* habetur βάσαμεν *ad Olymp. β. p. 111. b.*

β. 4. 5. πρὸς ἀνδρῶν καὶ γένος] τὸ καὶ *Schol.* videtur πλεονάζειν : niſi fortè intendendi aliqvam vim ei tribuamus, q. d. ut perveniam etiam ad primam originem generis ἀνδρῶν. Per ἄνδρας, κατ' ἐξοχὴν intelligit Jamidas, & majores Ageſiæ.

β. 7. ἄλλαν] *Pal. C.* ἀλλᾶν, utrumqve Doricum eſt pro ἄλλων, qvod *Pal. B.* habet, licet priùs ἄλλαν ſcripſerit.

β. 6. ὁδὸν ἀγεμονεῦσαι] Fortè alludit ad Eqvos, qvi excuſſo ſeſſore ipſi curriculum perfecerunt. Vide ſuprà *in Prolegomenis.*

β. 7. 8. στεφάνους δέξαντο] Nam & jumenta, qvibus victoria obtinebatur, floribus & corollis ornabantur.

β. 9. πύλας ὕμνων ἀναπιτνάμεν] i. e. illas in ampliſſimum laudum & hymnorum campum immittere.

β. 10. πρὸς Πιτάναν παρ' Εὐρώτα πόρον] *Pitana* urbs Laconiæ ad Eurotam fluvium, cui Eurotas Rex Laconiæ, nondum tamen ſic appellatæ, nomen dedit, teſte *Pauſania in Lacon.* (l. 3. p. 81.) Vrbi verò à Pitana Eurotæ filia nomen, cujus & apud *Plin. lib. 4. cap. 5. &* hîc mentio fit, tametſi urbem primo intuitu videatur intelligere. Additur autem παρ' εὐρώτα πόρον, ad differentiam alterius *Pitanæ Æolicæ* in Aſia, cujus *Strabo lib. 13.* & *Plinius lib. 5. cap. 30.* meminerunt.

β. 11. δεῖ] *Aldus* δή.

β. 11. σάμερόν γ'] *Ald. & Pal. A. B. C.* γ' omittunt.

b. 1. ποσειδάωνι] Ita qvoq; *Ald. & Pal. A. B.* habent. Sed *Pal. C. & pleræqve editiones* ἄονι, metrò reclamante.

b. 3. παῖδ' ἰοπλόκαμον εὐάδναν] Legendum ἰοβόστρυχον, propter metri rationem, ut & *Brubachiana editio* habet. Evadna autem hîc non intelligitur filia Iphios, qvæ initio Janira, poſtea εὐάδνη fuit dicta, propter multitudinem & præſtantiam τῶν ἕδνων, quæ à Capaneo acceperat : ſed Laconica illa, Eurotæ ex Pitana filia neptis. ἰοβόστρυχος autem, eſt *violaceum & ſubnigrum capillitium habens*, qvale olim in æſtimatione fuiſſe paſsim colligitur. ab ἴον, *viola* : & ὁ βόστρυχος, vel βόστρυξ, i. e. *cirrus muliebris, capillitium criſpatum.* Pro hoc ἰοβόστρυχον, qvod metrum poſtulat, & *Pal. A. B.* habent, incuria librariorum, Scholion pro textu arripientium, ἰοπλόκαμον perperam ſuppoſitum fuit, qvod *pleriqve* habent, & *Pal. C.* retinuit.

b. 4. κρύψαι δὲ] qvi ſic in Infinitivo legunt, ad λέγεται referunt. Verùm, in Indicativo legendũ eſſe cum *Pal. B. C.* κρύψε, metri ratio indicat,

uti & mox in Indicativo ſubjicitur ἐκέλευσεν.

b.4. παρθενίαν ὠδῖνα] ἡ ὠδὶν propriè eſt dolor parturientis, hoc loco μεταληπτικῶς pro fœtu accipitur, ὠδὶν ergò παρθενία erit *fœtus virgineus*, ſicut παρθένιοι dicuntur, qvi ex iis naſcuntur, qvæ virgines credebantur, Jungferkindichen. Occultavit autem κόλποις, h. e. non tàm *gremio*, qvàm *finibus veſtium*, qvibus hodieq; nonnullæ utuntur, & qvos à fine *Teginfant* nominare dicuntur.

b.5. κυρίῳ ἐν μηνὶ] i.e. *juſto partus menſe*, vel qvamprimum in lucem editus fuerat. Similiter *Oppian. lib.* 3. Κυνηγ. v. 156. dicit: πρὶν τοκετοῖο μολεῖν ὥρην, πρὶν κύριον ἦμαρ Νηδὺν ἐξέθλιψε, βιάσατο δ' εἰλειθυίας. Videtur tamen utrobiqve aliqvibus legendum καιρίῳ & καίριον.

b.6. ἐκέλευσεν] qvod fortuito accidit, id deliberatè & conſultò factum fingit. Evadne enim à Pitana matre clam expoſita, ab Æpyto inventa & educata fuit.

b.7. ἥρωϊ εἰλατίδᾳ] i.e. *Æpyto Elati filio*, Arcadiæ circa Cyllenen montem Regi, qvem poſteà in venatione Seps interfecit. *Pauſ. in Arc. l. 8.*

b.8. βρέφος γ'] *Ald. & Pal. A. B. C.* γ' omittunt.

b.8. Φαισάνᾳ] urbe Arcadiæ, per quam labitur Alpheus, cujus fontes prope Aſæam Arcadiæ urbem ſunt, tametſi reliqvo alveo per Elidem labatur, & inde in mare ſe exoneret. Vide *Pauſ. l.* 5. (*El. pri. p.* 153.) & 8. (*Arc. p.* 274.) Itaq; hîc Æpytus, ratione fontis, & alicujus tractus alvei, Ἀλφεὸν οἰκεῖν dicitur. *Didymus* v. Elidis urbem Phæſanam facit, & Æpyto Arcadiæ Regi paruiſſe putat, qvia tunc Elis adhuc ad Arcadiam pertinuerit.

B.3. πυθῶνάδε] i. e. *ad Delphos.* Vide ſuprà.

B.7. περ' ἀτλάτου πάθας] ἡ πάθα eſt *clades, calamitas, caſus triſtis.* Vocat ergò impr̨ægnationem puellæ, cujus autorem Apollinem ignorabat Æpytus, ἄτλατον πάθαν, *intolerandum caſum* in domo ſua. Notetur, hîc Præpoſitionem περὶ, cui aliàs ut & Præpoſitioni περὸ, Grammatici Apoſtrophum denegant, per Apoſtrophum ultimam vocalem ι amiſiſſe. Hac de re vide plura *ad Pyth.* γ. *v.* 12. *&* δ. ib. 7. Malè *Lonicerus* πάθας Doricè pro πάθους poſitum ſcribit.

B.8.9. Φοινικόκροκον ζώναν καταθηκαμένα] i. e. punicea κρόκου ſeu trama intertextam Zonam deponens. Zonam autem deponere, hîc eſt depoſitis certis veſtimentis ad partum expeditiorem ſe præparare.

B.10. κάλπιδά τ' ἀργυρέαν] i. e. urnam vel ſitulam argenteam, qvam ſcil. tanqvã aliud actura ſecum geſtavit, ne ingreſſa in dumetum curioſè obſervaretur: vel etiã ut lotioni poſt partum inſerviret. Cæterùm *Lonicer. & Aretius* per ζώναν Φοινικόκροκον allegoricè intelligũt *involucra fœtus & ſecundinã*: per κάλπιδα ἀργυρέαν, *aqvã illam, qvæ fœtũ in partu præcurrit.*

B.11. κυανέας] i. e. βαθείας, *cõdenſas* vel etiã propter colorem violarum.

B. 12. θεόφρονα κοῦρον] Jamum ſcilicet fatidicum.

B. 13. τᾷ μὲν] εὐάδνᾳ ſcilicet.

B.13. χρυσοκόμας] Epitheton Apollinis, h. e. Solis, à colore radiorum.

B.14. πραΰμητίν τ' ἐλευθὼ συμπαρέστασέν τε μοίρας] ἡ ἐλευθὼ, eadem qvæ εἰλείθυια, *Lucina*, parturientium præſes, ab ἐλεύθειν i. e. *veniendo* dicta, qvòd ejus adventus, hoc eſt, fœtus

editio

editio, admodam à parturientibus deſideretur. Hanc ergò Apollo Evadnæ parienti miſit *πραΰμητιν*, ut partum haberet facilem: Simul verò & Parcas, ut illarum favore fœtus feliciter naſceretur. *Ald. editio* Scholion pro textu poſuit, *εἰλείθυιαν παρέστ*: Sicut & *Pal. C. ἐλείθυιαν παρέστ*: Notanda autem hîc eſt τῦ τε σιώταξις, qvòd qvum duo Nomina conjungere debeat, tamen Verbo (utriq; connectendo Nomini) cõmuni annectatur, pro *συμπαρέστασεν πραΰμητίν τ' ἐλευθὼ μοίρας τε.* Sic *Horatius in hymno ſeculari*: ut cantus referatq; ludos, pro *ut Cantus ludosq; referat.* Similis eſt Syntaxis cum Adjectivo communi, ut *Pyth.* ς. *a.* 6.

γ. 1. ἦλθε δ' ὑπὸ] Legendum ἦλθεν δ' ὑπὸ cum *Pal. A. B.* Tametſi & ſine ν ἐφελκυστικῷ addito, productio conſtet ut anteà indicavi.

γ. 1. ὑπ' ὠδῖνος ἐρατᾶς] Hîc ὠδίν pro *labore partus* accipitur: diciturq; ἐρατή, vel propter *amorem* cùm Apollinis, tùm fœtus, vel propter *felicitatem*, & dolorum graviorum immunitatem, qvandoqvidem αὐτίκα ἐς φάος prodiit fœtus.

γ. 3. κνιζομένα] κνίζειν eſt *ſcabendo pruritum excitare*, cujus voluptas cum dolore eſt conjuncta, frawen thut wol vnd wehe. Hoc loco Metaphoricè ad animum transfertur, & dicitur Evadna κνιζομένα, amans nimirum fœtum ut mater, & de ejus partu gaudens, dolẽs verò, qvòd ſtudio partum celãdi, fœtum relinqvere cogeretur. Sic & alibi κνίζειν dicitur amans amantẽ, ut qvum amaſia alieniorem animum ſimulat, & ita κνίζει τὸν ἐραστήν. Aliqvi etiã ad leves dolores partus referunt, qvos non ſenſerit graviores. Es ſey jhr geweſen/als wenn ſie etwas gekrawet hette.

γ. 5. δαιμόνων βουλαῖσιν] Vel in genere omnium, vel in ſpecie Apollinis patris, & Neptuni avi.

γ. 6. ἀμεμφεῖ ἰῷ μελισσᾶν] *innoxio veneno apum*, i. e. melle. Appellat aũt ἰὸν, ut aliqvibus videtur, propter dracones afferentes. Ideo & ἀμεμφεῖ addit: tametſi fortè aliud ſubſit.

γ. 7. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ] nimirum Aepytus.

γ. 8. πετραέσσας ἐκ Πυθῶνος] Fuit enim urbs Delphorum, qvavis parte in clivum petricoſum reſupinata, ut ſcribit *Pauſ. in Phoc.* Sic etiam *Homerus* πετρήεσσαν nominat *Iliad. α.* Imò olim *Petreeſſa* fuit appellata, ut in *Pythiorum Prolegomenis* erit dicendum.

γ. 11. γεγάκειν] pro γεγακέναι. Eſt Infinitivus à Themate γεγήκω, ex præterito γέγηκα Syracuſanorum more formato.

g. 4. 5. οὔτ' ὦν ἀκοῦσαι, οὔτ' ἰδεῖν] quippe qvum clandeſtinum partum ediderit Evadne.

g. 5. εὔχοντ'] i. e. *dicebant.* τὸ εὔχεσθαι Laconica lingva idẽ eſt qvod εἰπεῖν.

g. 6. πεμπταῖον γεγενημένον] Non qvòd θεράποντες hæc dixerint, ſed qvòd reipſa tũc qvum Aepytus qværeret, πεμπταῖος fuerit. Sunt ergò potiùs verba Poëtæ rem ipſam narrantis, qvàm Interrogatorum reſponſionem referentis.

g. 7. ἐγκέκρυπτο] *Pal. C.* ἐγκρύπτετο, ſenſu qvidem non admodum variante, ſed metro reclamante.

g 7. βατίᾳ τ' ἐν ἀπειράτῳ] id eſt, *in rubeto denſo.*

g. 8. ἴων ξανθαῖσι καὶ παμπορφύροις ἀκτῖσι] Duplices violas hîc nominat, flavas & purpureas. Per ἀκτῖνας harum, vel λαμπηδόνας intelligit, vel δρόσον.

g 10. καλεῖ-

g. 10. καλεῖσθαί μιν] ut nimirum diceretur *Jamus* ἀπὸ τῶν ἴων, *à violis*, ſub qvibus fuit inventus: qvanqvam & inde etymon duci poſſet, *qvòd* ἰῷ μελισσᾶν *fuerit enutritus*.

G. 1. ὄνυμ' ἀθάνατον] qvia oraculo prædictum erat, Jamidas poſteros nunqvam deſituros. Sic paulò antè dixit, οὐδέποτ' ἐκλείψειν γενεάν. *Pal. B.* habet commune, ὄνομ.

G. 1. 2. 3. τερπνᾶς χρυσοστεφάνοιο ἥβας] τερπνὰν vocat ἥβαν, qvia ea ætate maximè jucundam habent homines vitam. Idem notat alterum epitheton χρυσοστέφανος.

G. 3. Ἀλφεῷ μέσσῳ] Notatur ex ſententia *Scholiaſtæ*, *Epidaurus*, ſita in medietate ferè tractus Alphei, i. e. in confinio Arcadiæ & Elidis: Verùm ipſe potiùs *Alpheus* intelligendus videtur, qvum ſitus Epidauri ſive Argolicæ, ſive Laconicæ non reſpondeat.

G. 4. ποσειδῶν'] *Aldus* & *Pal. C.* Ποσειδᾶν', Doricè, qvod perinde eſt.

G. 5. ὃν πρόγονον] Neptunus enim ex Pitana genuerat Evadnen matrem Jami.

G. 6. τοξοφόρον Δάλου θεοδμάτας σκοπὸν] τοξοφόρος Apollo appellatur, qvòd arcum & ſagittas geſtet, & emittat, i. e. radios ad inferiora ſpargat. Deli σκοπὸς dicitur, id eſt, *inſpector & curator*, qvia in illa inſula natus & cultus fuit. Ipſa vero Delus una Cycladum in mari Ægæo inſula, θεόδμητος vel θεοδμήτη dicitur, Doricè in penultima per α, i. e. *divinitus exſtructa*, qvia qvum anteà ſub aqvis marinis latuerit, juſſu Jovis emerſerit & apparuerit, ut Latonæ parturienti locum & hoſpitium præberet: unde & δῆλος fuit nominata, hoc eſt, clara & manifeſta. *Plin. l. 2. cap.* 87.

G. 8. λαότροφον τιμὰν] Paſsivè, id eſt, *publicam, publico nomine datam, à populo decretam & ita qvaſi enutritam*, ut in electionibus, maximè in Democratiis fit, uti & *Scholiaſtes* accipit. *Lonicerus* verò, *Stephanus* & *Aretius* legunt λαοτρόφον Activè, & reddunt, *populos alentem*. Sed minùs commodè.

G. 10. νυκτὸς ὑπαίθριος] Nox enim precibus aptiſsima: qvod & *Ol. α.* de Pelope vidimus. ὑπαίθριος eſt *ſub dio exiſtens*, *ſub cœlo*, unter freyem offenen Himmel.

G. 11. ἀλιτεπὴς] i. eſt, *veridicus*, der gerade zuſagt. Ponitur autem hîc in genere fœminino, in qvo aliàs nonnunqvam ἀλιέπεια Poëtis uſurpatur.

G. 12. μετάλλασέν τέ μιν] Hæc verba ὡς ἐν παρενθέσει ſunt, & ad Apollinem referenda, i. e. *inqviſivi[t] eum*, invocatus ipſi comparuit. Με[-] ταλλᾶν eſt *ſedulò inqvirere*, uti me[-] talla ſolemus.

G. 14. πάγκοινον ἐς χῶραν] Intel[-] ligit Olympiam, freqventiſsim[am] conventibus hominum celebrem. *Pal. C.* habet χῶρον.

G. 14. φάμας ὄπισθεν] *Scholiaſt[es]* interpretatur, poſt vaticinium, a[d] ditam vocem ſeqvitor. *Philippus* [&] *Lonicerus*, famam adepturi vel i[n-] venturi, ex vaticinando ſcilicet. *M[...]* *liùs*.

δ. 2. ἀλίβατον] i. e. *excelſum*, ubi τὸν βαίνοντα neceſſe eſt ἀλιτ[...] propter altitudinem. Alii legu[nt] ἀλίβατον, q. *Soli acceſſum*, qvi ejus [...] cumen oriens primum attingat, p[...] reliqvis partibus montis.

δ. 3. θησ[...]

δ. 3. θησαυρὸν δίδυμον μαντοσύνας] Hunc geminum theſaurum μαντοσυνάς explicat ſeqventibus.

δ. 4. τόκα μὲν] *Prior theſaurus*, qvem ſtatim ex tempore dedit, donum nimirum vaticinandi.

δ. 4. 5. Φωνὰν ἀκούειν ψευδέων ἄγνωστον] ut Jamus ex patre Apolline vocem veridicam audiens, ſciſcitantibus interpretari, i, e. ut *vaticinari* poſſet. *Alii* interpretantur de auguriis, ut veridicas voces avium audire & intelligere poſſet.

δ. 6. εὖτ' ἂν θρασυμάχανος] legendum εὖτ' ἂν δὲ θρασυμάχανος, &c. ut & *Pal. A. B. C.* habent, cùm metri, tùm contextus ratione ita exigente; τόκα μὲν &c. εὖτ' ἂν δὲ &c. Eſt autem in his *alter theſaurus* promiſſus, tum demum accipiendus, qvando Hercules inſtitutis Olympiis Jovi aram exſtruxerit, ex qva oracula reddenda eſſent. Qvod & factum fuit; poſtquam enim Jovi & Pelopi aram in Olympia dedicavit Hercules, Jamus illius præſes, ex ea oracula per ignem reddebat: qva ratione etiam Jamidæ ejus poſteri deinceps fuerunt uſi longo tempore, impoſitis in ignem ſacrificiorum pellibus vaticinantes, nonnunqvam etiam ſecundum ſciſſuram pellium rectam vel obliqvam, fauſta vel infauſta prædicentes

δ. 7. σεμνὸν θάλος Ἀλκαϊδᾶν] Notatur Hercules Amphitryoniades, Alcæi nepos; qvanqvam & ipſum Herculem, initiò Alcæum dictū velint aliqvi, ita ut poſteà per oraculum demum Herculis nomen illi ſit impoſitum. θάλος autem σεμνὸν vocat propter égregia facinora. *Pal. B.* perperam habet Ἀλκιδᾶν.

δ. 8. πατρός θ' ἑορτάν τε κτίσῃ πλειστόμβροτον] i. e. ubi inſtituerit feſtivitatem Olympicam in patris Jovis honorem. πλειστόμβροτον vocat, propter maximam & freqventiſſimam hominum in Olympiis congregationem. *Pal. C. & Ald.* habent πατρί. *Pal. A.* πλειστόβροτον.

δ. 10. τότ' αὖ] *Ald.* τότ' αὖται. *Pal. C.* τότ' αὐτῷ. utrumqve inconvenienter. *Pal. B.* autem hæc duo vocabula planè omittit.

d. 1. πολύκλειτον καθ' Ἕλλανας γένος Ἰαμιδᾶν] Vates enim, qui *Jamidæ* dicebantur, & qvorum apud Hiſtoricos paſſim fit mentio, ab Jamo hoc oriundi, ab eodem Jamo & Apolline divinandi peritiam qvaſi hæreditariam accepiſſe credebantur, ut ex hoc loco Pindari *Pauſanias in Eliacis poſterioribus* annotat.

d. 3. ὄλβος ἅμ' ἕσπετο] *Pal C.* poſt Ἰαμιδᾶν puncto diſtingvit, & legit, ὄλβος δ' ἅμ' ἕσπετο, metro & ſenſu refragante. Conſtruxit autem Poeta verbum ἕσπετο, peculiari ratione cum Accuſativo, qvum aliàs Dativo jungatur.

d. 3. τιμῶντες δ' ἀρετὰς] Vide Adagium. *Virtus gloriam parit.*

d. 4. τεκμαίρει χρῆμ' ἕκαστον] Sic Germani dicunt, Das Werck preiſet den Meiſter.

d. 5. μῶμος δ' ἐξ ἄλλων] Legendum, μῶμος ἐκ & in altero verſu, δ' ἄλλων.

d. 7. πρῶτον] *Ald.* πρώτοις.

d. 7. περὶ δωδέκατον δρόμον γ'] *Alii* ἐπὶ, ſed perperam. Cur δωδέκατον δρόμον vocet, hactenus innotuit. Duodecimus. n. utpote ultimus, victoriæ judex erat. *Pal. A. B. C. & Ald.* omittunt, γ'.

d. 9. *πολιςάζει*] *Alii πολιςάξει*, ut & *Pal. C.* minùs benè.

d.9.*εὐκλέα μορφάν*]Metonymia, i. e *favorem & admirationem*, qvalis ſeqvi ſolet res pulchras, in qvas omnes oculos conjiciunt.

d.10.*εἰ δ' ἐτύμως*] Ex Digreſsione hac prolixiore de majoribus Ageſiæ, qvorum aliqvi ad Cyllenen Arcadiæ montem Mercurio ſacrum habitarũt, & Mercurium certaminum præſidem religioſè coluerunt, deducit tanqvam *πόρισμα*, octavum qvod ſuprà annotavimus, Confirmationis argumentum, qvia nimirum ex maiorum merito, auxilio & gratia Mercurii, ſimul & Jovis, cujus nunc Sacerdos eſt, victoriam hãc reportavit.

d.10. *Κυλλάνας ὄρος*] *Cyllene* Arcadiorum montium omnium excelſiſsimus, dictus à Cyllene, Elati filio, Æpyti fratre. *Pauſ. in Arcad. l. 8. & Strabo lib* 8. *Ald. ὄρεις*. Sed *Pal. A. B. C. ὄρεις*, qvod Æolicè accipi poſſet pro *ὄρεις*.

d.11.*μάτρωες ἄνδρες*] i. e. majores ex materno genere.

D. 2. *λιταῖς*] Adjectivè hoc loco videtur poni, ut & *Lonicerus* notat.

D. 4. *Ὃς ἀγῶνας ἔχει*] Vide *Lucianum in dial. Deor.* & Pyth. ϐ. a. 3.

D. 5. *Ἀρκαδίαν τιμᾷ*] propter Cyllenen montem, in qvo natus fuit.

D. 7. *κεῖνος*] *ὁ Ἑρμᾶς* ſcilicet.

D. 8. *σὺν βαρυγδούπῳ πατρὶ*] i. e. cum Jove graviter tonante.

D.10. *Δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ*] Epilogus, in qvo qvatuor tractat. Primò ſeipſum & carmina ſua commendat ex tribus cauſis, I. ab exiſtimatione honeſta, qva ad carmina ſcribenda exacuitur. II. à naturali inclinatione, qvin & ſcribendi ſtudio, III. à genere, cujus ratione Ageſiæ victoris qvodammodo propinqvus eſt. Sed hanc rationem Allegoricè ponit. Dicit enim, Metopen Ladonis Arcadici fluvii filiam Aſopi uxorem, eſſe ſuam aviam: Theben verò Metopes filiam, ſuam matrem: i. e. ſe eſſe natum & adhuc vivere in ea civitate qvæ à Thebe Aſopi filia nomen habet: qvæ qvũ Metopes Arcadicæ filia fuerit, ſe qvoqve qvodammodo Arcadicæ originis cum Ageſia eſſe. Facit a. hoc ideò, ut Ageſias intelligat ſuas virtutes nõ vulgaribus, ſed ſummis, optimis, præclariſsimisqve per Pindarum præconiis celebratum in & à Pindaro meritò hoc fieri, ut mo net *Lonicerus*.

D.10. *δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ*] *Steph* *nus* legit, *δόξαν ἔχω τιν*, q. d. *incid mihi qvædam acuta cogitatio de te:* ad Ageſiam referatur: qvomodo *Demetriũ* legiſſe, *Scholia ejus* innui

D. 11. *ἀκόνας λιγυρᾶς*] Intellig *virtutem Muſicæ & Lyricæ*, qvòd i ſtar cotis acuat animos: *λιγυρὸς* nim propriè ad ſonum refertur.

D. 12. *προσέλκει*] *Ald. & Pal.* *B. C. προσέρπει*.

D. 13. *καλλιρόοισι πνοαῖς*] inte git *tibiarum concentum*.

D.13. *ματρομάτωρ ἐμὰ*] i. e. a mea materna. *Pollux lib. 3. cap. 2.*

D. 14. *ςυμφαλὶς*] i. e. *Arcadi* ex *Stymphalo* Arcadiæ urbe, pr Cyllenen montem. Nomen acce Stymphalus, à Stymphalo alter lati filio, à qvo & fonti vicino id nomen inditum. *Pauſ. in Arcad.* *A.* perperam, *ςυφαλής*.

ε. 1. *πλάξιππον Θήβαν*] Meto mia, propter Thebanos *πολεμικ ἱππικοὺς* ſeu eqveſtres.

ε. 3. 4. *πλέ*

ε.3. 4. πλέκων ποικίλον ὕμνον] Nontur carmina Lyrica.

ε.4. ὄτρυνον νυν] II. Per ἀποστροφὴν d Aeneam ſuum χοροδιδάσκαλον, vo, qvum ipſe eſſet ἰσχνόφωνος, nec ro dignitate recitare ſua poſſet, uteatur, ut ſua poemata doceret, & cũ iis pſalleret, qvod alii Poetæ μεγαόφωνοι ipſi aliàs faciebant: hortaır eum primò ad celebrandum Juonem Partheniam : deinde ut ſua te diluat illud antiqvum Bœotiom probrum, Βοιωτία ὗς: deniq; ut ćtionem quoq; faciat, ratione parni Ageſiæ generis, Syracuſarum, rtygiæ, ut patriæ; & Hieronis, ut nici. Hunc autem Hieronem laut primò, ſtrictim, partim propter ſtitiam, partim propter pietatem Cererem, Proſerpinam, & Jovem ſum: deinde carminibus dignũ, & pè etiam jam ornatũ affirmat: deq; felicitate perpetuafrui precatur.

ε.4. ἑταίρους] i. e. συγχορευτάς.

ε.6. ἥραν παρθενίαν] i. e. *Junonem rtheniam*, in Parthenio Arcadiæ onte (*Pauſ. Arc.*) cultam, ut vult *holiaſtes*. Vel etiam *Junonem Virnalem, ſeu puellarem*. Hoc enim noen habuit Juno in Stymphalo à emeno educata, ut diceretur παῖς u παρθένος, qvamdiu nimirum rgo fuit: ſicut poſteà Jovi nupta, λεία fuit cognominata: & qvum vortio à Jove facto Stymphalum recepiſſet, χήρα i. e. *vidua* appella-: unde Temenus tria fana hiſce eæ cognominibus inſignita, Stymali exſtruxit, ut habet *Pauſanias in rcad.*

ε.7. γνῶναι] i.e. *ut ſciant omnes*. vel iam ποιῆσαι, ut vult *Demetrius*: vod non probo.

ε.8. εἰ ἐκφεύγομεν] legendum, ἀληθέσιν λόγοις εἰ φεύγομεν, ut & *Stephanus* legit, & *Pal. A. B. C. & Ald.* Porrò εἰ hoc loco notat ὅτι, cujus rei exempla plura habet *Budæus p.* 1242.

ε.8 Βοιωτίαν ὗν] Probri hujus proverbialis originem ita ferè recenſet *Scholiaſtes*: Fuerunt olim primi Bœotiæ incolæ, Aones, Temices vel Tembices, Leleges, ac Hyantes. Sed ſub ὑάντων nomine omnes Bœotiæ incolæ tum veniebant. Hos ὕαντας, propter ἀμουσίαν, vel ut *Plutarchus de dæmone Socratis* loqvitur, propter μισολογίαν, & qvòd literarum cultũ atq; humanitatem negligerent, reliqvi Græci per convitium corrupto nomine appellarunt ὕας. Inde poſteà cùm omnes Bœotos, tum præcipuè Thebanos, nominarunt Βοιωτίας ὕας. Vide *Plinium lib.* 4. *c.* 7. & *Strabonem lib.* 9. *itemq;* 7. ubi ex *Pindari Dithyrambis* hæc citat, ἦν ὅτε ὕας, Βοιώτιον ἔθνος ἔνεπον: Et Scholiaſtes à *Cratino* συοβοιωτικὸν γένος ἀνδρῶν, Bœotos vocatos allegat Sauochſen. Proverbii uſus eſt in ſtupidos, barbaros, inhumanos, & incultos. Vide Adag: *Bœotia ſus. Plutarchus* περὶ σαρκοφαγίας α. cenſet διὰ τὰς ἀδηφαγίας hoc factum fuiſſe.

ε. 9. ἐσσὶ γὰρ ἄγγελος ὀρθὸς] Inſerit encomium breve Æneæ allegoricũ triplex, qvo hoc unicũ vult innuere, *Æneam eſſe* μουσικώτατον. Per ἄγγελον autem ὀρθὸν intelligit, Aeneam eſſe optimum qvaſi internuncium ſuum, ut qvi optimè Pindari hymnos pſallere poſſit.

ε. 10. σκυτάλα μοισᾶν] i. e. *ſecretorum Muſarum internuncius*, qvaſi delectus à Muſis, cui ſua ſecreta aperire velint. Metaphora Metonymica, deſumpta ex more Laconum, de qvo ex *Plutarchi Lyſandro*,

Athenæo lib. 10. Gellio lib. 17. cap. 9. Scholiaſte, & Demetrio, hæc ferè habetur: Lacedæmonii Ephori qvum claſsis aut exercitus ducem emittunt, duo teretia ligna longitudinis & craſsitiei exactè ejuſdem parant, qvorum unū Duci proficiſcenti pergrè dant, alterum ipſi retinent. Pòſt ubi arcanam aliqvam aut magnam rem ei indicare ſecretò volunt, ſchedam longam lori inſtar atqve arctam efficiunt, qvam ſuæ circumvolvunt σκυτάλῃ (ita enim *ligna illa* appellant) ita qvidem ut nullo vacuo relicto ſpacio, tota σκυτάλης ſuperficies eo libello integatur: ita circumplicatæ ſchedæ inſcribunt qvicqvid viſum fuerit. Libellum inde σκυτάλῃ detractum ſeorſim ad Ducem mittunt. Is ubi accepit, σκυτάλῃ ſuæ (aliter enim legi neqvaqvam poteſt, literis non cohærentibus, ſed in apices variè divulſis) circumligat, atqve ita curvitate iſta in rectum ordinem, ligni ope reſtituta, & primis cum ſeqventibus cōjunctis, circumferens oculos per circularem eum ambitum, epiſtolam legit. Ut autem ab ipſo ligno, qvod σκυτάλη dicitur, epiſtola qvoq; ipſa σκυτάλη appellatur, ut *Plutarchus in Lyſandro* monet, ſicut aliàs ſæpè menſurato menſuræ nomen tribuitur: ita hoc in loco perſona, qvæ ſecreta intelligit, μετωνυμικῶς Σκυτάλη nominatur, & μεταφορικῶς à bellicis ad Muſas transfertur. Vide & Adagium, *Scytala triſtis.* Nomen habet à τὸ σκύτος, *lorum*.

ε. 11. κρητὴρ ἀοιδᾶν] ὁ κρατὴρ vel κρητήρ, eſt *vas grandius, in qvo vina olim miſcebantur, & mixta inde in pocula infundebantur*, ἀπὸ τοῦ κεραννύναι, id eſt, *à miſcendo*. Hîc tamen potiùs de perſona acceptum, *Temperatorem* aut *Moderatorem* ſignificat. Metaphoricè ergò hîc Æneam vocat κρητῆρα γλυκὺν ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν, qvòd qvaſi *promus & condus ſit ſvavium cantionum*, & qvaſi vas è qvo temperati & præparati hymni aliis exhibentur, vel artifex temperandi & moderandi hymnorum cantus. Rurſus Metonymicè κρητῆρα γλυκὺν vocat, i. e. *ſvaves cantiones continentem & promentem*. Τὰς ἀοιδὰς ἀγαφθέγκτους vocat, qvaſ *magna voce ab Ænea decantatas.*

e. 1. Συρακουσᾶν] ut patriæ pater ni generis Ageſiæ. *Pal. C.* συρακοσ σᾶν, quod perinde eſt, & *Rittershu* probat. *Ald.* minus benè, συρακ σᾶν.

e. 2. καὶ Ὀρτυγίας] utpote ditioni Hieronis, amici Ageſiæ ſingularis ἡ Ὀρτυγία inſula ad Syracuſas, qv tamen poſteris ſeculis Siciliæ fu annexa. Nomen accepit à multitu dine τῶν Ὀρτύγων ſeu *coturnicum.*

e. 3. σκάπτον] *Pal. A. B. & Al* σκάπτρῳ.

e. 4. Φοινικόπεζαν δάματρα] Ep theton Cereris à puniceo color qvarundam frugum petitum. S *Virg. 1. Georg. At rubicunda Ceres m dio ſucciditur æſtu.* ἡ Δαμάτηρ aut vel Δημήτηρ, *Ceres* eſt, vel à δήειν *q rere*, qvòd filiam diu qvæſitam ta dem invenerit, ut nonnullis plac unde & Δηώ alibi appellatur. *So Antig. 4.3.* Rectiùs Dorica ration δ pro γ poſito, q. γημήτηρ dicitur ut vult *Cic. 2. de nat. Deor.* Sic Neptunus ἐννοσίδας apud noſtr appellatur, qvi aliàs eſt ἐνν γαιος.

ε. 6. λευκ

e. 6. *λευκίππου θυγατρὸς*] id eſt *roſerpinæ filiæ Cereris*, qvam nominat *υκιππον*, qvia poſt raptum Pluto-um, curru ad qvem albi jugales ncti erant, in cœlum ad Jovem anslata fuit, ut alternis ſemeſtribus cœlo & inferno ageret. Porrò pro *πος* Aeolicè dicitur *ἴππος*: inde *υκιππος*, qvod aliàs deberet eſſe *ευχιππος*. Per ejus *ἑορτὰν* intel-git *Theogamia*, & *Anacalypteria*.

e. 7. *Ζηνὸς Αἰτναίου*] id eſt, *Iovis ad etnam culti*. Suprà *Ol. δ*.

e. 8. *γινώσκοντι*] i.e. *multis carminibus celebris*. Die Carmina kennen jhn hr wol. Sic *Ol. ζ. ὅ, τ' ἐν Ἄργει χαλ-ὸς ἔγνω μιν*, id eſt, præmium re-ortavit clypeum æneum. Vide *Ol. e. 1.*

e. 10. *σὺν δὲ φιλοφροσύναις*] His ieronis & Ageſiæ amicitiam notat.

e. 10. *εὐηράτοις*] Ita cum *Ald.* le-endum eſſe metrum arguit. *Pal. A.* ſi *εὐκράτοις* legit, tamen *κ* notavit uncto, & ſupraſcripſit *η*.

E. 1. *Οἴκοθεν οἴκαδε*] Tertiò, utri-ſq; Ageſiæ patriæ, Arcadiæ mater-æ, & Syracuſarum paternæ, com-oditatem exponit, eamq; ſimili ab ncoris duabus illuſtrat: & ſimul u-riusq; felicitatem à Deo flagitat.

E. 1. *Οἴκοθεν οἴκαδε*] id eſt à patria aterna Arcadia, ad patriam pater-am Syracuſas venientem: *κῶμον*, à udibus Arcadiæ, domus maternæ, d laudes Syracuſarum domus pa-rnæ tranſeuntem. Vide Adag. E *mo in d mum*. Habet locum, qvan-o qvis propriis virtutibus laudem peperit ſuæ familiæ jam anteà ho-noratæ, adeò ut ex ea exempla & incitamenta virtutis acceperit, ea-demq; familiæ qvaſi reddiderit.

E. 2. *τειχέων*] Synizeſis.

E. 3. *ματέρα*] id eſt, *patriam ma-ternam*, Stymphalum: Vel *μητρόπο-λιν* Arcadiæ.

E. 4. *ἀγαθαὶ δὲ πέλονται*] Vide Adagium, *Bonum eſt duabus niti anco-ris*. Propertius lib. 2. ad Demopho-ontem: *Nam melius duo defendunt re-tinacula navem.*

E. 7. *ἀποσκίμφθαι*] *Pal. C.* *ἀπο-σκῖμφθαι*, rectè.

E. 8. *τῶν δ', ἐκείνων τε*] id eſt, *Ἀρ-κάδων καὶ Συρακουσίων.*

E. 10. *Φιλέων δέσποτα ποντόμεδον*] Qvartò, Neptunum invocat, pro fe-licitate Ageſiæ, & pro *δυνάμει* ſua Poëtica augenda.

E. 10. *Φιλέων*] abſolutè, id eſt, *fa-vens, benevolus, propitius.*

E. 11. *Εὐθὺν πλόον*] Metaphoricè *vitam felicem* notat.

E. 12. *δίδου*] *Pal. C. & Ald.* *δίδοι*, qvod idem eſt.

E. 13. *χρυσαλακάτοιο Ἀμφιτρί-τας*] auream colum tribuit Amphi-tritæ, utpote Reginæ, more Poëtico. Cenſet *Euſtathius ad Odyſſ. δ.* auda-cter Pindarum hoc epitheton attri-buiſſe Amphitritæ, qvum propriè conveniat Dianæ. Sed ſciendum, Dianam dici *χρυσηλάκατον*, à *τὸ ἠλάκατον*, *Sagitta:* Amphi-triten verò, ab *ἡ ἠλα-κάτη*, *colus.*

ΕἼΔΟΣ Ζ.

ΔΙΑΓΟΡΑι ΡΟΔΙΩι, ΠΥΚΤΗι.

INſcriptum eſt hoc VII εἶδ☉ Diagoræ, non illi Melio ἀθέῳ, cujus *Athenæus lib. 13. Cicero lib. 3. de nat. Deor:*, *Ælianus lib. 2. c. 31*, & *Suidas*, meminerunt, à qvo proverbium illud, *Diagoras Melius*, originem accepit: Sed Rhodio, Damageti Jalyſi Regis filio, ex Ariſtomenis Meſſenii, Græcorum tum temporis optimi, filia, qvam oraculi juſſu duxerat, genito, ut eſt apud *Pauſaniam lib. 4.* Memorabile eſt de hoc Diagora, non ipſum tantùm, ſed & omnes ejus filios, imò & nepotes ex filia, victorias Olympicas reportaſſe: unde & omnium eorum ſtatuæ, in luco Jovis in Olympia fuerunt poſitæ. Primus in ordine ibi eſt Acuſilaus, accepta de pugilatu corona. Alter eſt Dorieus natu minimus, cui de pancratio Olympiadibus continuis tribus victoria adjudicata eſt: qvin imò & octo continuas victorias Iſthmicas, ſeptem Nemeas reportavit: Pythicam qvoq; coronam intacto pulvere accepit; & ita *Periodovictor*, qvo nomine, qvi in omnibus qvatuor Græciæ certaminibus viciſſet, teſte *Feſto* dicebatur, evaſit. Tertius, Damagetus natu maximus, avo cognominis, qvi & ipſe pancratio ante Dorieum vicit. Poſt qvos ipſe Diagoras pater fuit collocatus. Poſt hos, nepotes ex filia ſtetêre, qvi & ipſi de pugilibus Olympicas coronas meruêre, Callipateræ nimirum, ut à *Pauſania* vocatur, vel Ariſtopateræ, ut *à Scholiaſte ex Gorgone*, vel Pherenices, ut *ab aliis*, ex Callianacte filii, unus Eucles virilem, alter Piſidorus puerilem, qvi & proximè ad avi materni Diagoræ ſtatuam eſt collocatus. Porrò & hoc notatu dignum, Diagoram filios ſuos Acuſilaum & Damagetum, ipſum in Olympiam deduxiſſe, qvem Juvenes jam victores proclamati, per mediam & confertiſsimam turbam humeris exportarunt, conjicientibus in eum flores Græcis, & liberorum cauſa cum plauſu beatum prædicantibus. Qvin & hoc notandum venit, in via qvæ Scillunte Olympiam cis Alpheum ducit, celſa crepidine montem fuiſſe, qvi Typœus dictus fuit, è qvo fœminas dejicere Eleorum lex juſsit, qvæ ad Olympicos ludos ſpectatrices veniſſe deprehenſæ fuiſſent, vel etiam omninò Alpheum illis qvibus interdictum fuit diebus, transmiſiſſent. Neq; tamen ullam deprehenſam hiſtoriæ habent, præter unicam hanc Diagoræ filiam, ſive Callipateram, ſive Ariſtopateram, ſive Pherenicen dictam, qvæ viro Callianacte mortuo, cum virili ornatu exercitationum ſe magiſtrum ſimulans, Piſidorum filium adhuc puerum in certamen ipſa deduxit: qvumq; jam vincentem videret, ſepimentum illud, qvo magiſtri ſecluſi habebantur, tranſiliens, fœmina agnita, & in judicium ab Ἑλλανοδίκαις vocata fuit. Verùm poſtqvam ſibi plus qvàm aliis fœminis concedendum ex æqvo inſtitiſſet, utpote qvæ patre Olympionica nata, trium Olympionica-

rum

rum ſoror, duorum mater eſſet; ab ἑλλανοδίκαις abſoluta fuit. Cautum tamen deinceps nova lege fuit, ut evitandæ hujus fallaciæ cauſa, omnes magiſtri nudi adeſſent: ſicut hæc à *Pauſania lib. 5 & 6. Aeſchine Epiſt. 4. & Scholiaſte ex Gorgone*, referuntur. Qvæ omnia ſi futura prævidiſſet Pindarus, longè adhuc præſtantioribus laudibus hunc Diagoram extollendum judicaſſet: tametſi & ſic hymnus hic tanti fuit à Græcis factus, ut eum aureis literis templo Minervæ σελωαίας, ut habet *Scholiaſtes*, vel Λιωαίας, ut *Demetrius*, inſcribendum judicarint, cùm in ipſius Pindari honorem, tùm etiam Diagoræ victoris.

Atq; hæc de perſona Ὀλυμπιονίκȣ Diagoræ ſufficiant. De Rhodo ejus patria, ſat multa in textu habebimus.

Vicit autem hic Diagoras Olympiade LXXIX, ut in qvibusdam editionibus hæc verba ἐπιγραφῇ annexa, *νικήσαντι τὴν οθ' Ὀλυμπιάδα*, indicant: & qvidem *πύκτης*. Πύκτης autem erat *athleta πὺξ certandi peritus*, hoc eſt, qvi cæſtuum pugna valebat. Ein Fechter. Præter hæc Olympia, vicit etiam Nemea, Pythia & Iſthmia, aliaq; complura, qvorum in hoc εἴδει ſiet mentio.

Summa autem & Diſpoſitio hujus εἴδȣς hæc eſt:

Vide pag. ſeqv.

Metrica verò ratio ita habet:

ϛροφ: & Ἀντιϛρ:

1. ∪∪–– –∪–
2. ––∪∪ –∪∪–
3. –∪–– –∪––
4. –∪–– –∪–
5. ––∪– ––∪– –
6. –∪∪ –∪∪ –
7. ––∪∪ –∪∪–
8. –∪∪– ∪∪–– –∪–∪
9. –∪∪ –∪∪ –
0. ∪∪–– –∪–∪
1. –∪∪ –∪∪ –∪

ἐπῳδ:

1. –∪∪ –∪∪ –
2. ––∪∪ –∪∪– ––∪∪
3. –∪–– –∪––
4. –∪∪ –∪∪ –∪
5. ∪∪– ∪∪–
6. ∪∪∪– ∪∪–∪ ∪–
7. ––∪∪ –∪∪–
8. –∪–– –∪––
9. –∪∪ –∪∪ –
10. ∪∪∪∪ –––∪ ∪–∪∪ –
11. ∪∪–– ∪∪–
12. ∪∪–– –∪–
13. –∪–– –∪–– –∪––

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἑνδεκάκωλοι ſunt. *Primum κῶλον eſt dimetrum talecticum, ex Ionico à minore, & Ditrochæo. II. Dimetrum acatalecticum, ex nico à majore, & Choriambo, προσοδιακόν. III. Dimetrum acatalectum, ex bus Epitritis ſecundis. IV. ut tertium, niſi qvòd eſt catalecticum. Aliàs dicir Eur pideum. V. Dimetrum hypercatalectum, ex duobus Epitritis tertiis. VI. actylicum πενθημιμερές. VII. ut ſecundum. VIII. Trimetrum acatalecticum, ncomiologicum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Ditrochæo. IX, ut ſextum. X. imetrum, ex Ionico à minore & Ditrochæo, ut primum, niſi qvòd eſt acatalectim. XI. Dactylicum trimetrum catalecticum.*

Ἐπῳδοὶ

Σύνοψις ζ΄ εἴδους Ὀλυμπίων.

Partes εἴδους ζ΄:

- *Exordium, in quo*
  - *commendat ſuum hymnum per σύγκρισιν.*
  - *παρασκευὴν facit ad Propoſitionem, per γνώμην.*
- *Propoſitio*, Diagoras optimus pugil eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - *1. à Rhodo patria.*
  - *2. à ſtatura corporis.*
  - *3. à victoria Olympica.*
  - *4. à victoria Pythica.*
  - *5. à patre juſto.*
  - *6. à claris majoribus.*
- *Digreſſio de Diagora*
  - *majoribus, quorum genus*
    - *paternum, à Iove.*
    - *maternũ, ab Amynto*
  - *patria Rhodo, deq; ejus*
    - *felicitate, propter*
      - *pluviam aurea*
      - *artificia ſtatua*
    - *religione Minervæ.*
    - *origine.*
    - *tripartita diviſione.*
- *Ἐπάνοδος ad Confirmationem, & rationem 7, à multitudine victoriarum*
  - *Tlepolemia duplici.*
  - *Iſthmiaca quadruplici.*
  - *Nemea multiplici.*
  - *Panatheniaca.*
  - *Iunonia, Argiva.*
  - *Lycæa, Arcadica.*
  - *Iolæa & Herculea.*
  - *Bœotia.*
  - *Aeginetica ſextuplici.*
  - *Pellenea ſextuplici.*
  - *Megarenſi multiplici.*
- *Epilogus, in quo*
  - *precatur Iovem, pro*
    - *honore ſui, & gratia hymni.*
    - *gloria Diagoræ*
      - *inter*
        - *cives.*
        - *peregrinos.*
      - *propter juſtitiam*
        - *propri*
        - *maj*
    - *gloria Diagoræ nepotum.*
  - *diluit quendam infauſtum eventum in convivio Rhodiorum*

Ἐπ

Ἐπῳδοὶ verò τρισκαιδεκάκωλοι ſunt. Primum κῶλον eſt Dactylicum πενθημιμερὲς, ut ſextum & nonum ςροφῆς. II. Trimetrum acatalecticum, προσ-ͻδιακὸν, ex duobus Ionicis à majore, & interpoſito Choriambo. III. ut tertium ςροφῆς. IV. ut undecimum ςροφῆς. V. Dimetrum acatalectum Anapæſticum. VI. Trimetrum, brachycatalecticum, ex Pæone qvarto, tertio, & ſecundo. VII. ut ſecundum & ſeptimum ςροφῆς. VIII. ut tertium ςροφῆς. IX, ut ſextum ςρο-φῆς. X. Trimetrum hypercatalecticum, ex Proceleusmatico, Epitrito qvarto, & Pæone ſecundo. XI. Dimetrum catalecticum, ex duobus Ionicis à minore. XII, ut primum ςροφῆς. XIII, Trimetrum acatalecticum, Steſichoreum, ex tribus Epi-tritis ſecundis.

ΕἼΔΟΣ Ζ. ODA VII.

ΔΙΑΓΟΡΑι ΡΟΔΙΩι, ΠΎΚΤΗι.

DIAGORÆ RHODIO, PUGILI.

ςροφὴ α. κώ. ια.

Φιάλαν ὡσεί τις ἀ-
φνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν,
ἔνδον ἀμπέλȣ καχλάζοι-
σαν δρόσῳ, δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ, προπίνων
οἴκοθεν οἴκαδε, πάγ-
χρυσον, κορυφὰν κτεάνων,
συμποσίȣ τε χάριν, κᾶδός τε τιμά-
σας ἑὸν, ἐν δὲ, φίλων

α.

PHialam qvaſi qvis di-
vite à manu acceptam,
intùs vitis bullien-
tem rore, donaturus-eſt
juveni Genero, præbibens
è-domo ad-domum, totam-au-
ream, verticem-ſummum poſſeſſionum,
conviviiq; gratiam, affinitatemq; honore proſecu-
cutus ſuam, atq; amicis

 πα-

παρεόντων, θῆκέ μιν ζα-
λωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς:

ἀντιστρ. α. κῶ. ια.

καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν,
Μοισᾶν δόσιν, ἀθλοφόροις
ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρ-
πὸν φρενός γ', ἱλάσκομαι
Οὐλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικών-
τεσσιν. Ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
φᾶμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.
Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζω-
θάλμιος, ἁδυμελεῖ
θ' ἅμα μὲν φόρμιγγι, παμφώ-
νοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν.

ἐπῳ. α. κῶ. ιγ.

καὶ νυν ὑπ' ἀμφοτέρων,
σὺν Διαγόρᾳ κατέβαν, τὰν ποντίαν
ὑμνέων παῖδ' Ἀφροδίτας,
Ἀελίοιό τε νύμφαν,
Ῥόδον εὐθυμάχαν,
ὄφρα πελώριον ἄνδρα παρ' Ἀλ-
φειῷ στεφανωσάμενον
αἰνέσω, πυγμᾶς ἄποινα,
καὶ παρὰ Κασταλίᾳ:
πατέρα τε Δαμάγητον ἁδόντα Δίκᾳ,
Ἀσίας εὐρυχόρου
τρίπολιν νᾶσον πέλας
Ἐμβόλῳ ναίοντας, Ἀργεία σὺν αἰχμᾷ.

στροφ. β. κῶ. ια.

ἐθελήσω τοῖσιν ἐξ
ἀρχᾶς ἀπὸ Τλαπολέμου
ξυνὸν ἀγγέλλων διορθῶ-
σαι λόγον Ἡρακλέος

præſentibus, fecit eum beatum-prædicari ob *concordem thorum:*

a.

Sic *& ego nectar fuſum,*
Muſarum munus, præmia-reportantibus viris mittens, dulcem fructum animi mei, *exhilaro Olympiæ Delphisq; vincentes. Ille autem felix* eſt, *quem fama amplectitur bona.*
Aliàs autem alium reſpicit gratia floridam-vitam-faciens, ſvaviſona unà-cum cithara, omniſonisq; in inſtrumentis tibiarum.

A.

Et nunc adhibitis utrisque cithara & tibiis, *cum Diagora deſcendi, marinam laudans filiam Veneris, Solisq; ſponſam, Rhodum rectà-bellatricem; ut ingentem virum apud Alpheum coronatum laudem, pugilatus* in *remunerationem, & apud Caſtaliam: patremq; Damagetum placentem Juſtitiæ, Aſiæ ſpacioſæ triurbem Inſulam prope Embolum habitantes, Argiva cum multitudine.*

ε.

Volam illis ex initio à Tlepolemo commune annuncians dirigere ſermonum, Herculis

εὐρυσθενεῖ γέννᾳ. Τὸ μὲν γὰρ
πατρόθεν, ἐκ Διὸς εὔ-
χονται: τὸ δ' Ἀμυντορίδαι
ματρόθεν, Ἀστυδαμείας. Ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
ἀναρίθμητοι κρέμανται.
τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,

ἀντι. ε. κώ. ια.

ὅ,τι νῦν καὶ ἐν τελευ-
τᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν.
Καὶ γὰρ Ἀλκμήνας κασίγνη-
τον νόθον, σκάπτῳ θένων
σκληρᾶς ἐλαίας, ἔκταν' ἐν Τί-
ρυνθι Λικύμνιον, ἐλ-
θόντ' ἐκ θαλάμων Μιδέας,
τᾶς δέ ποτε χθονὸς οἰκιστὴρ χολωθείς.
Αἱ δὲ φρενῶν ταραχαὶ
παρέπλαγξαν καὶ σοφόν. Μαν-
τεύσατο δ' ἐς Θεὸν ἐλθών.

ἐπῳδὸς, ε. κώ. ιγ.

Τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας
εὐώδεος ἐξ ἀδύτου, ναῶν πλόον
εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς
στέλλεν ἐς ἀμφιθάλασσον
νομόν. Ἔνθά ποτε
βρέχε Θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν,
ἀνίχ' Ἀφαίστου τέχναισι
χαλκελάτῳ πελέκει,
πατέρος Ἀθαναία κορυφὰν κατ' ἄκραν
ἀνορούσαισ', ἀλάλα-
ξεν ὑπερμάκει βοᾷ:

latè-potenti ſtirpi. Nam
à-patre ex Jove glori-
antur: ſed Amyntoridæ
à-matre ſunt *Aſtydamea. Circa autem ho-*
minum mentes errores
innumeri pendent.
Hoc verò impoſſibile eſt *reperire,*

b.

qvod nunc & in fi-
ne præſtantiſſimum eſt *homini aſſeqvi.*
Etenim Alcmenæ fra-
trem nothum, ſceptro percutiens
duræ oleæ, occîdit in Ti-
rynthe Licymnium, veni-
entem è thalamis Mideæ,
hujus olim terræ conditor iratus.
Mentis autem perturbationes
ſeducere-ſolent etiam ſapientem. Oracu-
lum-petiit autem ad Deum profectus.

B.

Cui qvidem auricomus
bene-odorato ex adyto, navium claſſem
dixit Lernæo à littore
deducere ad undiq;-mari-cinctam
regionem. Ubi qvondam
irrigavit Deorum Rex magnus
aureis nivibus urbem,
qvando Vulcani artibus
ex-ære-ducta bipenni,
patris Minerva vertice è ſupremo
proſiliens, vocifera-
ta-eſt ingenti clamore:

Οὐρανὸς δ' ἔφριξέ νιν καὶ Γαῖα μάτηρ.

στροφὴ γ. κώ. ια.

Τότε καὶ φαυσίβροτος
δαίμων Ὑπεριονίδας
μέλλον ἔντειλεν φυλάξα-
σθαι χρέος παισὶν φίλοις,
ὡς ἂν θεᾷ πρῶτοι κτίσαιεν
βωμὸν ἐναργέα, καὶ
σεμνὰν θυσίαν θέμενοι
πατρί τε θυμὸν ἰάναιεν, Κόρᾳ τ' ἐγ-
χειβρόμῳ. Ἐν δ' ἀρετὰν
ἔβαλεν καὶ χάρματ' ἀνθρώ-
ποισι Προμαθέος αἰδώς.

ἀντιστροφ. γ. κώ. ια.

Ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
λάθας ἀτέκμαρτα νέφος,
καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.
Καί τοι γὰρ αἰθοῦσας ἔχοντες
σπέρμ' ἀνέβαν φλογὸς οὔ:
τεῦξαν δ' ἀπύροις ἱεροῖς
ἄλσος ἐν ἀκροπόλει. Κείνοισι μὲν ξαν-
θὰν ἀγαγὼν νεφέλαν,
πολὺν ὗσε χρυσόν: Αὐτὰ
δέ σφισιν ὤπασε τέχναν

ἐπῳδὸς γ. κώ. ιγ.

πᾶσαν, ἐπιχθονίων,
Γλαυκῶπις, ἀριστοπόνοις χερσὶ κρατεῖν,
Ἔργα δὲ ζωοῖσιν ἑρπόν-
τεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι
φέρον: ἦν δὲ κλέος
βαθύ. Δαέντι δὲ καὶ σοφία

μείζω

Cœlum autem horruit ipſam & Terra mater.

γ.

Tunc etiam illuminans-mortales
Deus Hyperionides
futurum mandavit obſerva-
re negotium-utile filiis charis,
ut Deæ primi conderent
aram conſpicuam, &
venerando ſacrificio facto,
cùm Patri animum exhilararent, tùm Puellæ ha-
ſtifremæ. Virtutem autem
injicere-ſolet & gaudia homini-
bus Promethei reverentia.

g.

Sed ſupervenire-ſolet qvædam etiam
oblivionis ex-improviſo nubes,
& avertere rerum agendarum *re-*
ctam viam extra mentem.
Etenim ardentis non habentes
ſemen aſcenderunt flammæ:
feceruntq́ ignecarentibus ſacrificiis
locum-ſacrum in arce. Illis qvidem fla-
vam inducens nubem,
copioſum pluit aurum Iupiter: *Ipſa*
verò illis præbuit artificium

G.

omne, ut *mortales,*
cæſia-Minerva, optimè-laborantibus manibus ſuperarent.
Opera autem animalibus reptili-
busq́ ſimilia viæ
habebant: eratq́ gloria
ingens. Gnaro autem etiam ſapientia

majoꝛ

μείζων ἄθλος τελέθει.
Φαντὶ δ' ἀνθρώπων παλαιαὶ
ῥήσιες, οὔπω, ὅτε
χθόνα δατέοντο Ζεύς τε καὶ Ἀθάνατοι
Φανερὰν ἐν πελάγει
Ῥόδον ἔμμεν ποντίῳ,
ἁλμυροῖς δ' ἐν βένθεσιν νᾶσον κεκρύφθαι.

στροφὴ δ. κώ. ια.

Ἀπεόντος δ' οὔτις ἔν-
δειξεν λάχος Ἀελίου:
καί ῥά μιν χώρας ἀκλάρω-
τον λίπονθ' ἁγνὸν, Θεόν.
Μνασθέντι δὲ Ζεὺς ἄμπαλον μέλ-
λεν θέμεν: ἀλλά μιν οὐκ
εἴασεν: ἐπεὶ πολιᾶς
εἶπέ τιν' αὐτὸς ὁρᾶν ἔνδον θαλάσσας
αὐξομέναν πεδόθεν
πολύβοσκον γαῖαν ἀνθρώ-
ποισι, καὶ εὔφρονα μάλοις.

ἀντιστροφὴ δ. κώ. ια.

Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα
χρυσάμπυκα μὲν Λάχεσιν
χεῖρας ἀντεῖναι, Θεῶν δ' ὅρ-
κον μέγαν μὴ παρφάμεν,
ἀλλὰ Κρόνου σὺν παιδὶ νεῦσαι,
Φαενὸν ἐς αἰθέρα μιν
πεμφθεῖσαν, ἑᾷ κεφαλᾷ
ἐξοπίσω γέρας ἔσσεσθαι. Τελευτά-
σαν δὲ λόγων κορυφαὶ
ἐν ἀλαθείᾳ πεσοῖσαι.
Βλάστε μὲν ἐξ ἁλὸς ὑγρᾶς

ἐπ

major doli-expers eſt.
Ajunt autem hominum antiqvi
ſermones, Nondum, qvando
Terram partiebantur Jupiterq; & Immortales,
manifeſtam in fluctibus
Rhodum fuiſſe marinis,
Sed ſalſis in profunditatibus inſulam latuiſſe.

δ.

Abſentis autem nemo in-
dicavit ſortem Solis;
& ſanè ipſum terræ exſor-
tem reliqverunt caſtum Deum.
Recordato autem Jupiter reſortitionem e-
rat-facturus: ſed eum non
ſivit: qvoniam canum,
dixit, qvandam ſeipſum videre intra mare
creſcentem funditus
multi-altricem terram homini-
bus, & benignam pecoribus.

d.

Juſſit autem ſtatim
aureo-redimitam-reticulo Lacheſin
manus porrigere, Deorumq; jura-
mentum magnum non fallere,
ſed Saturni cum filio annuere,
lucidum in aërem ipſam
emiſſam, ſuo capiti
deinceps honorarium fore. Finem-aſſecu-
ta-ſunt autem ſermonum capita
in veritate cadentia.
Enata-eſt ſanè ex mari humido

ἐπῳδ. δ. κῶ. ιγ.

νᾶσος: ἔχει τέ μιν ὀ-
ξειᾶν ὁ γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ,
πῦρ πνεόντων ἀρχὸς ἵππων.
Ἔνθα Ῥόδῳ ποτε μιχθεὶς
τέκεν ἑπτὰ, σοφώ-
τατα νοήματ᾽ ἐπὶ προτέρων
ἀνδρῶν παραδεξαμένους
παῖδας: ὧν εἷς μὲν Κάμειρον,
πρεσβύτατόν τε Ἰά-
λυσον ἔτεκεν, Λίνδον τ᾽. Ἀπάτερθε δ᾽ ἔχον,
διὰ γαῖαν τρίχα δασ-
σάμενοι, πατρωΐαν
ἀστέων μοῖραν: κέκληνται δέ σφιν ἕδραι.

στροφὴ ε. κῶ. ια.

Τόθι λύτρον συμφορᾶς
οἰκτρᾶς γλυκὺ Τλαπολέμῳ
ἕσταται Τιρυνθίων ἀρ-
χαγέτᾳ, ὥσπερ Θεῷ,
μάλων τε κνισάεσσα πομπὰ,
καὶ κρίσις ἀμφ᾽ ἀέθλοις.
Τῶν ἄνθεσι Διαγόρας
ἐστεφανώσατο δίς: κλεινᾷ τ᾽ ἐν Ἰσθμῷ
τετράκις εὐτυχέων:
Νεμέᾳ τ᾽ ἄλλαν ἐπ᾽ ἄλλᾳ:
καὶ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις:

ἀντιστροφ. ε. κῶ. ια.

ὅ, τ᾽ ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔ-
γνω μίν: τά τ᾽ ἐν Ἀρκαδίᾳ
ἔργα: καὶ Θήβαις: ἀγῶνές
τ᾽ ἔννομοι Βοιώτιοι:
Αἴγινα, Πελλάνα τε, νικῶν-

D.

Inſula: habetq́ ipſam acuto-
rum Genitivus radiorum pater,
ignem ſpirantium dux eqvorum.
Ibi Rhodo nymphæ olim mixtus,
genuit ſeptem, ſapientiſſi-
mas cogitationes tempore priorum
hominum qvi-acceperunt,
filios: qvorum unus qvidem Camirum,
natuq́-maximum Ja-
lyſum genuit, Lindumq́. Separati autem habitabant,
terram trifariam diſper-
titi, paternam
urbium ſortem: vocatæq́-ſunt ab illis ſedes.

ε.

Ibi liberatio calamitatis
miſerandæ jucunda Tlepolemo
conſtituta-eſt Tirynthiorum ar-
chiduci, tanqvam Deo,
pecorumq́ nidoroſa pompa,
& judicium de certaminibus.
Qvorum floribus Diagoras
coronatus-eſt bis: celebriq́ in Iſthmo
qvater proſpera-fortuna-utens:
Nemeæq́ aliam ſuper aliam victoriam adeptus:
& aſperis in Athenis:

ε.

qvodq́ datur in Argis æs no-
vit eum: qvæq́ dantur in Arcadia
opera: & Thebis: certamina-
q́ legitima Bœotia:
Ægina, Pellanaq́, vincen-

θ' ἑξάκις· ἐν Μεγάροι-
σί τ' οὐχ ἕτερον λιθίνα
ψᾶφος ἔχει λόγον. Ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ, νώ-
τοισιν Ἀταβυρίου
μεδέων, τίμα μὲν ὕμνου
τεθμὸν, ὀλυμπιονίκαν

ἐπῳδὸς ε. κῶ. ιγ.

ἄνδρά τε, πύξ ἀρετὰν
εὑρόντα· δίδοι τέ οἱ αἰδοίαν χάριν,
καὶ ποτ' ἀςῶν, καὶ ποτὶ ξεί-
νων· ἐπεὶ ὕβριος ἐχθρὰν
ὁδὸν εὐθυπορεῖ,
σάφα δαεὶς, ἅτέ οἱ πατέρων
ὀρθαὶ φρένες ἐξ ἀγαθῶν
ἔχραον. Μὴ κρύπτε κοινὸν
σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνα-
κτος, Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν. Ἔχει
θαλίας καὶ πόλις. Ἐν
δὲ μιᾷ μοίρᾳ χρόνου,
ἄλλοτ' ἀλλοῖαι διαιθύσσουσιν αὖραι.

Commentarius.

Φιάλαν ὡς εἴ τις] Partes hujus εἴδους ſunt ſex: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſſio, Regreſsio, & Epilogus. In Exordio, primò commendat ſuum hymnum, ſcriptum Diagoræ Olympico victori, per Comparationem cum Phiala, qvam mirè exornat circumſtantiis, I, ab Affectu ſoceri dantis. II, qvia à divite manu proficiſcitur, unde precioſitas & dignitas. II[I] qvia vino generoſo plena, qvod f[a]voris & benevolentiæ eſt. IV. q[v] addit δωρήσεται, qvod liberalitat[is]. V. νεανίᾳ γαμβρῷ, qvod officii. V[I] προπίνων, qvod amoris. VII, οἴκο[θεν] οἴκαδε, qvod eſt appropriation[is]. VIII, à præſtantia materiæ, part[im] abſolutè, dum vocat πάγχρυσ[ον] partim comparatè, dum κορυφ[ὰν] κτεάνων appellat. IX, ab uſu, qv[...] ejuſm[...]

tem ſexies : in Mega-
risq; non aliam lapidea
columna habet rationem. Sed ô Jupiter pater, dor-
ſis Atabyrii
dominans, honora qvidem hymni
legem, Olympicumq; - victorem

E.

virum, pugilatu virtutis - decus
nactum : daq; ei venerandam gratiam
& apud cives, & apud pere-
grinos : qvoniam injuriæ inimicam
viam rectà - incedit,
probè ſciens, qvæcunqve ei Patrum
juſtæ mentes bonorum inſtar - oraculo-
rum - edixerunt. Ne occulta commune
ſemen à Calliana-
cte, Eratidarum cum gratiis. Habet
feſta - convivia etiam civitas. In
una autem parte temporis,
aliàs aliæ ingruunt auræ.

jusſmodi Φιάλα ſit χάρις συμπο-
ίϐ. X. à fine duplici, ut affinitatem,
d eſt, generum ſuum honoret : & ut
ũdem arctiori vinculo amoris cum
ponſa copulet, atteſtantibus ami-
is. Qvæ omnia membra & ſingu-
a in ἀνταποδόσει ad Hymnum Dia-
oræ ſcriptum accommodare cuivis
ſt facile & promptum. Nam I. ex
ono affectu ſcriptum innuit. II. ex
ivite ingenii & facundiæ poëticæ
enu. III. plenum νέκταρος χυτϐ.
V. liberaliter donatum, utpote μοι-
σᾶν δόσιν. V. ἀθλοφόροις ἀνδράσι, qvod eſt officii. VI. ex amore, qvia γλυκὺν καρπὸν φρενὸς amicis præ aliis elargimur. VII, appropriatum, πέμπων. VIII, à præſtantia materiæ, dum vocat μοισᾶν δόσιν, νέκταρ χυτὸν, & καρπὸν φρενός. IX. ab uſu, ut ſit hic καρπὸς, ipſi γλυκύς. X à fine, ut victores honoret, & ſibi arctiori benevolentia devinciat, qvod verbo ἱλάσκομαι notat. Deinde παρασκευὴν facit ad ipſam Propoſitionem, per γνώμην & θέσιν de laudum felicitate, qvam poſteà in ipſa Propoſitione

ad hypotheſin transfert, ut videbimus.

α. 1. Φιάλαν] ἡ Φιάλη poculi genus, qvaſi πιάλη, παρὰ τὸ πιεῖν ἅλις ἔχειν, uti diſſerit *Athenæus* ex ſententia *Aſclepiadæ Myrleani*, *lib.* 11. Ein Willkum.

α. 1. ὡς εἴ τις] Fortè meliùs, ὡσεί τις, ut habet *Pal. C.*

α. 2. ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλών] id eſt, *à ſua divite manu auferens & transferens ad alium.* Videtur olim moris fuiſſe, qvum affinitatem inter ſe divites contraherent, ut gener à ſocero, vel à Sponſa Sponſus phiala donaretur. Exemplum *Soceri* hîc habemus. Exemplum *Sponſæ* nobile eſt apud *Athen. lib.* 13. de Odatide, phialam auream, juſſu patris offerente Sponſo ſuo. *Caſaub. in l.* 13. *c.* 5. *Athen.*

α. 3. ἀμπέλου δρόσῳ] periphraſis vini. Rebenſafft. Porrò in ἀμπέλου, ε hoc loco eſt producendum, qvod propter metrum Liqvida ſeqvens permittit: ſicut ſuprà *Ol. α.* de μέλος fuit ex *Homero & Perſio* monitũ.

α. 5. νεανίᾳ] lego νεανίᾳ.

α. 5. προπίνων] id eſt, *unà cum vino poculum tradens*; id enim προπίνειν antiqvitus ſignificat: unde poſteà Metaphoricæ phraſes ortæ ſunt qvæ paſsim occurrunt, ut προπίνειν τὴν πατρίδα, *patriam proditione tradere, &c.* Qvod nos hodiè προπίνειν vocamus, potiùs προεκπίνειν eſt, ut monet *Athenæus lib.* 5. *&* 11.

α. 6. οἴκοθεν οἴκαδε] i.e. è domo ſua transferens in domum generi. Vide Adag. *è domo in domum*, de qvo & in præcedenti εἴδει monuimus.

α. 7. πάγχρυσον] refertur ad Φιάλαν, ut rectè monet *Scholiaſtes*, non ad κορυφάν, ut putant aliqvi. Itaq; poſt πάγχρυσον comma ponendum.

α. 7. κορυφὰν κτεάνων] *verticem*, hoc eſt præcipuam *poſſeſsionum*, qvandoqvidem Aurum reliqvis metallis antecellit, ut *Ol. α & γ* habuimus.

α. 8. συμποσίου τε χάριν] *Scholiaſtes* χάριν pro ἕνεκα accipit, qvaſi præbeat hanc phialam genero ſocer, ἕνεκα τῶν ἐν συμποσίῳ, ut nimirum videatut χαριστικὸς eſſe. *Philippus* verò & *Stephanus* ut Nomen accipiunt, & per Appoſitionem referunt ad Φιάλαν πάγχρυσον, qvæ ſit gratia & decus convivii. *Demetrius* conſtruit cum τιμάσαις, & interpretatur, τίμιον καὶ χαρίεν τὸ συμπόσιον τῇ Φιλοδωρίᾳ ποιήσας. Media ſententia commodior videtur.

α. 8. κᾶδος ἐὸν] τὸ κᾶδος vel κῆδος interdum *curam & ſolicitudinem* ſignificat, interdum *dolorem & malum*, interdum *Affinitatem*, ut hoc loco, qvia accurata ſolicitudo reqviritur, ut commodam nobis conciliemus, & contrà ſi incommoda eſt, dolorem & malum adfert. (Hinc dicunt, *Novi affines*, eine newe ſorge. Notat autem hoc loco Metonymic[e] ipſos affines novos, præcipuè *Generum novum*, poſito abſtracto pro concreto.

α. 11. ζαλωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς Rectè enim Ulyſſes ad Nauſicaam *O-dyſſ.* ζ. *v.* 182. οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρεῖσσο[ν] καὶ ἄρειον, ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν οἶκον ἔχητον ἀνὴρ ἠδὲ γυνή: πόλλ' ἄλ[γεα] δυσμενέεσσι, χάρματα δ' εὐμεν[έ]τῃσι: μάλιστα δέ τ' ἔκλυον αὐτοί.

a. 4. ἱλάσκομαι] ἱλαροὺς ποιῶ, pl[a]co, *concilio mihi, exhilaro.* Nam & cu[m] Dativo hoc Verbum conſtruitur.

a. 5. Ὀλυμπίᾳ] Lego Οὐλυμπίᾳ

& *P*[…]

& *Pal. A.* & *B.* qvanqvam *B* in altera Syllaba σφάλμα commiſit.

a.6. ὅ δ' ὄλβι@, ὃν] Vel ſine accentu, ὁ δ' ὄλβιος, id eſt, ὁ ὄλβιος, ἐκεῖνός ἐστιν, ὃν &c. Vel potiùs cum accentu, ὅ δ' ὄλβιος, id eſt, οὗτος ὄλβιός ἐστιν, ὃν &c. ut monet *Demetrius.* Innuit autem Poëta, magnam eſſe felicitatem Virtutis, ſi laude ſua potiatur. Sicut Alexander Magnus Achillem felicem prædicavit, qvòd virtutis ſuæ tàm nobilem præconem Homerum habuerit.

a.8. χάρις ζωθάλμι@] Per χάριν *Ariſtarchus* intelligit εὐδαιμονίαν. Sed rectiùs de gratia carminum accipitur. Vocatur autem hæc χάρις ζωθάλμι@, qvaſi ζωὴν θάλλειν ποιοῦσα, propter voluptatem, qvæ inde percipitur, animi.

a.10. φόρμιγξι, παμφώνοισί τ' ἐν ἔντεσιν αὐλῶν] Accinebantur enim carmina Pindari ad Lyram & ad Tibiam, uti etiam ex *Cl.* γ cognovimus. τὰ ἔντεα propriè *arma* ſunt corpus tegentia, qvaſi ἐντὸς ἔχοντα τὸ σῶμα, ut monet *Athenæus l. 5.* Poſteà pro *vaſis* accipiuntur, ut ἔντεα δαιτός, *vaſa convivii*, apud *Homerum*. Hoc loco pro *inſtrumentis Muſicis*, & ſpecie *tibiis*, qvaſi ἐντὸς ἔχοντα τὴν αὐλήν, ut exponit *Scholiaſtes.*

A. 1. καί νιν ὑπ' ἀμφοτέρων] Transfert nunc Theſin illam *de laude virtutis, ad hypotheſin.* Eſtq; in his Propoſitio, *Diagoras optimus pugil eſt laudandus.* Simul autem annectit, ſe & patria & majoribus Diagoræ prædam allaturum, qvod in Digreſſione facit. Legendum autem eſt, καί νιν ὑπ' ἀμφοτέρων &c.

A. 1. ὑπ' ἀμφοτέρων] pro μετὰ ἀμφοτέρων, Poëtice. Per ἀμφότερα autem intelligit φόρμιγγα & αὐλούς.

A. 2. κατέβαν] qvaſi è Thebis in Rhodum.

A. 2. τὰν ποντίαν ὑμνέων] Seqvitur nunc Confirmatio Propoſitionis, cujus argumenta ſunt ſeptem, qvorum priora ſex ordine hîc ponuntur, ſeptimū verò poſt prolixam Digreſſionem in Ἐπανόδῳ tractatur. I. à patria Rhodo, qvam partim hîc commendat; partim in Digreſſione à felicitate, religione Minervæ, origine, & tripartita diſtributione laudat. II à ſtatura corporis. III. à victoria Olympica. IV. à victoria Pythica. V. à patre juſto. VI. à claris majoribus.

A. 2. ποντίαν] Rhodum inſulam maris Aegæi pulcherrimam, hîc vocat ποντίαν, tùm qvia hoc generale eſt Inſularum ἐπίθετον, tùm qvia è mari certo tempore eſt enata, (*Plin. l.2.c.87.*) ut infrà audiemus. Vel ſi referatur ad ipſam Nympham Rhodū, erit ποντία παῖς, *marina filia, &c.*

A.3. παῖδ' Ἀφροδίτας] Uſitatum eſt Pindaro, ubi de locis certis loqvitur, ita ſæpè de illis loqvi, ac ſi de perſonis, à qvibus nomina acceperunt, ageret; cujus rei exempla tùm alibi paſſim ſunt; tùm etiam in præcedenti εἴδει, de Pitana, Thebe, & Metopa habuimus. Vide *ad Iſthm. α. α.* 1. Ita ergò & hoc loco de Rhodo inſula locuturus, iis verbis utitur, ac ſi de Rhodo Nympha ipſi ſermo eſſet. Pro Ἀφροδίτας, alii legunt Ἀμφιτρίτας, ut intelligatur Rhodus fuiſſe filia Neptuni & Amphitritæ. Vide *Heſiodum in Theogonia*, de Rhodia filia Tethyos & Oceani. v. 351. Qvomodo autem hæc de Rhodo, ad Pruteniam, ſive Boruſſiā accōmodet noſtra ætate *Georg. Joach. Rheticus*, ex Narratione ipſius de hypotheſibus Copernici ad

ad *Schonerum* miſſa cognoſci poteſt. Qvomodo item *Lynceus Samius* in ſua ad Diagoram epiſtola, cum Attica Rhodum comparet, attingit *Athenæus lib. 14.*

A. 4. Ἀελίοιό τε νύμφαν] Fingunt Solem, Rhodum nympham adamatam in hac inſula compreſſiſſe, qvæ ab iſta nympha Rhodi nomen acceperit; qvanqvam alii à generoſitate τῶν ῥόδων id eſt *roſarum*, dictam velint. Anteà verò dicta fuit *Ophiuſa*, *Aſteria*, *Aethræa*, *Trinacria*, *Corymbia*, *Poëſſa*, *Atabyria* à Rege, item *Macria*, vel ut alii volunt, *Macaria*, & *Oloëſſa*: olim etiam *Stadia*, & *Telchinis*: ut eſt apud *Plinium lib. 5. cap. 31.* & *Strabonem lib. 14.* Qvod ſi verum eſt, qvod *Solinus cap. 21.* & *Plin. lib. 2. c. 62*, memorant, nullo die tanta nubila in Rhodo (ut & Syracuſis) obduci, ut non aliqva hora Sol cernatur: occaſio fabulæ de amore Solis inde petita videtur. De Coloſſo Solis in Rhodo, qvi inter ſeptem mundi miracula fuit numeratus, vide *Strabonem lib. 14.*

A. 5. Ῥόδον εὐθυμάχαν] *Scholiaſten* ſecuti *Aretius* & *alii*, referunt hoc epitheton εὐθυμάχαν, ad Diagoram, redduntq; *in pugnam rectà tendentem*, & poſt Ῥόδον diſtingvunt. Ducti videntur hac ratione, qvaſi à Communibus illis Compoſitis in ος, non poſsint formari Fœminina in η vel α. Ita n. ſcribit *Stephanus Tomo 2. Col. 811. B.* Error eſt in voce ἀγχέμαχαι, in ipſa terminatione: neq; enim qvis dixerit, *haſta* ἀγχεμάχη, ſed haſta ἀγχέμαχος: ita & in plurali ἀγχέμαχοι *haſtæ*, non autem ἀγχέμαχαι dicendum eſſet. Hæc *Stephanus*. Verùm Poëtis licitum eſſe, etiam à Communibus in ος, fœminina in α vel η formare, experientia ſatis docet. *Lonicerus* verò rectiùs ad Ῥόδον refert, & interpretatur, Rhodum *bello longè valentem*, *rectà pugnantem*, *intrepidam*, *bellicoſam*, eadem Metonymia, qva *Ol. ς′* Θήβαν πλάξιππον Poëta noſter vocavit, hoc eſt *forte[s] viros gignentem vel producentem*, cuiusmodi Rhodum deſcribit *Strabo lib. 14.* *Demetrius* ad utrumvis referr[i] poſſe putat. Inter has ſententias me[…]dia optima, qvum & Epitheton Rho[…]do conveniat, ut ex *Strabone* allega[…]vimus, & terminatio εὐθυμάχα, a[…] εὐθυμάχος, abſurdo careat.

A. 6. πελώριον ἄνδρα] id eſt *pro[…]cerum & magnum virum.* Magn[…] autem proceritatis Diagoræ vel ho[…] argumentum eſt, qvòd in Ἄλτει, ſta[…]tua ejus ſolito major, qvatuor cub[i…]torum, & qvinq; prætereà digito[…]rum fuit, ut ex *Gorgone* allegat [in] præfatione hujus εἴδους *Scholiaſtes.*

A. 8. πυγμᾶς ἄποινα] Ellipſis, p[…] εἰς ἄποινα πυγμᾶς, hoc eſt, εἰς ἀμ[οι]βὴν πυγμῆς, ut reddit *Demetrius.* […] ἄποινα ſunt λύτρα, *præmia vel p[re]tia redemptionis.* Hoc loco vocab[u]lum generaliter pro *præmio* accipit[ur].

A. 9. παρὰ Κασταλίᾳ] ſc: στεφανωθέντα […]μένον. Intelligit autem victoriam Pythicam. ἡ Κασταλία enim eſt fo[ns] Delphorum, ut eſt apud *Strabon[em]* *lib. 9. Plinium lib. 4. cap. 3.* & *Pau[sa]niam lib. 10.*

A. 10. ἁδόντα δίκᾳ] *placentem [ju]ſtitiæ*, id eſt juſtum. Juſtitiæ enim qvicqvid injuſtum eſt, repugnat [&] diſplicet: qvicqvid juſtum, placet. Eſt autem προσωποποιία Δίκης [id eſt] *Juſtitiæ.*

A. 11. Ἀσίας εὐρυχώρου] legendu[m] Ἀσίας εὐρυχόρου, ut deducatur [a]

pitheton non à *χώρα regio*, ſed à
ορος,qvod interdum idem ſignificat
vod χώρα vel τόπος, ut *ad initium*
dyſſ. μ, *Euſtathius* annotat(ὅϑι τ' ἠοῦς
ριγενείης οἰκία ϗ χοροί εἰσι): præ-
rtim qvum non tantùm metri ra-
o hanc lectionem reqvirat, ſed *alii*
iam Codices, *Ald.* & *Pal. A. B. C*, imò
ſus etiam approbet. Ita enim *Od. ο*,
ρύχορος Λακεδαίμων dicitur, &
ad. ι. δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο, ali-
q; ſimilia exempla legimus. Eſt
tem εὐρύχορος, *amplus*, *ſpatioſus*,
i qvaſi ampli chori duci poſſunt.
vod ſi qvis tamen à χώρα deduci
lit, ut ſit εὐρύχορος pro εὐρύχω-
ος, ο, pro ω, Aeolicè accepto, non
modum repugnamus.

A. 12. τρίπολιν νᾶσον] id eſt *Rho-*
m, tribus præcipuis urbibus habi-
am, Lindo, Camiro, & Jalyſo, qvæ
odi poſteà nomen accepit, teſte
nio lib. 5. cap. 31. Hinc & *Homerus*
d. β, ita habet: οἱ Ῥόδον ἀμφενέ-
ντο διὰ τρίχα κοσμηθέντες Λίνδον,
λυσόν τε, ϗ ἀργινόεντα Κάμειρον.
his *infrà*. Vide & *Herod. Clio.*

A. 13. πέλας ἐμβόλω] τὸ ἔμβολον
navis roſtrum, *vel prora*, per Me-
horam poſteà ἔμβολα dicuntur
tali modo acuminata: cujusmodi
um in Lycia ex oppoſito Rhodi,
Arycandam urbem, qvi initiò
βολος, deinde τριήρης ex eadem
ſa fuit dictus, Poëta hîc intelligit:
us etiam, *Strabo lib. 16.* & *Plinius*
5. cap. 20, mentionem faciunt. Et
ilium locorum eandem appella-
nem etiam alibi legimus, ut ex
ſaniæ lib. 5. & *6.* patet. Accipi-
dum, ut *Demetrius* annotat in Ge-
ivo Dorico, pro ἐμβόλου, ut ſit
ntaxis, ναίοντας τρίπολιν νᾶσον, πέ-
λας ἐμβόλου Ἀσίας εὐρυχόρου: qvæ lectio expedita eſt. Qvòd ſi verò ἐμβόλῳ legere placeat, *Demetrius* ellipticam Syntaxin eſſe putat, qvam ſic ordinat, ναίοντας τρίπολιν νᾶσον [ἐν] ἐμβόλῳ, πέλας Ἀσίας εὐρυχόρου, ut intelligatur hîc ἔμβολον non in Aſia, ſed in ipſa Rhodo, cujus pars Aſiam ſpectans roſtri navis modo ſit acuminata. Sed factum fortaſſe eſt, ut librariorum incuria, pro Genitivo ἐμβόλω, pro ἐμβόλου Doricè, Aeolicè & Laconicè poſito, ſcriptus fuerit Dativus ἐμβόλῳ.

A. 13. Ἀργείᾳ σὺν αἰχμᾷ] Intelligit Argivorum multitudinem qvæ Tlepolemum exulem in Rhodum ſecuta eſt: qva de re *infrà:* Vel potiùs, horum Argivorum poſteros, qvi tum in vivis erant.

Β. 1. ἐθελήσω τοῖσιν] Digreſsio occaſione primi & ſexti argumenti facta, de Diagoræ majoribus & patria. Majores qvod attinet, refert genus ejus maternum ad Amyntorem; paternum verò ad Jovem & ejus filium Herculem, cujus filius Tlepolemus ex Argiva terra exul Rhodum occupavit, ex cujus progenie Diagoras, & ejus pater Damagetus fuerunt. Ponit autem primò hujus exilii excuſationem, per duplicem gnomen; qvarum prior poſsibilitatem & varietatem caſuum humanorum; poſterior eorundem ſæpè in meliorem ſtatum converſionem, continet. Deinde cauſam, cædem Licymnii, qvam tamen iterum nonnihil excuſat, qvia iratus fecerit, qvod illuſtrat gnome. Deniq; eventum, qvòd venerit in Rhodum juſſu oraculi.

Β. 1. ἐθελήσω τοῖσιν] Per τοῖσιν intelligit, Diagoram & Damagetum

patrem,

patrem. 'Et ſic etiam habent *Ald. & Pal. A. B. C.* Alii legunt ἐθελήσω τοίνυν.

ϛ. 3. ξυνὸν ἀγγέλλων] Legendum, ξυνὸν ἀγγέλλων λόγων, ut ſit τὸ ξυνὸν, Neutrum qvaſi ſubſtantivum, *Commune ſermonum*, pro *Communem ſermonem*, Atticè. Vocat autem ξυνὸν, vel qvòd univerſaliter omnibus hominibus ſint noti illi λόγοι, vel Rhodiis ſaltem omnibus: vel ut nunc omnibus innoteſcant: vel deniq; in communem laudem omnium Heraclidarum à Tlepolemo profectorum: qvod poſtremum *Demetrius* approbat. *Brubachiana editio* malè habet ἀγγέλων, ut & *Ald. & Pal. C.*

ϛ. 5. εὐρυσθενεῖ γέννᾳ] ἐπεξήγησις ad τοῖσιν, id eſt, *hiſce tanqvam poſteritati Herculis*.

ϛ. 7. 8. Ἀμυντορίδαι Ἀστυδαμείας] Ellipſis Præpoſitionis ἐξ, ἐξ Ἀστυδαμείας. *Homerus* matrem Tlepolemi *Aſtyochen* nominat *Iliad.* ϛ, Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ. *Scholiaſtes* annotat, Pindarum ex ſententia *Achaici hiſtoriographi* eã ſic vocaſſe, qvẽ hanc genealogiam recenſere ſcribit;

Hyperochus
|
Eurypylus
|
Ormenus.
|
Pheres.
|
Amyntor
|
Aſtydamia
|
Tlepolemus, ex Hercule.

Sed tamen & Amyntor genus ad Jovem refert: imò aliqvi filium Jovis fuiſſe volunt. Fuit autem Amyntor pater Aſtydamiæ & Phœnicis præceptoris Achillis, cujus concubinam filius Phœnix juſſu matris pellicem ægrè ferentis compreſsit. *Hom. Iliad. ι. Ath. l. 13.*

ϛ. 8. ἀμφὶ δ' ἀνθρώπων] Solet Pindarus in laudibus Heroum infortunia præſertim notoria non omninò præterire, ſed leviter attingere, ita ut ſimul vel ſententiis mitiget, vel alia ratione nonnihil excuſet, uti inter alia *Ol.* ϛ. de Cadmi filiabus, & Oedipi caſu, vidimus. Hîc ergò exilium Tlepolemi, ejusq; cauſam, cædem nimirum Licymnii, poſsibilitate & infinita varietate caſuum humanorum, errorumq;, excuſat. Appellatur hæc Figura, θεραπεία, eſt que mitigatio & excuſatio facti alicujus.

ϛ. 11. τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν] Altera gnome, qva ea qvæ in poſterum futura ſunt, ſive meliora ſive deteriora, nos ignorare affirmat. Vult autem in hypotheſi intellectam de Tlepolemo, qvi nec caſum illum homicidii, nec felicem exitum exilii ſu præſcire potuit. Sic *Virg. 10. Æn. Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ.*

b. 3. Ἀλκμήνας κασίγνητον νόθον Λικύμνιον] Fuit enim Alcmena filia Electryonis & Lyſidicæ filiæ Pelopis: Licymnius verò & ipſe qvidem Electryonis filius fuit, ſed ex Mide Phrygia fœmina, nothus. Hunc Licymnium proavunculum ſuum (Großmutter Bruder) interfecit Tlepolemus clava oleagina invitus qvum bovem jactu, vel ut *Euſtathius Il.* β. qvum famulum χειραγωγοὶ ſegniùs ſenem tractantem, ictu petere vo

e voluiſſet. Fugit ergò Tlepolemus
exArgolideDelphos,& inde monitu
oraculi Rhodum petit. Pindarus,uti
& alii qvidam, nō ab invito Tlepole-
mo, ſed irato,ſive cupiditate gloriæ,
ſive invidia regni,ſive privato aliqvo
odio Licymnium interfectum affir-
mat. Vide *Homerum Iliad.* β. & *Pau-*
ſan. lib. 2.

b. 4. *σκάπτῳ*] *Pal. A. & B. σκά-*
πτρῳ, qvod perinde eſt.

b. 6. *ἐν Τίρυνθι*] *Tiryns* oppidum
Argolidis, cujus muros Cyclopes fe-
ciſſe *proverbialiter* dicti, ſed *hiſtoricè*
multis crediti fuerunt, dictum à *Ti-*
rynthe Argi filio Jovis nepote. Mu-
rorum lapides rudes ſinguli ea ma-
gnitudine fuerunt, ut ne minimus
qvidem eorum bigis jumentorum
loco moveri potuerit, teſte *Pauſa-*
nia lib. 2. Ald. & Pal. B. habent *ἔκτα-*
νεν τίρυνθι, omiſſa Præpoſitione.
Pal. C. eadem ratione *ἔκτανε Τί-*
ρυνθι.

b. 7. *ἐλθόντ᾽ ἐκ θαλάμων Μιδέας*]
id eſt, *venientem è maternis ædibus*,
ut reddunt *Lonicerus & Aretius*, vel
verſum ex ædibus Mideæ, qvod idem
eſt, ut *Stephanus*, ita ut tempus, &
occaſio qvodammodo data, locusq;
innuatur: vel potiùs *profectum ex*
thalamis Mideæ, id eſt natum ex Mi-
dea concubina, ut ortus, & cauſa
odii ſignificetur. Ab hac Midea no-
men accepit *Midea* urbs Argolidis,
ubi regnavit Electryon Alcmenæ &
Licymnii pater. *Pauſ. lib. 2 & 6. Scho-*
liaſtes legit, *ἐλθὼν ἐκ θαλάμων μιδέας.*
Interpretatur enim, *παραγενόμενος*
εἰς Ἄργος ἐκ τῶν οἴκων τῆς μιδέας,
qvaſi referendum eſſet ad ipſum Tle-
polemum. Sed minùs benè.

b. 8. *τᾶςδέ ποτε χθονὸς οἰκιςῆρ*] Aliqvi referunt ad Tirynthem qvam olim habitaverit & incoluerit Tlepolemus, (*Lonicerus*:) Alii rectiùs ad Rhodum, qvam olim ante Diagoram Tlepolemus occupavit & condidit.

b. 10. *παρέπλαγξαν*] Ita lego ſecutus *Pal. C.* id eſt, *aberrare fecerunt*, hoc eſt, aberrare facere ſolent. Nam actiones ſolitæ plerumqve per Aoriſtos vel Præterita exprimi ſolent. Qvod in aliis legitur *παρέπλαξαν*, minùs congruit.

b. 11. *ἐς θεὸν*] Poëticè pro *πρὸς θεὸν*, ſcilicet Ἀπόλλωνα, qvem paulò pòſt epitheto *χρυσοκόμας* notat. Qvid ſi legeremus, *ἐς Θεȣ̃*?

B. 1. *εὐώδεος ἐξ ἀδύτȣ*] *ἄδυτον* ſeu penetrale illud, ex qvo oracula in Templo Delphico reddebantur, vocat *εὐῶδες*, propter *θυμιάματα* crebra.

B. 2. *ἐξ ἀδύτȣ, ναῶν πλόον*] *Ald. ἐξ ἀδύτȣ ναῶν, πλόον*: fortè, ſi legeretur *ναῶ* Doricè pro *ναȣ̃*, non incommodè.

B. 3. *Λερναίας ἀπ᾽ ἀκτᾶς*] *à littore Lernæo*, id eſt ab Argolide. Eſt enim *Lerna*, palus Argivi & Mycenæi agri, in qva Hydram à Poëtis decantatam fabulantur fuiſſe. Ob piacula autem in ea facta, Proverbium exſtitit, *Lerna malorum. Strabo lib. 8.* Eſt & fluvius Lerna, ibidem.

B. 4. *στέλλεν ἐς ἀμφιθάλασσον νομόν*] Doricus Infinitivus pro *στέλλειν*. Alii legunt, *εὐθὺν᾽ ἐς* &c. qvomodo etiam legit *Scholiaſtes*. Sed metrum repugnans arguit, à Commentatore qvodam pro *στέλλεν* fuiſſe repoſitum.

Per *ἀμφιθάλασσον νομόν*, intelligit Inſulam mari undiq; cinctam.

B. 5. *νομόν*] id eſt *κατανομήν*, ſedem, ſtabulationem. Et ita habent *Pal. A. B. C.* Aliqvi *νόμον*, incommodiùs.

B. 5. *ἔνθά ποτε βρέχε Θεῶν*] Altera pars Digreſsionis, de patria Diagoræ, Rhodo inſula, cujus primò felicitatem & divitias exaggerat: deinde religionem Minervæ, & hac impetratum donum *ἀνδριαντοποιίας*: tertiò Originem: qvartò tripartitam diviſionem exponit.

B. 7. *βρέχε χρυσαῖς νιφάδεσσι*] Primum membrum alterius partis Digreſsionis, de felicitate & divitiis Rhodi inſulæ, qvam modo hyperbolico exaggerat, dum Jovem aureas ibi nives pluiſſe, id eſt, Rhodiis affluentiſsimas divitias dediſſe, dicit. Qva hyperbole & nos utimur, Es ſchneiet jhm Gold vnd Silber zu. Deſumpta videtur ab *Homero*, qvi *Iliad.* β. ita de Rhodiis ſcribit, *καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.* Vide *Plutarch. de Iſide & Oſiride*, & *Strabon: l. 14.*

B. 8. *ἀνίκ᾽ Ἀφαίστου τέχναισι*] Secundum membrum, de religione cultuq; Minervæ in Rhodo, cujus ideò meminit, ut tempus cauſamq; pluviæ aureæ indicet. Initiò autem, ortum Minervæ ex cerebro Jovis, Vulcano ſecuri ferrea obſtetricante, attingit. Vult Poëta innuere, Sapientiam, fortitudinemq; bellicam, à Deo eſſe, & per hæc divitias florentemq; Reipubl. ſtatum acqviri & conſervari poſſe. Qvòd modò è cerebro Jovis proſiliens Minerva, clamore cœlum terramq; commoverit; intelligit Poëta, ex literarum cultu- râ, agnita, inſtituta & defenſa Jura, leges, juſtitiam, æqvitatem, ſocietatem humani generis, præmia virtutum, pœnas ſcelerum, item conſilia auſpiciaq; bellica pro aris focisq; &c. Deinde juſſu Solis Rhodios Minervam coluiſſe, ſed ignem oblitos ſacra feciſſe. Deniq; eventum addit, pluviam nimirum auream, de qva anteà, & variarum artium notitiam uſumq;.

B. 11. *ἀλάλαξεν*] *ἀλαλάζειν* propriè eſt *bellicum clamorem edere.* Vide *Pyth. α. d. 10.*

γ. 1. *φαυσίμβροτος δαίμων ὑπεριονίδας*] Intelligit Solem, qvem nominat *φαυσίμβροτον*, qvaſi *φαεσίμβροτον*, id eſt, *lucem hominibus afferentem* & *ὑπεριονίδαν*, id eſt, *ὑπερίονος* Titanis filium, juxta *Heſiodum in Theogonia*; vel *ἐπιθετικῶς* tantùm licet in forma patronymica, qvaſi *ὑπὲρ ἡμᾶς ἰόντα*, ut annotat *Scholiaſtes.*

γ. 4. *παισὶν φίλοις*] Erat enim in fatis, ut qvi primi ſacra Minervæ facerent, illa apud eos maneret. Sol ergò Rhodios ſuos præmonet, jubetq; *τὸ μέλλον φυλάξασθαι χρέος* h. e. inſtantem Minervæ miraculoſam & utilem nativitatem obſervare, & ad ſacra illi primo ſtatim qvaſi momento facienda hortatur. Illi itaq; ad arcem feſtinantes præ nimia feſtinatione Ignem obliti, & idcirco ab Athenienſibus ſacrificio præverti fuerunt. Qvaproptèr Dea Athenis potiſsimùm ſuam ſedem fixit, ita tamen ut Rhodiis oblivionem illam ignoſceret, & certis donis eos ornaret: qvin & Jupiter ipſe animo Rhodiorum delectatus, pluvia aurea eos bearit, ut dictum eſt. Adagium ind

nde peti poſſet, Ῥοδίων θυσία, vel ἄ-πυρα θύειν, ubi in re agenda neceſ-ſarium aliqvid omittitur. Diverſus uſus & ortus ſimilium Adagiorum, hodii ſacrum. et, *Lindii ſacrum*, apud raſmum exſtat.

γ. 5. θεᾷ] *Pal. C.* θεῷ, qvod in fœminino idem eſt.

γ. 6. ἐναργέα] aram *conſpicuam*, e. excelſam, vel ſplendidam.

γ. 8. πατρί τε] Jovi ſcilicet, honore habito filiæ.

γ. 8. κόρα τε ἐγχειβρόμῳ] i.e. ipſi inervæ, honore ipſi exhibito. Fabulantur illam ſtatim galeatam & aſtatam ex cerebro Jovis proſiluiſſe.

γ. 9. ἐν δ' ἀρετὰν ἔβαλεν] Alii hiſtoricè accipiunt, qvaſi Prometheus lis virtutem indiderit; & ἔβαλεν mpliciter in Præteriti ſignificatione nterpretatur. Alii rectiùs in ſignificatione actionis ſolitæ τὸ ἔβαλεν accipiunt, & γνωμικῶς interpretatur, vaſi dicat Poëta, Prudentia & προμήθεια hominibus multum prodeſt, cut contra ἐπιμήθεια iiſdem obeſt. t hanc θέσιν γνωμικὴν exemplo blivionis Rhodiorum comprobat.

γ. 11. Προμαθέως αἰδὼς] *reverentia Promethei*, cultus Promethei, oc eſt προμηθεία & provida cura. egendum autem, Προμαθέος αἰδὼς, propter metrum. Promethei Epimethei fabula ex *Heſiodo* nota eſt.

g. 2. ἀτέκμαρτον] Ita omnia qvæ vidi exempla habent. Lego metro ſuadente, ἀτέκμαρτα. Unverſehens/ unvermerckter weiſe. Adverbialiter ro ἀτεκμάρτως. Qvo & *Syneſius* utur *de inſomn.* ἀτέκμαρτα πλεῖ, *navigat inconſideratè, nulla ſigna obſervans.*

g. 9. νεφέλαν] *Ald. & Pal. C.* addunt Ζεύς. Sed Scholion eſt, in Verſu ſuperfluum.

g. 11. τέχναν] intelligit in ſpecie ἀνδριαντοποιητικὴν, *artem ſculptoriam, vel ſtatuariam*, qva Rhodii inſignes fuerunt, & multis aliis palmam præripuerunt.

G. 2. γλαυκῶπις] De hoc epitheto Minervæ aliqvid memorat *Pauſanias in Atticis.*

G. 4. κελεύθοι φέρον] i. e. Viæ & vici apud Rhodios paſſim ejuſmodi artificioſas ſculpturas habuerunt.

G. 6. βαθὺ] i. e. μέγα, ut & in compoſitione alibi paſſim.

G. 6. δαέντι ἢ καὶ σοφία] Varia eſt hujus loci apud Interpretes expoſitio, non apud diverſos ſolummodò, ſed & apud eoſdem. *Scholiaſtes* uno modo ſic exponit, Δαέντος σοφία καὶ μείζων καὶ ἄδολος πλέθει: qvam expoſitionem & *Philippus* ſeqvitur, *Major eſt ſapientia & incorrupta ejus qvi didicit*; & *Lonicerus*, *Docti ſapientia & major eſt, & ſine dolo, ſive*, ut Idem qvoqve habet, *certior*: qvaſi dicat Poëta, Non mirum qvòd Rhodii celebres ſint, qvum Minervam habuerint magiſtram, per qvam fieri non potuit, ut artis laude fraudarentur, qvam à tanta præceptrice didiciſſent, ut ibidem ſententiam ſuam *Lonicerus* declarat. Idem *Scholiaſtes* ſecundo modo ſic exponit: Qvi didicerunt à Rhodiis σοφίαν, illam & ἔντεχνον & ἄδολον eſſe dicunt. Rurſus tertio modo ſic: μαθόντι καὶ ἡ ἄδολος σοφία, μείζων γίνεται, hoc eſt, ut *Demetrius* clariùs exponit, τῷ διδαχθέντι ὑπ' αὐτῶν τῶν Ῥοδίων, καὶ ἡ φρόνησις ἡ ἄδολος ἤγουν ἡ φυσικὴ, μείζων

γίνεται. Rurſus qvarto modo, ut non in ſpecie ad Rhodios fiat reſpectus, ſed in genere gnomicôs accipiatur, τοῦ μετ' εὐφυΐας μεμαθηκότι τὴν σοφίαν, καὶ ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀδόλως καὶ ἀνεμποδίστως ἐπαίρεται: qvod *Demetrius* ita effert: μαθόντι εὐφυεῖ, ὑπάρχει καὶ ἡ σοφία μείζων τῆς ἐξ εὐφυΐας μόνης, ἄκρατος καὶ ἄδολος. In hac ſententiarum varietate, qvarum nulla tamen vera eſt, qvò ſe verteret *Aretius* nõ videns, locum hunc ſilentio præteriit. Verus autem ſenſus ex ipſo contextu elicitur. Dixerat antea Poëta, & aliunde etiam conſtat, Rhodios ejusmodi fuiſſe artifices, ut vivas animantium & reptilium imagines exprimere poſſent, adeò ut & alligatas eas fecerint, ut qvaſi à vinculis retentæ viderentur, qvum ita artificiosè ſculptæ eſſent, ut qvaſi movere ſeſe viderentur: qvod ipſum & Dædali operibus tribuitur. Jam qvia hoc abſurdum, & per præſtigias fieri, alicui præſertim artis imperito videri poſſet, tacitè illi objectioni occurrit, & dicit, *Artifices tantùm de his judicare poſſe, imò qvi veri artifices ſint, illos etiam majora hiſce* ἀδόλως *& ſine præſtigiis vel fuco efficere poſſe*: ſive ut ad Pindari verba accommodemus, τῷ δαέντι, id eſt, *gnaro* τῆς ἀνδριαντοποιήσεως, etiam μείζονα σοφίαν, *ſeu majorem artem*, ἄδολον τελέθειν, *ſeu dolo carere*. In qvam ſententiam etiam *Stephanus* ire videtur, qvi ita reddidit, *Edocto autem & ſapientia major expers doli eſt*. Atqve hac ratione etiam τοῦ καὶ inuſitata poſitio, qvalis *Demetrio* videtur, excuſatur.

G. 8. φαντὶ δὲ] Tertium membrum de Inſulæ Rhodi ex mari ori gine, & qvomodo Soli illa fuerit at tributa: qvod ordine in textu Poë ta enarrat, & autoritate priſcarun narrationum confirmat.

G. 8. 9. παλαιαὶ ῥήσιες] Olin enim anteqvam hiſtoriographi re geſtas literis mandarent, illas ex re lationibus autoritate & ætate gra vium hominum cognoſci opus era

G. 10. ζεύς τε καὶ ἀθάνατοι] i. Jupiter, Neptunus, & Pluto: qva qvam videatur hîc Poëta reliqvos nà Deos intelligere.

G. 9. 11. οὔπω φανερὰν ῥ' ὄδον ἔμμεν Vide *Plinium. l. 2. cap. 87.*

δ. 4. λίποντ' ἁγνὸν] *Ald. & Pa* *A. B. C.* λίπον ἁγνὸν, ſenſu qvidem eodem manẽte, ſed metro deficient

δ. 5. μναςθέντι] i. e. Soli ἀνάμνη σιν ποιοῦντι.

δ. 5. ἄμπαλον μέλλεν θέμεν] ὁ πα λος *ſortitio* eſt, à πάλλειν, i.e. *à co cutiendo & vibrando*, qvia ſortes i urnam conjectæ priùs ſolent conc ti, qvàm eximantur, ut ſuſpicio do caveatur. Inde ἄμπαλος, qvaſi ἀ νάπαλος, *ſortitio reiterata*, qvan ſortes denuò in urnam conjiciuntu & anteqvam eximantur, iterum concutiuntur.

δ. 9. πυθόθεν] *funditus*, ἀπὸ τοῦ π θμένος.

d. 2. χρυσάμπυκα λάχεσιν] Re Lacheſin ex cæteris Parcis introd cit, ubi de ſorte agitur, qvia illa τῶν λαχῶν & κλήρων dominium hab Ratio epitheti, ex iis qvæ *ad ε Olym* de μοναμπυκία dicta ſunt, ſatis a paret.

d. 3. χεῖρας ἀντεῖναι] i. e. χειροτονῆσαι, *extenſa manu jurare*, & ſuo ſu fragio approbare, & ratum facere

d. 3. θε

d. 3. θεῶν ὅρκον μέγαν] i. e. *Magnum Deorum juramentum* per Stygiam paludem, juxta *Homerum Od.ε*, & *Heſiodum in Theogonia*. Hujus etiam *Olymp.* ϛ′ facta fuit mentio.

d. 4. μὴ παρφάμεν] i. e. *ne ſuo voto irritum faciat*, ne aliter atqve illi jurarint, loqvatur. Eſt enim à φημὶ, *dico*, non à βαίνω, uti putavit *Aretius*, qvi ὅρκον παραφαίνειν, ut ſcribit, Germaniſmo ſimili, den eydt vbertreten, exprimi notat: niſi fortaſſe legendum putarit παρβάμεν. Sicut & *Scholiaſtes Palatini C.* exponit, μὴ παραβῆναι.

d. 6. φαενὸν ἐς αἰθέρα] Pro φαεινόν. In ſcanſione autem facienda eſt συνίζησις. αἰθέρα verò καταχρηστικῶς pro ἀέρα dixit.

d. 7. ἑᾷ κεφαλᾷ] Synecdochicè pro αὐτῷ.

d. 8. ἔσεσθαι] Lego ἔσσεσθαι, qvod *Pal. B.* habet.

d. 8. τελεύτασαν] Activum pro paſsivo, pro ἐτελειώθησαν: niſi reddamus, *finem aſſecutæ ſunt*.

d. 9. λόγον κορυφαὶ] *vertices verborum*, hoc eſt, capita poſtulati.

d. 10. πεσοῖσαι] *Ald. & Pal. C.* πεσαι. *Pal. B.* πεποῖσαι, ſed ſuprà σ ſcripſit]. *Pal. A.* πετεῖσαι, qvod depravatum eſt.

D. 2. ὀξειᾶν ἀκτίνων] Malè *Brubachiana editio* habet ὀξεῖαν, tùm ſyntaxi & ſenſu, tùm metro reclamante.

D. 2. γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ]Sic *Cato* Apollinem *Genitivum* vocat: qvia Solis calor ad generationem multum facit.

D. 3. πῦρ πνεόντων ἵππων] i. e. ut *Ovidius 2. Metam.* effert, qvi *hinnitibus auras flammiferis implent*. De Eqvis Solis vide ibidem.

D. 4. ἔνθα Ῥόδῳ ποτε μιχθεὶς]Qvartum membrum, de tripartita Rhodi diviſione. Qvum enim Sol ex Rhodo nympha in hac inſula ſeptem filios genuiſſet, unus ex his iterum tres filios ſuſcepit, Jalyſum, Lindum, & Camirum, à qvibus, tribus præcipuis inſulæ civitatibus nomina ſunt impoſita, & ipſa inſula in tres partes diviſa: qvo reſpectu ſuprà τρίπολιν νᾶσον Poëta nominavit.

D. 5. ἑπτὰ παῖδας] Horum nomina ſunt, Cercaphus, Actis, Macareus, Tenages, Triopas, Phaëthon junior, & Ochimus: vel ut aliis placet, Tenages, Phaëthon junior, Actis, Macar, Chryſippus, Candalus, Triopas.

D. 6. ἐπὶ προτέρων ἀνδρῶν] id eſt, *tempore antiqvorum*. Nam ἐπὶ cum Genitivo *tempus* notat.

D. 6. σοφώτατα νοήματα παραδεξαμένους] ſive à Patre, ſive aliunde: hoc eſt, ſapientiſsimos.

D. 8. ὧν εἷς] videlicet *Cercaphus*, ex Cydippe Ochimi filia, natu maximus: idcircò aliqvi πρεσβύτατός τε legunt, ut referatur ad εἷς, ut ſit ſenſus, *unus & qvidem natu maximus*.

D. 13. κέκληνταί σφιν] i. e. ὁμώνυμοι *ipſis factæ ſunt* ἕδραι, i. e. civitates illæ, in qvibus ſinguli ſuas ſedes habuerunt.

ε. 1. τόθι λύτρον συμφορᾶς] Concludit nunc alteram partem Digreſſionis de Rhodo patria Diagoræ, & redit ad priorem partem ejuſdem, qvam itidem cõcludit, de ipſius maioribus, & præſertim Tlepolemo, qvẽ in inſula hactenus deſcripta, exilii ſui finem, & à poſteris ſacra feſta, ludorumqve ſolennitatem aſſecutum ait. Eſt autem ἔμφασις in voce τόθι, qvaſi diceret, in tàm

divina

divina inſula, qvam Apollo tantopere dilexit, qvam Pallas ſuo numine claram reddidit, Jupiter aurea pluvia beavit, ut benè monet *Lonicerus.*

ε. 1. λύτρον συμφορᾶς οἰκτρᾶς γλυκύ] propter commodam in tàm divina inſula habitationem, cujus delectatione, exilii ſui συμφορὰν oblitus eſt. τὸ λύτρον hoc loco non eſt *pretium redemptionis qvod pro captivo numeratur*, ſed ſimpliciter *liberatio*, *abſolutio*, &c.

ε. 3. ἕσεται] Ita potiùs legendum cenſeo qvàm ἵσεται.

ε. 3. Τιρυνθίων ἀρχαγέτα] olim ſcilicet, ante perpetratam Licymnii cædem, & exilium. Vel etiam, *qvi Tirynthios multos ſecum in Rhodum deduxit*, uti ſuprà dixit, ἀργείαν αἰχμὰν in Rhodo habitare. *Pal. A.* habet, Τιρυνθίω ἀρχαγέτα.

ε. 4. ὥσπερ θεῷ μάλων τε πομπὰ, καὶ κρίσις] Qvum enim Tlepolemus unà cum Rhodiis ſuis (olim Argivis) ad Trojam profectus, & ibidem à Sarpedone (*Iliad. ε.*) interfectus fuiſſet; Rhodii oſſa ejus utpote Rhodi qvaſi conditoris, ſecum in Rhodum reportarunt, & templo ipſi extructo, ſacra ipſi qvotannis fecerunt, & πανήγυριν καὶ ἀγῶνα ἐπιτάφιον inſtituerunt, qvem Τληπολέμεια dixerunt, (qvanqvam alii *Solis* illa ſacra fuiſſe, & à Poëta ad *Tlepolemum* accommodata velint) ubi & viri & juvenes in certamine committebantur, & victori ex Populo albâ corona dabatur. Fiebant verò illa certamina die 24. menſis Γορπιαίȣ, uti à Macedonibus appellabatur, qvi à Solſtitio æſtivo fuit tertius, Athenienſibus Βοηδρομιὼν dictus.

ε. 7. τῶν ἄνθεσι Διαγόρας] Ἐπάνοδος, qva nunc poſt longam Digreſsionem ad ſeptimum argumentum Confirmationis regreditur, in qvo multiplicium victoriarum, qva[s] Diagoras reportavit, congeriem facit. Inter has, præter Olympica[m] & Pythicam, qvas ſuprà commemo[ra]vit, primò recenſentur, Tlepol[e]miæ duæ: inde reliqvæ, ut ordine videbimus. Legendum autem no[n] ἄνθεσιν cum vulgatis editionibus ſed ἄνθεσι, propter metrum.

ε. 8. κλεινᾶ] ἐν Ἰσθμῷ τετράκις Secundò, Iſthmicæ victoriæ qvat[u]or. Nota κλεινὰ Ἰσθμὸς, Jonicè [&] Atticè, pro κλεινὸς Ἰσθμός.

ε. 10. Νεμέα] ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ Tertiò Nemeæ *duplices.* Ita enim ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ interpretatur *Sch[o]liaſtes & Demetrius*: qvanqvam *mu[l]tiplices* etiam poſſint accipi, Ei[ne] vber der andern / Eine nach der a[n]dern. Eſt autem ellipſis, ſcil. νίκα[ν]. Et ἐπιτυχέων, ἀπὸ κοινȣ̃ eſt repete[n]dum, *Victoriam feliciter aſſecut[us]*. Nam in hac ſignificatione, τὸ ἐπιτυχεῖν ſæpè cum Accuſativo conſtru[i]tur.

ε. 11. καὶ κρανααῖς ἐν Ἀθάναις Qvartò, in Attica: ponitur enim urbs pro tota Atthide, Synecdoch[i]cè. Κρανααὶ dicuntur Athenæ, pr[o]pter aſperitatē petricoſam, ob qva[m] Attici à nemine ſunt oppugnati, [&] αὐτόχθονες habiti, qvum ut ait *Thu[c.] l. 1.* nemo eos pelleret, neq; ipſoru[m] agrum qvisqvam expeteret. *Stra[bo] l. 8.* Vel etiam à *Cranao* tertio re[ge] Atticæ, à cujus filia *Atthide*, terr[a] Ἀτθίς fuit cognominata; & à pa[tre] Rege, incolæ Κραναοί, teſte *Strab[o]ne l. 9.* Intelligit autem vel Panat[hē]næ

ακα, vel Heraclea, vel Eleuſinia, vel Panellenia, in qvorum aliqvibus, vel omnibus etiam Diagoras vicit.

e. 1. ὅ τ' ἐν Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν] Qvintò in Junoniis ſive ἡραίοις, qvæ & ἑκατομβαῖα dicebantur, qvòd in Argolide ἑκατόμβη Junoni offerretur, & centum boum oblatorum carnes civibus poſteà diſtribuerentur: ubi certaminum, qvæ ſimul ebant, Victoris præmium erat, præter coronam myrteam, clypeus æeus, qvem hîc Metonymicè tanùm materiæ nomine notat. Inſtituta fuerunt illa ſacra ab Archino Arivorum Rege. Phraſin ſimilem n præcedenti εἴδει habuimus, ἀδύλογοί μιν λύραι μολπαί τε γινώσκοντι.

e. 2. τά τ' ἐν Ἀρκαδίᾳ ἔργα] Sextò, n Arcadicis, ubi celebrabantur Κόρεια, Ἀλέαια, & præcipuè Λύκαια, qvæ fiebāt Jovi Lycæo, & hauddubiè ic intelliguntur. Vocat autem ἔργα, qvia victores Lycæorum, elaboratis armis donabantur, & qvidem neis, ut ex *Nem. ι. g. 5. & ſeqq.* atet.

e. 3. καὶ Θήβαις] Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, τὸ ἐν Θήβαις ἔργα ἔγνω μιν. ecenſetur autem ſeptimò victoria Heracleis & Jolæis, qvæ Herculi ipſius aurigæ Jolao Thebis fiebant. Dabatur hîc victori æneus tripus.

e. 4. ἀγῶνές τ' ἔννομοι Βοιώτιοι] Octavò, victoriæ Bœotiæ aliqvot. Celebrabantur autem in Bœotia, præter Thebana illa, Theſpiis ἐρώτια vel ἐρωτίδια; Lebadiæ Τροφώνια ſive βασίλεια; Platæis ἐλευθέρια; ropi Ἀμφιάραια. Qvæ ex his Poëta intelligat, non exprimit. Subintelligitur autē & hîc τὸ ἔγνωσάν μιν.

e. 5. Αἴγινα] Nonò victoria Æginetica ſexies reportata, in Αἰακείοις, qvi ἀγὼν ἀμφορίτης fuit. Eſt autem *Ægina* inſula maris Ægæi. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ etiam hîc eſt, τὸ ἔγνω μιν, ut & in ſeqventi.

e. 5. Πελλάνα τε] Decimò Pellenea victoria item ſexies reportata, in Θεοξενίοις, qvæ aliqvi vocant ἕρμαια, qvorum præmium fuit χλαῖνα, ut annotat *Scholiaſtes*, & *Olymp: θ. Pindarus* exprimit; vel argentum, ut ex *Pauſania in Achaicis*, ſuprà *ad εἶδος tertium* annotavimus. Pellene urbs eſt Achaiæ.

e. 6. ἐν Μεγάροισί τ' οὐχ ἕτερον] Undecimò, Megarenſis victoria, itidem ſexies reportata. Sic enim τὸ οὐχ ἕτερον ἔχει λόγον, id eſt, *non aliam habet rationem*, ſcilicet qvàm qvòd ἑξάκις νικῶντα ἔγνω, aliqvi interpretantur. Alii indefinitè, de multis victoriis interpretantur, qvòd non aliud habuerit nomen ſæpiùs qvàm Diagoræ. Sed minùs benè. Legendum propter metrum, ἐν Μεγάροισίν τ' οὐχ ἕτερον. *Stephanus* legit, ἐν Μεγάρεσσίν τε &c qvod Poeticum eſt, ac ſi eſſet à Nominativo qvintæ, ſicut ἀνδραπόδεσσι. pro πόδοις, δένδρεσι vel εσσι pro δένδροις. σάββασι pro σαββάτοις, &c. Celebrabantur autem Megaris Διόκλεια & Πύθια.

e. 7. λιθίνα ψᾶφος] i. e. λιθίνη ςήλη. Solebant enim Megarenſes nomina Victorum columnis lapideis incidere. ἡ ψῆφος propriè eſt *calculus qvo ſuffragium fertur.* Hoc loco *columnam* victoriæ teſtimonium perhibentem notat.

e. 8. ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ] Epilogus, in qvo primùm precatur Jovem, partim pro honore ſui ipſius, &

gratia ſui hymni, partim pro gloria Diagoræ illuſtranda, cùm inter cives, tùm inter peregrinos: additur ratio, propter juſtitiam cùm propriam tum majorum: partim deniqve pro gloria nepotum. Deinde infauſtum qvendam eventum in convivio Rhodiorum paucis diluit. *Patrem* autem vocat, non ratione generationis, ſed curæ paternæ: ſicut aliàs Jupiter ſæpè πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, ab *Homero & Heſiodo*; Divûm Pater atqve hominum Rex, à *Virgilio* appellatur. Cauſam reddit *Ariſtoteles l. 8. Eth. Nic. c. 10. & lib. 1. Polit. c. 8.*

ε. 9. νώτοισιν Ἀταβυρίου μεδέων] *Atabyris vel Atabyrius* mons Rhodi altiſsimus, in cujus νώτοις, hoc eſt, κορυφῇ, Jovis Atabyrii templum fuit, teſte *Strabone l.* 14. Addit *Scholiaſtes*, in eo templo boves æneas fuiſſe, qvæ infauſtos eventus mugitu præſignificaverint.

E. 4. ὕβριος ἐχθρὰν ὁδὸν εὐθυπορεῖ] *rectà incedit viam injuriarum inimicam* i. e. vitam agit juſtam.

E. 6. σάφα δαεὶς] Eſt in his cauſa Impulſiva juſtitiæ Diagoræ, nimirum religioſa obſervatio monitorum Parentum & majorum, qvæ ex animo bono profecta tanqvam oracula religioſè obſervavit. *Scholiaſtes* vult eſſe Ἀποστροφὴν Poëtæ ad ſeipſum, qvaſi dicat. *Qvum tu Pindare ſatis ſcias qvæ bona monita & exempla virtutis, Diagoras à majoribus acceperit, noli* κρύπτειν, *celare ſeu laudibus præterire celebre Callianactis, utpote Diagoræ προγόνου, ſemen, cum gratiis Eratidarum, hoc eſt beneficiis quæ in Diagoram contulerunt Eratidæ majores, & in alios mortales pleroſq; conferunt.* Et hanc ſententiam ſeqvuntur qvoqve *Lonicerus & Aretius*: quàm benè, judicet qvisqve. *Philippus Demetrium* ſecutus, videtur ad Jovem referre, *Tu qvum ſcias, qvæ hunc paternæ mentes bona docuerint, ne occulta ſemen Callianactis.* Juxta utramvis harum ſententiarum, poſt εὐθυπορεῖ, punctum erat ponendum, poſt ἔχρεον verò tantùm comma. Nos cum *Brubachiana editione & Stephano* poſt εὐθυπορεῖ, comma vel colon ponimus, & poſt ἔχρεον punctum: referimusq; hæc nec ad Jovem, nec ad Poëtam, ſed ad ipſum Diagoram, & de cauſa Impulſiva ejus juſtitiæ interpretamur, eo modo qvo initio diximus.

E. 7. ἐξ ἀγαθῶν ἔχρεον] Tmeſis pro ἐξέχρεον, i. e. inſtar oraculorum edixerunt.

E. 8. μὴ κρύπτε κοινὸν σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος] i. e. *ne abſconde, ne occulta, ne obſcurum vivere ſinas commune ſemen à Callianacte*, id eſt, nepotes Diagoræ & filios Callianactis. Duxerat enim Callianax filiam Diagoræ Callipateram, ut ſuprà audivimus. Hujus ergò filii, qvum Diagoræ nepotes eſſent, hîc κοινὸν σπέρμα ἀπὸ Καλλιάνακτος dicuntur: & pro horum gloria Jovem Poëta precatur. Fuiſſe hoc votum Poëtæ ratum, ex iis qvæ huic εἴδει præmiſimus, conſtat. *Scholiaſtes* Callianactem, unum ex προγόνοις Diagoræ facit; & κοινὸν σπέρμα, interpretatur, φανερὸν καὶ ἔνδοξον καὶ πᾶσιν ὠφέλιμον.

E. 10. Ἐρατιδᾶν τοι σὺν χαρίτεσσιν] i. e. *cum virtutibus Eratidarum*, id eſt, ne ſinas virtutes & gloriam Eratida-

Eratidarum, in poſteris Diagoræ intermori & abſcondi. ὁ ἐρατίδης, unus ex majoribus Diagoræ creditur: à qvo *tribus Eratidarum* in Rhodo inſula celebratur. *Scholiaſtes* perperam habet ἐρατειδᾶν, ut *&* *Ald.* *&* *Pal.C.* metro repugnante. *Philippus* poſt Καλλιάνακτος punctũ ponit, & hæc cum ſeqventibus conjungit, redditq́; *Habet & Rhodus ſacrificia Eratidarum:* qvæ ſententia non abſurda videtur, ſi modò de ſacrificiis ejusmodi conſtet. Eadem ratione vult etiam interpunctum *Canterus lib. 3. cap. 17.*

E. 11. ἔχει θαλίας καὶ πόλις] Altera hæc eſt pars Epilogi, in qva infauſtum qvendam eventum diluit, ut dictum eſt. *Habet & urbs*, inqvit, *hoc eſt Jalyſus qvæ & Rhodus dicta fuit, ſua convivia ſacra: verùm fit interdum, ut diverſæ auræ eodem tempore ſpirent, hoc eſt, ut non ſemper ſit idem fortunæ flatus, ſed inter læta triſte nonnunqvam aliqvid interveniat.* Innuit ergò infauſti aliqvid Diagoræ aliqvando in ſacro Rhodiorum convivio accidiſſe, idq́; hac gnome qvodammodò diluit: qvale autem fuerit, non exprimit.

ΕἼΔΟΣ Η'.

Α'ΛΚΙΜΕ'ΔΟΝΤΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗ͂Ι, ΚΑΙ` Τιμοσθένει παλαιστῇ, καὶ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ.

INſcriptus eſt hic Hymnus præcipuè Alcimedonti puero, qvi vicit Olympiadem LXXX. παλαιστής, hoc eſt *Luctator.* ἡ πάλη autem ſive *Lucta*, τῷ θλίβειν καὶ κατέχειν perficiebatur, ut habet *Ariſtoteles lib. 1. Rhet. cap. 5.* Simul verò & Timoſtheni fratri Alcimedontis inſcriptus eſt, qvi in Nemeis ſub idem tempus victor evaſit: itemq́; Meleſiæ ἀλείπτῃ & παγκρατιαστῇ. Ἀλείπτης autem eſt *unctor certatorum, & tanqvam magiſter ſeu præceptor.* Solebant enim παλαισταὶ ſeu Luctatores congredi nudi, & inuncti, ut membra partim corroborarentur, partim lævore obducta prehendenti adverſario extorqverentur. Παγκρατιαστὴς verò dicebatur peculiaris certaminis victor, qvod παγκράτιον nominabatur. Etſi autẽ aliqvi τὸ παγκράτιον idem eſſe volũt cum πεντάθλῳ ſeu *qvinqvertio*, qvod πυγμὴν, πάλην, ἅλμα, δίσκον, & δρόμον comprehendit: Tamen quia conſtat ex iis quæ ſuprà præmiſimus, τὸ πένταθλον à τῷ παγκρατίῳ differre, & illud qvidẽ Olympiade XVIII, hoc verò LVI annis pòſt, Olympiade nimirum XXXII, inſtitu-

tum fuiſſe; unum & idem hæc duo eſſe, ſtatuere non poſſumus: Et meritò adſtipulamur *Ariſtoteli* & *Plutarcho*, qvorum hic *lib. 2. Sympoſ. qvæſt. 4.* τὸ παγκράτιον ἐκ πυγμῆς καὶ πάλης compoſitum certamen affirmat: *Ariſtoteles* verò *lib. 1. Rhet. cap. 5.* etiam à τοῦ πεντάθλῳ diſcernit, his verbis: Ἀγωνιστικὴ τοῦ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους καὶ ἰσχύος, καὶ τάχους. καὶ γὰρ ὁ ταχὺς, ἰσχυρός ἐστιν: ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως, καὶ κινεῖν ταχὺ, καὶ πόρρω, Δρομικός: ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, Παλαιστικός: ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, Πυκτικός: ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις, [nimirum τοῦ θλίβειν καὶ κατέχειν, & τοῦ ὦσαι τῇ πληγῇ] Παγκρατιαστικός: ὁ δὲ πᾶσι, Πένταθλος. Vide & *Cœlium Rhodig. lib. 7. c. 51.* Annotat *Scholiaſtes ad Nem. γ.* aliqvos Theſeum τῷ Μινωταύρῳ παγκρατιαστικῶς ἀγωνίσασθαι ſtatuere, & ita τὸ παγκράτιον ἀπαρχαΐζειν: *Ariſtotelem* verò Leucarum qvendam, Acarnenſem Pancratii autorem facere. Qvod nos ſuo loco relinqvimus.

Qvare autem præter ſolitum tribus hiſce ſimul hoc εἶδος à Poëta ſit inſcriptum, alii alias rationes qværunt. Sunt qvi ideò factum putent, qvia συμπατριῶται fuerint: alii, qvia priores duo Fratres fuerint, tertius utriuſqve Præceptor: alii, qvia aliàs de ſingulis ἀξιολόγους ἀφορμὰς non habuerit Poëta. Verùm *liberrimo* hoc potiùs *judicio* Poëtæ tribuendum eſt.

Patria horum trium, eſt *Ægina* inſula maris Ægæi, dicta ab Ægina filia Aſopi, Æaci matre, teſte *Pauſania lib. 2.* qvum anteà Oenope diceretur, juxta *eundem ibidem*, vel Oenone juxta *noſtrum Poëtam* Ἰσθ. ε. *B. 1. Strabonem lib. 8.* & *Plinium lib. 4. cap. 12.* In hac inſula primò argentum à Phidone cuſum, & νόμισμα αἰγιναῖον nominatum, *Strabo ibidem* meminit, uti & *Ælianus variæ hiſt. lib. 12. cap. 10.* Plura de hac inſula poſteà ſuo loco, occaſione textus erunt dicenda, ſicut & *infra* Ἰσθμ. ε.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt.

Vide pag. ſeqv.

Metrica verò ratio ita habet:

στροφ: & ἀντιστρ.	ἐπῳδ.
1. — ∪ — — — ∪ ∪ —	1. — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪
2. ∪ ∪ — — — ∪ —	2. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪
3. — — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪	3. — ∪ ∪ — ∪ ∪ —
4. — ∪ — — — ∪ ∪ — ∪ ∪ —	4. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪ — ∪ ∪
5. — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — —	5. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪
6. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪	6. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪
7. — ∪ ∪ — ∪ ∪ —	7. — ∪ ∪ — ∪ ∪ — ∪
8. ∪ ∪ — — — ∪ —	8. — ∪ ∪ — ∪ ∪ —
9. — ∪ — — — ∪ —	9. — — ∪ ∪ — ∪ ∪ — — — ∪ ∪
	10. — ∪ — — ∪ ∪ — ∪ ∪ ∪
	11. — — ∪ — — — ∪ —

Συνό-

Σύνοψις τοῦ η εἴδους Ὀλυμπίων.

- *Exordium, in quo*
  - *per ἀποστροφὴν captat benevolentiam à laudibus Olympiæ & Piſæ, quas petit*
    - *à præmiis certaminum præclariſſimis.*
    - *à vaticiniis, quæ commendat*
      - *à certitudine.*
      - *à modo, per ignem.*
      - *à fine, ut Iovis exploretur voluntas.*
      - *ab objectis, quòd fiant ad interrogata*
        - *pro virtute.*
        - *pro liberatione à malis.*
      - *à cauſa organica, Iamidis ſacerdotibus piis & religioſis.*
  - *per προσωποποιΐαν, eandem invocat pro gratia*
    - *ſui hymni.*
    - *victoriarũ quas laudat.*

Propoſitio : Timoſthenes & Alcimedon fratres, eorumq; magiſter Meleſias, ſunt laudandi.

- *Confirmatio*
  - *in genere*
    - *1. à Genere, Quia omnes qui in Olympicis præmia acceperunt, celebrari æquum eſt.*
      - *Subjicitur προκατάληψις.*
    - *2. à Cauſa Efficiente, Quia divinitus victorias reportarunt.*
  - *in ſpecie*
    - *Timoſthenes, Quia vicit Nemea.*
    - *Alcimedon*
      - *1. à victoria Olympica, de qua poſteà plura.*
      - *2. à corporis pulchritudine.*
      - *3. à virtutibus pulchro corpore dignis.*
      - *4. à patria Ægina, quæ laudatur*
        - *à nautica peritia.*
        - *à religione*
          - *Themidis.*
          - *Iovis.*
        - *à munitione naturali.*
        - *à negociationibus & hoſpitalitate.*
        - *à Dorienſibus incolis.*
        - *à Rege quondam Æaco, quem laudat propter ſocietatem cum Apolline & Neptuno in condenda Troia.*
    - *Meleſias*
      - *propter diſcipulos adhuc imberbes, victores.*
      - *quia in Nemeis vicit*
        - *Luctam puerilem.*
        - *pancratium virile.*
      - *propter peritiam athleticam, & bonam informationem.*
      - *propter multitudinem benè inſtitutorum diſcipulorum, inter quos triceſimus nunc vicit Alcimedon.*

- *Regreſſio ad victoriam Alcimedontis, quam laudat propter*
  - *Cauſam Efficientem*
    - *Remotam, Deum.*
    - *Propinquam, ἀνορέαν.*
  - *Objectum, ἀνταγωνιστὰς quatuor victos.*
  - *Fructum, gaudium nimirum Avi.*

- *Digreſſio in laudes majorum Timoſthenis & Alcimedontis, Blepſiadarum, quas petit*
  - *à crebris victoriis in illa familia, quum hæc ſit ſexta.*
  - *à gloria ex poſteris.*
  - *à virtute poſt mortem in poſteris durante.*
  - *à beatitate fauſti nuncii apud inferos.*
  - *ab honore generi huic à Iove habito.*

- *Epilogus, in quo generi Blepſiadarum precatur*
  - *in genere, Felicitatem quamcunque.*
  - *in ſpecie*
    - *ſanitatem corporis.*
    - *immunitatem invidiæ.*
    - *vitam tranquillam & pacatam.*
    - *incrementum familiæ.*
    - *ſalutem Reipublicæ.*

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἐννεάκωλοι *ſunt. Primum* κῶλον *eſt Dimetrum acatalecticum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. II. Dimetrum catalecticum ex Jonico à minore & Ditrochæo. III. Trimetrum hypercatalecticum ex Epitrit tertio, Jonico à majore, & Choriambo. IV. Trimetrum catalecticum, ex Epitrit ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. V. Dimetrum hypercatalecticum, ex Jonico à majore & Choriambo. VI. Trimetrum catalecticum ex duobus Chori ambis, interpoſito Jonico à minore. VII. Dactylicum* πενθημιμερές. *VIII. u ſecundum. IX. Dimetrum catalecticum ex duobus Epitritis ſecundis, Euripideum*

ΕἸΔΟΣ Η.

ἈΛΚΙΜΕΔΟΝΤΙ ΠΑΛΑΙΣΤΗι, ΚΑΙ Τιμοθένει παλαιστῇ, καὶ Μελησίᾳ ἀλείπτῃ.

στροφὴ α. κώ. θ.

1 Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων
ἀέθλων Οὐλυμπία,
δέσποιν' ἀλαθείας: ἵνα μάντιες ἄνδρες
ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι, παραπει-
5 ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου,
εἴ τιν' ἔχει λόγον ἀνθρώπων πέρι,
μαιομένων μεγάλαν
ἀρετὰν θυμῷ λαβεῖν,
9 τῶν δὲ μόχθων ἀμπνοάν.

ἀντιστρο. α. κώ. θ.

1 Ἄνεται δὲ πρὸς χάριν εὐ-
σεβέων ἀνδρῶν λιταῖς.
Ἀλλ' ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος,
τόνδε κῶμον καὶ στεφαναφορίαν
5 δέξαι. Μέγα τι κλέος αἰεὶ,
ᾧ τινι σὸν γέρας ἕσπητ' ἀγλαόν.
Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλον ἔβαν
ἀγαθῶν. Πολλαὶ δ' ὁδοὶ
9 σὺν Θεοῖς εὐπραξίας.

*Ἐπῳδοὶ verò ἑνδεκάκωλοι ſunt. Primum κῶλον eſt Trimetrum acatale-
cum, ex duobus Jonicis à majore, interpoſito Choriambo. II. Dactylicum tri-
trum catalecticum. III. ut ſeptimum στροφῆς. IV. Trimetrum catalecti-
n, ex Choriambis, Paone tertio interpoſito. V. VI. VII, ut ſecundum. VIII,
ſeptimum στροφῆς. IX, ut primum ἐπῳδοῦ. X, Trimetrum brachycatale-
um, ex Epitrito ſecundo, & Paonibus tertiis. XI, Dimetrum acatalecticum,
duobus Epitritis tertiis.*

ODA VIII.

LCIMEDONTI LUCTATORI, ET TI- moſtheni Luctatori, & Meleſiæ Unctori.

α.

*Mater ô aureas-coronas-reportantium
certaminum Olympia,
domina veritatis: ubi vates viri
incenſis-victimis explorantes, periculum-faci-
unt-mentis Jovis velociter-fulminantis,
ſi qvam habeat rationem de hominibus,
qværentibus magnam
virtutem animo conſeqvi,
laborumq́; reſpirationem.*

a.

Perficitur autem hoc *ad gratiam pi-
orum hominum precibus.
Sed ô Piſæ arboroſum ad Alpheum nemus,
uncce hymnum & coronæ-geſtationem
ccipe. Magnum aliqvod decus ſemper* ei contingit,
*vem tuum præmium ſecutum-fuerit illuſtre.
Alia autem ad alium proficiſcuntur
onorum. Multæ autem viæ* ſunt
um Diis felicitatis.

1 *Timoſthe-*

ἐπῳ. α. κώ. ια.

Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ κλάρωσεν πότμος
Ζηνὶ γενεθλίῳ: ὃν μὲν
ἐν Νεμέᾳ πρόφατον:
Ἀλκιμέδοντα δὲ πὰρ Κρόνου λόφῳ
θῆκεν ὀλυμπιονίκαν.
Ἦν δ' ἐσορᾶν καλὸς: ἔργῳ
τ' οὐ κατὰ εἶδος ἐλέγχων:
ἐξένεπε, κρατέων
πάλᾳ, δολιχήρετμον Αἴγιναν πάτραν:
Ἔνθα Σώτειρα Διὸς ξενίου
πάρεδρος ἀσκεῖται Θέμις,

στροφ. β. κώ. θ.

ἔξοχ' ἀνθρώπων. Ὅ, τι γὰρ
πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπει,
ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρὸν,
δυσπαλές. Τεθμὸς δέ τις Ἀθανάτων,
καὶ τάνδ' ἁλιερκέα χώραν,
παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
κίονα δαιμονίαν,
(ὁ δ' ἐπαντέλλων χρόνος
τοῦτο πράσσων μὴ κάμοι.)

ἀντιστρο. β. κώ. θ.

Δωριεῖ λαῷ ταμιευ-
ομέναν ἐξ Αἰακοῦ:
Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
τεῖχεος. Ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον:
ὀρνυμένων πολέμων,
πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

ἐν

A.

Timoſthenes, Vos-duos autem conciliavit fortuna
Jovi Natali: hunc qvidem te Timoſthenem
in Nemea proclamatum;
alterum *Alcimedontem verò apud Saturni collem*
fecit Olympicum-victorem.
Erat autem Alcimedon *aſpectu pulcher; factoq́ non dedecorans formam:*
edixit i.e. promulgavit voce præconis, *vincens*
lucta, longis-remis-utentem Æginam, patriam:
Ubi Soſpita Jovi hoſpitali
aſsidens exercetur Juſtitia,

c.

plus qvàm apud alios *homines. Qvicqvid enim*
multum eſt & *multas* in partes *vergit;*
id *rectâ dijudicare mente non intempeſtivè,*
difficile-eſt. Decretum autem qvoddam Deorum
etiam hanc mari-cinctam regionem,
omnigenis ſubjecit hoſpitibus
columnam divinam,
(ſubſeqvens autem tempus
hoc factitans utinam *non defatigetur.)*

b.

Dorienſi populo gubernatam poſt Æacum:
Qvem filius Latonæ, lateq́-dominans Neptunus,
Ilio coronam murorum *impoſituri, advocarunt cooperatorem*
muri. Erat ſiqvidem illis fato-decretum:
ſurgentibus bellis,
urbium-vaſtatricibus in pugnis
vehementem exhalaturum fumum.

ἐπῳ. ε. κώ. ια.

Γλαυκοὶ δὲ δράκοντες, ἐπεὶ κτίσθη, νέον
πύργον ἐσαλλόμενοι τρεῖς,
οἱ δύο μὲν κάπετον,
αὖθι δ' ἀτυζομένω πνοὰς βάλον:
εἷς δ' ἐσόρουσε βοάσας.
Ἔννεπε δ' ἀντίον ὁρμαί-
νων τέρας εὐθὺς Ἀπόλλων:
Πέργαμος ἀμφὶ τεᾶς,
ἥρως, χερὸς ἐργασίαις ἁλίσκεται
(ὣς ἐμοὶ φάσμα λέγει Κρονίδα
πεμφθὲν βαρυγδούπου Διός)

στροφ. γ. κώ. θ.

οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν: ἀλ-
λ' ἅμα πρώτοις ἄρξεται
καὶ τετράτοις. Ὣς ἄρα θεὸς σάφα εἴπας,
Ξάνθον ἤπειγεν, καὶ Ἀμαζόνας εὐ-
ίππους, καὶ ἐς Ἴστρον ἐλαύνων:
Ὀρσοτρίαινα δ' ἐπ' Ἰσθμὸν ποντίαν
ἅρμα θοὸν τάνυεν,
(ἀποπέμπων Αἰακὸν
δεῦρ' ἀν' ἵπποις χρυσέαις,)

ἀντιστρ. γ. κώ. θ.

καὶ Κορίνθου δειράδ', ἐπο-
ψόμενος δαῖτα κλυτάν.
Τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις ἴσον ἔσσεται οὐδέν.
Εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ ἐξ ἀγενεί-
ων κῦδος ἀνέδραμον ὕμνῳ:
μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.
Καὶ Νεμέᾳ γὰρ ὁμῶς
ἐρέω ταύταν χάριν:
τὰν δ' ἔπειτ' ἀνδρῶν μάχαν

B.

Cœrulei autem dracones, poſtqvam exſtructus fuit mu-(rus, *novam*
turrim inſilientes tres,
duo qvidem deciderunt,
ibiq́ turbati, ſpiritus emiſerunt:
unus autem inſiliit vociferatus.
Dixit autem inimicum animo-vol-
vens prodigium protinus Apollo:
Pergamus circa tuæ,
ô *heros, manus operationes capietur*
(*ſic* nimirum *mihi oſtentum indicat* à *Saturnio*
miſſum graviſtrepo Jove)

γ.

non ſine filiis tuis: ſed
ſimul cum *primis incipiet* hoc
& qvartis. Sic ſanè Deus diſertè locutus,
ad *Xanthum properabat, & Amazonas e-*
qveſtres, & ad Iſtrum impellens:
Tridentis-impulſor autem ad Iſthmum marinum
currum celerem dirigebat,
(*deducens Æacum*
huc cum eqvabus aureis,)

g.

& ad *Corinthi jugum, inſpe-*
cturus convivium celebre.
Delectabile autem inter homines æqvaliter erit nihil.
Si autem ego Meleſiæ ex imberbibus diſcipu-
lis *gloriam percurrerim hymno:*
ne petat me lapide aſpero Invidia.
Etenim Nemeæ ſimiliter
dicam hanc gratiam imberbis;
& poſteà virilem pugnam

ἐπῳ. γ. κῶ. ια.

ἐν παγκρατίῳ. Τὸ διδάξασθαι δέ τοι,
εἰδότι ῥᾴτερον. Ἄγνω-
μον δὲ, τὸ μὴ προμαθεῖν.
Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.
Κεῖνα δ' ἐκεῖνος ἂν εἴποι
ἔργα περαίτερον ἄλλων,
τίς τρόπος ἄνδρα προβάσει,
ἐξ ἱερῶν ἀέθλων
μέλλοντα ποθεινοτάταν δόξαν φέρειν.
Νῦν μὲν αὐτῷ γέρας Ἀλκιμέδων,
νίκαν τριακοστὰν ἑλών:

στρο. δ. κῶ. θ.

Ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος, ἀ-
νορέας δ' οὐκ ἀμπλακὼν,
ἐν τέτρασι παίδων ἀπεθήκατο γυίοις
νόστον ἔχθιστον, καὶ ἀτιμοτέραν
γλῶτταν, καὶ ἐπίκρυφον οἶμον:
πατρὶ δὲ πατρὸς ἐνέπνευσεν μένος
γήραος ἀντίπαλον.
Ἀΐδα τοι λάθεται,
ἄρμενα πράξας ἀνήρ.

ἀντι. δ. κῶ. θ.

Ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν
ἀνεγείροντα, φράσαι
χειρῶν ἄωτον Βλεψιάδαις, ἐπίνικον,
ἕκτος οἷς ἤδη στέφανος περίκει-
ται φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων.
Ἔστι δὲ καί τι θανόντεσσιν μέρος
καννόμον ἐρδομένων.
κατακρύπτει δ' οὐ κόνις
συγγόνων κεδνὰν χάριν.

G.

inpancratio. Docere autem utiqve gnaro facilius eſt. *Inconſideratum verò, non prædidiciſſe.*
Leviores enim inexpertorum mentes.
Illa autem Ille dixerit
opera plusqvam cæteri,
qvis nimirum *modus virum promovebit,*
ex ſacris certaminibus
deſideratiſſimam gloriam reportaturum.
Nunc qvidem ipſi decus eſt *Alcimedon,*
victoriam triceſimam adeptus:

δ.

Qvi fortuna qvidem divina, à virilitate tamen non aberrans,
in qvatuor puerorum repoſuit membris
reditum inviſiſſimum, & honore-minus-præditam
lingvam, & occultam viam:
Patri autem Patris inſpiravit robur
ſenio reſiſtens.
Mortis utiqve obliviſcitur,
convenientia qvi-patravit vir.

d.

Sed me decet memoriam
excitantem, eloqvi
manuum florem Blepſiadis, victorialem-hymnum,
*Sexta qvibus jam corona circa-*caput-*poſita-eſt frondiferis ex certaminibus.*
Eſt verò etiam aliqva mortuis pars
eorum qvæ *legitimè patrata-ſunt.*
Occultatq́ꝫ neqvaqvam pulvis
cognatorum illuſtrem gloriam.

ἐπῳδὸς δ. κώ. ια.

Ἑρμᾶ δὲ θυγατρὸς ἀκέσας Ἰφίων
Ἀγγελίας, ἐνέποι κεν
Καλλιμάχῳ λιπαρὸν
κόσμον Ὀλυμπίᾳ, ὅν σφιν ὤπασεν
Ζεὺς γένει. Ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς
ἔργα θέλοι δόμεν: ὀξεί-
ας δὲ νόσους ἀπαλάλκοι.
Εὔχομαι ἀμφὶ καλῶν
μοίρᾳ Νέμεσιν διχόβȣλον μὴ θέμεν:
ἀλλ' ἀπήμαντον ἄγων βίοτον,
ἀυτȣ́ς τ' ἀέξοι, καὶ πόλιν.

Commentarius.

Μᾶτερ ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων] Partes hujus εἴδȣς ſunt ſex: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Regreſsio, Digreſsio, & Epilogus. In Exordio primùm captat benevolentiam, à laudibus Olympiæ vel Piſæ, qvas deſumit, partim à præmiis certaminum præclariſsimis, partim à vaticiniis ibi editis, qvæ commendat, à certitudine: à modo, per ignem; à fine, ut Jovis exploretur voluntas: ab objecto, qvod dentur ad interrogata pro virtute & liberatione è malis: à cauſa organica, Jamidis ſacerdotibus, & eorundem pietate ac devotione. Deinde per προσωποποιΐαν, eandem Olympiam invocat, pro gratia ſui hymni, & victoriæ eorum qvos laudat.

α. 1. Μᾶτερ ἀέθλων] i. e. μητρόπολις ἀέθλων, vel abſolutè, qvæ certamina & præmia certaminum exhibet: vel relatè, qvæ certamina habeat omnium Græciæ certaminum præſtantiſsima, ut *Ol. α.* habuimus.

α. 1. χρυσοστεφάνων ἀέθλων] id eſt, καλλιστεφάνων, qvia qvæ pulchra ſunt, *Aurea* nominari ſolent. Sic χρυσῆ Ἀφροδίτη *Homero* appellatur. Et in ſpecie Oleaſter ille, ex qvo Coronæ ſolebant decerpi, Καλλιστέφανος fuit dictus, ut *ſuprà in* προλεγομένοις ex *Plinio lib. 16. cap.* 44. & *Pauſania in Eliac. prior.* fuit allegatum. Atqve ita hoc epitheto compoſito, τῶν στεφάνων qualitas notatur. Doctiſsimus *Meurſius in Spicilegio ſuo ad εἰδύλλιον 4 Theocriti*, de præmiorum diſtinctorum varietate accipere, & agonum Olympicorum alios στεφανίτας, alios

ἀργυ-

D.

Mercurii autem filiam ubi - audierit Iphion
Nunciationem, indicet
Callimacho ſplendidum
ornatum in *Olympia: qvem ipſis præbuit*
Jupiter in *familia. Bona autem ſuper bonis*
facinora velit idem Jupiter *dare: acu-*
toſq́ morbos propulſet.
Opto in bonorum *(immittat:*
fatalem - proventum Nemeſin contraria - cogitantem ne
ſed damnorum - expertem afferens vitam,
ipſosq́ adaugeat, & urbem.

ἐγγυρίτας fuiſſe, *ex Ulpiani com-*
nentariis ad orationem Demoſthenis
πρὸς Λεπτίνην, evinci poſſe cenſere
idetur, ut ſint χρυσοςέφανα ἄεθλα,
juſmodi præmia, qvæ modò con-
iſtant in Corona; modò in aliis mu-
neribus, ut auro, argento, ære, &c.
vod tamen de Olympicis non
onſtat. *Ulpianus* loqvitur tantùm
n genere & indefinitè de diverſis
romiſcuè certaminibus, non in ſpe-
ie de Olympicis.

α. 2. Ὀλυμπία] Lego Ὀλυμπία, t & *Pal. A. B.*

α. 3. δέσποιν᾽ ἀλαθείας] propter raculum Jamidarum, qvod ibi fuit, e qvo *Olympiorum* ς. habuimus. Qvomodo autem Olympia δέσποι- α ἀλαθείας ſit, ſtatim ſubjicit.

α. 3. ἵνα] Non eſt hoc loco Con- unctio Cauſalis, ſed Adverbium oci, *Ubi:* qvam ſignificationem apud *Homerum & alios* ſæpè ha- et.

α. 3. μάντιες ἄνδρες] id eſt, Ἰαμίδαι.

α. 4. παραπειρῶνται διὸς] id eſt, πειρῶνται παρὰ Διός, Præpoſitio eſt in verbo compoſito.

α. 6. εἴ τιν᾽ ἔχει λόγον] Ex oraculis enim collegerunt Ethnici, Deum res humanas curare, uti & *Cicero* ratiocinatur, contrà qvàm *Plinius lib. 2. cap. 7.* ſentit.

α. 7. μεγάλαν ἀρετᾶν] Notantur duæ cauſæ petitorum oraculorum, qvarum una eſt *Poſitiva*, Rerum arduarum geſtio; altera *Privativa*, ex calamitatibus liberatio.

a. 1. ἄνυεται] Idem qvod ἀνύεται. Intelligitur autem τὸ παραπειρᾶσθαι Διὸς ἀργικεραύνου &c.

a. 2. εὐσεβέων ἀνδρῶν] id eſt, vel ipſorum Sacerdotum Jamidarum, vel Interrogatorum piorum & religioſorum. *Ald. & Pal. C.* habent, πρὸς χάριν εὐσεβείας.

a. 2. λιταῖς

a.2. λιταῖς] *Aſclepiades* teſte *Scholiaſte* legit in Nominativo λιταί, & exponit ἀνύȣσι Λιταί i. e. *preces vel Deæ illæ qvæ* Λιταὶ *dicuntur, perficiunt rem. Pal. A. & B.* etiam Λιταί. Sed τὸ ἄνεται, paſſivè iis accipi, indicium eſt, qvia pro hoc ipſo ἄννεται, in textum repoſuerunt πλήρεον) πρὸς χάριν, &c. Scholio pro textu arrepto, & δ᾽ poſt εὐσεβέων poſito. Et *Scholia Pal. C* exponunt τελειȣ̃ται, *preces perficiuntur*, i. e. *exaudiuntur adgratiam.* Omnes autem hi, Nominativo plurali Fœminino, jungunt Verbum ſingulare. Qvod in Neutris qvidem freqventiſsimum est, in reliqvis autem Generibus rarius. Sunt tamen qvi Pindaro hoc freqvens fuiſſe velint, unde & hanc Syntaxin σχῆμα Πινδαρικὸν appellant, ut notat *Euſtath. ad verſ. 387. Iliad.* ρ. non qvòd Pindarus primus eam uſurparit, ſed ab aliis acceptam nimis freqventem ſibi fecerit. Cuius tamen vix unum aut alterum exemplum in hiſce qvæ de ejus ſcriptis exſtant, invenies. *Homerus loco dicto* eadem Syntaxi utitur: χεῖρές τ᾽ ὀφθαλμοί τε παλάσσετο μαρναμένοιιν, pro παλάσσοντο. Vide *infrà Ol.* ια. *a.* 5.

a. 3. ὦ Πίσας εὔδενδρον ἄλσος] *Scholiaſtes* ſubintelligit ἔχον aut φιλȣ̃ν, ut ſit ἀποστροφὴ ad Jovem & εὔδενδρον ἄλσος in caſu Accuſativo. Nos cum *Demetrio* rectiùs in Vocativo per continuationem ἀποστροφῆς ad Olympiam & Piſam, hæc accipimus.

a. 4. κῶμον καὶ στεφαναφορίαν] τὸν κῶμον Pindaro ſignificare ἐγκώμιον, non cantilenam ſcurrilem aut jocoſam, jam ſæpiùs animadverti potuit. Per στεφαναφορίαν verò intelligit vel victoriam horum qvos laudat, cujus ſignum στεφαναφορία erat: vel per ἐπεξήγησιν κῶμον ſuum notat, qvo hoſce tres propter victoriam coronatos, omnibus hoc in habitu qvaſi ſpectandos præbet. *Brubachiana editio ut & Plantiniana* habent στεφανοφορίαν, metro reclamante.

a. 5. Μέγα τι κλέος αἰεὶ] In hi[s] nunc eſt concipienda Propoſitio *Timoſthenes & Alcimedon fratres, eo[rumq́;] Magiſter Meleſias, ſunt laudan[-]di.* Hanc Propoſitionem confirma[t] primùm in genere, deinde in ſpecie qvoad ſingulas perſonas. Confir[-]mationis generalis duæ ſunt ratio[-]nes, I. à genere, Qvia omnes victo[-]res Olympici laude ſua ſunt digni. Ergò & hi. Cui rationi προκατά[-]ληψιν brevem ſubjicit. II. à cauſa ef[-]ficiente, qvia σὺν θεοῖς, i. e. divini[-]tus victorias ſuas reportarunt. *Al[…] & Pal. A. B. C.* μέγα τοι.

a. 7. ἄλλα δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἔβαν] Πρ[ο-]κατάληψις priori Rationi ſubject[a.] Poſſet enim aliqvis occurrere: Atq[ui] non omnes tres Olympicam victo[-]riam reportarunt: ideoq́; non eſt, [ut] tantoperè laudes. Reſpondet Po[e-]ta, Eſſe fallaciam cauſæ, aliaq́; ali[is] accidere bona, qvæ tamen omnia ſunt laude digna, & varios diviniti[us] dari modos εὐπραξίας. Etſi erg[o] Timoſthenes & Meleſias Ὀλυμπ[ιο-]νῖκαι non fuerunt: qvia tamen N[ε-]μεονῖκαι evaſerunt, eo ipſo, uti & e[x] aliis cauſis, de qvibus poſteà, laude[m] ſuam merentur.

a. 9. σὺν Θεοῖς] mit Gottes hülf[…] Vel, mit Gott und ehren.

a 9. εὐπραξίας] Ita lego, met[ro] poſtulante, & *Pal. A. & B.* ſuffraga[n-]tibu[s]

ibus. *ἐυπρᾳγίας* enim, qvum à Præ-
erito Medio vel Aoriſto ϛ. forme-
ur, penultimam non facilè pro-
lucet.

A. 1. *Τιμόσθενες, ὔμμε δὲ*] Seqvi-
ur nunc Confirmatio ſpecialis, qvo-
d ſingulas perſonas, tripartita, in
ıva primò Timoſthenem laudat,
einde Alcimedontem, deniqve Me-
ſiam. Prima pars hujus ſpecialis
onfirmationis ad Timoſthenem
ertinens, unicum habet argumen-
ım, à victoria Nemea.

A. 1. *ὔμμε*] Eſt Accuſativus Dua-
s Doricè & Æolicè formatus, pro
φῶ: ſicut *ἄμμε* pro *νώ*. Qvi *ὔμ-
ε* legunt, Doricam tantùm forma-
onem habent.

A. 2. *ζωὶ γενεθλίῳ*] i. e. *τῷ τῆς
γεννήσεως αἰτίῳ*, qvòd Sobolis illi &
oſteritatis cura ſit; qvo ſenſu *Ti-
ullus* Deum Natalem appellat. (*At
um Natalis qvoniam Deus omnia ſen-
s*) Πότμ@ autem illos *κλάρωσε
ζωί*, qvia non Olympia tantùm, ſed
Nemea qvoqve ad Jovem ſuo reſpe-
tu pertinuiſſe volunt: & *ζωὶ* qvi-
em *γενεθλίῳ*, qvia juniores vice-
ınt, ſeu, ut *Demetrius* loqvitur, *ἐν
ῇ νεότητι, ἐφ' ᾗ τιμᾶται ζεὺς γε-
θλι@.*

A. 3. *γενεθλίῳ, σὲ μὲν ἐν Νεμέᾳ
πρόφαντον*] Lego, *γενεθλίῳ, ὃν μὲν
ἐν Νεμέᾳ πρόφατον*, cùm metro ſic
xigente, tùm qvia *Pal. B.* ſuffra-
atur, & ex parte etiam *A.* qvoad *ὃν*.
gnificat autem *πρόφατον*, *procla-
atum, celebrem*, & ut *Scholiaſtes Pal.*
exponit *ἔξοχον*: qvod huic loco
agis congruit qvàm *πρόφαντον*,
vod ab *Heſychio* *προδεδηλωμένον*,
emonſtratum, præſignificatum, ab a-
qvibus etiam *prædictum*, redditur.

A. 4. *Ἀλκιμέδοντα δὲ*] Secunda
pars ſpecialis confirmationis, ad Al-
cimedontem ſpectans, cujus ratio-
nes ſunt qvatuor, I. à victoria O-
lympica, qvam *πάλῃ* reportavit.
II. à corporis pulchritudine. III. à
virtutibus pulchro corpore dignis.
IV. qvæ etiam ad alterum fratrem
pertinet, à patria Ægina, qvam
celebrat primò à nautica peritia:
2. à religioſo cultu Themidis & Jo-
vis: 3, à munitione naturali: 4, à
negociationibus & hoſpitalitate:
5, à Dorienſibus incolis: 6, à Rege
qvondam Æaco, qvem laudat pro-
pter ſocietatem cum Apolline & Ne-
ptuno, in condenda Troja, qva de
re ſuo loco.

A. 7. *ἔργῳ τ' οὐ κατὰ εἶδ@ ἐλέγχων*]
i. e. *nihil indignum forma ſua commit-
tens*, ſed virtute potiùs eam exornās.
*Gratior eſt pulchro veniens è corpore
virtus.* In Speculum Alexander M.
freqventer tueri fuit juſſus, ne facilè
forma ſua qvid indignum commit-
teret. Vide *Nem. γ. A. 7.*

A. 8. *ἐξένεπε πάτραν*] Uſitatum
enim erat, patriam ex ipſis Victori-
bus qværere, & poſteà ex illa patria
oriundos per præconem proclama-
re, ut jam anteà cognovimus.

A. 9. *δολιχήρετμον Αἴγιναν*] *Ægi-
nam longis remis utentem*, i. e. peritia
nautica celebrem. Æginetæ. n. ipſis
Athenienſibus, qvi tum domini ma-
ris erant, navalibus copiis ferè fue-
runt potentiores, qvin & maris ali-
qvandiu dominium obtinuerunt: &
in Perſico qvidem bello ad Salami-
nem contra Xerxen, (qvo tempore
Pindarum inclaruiſſe ſuprà diximus)
maximum navium numerum ſecun-
dum Athenienſes deduxêre, qvin &

victoriam illam præclariſsimam, dubiam Athenienſibus fecêre. Vide *Herodotum in Uran*: *Strabonem lib. 8. Ælianum lib. 12. cap. 10.* & *Pauſaniam lib. 2.*

A. 10 σώτειρα Θέμις] *Themis ſoſpita, Servatrix, Juſtitia conſervatrix.* Per θέμιδα vel θέμιν præcipuè intelligunt *Leges Poſitivas*, ſine qvibus, uti nec ſine aliis, Respublicæ conſervari non poſſunt. Idem ἐπίθετον habebimus in εἴδει ſeqventi. Et *Olymp. ιγ'*, tres filias Themidis fuiſſe audiemus, Εὐνομίαν, Δίκην, & Εἰρήνην, qvarum Mythologiam aliunde petendam relinqvimus.

A. 10. Διὸς ξενίου πάρεδρος] Juſtitiam perpetuò Jovi aſsidere fingunt Poëtæ. Ita enim præter alios & *Heſiodus* habet, πὰρ Διῒ πατρὶ καθεζομένη. Et Oedipus apud *Sophoclem Oed. Col.* Δίκην, ξυνέδρον Ζηνὸς vocat. Jupiter autem Ξένιος, id eſt, *hoſpitalis* dicitur, qvòd hoſpitum jura curet. Inde *Virgilius 1. Æn. Jupiter, hoſpitibus nam te dare jura loqvuntur*, qvo reſpexit ad locum *Homeri Odyſſ. ι.* Ζεὺς ἐπιτιμήτωρ, ἱκετάων τε ξείνων τε, Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ. Fit autem hîc Jovis ξενίου mentio, qvia hoſpites in hac inſula erant freqventiſsimi, propter commercia. Cæterùm α in πάρεδρος hîc propter liqvidam ſeqventem producitur: ſicut in ἁλίσκεται, *B. 9.* & ἄρα, *γ. 3.* Cujus rei & alibi exempla ſimilia.

A. 11. ἀσκεῖται] i. e. *exercetur ibi Juſtitia in hoſpites.* Ideò *Pyth. η. Ɛ. 2.* Αἴγινα δικαιόπολις appellatur. Videatur & *Nemeor. δ. Aſclepiades* teſte *Scholiaſte*, reddidit, τιμᾶται πρὸς Διὸς ξενίου, *honoratur à Jove*, ſed inconvenienter.

Ɛ. 1. ἔξοχ' ἀνθρώπων] i. e. *eximiè ſupra alios homines*, plus qvàm apud alios homines.

Ɛ. 2. ὅ,τι γὰρ πολὺ, καὶ πολλᾷ ῥέπῃ] Hæc faciunt ad illuſtrandam Juſtitiam Aeginetarum, q. d. In populoſa Republica, & multis negotiationibus occupata, difficile eſt, Juſtitiam ſemper omnibus poſſe adminiſtrare, & qvò difficilius, eò majore laude dignum. Jam verò Aeginetæ in inſula ſua populoſiſsima, (ut in qva ad 47 myriades οἰκετῶν teſte *Scholiaſte* fuêre, ne qvid jam de Dominis & liberis dicatur,) & variis negotiationibus occupatiſsima, Juſtitiam æqviſsimè adminiſtrarunt. Ergò &c. Vide *infrà Nem. γ. α. 3.* & *δ.* ubi eandem ob cauſam πολυξένα dicitur.

Ɛ. 2. πολλᾷ ῥέπει] Et hîc τὸ α in fine propter liqvidam ſeqventem produci videtur. Sed malo legere adverbialiter πολλᾷ, *in multas partes*, ſecutus *Pal. A. & B. & Scholia Romanæ editionis.*

Ɛ. 5. τάνδ' ἁλιερκέα χώραν] id eſt θαλάσσῃ περιειλημμένην, *mari circũdatam*, ut exponit *Scholiaſtes*, qvod commune omnium Inſularum ἐπίθετον eſſe poteſt. Verùm ſi hiſtorias excuſſerimus, apparebit Poëtam certo reſpectu Aeginam præ cæteris Inſulis ſic appellare. Eſt enim ipſi Inſula longè omnium qvæ in Græcia ſunt, è mari aditu difficillima, incincta undiq; aſperis cautibus a cœcis dorſis: qvas moles contra prædonum excurſiones & omnem hoſtilem impetum de induſtria jeciſſe dicitur Aeacus, ut habet *Pauſanias lib. 2.* Eſt igitur ἁλιερκὴς, non tantùm qvia mari cincta eſt, ſed etiam qvia ſeptis qvaſi munita in ipſ mar

mari. Qvod ipſum Poëta à natura & τεθμῷ ἀθανάτων affirmare videtur: tametſi illa verba, ad ὑπέστασε κίονα ξένοις potiùs referri videantur. *Romana editio*, poſt ἀθανάτων diſtingvit, & hîc, καὶ τάνδ᾽ ἁλιερκέα χώραν, novam orationem nchoat. In ea lectione referetur rerbum ὑπέστασε ad Θέμιν, qvòd jus & juſtitia hoc præſtet, ut ſit hæc Inula κίων ξένοις: Illa verò verba, τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων, referentur ad διακρίνειν ὀρθᾷ φρενὶ, qvòd qvidem δυσπαλὲς ſit, ſed tamen τεθμὸς ἀθανάτων, ut monet *Lonicerus*.

ε. 7. κίονα δαιμονίαν] Jonicè pro ίονα δαιμόνιον.

ε. 8. ὁ δ᾽ ἐπαντέλλων χρόνος] Voum pro diuturno ſtatu Aeginæ.

b. 1. Δωριεῖ λαῷ] Qvum enim hocus, qvem Aeacus ex Nereide, vam *Heſiodus in Theogonia* Pſamahen nominat, à Peleo & Telamone ratribus ex legitima uxore Endeie Scironis filia genitis, ad πένταθλον invitatus fuiſſet, & à Peleo, qvũ oco ei ſuo diſcus mittendus eſſet, o in gratiam matris, cui nothus iniſus erat, conſultò percuſſus, in alminem. Mortuo verò à Teamone verò ferro τὰ μετάφρενα uciatus, interiiſſet: uterq; poſteà ugerunt, Peleus in Phthiam Theſaliæ partem, Telamon verò Aea o patre, qvum inſula Aegina Ree deſtituta eſſet, Triacon qvidam rgivus, ut à *Scholiaſte* appellatur, el ut *à Pauſania lib.* 2. Daiphontes Ierculis abnepos, collecta manu rgivorum, qvi tùm Dorienſes rant, Inſulam occupavit & Dorinſium in eam cùm mores tùm linvam importavit, teſte *Pauſania* loco citato *& ex parte Scholiaſte.* Omnes autem Heraclidæ, ſeu poſteri Herculis Dorienſes erant: inter qvos Daiphontes genus ab eo duxit, hac ſerie: Hercules.

Cteſippus.

Thraſyanor.

Antimachus.

Daiphontes.

b. 2. ἐξ Αἰακοῦ] i. e. *ab Æaco, poſt Æacum.* Nam ἐξ interdum *Poſt* ſignificat, ut ἐξ οὗ, *ex qvo*, id eſt poſtqvã. Fuit autem Aeacus primus Rex Aeginæ inſulæ, natus ibi ex Aegina filia Aſopi, qvam Jupiter in hãc Inſulam deportatã impregnaverat. Mythologiam Aeginetarum natorum Aeaco ex Formicis, aliunde petendam relinqvimus.

b. 3. Τὸν παῖς ὁ Λατοῦς] Ad ſextum & ultimum argumentũ laudis Aeginæ inſulæ, à Rege primo Aeaco, annectit Poëta hiſtoriam de ſocietate ejus cum Apolline & Neptuno in condenda Troia, cujus hiſtoriæ qvinq; ſunt partes. I. ipſam συνεργίαν habet. II. Cauſam συνεργίας. III. Oſtentum qvod abſoluta exſtructione apparuerat. IV. Interpretationem. V. Diſceſſum horum συνεργῶν.

b. 4. μέλλοντες ἐπὶ τεῦξαι] Jupiter n. Apollinem & Neptunum ad hoc damnaverat, ut Laomedonti muros Troiæ conderent, qvoniam cum Iunone, aliisq; Diis ſe vinculis cõſtringere tentaverant. ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, Ἥρη τ᾽ ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων, [non Παλλὰς Ἀθήνη, ut aliqui legunt.] ut habet *Homerus Iliad.* α. & φ. Vide *infrà ad Nem.* γ. *b.* 11.

b. 6. *ςέφανον*] Metaphora, id eſt, *τεῖχος*.

b. 9. *ἦν ὅλι νιν*] Qvia enim in fatis erat, Trojam aliqvando expugnari, & incendio vaſtari: & verò Deorum manibus ædificata tale qvid pati poſſe non videbantur: Æacum adhibuerunt ſocium, ut humanis manibus exſtructa vaſtationi obnoxia eſſe poſſent.

B. 2. *τρεῖς*] pro numero ſcilicet conditorum.

B. 3. *κάπετν*] Doricè pro *κάπεσον* vel *κάππεσον*, per Syncopen pro *κατέπεσον*, à *καταπίπτω*. *Plantiniana editio* habet *κάπεσσον* per diplaſiaſmum, metro reclamāte, niſi velimus ε ante σσ corripi, ut ι in *ἴππος*. *Pal. C.* habet *κάππετον*, eadem propè ratione.

B. 4. *πνοὰς*] *Ald: ψυχὰς*, Scholio arrepto pro textu.

B. 7. *ἐυθὺς*] ſive Nomen, *rectus, veridicus*: ſive Adverbium, *protinus, ſtatim.*

B. 8. Πέργαμος] ἡ Πέργαμος, vel *τὸ πέργαμον*, vel *τὰ πέργαμα*, Arx Trojæ. Ejus deſcriptionem vide apud *Strabonem lib. 13.*

B. 8. *ἀμφὶ τεαῖς χερὸς ἐργασίαις*] i. e. *ea parte murorum, qvæ tuis manibus exſtructa eſt.* Lego *τεᾶς χερὸς*.

B. 9. *ἁλίσκεται*] i. e. *ἁλώσιμός ἐστι*. α. producitur propter liqvidam.

B. 10. *ὡς ἐμοὶ*] Ita pleriqve habent. *Sic mihi. Ald. & Pal. C. ὡς ἐμοὶ, ut mihi.* Et *Scholion τοῦ C. καθά.*

B. 10. *φάσμα*] i. e. *Oſtentum illud Draconum trium.*

B. 10. Κρονίδα] *Pal. C.* Κρονίου: qvod ſenſu & metro idem eſt.

γ. 1. *οὐκ ἄτερ παίδων σέθεν*] Habuerunt hæc ſuum eventum. Nam

Æaci filii Peleus & Telamon cum
Hercule Trojam capiunt, occiſo Re-
ge Laomedonte : & hoc prima vi
ce factum fuit, *ἅμα πρώτοις*, id eſt
ſtatim ab illis qvi primi ab Æaco exclu
ſivè fuerunt, utpote filii. Rurſus etiam
à *τετράτοις*, *qvi incluſivè ab Æac*
qvarti fuerunt, hoc eſt à Neoptole
mo ſeu Pyrrho filio Achillis, & Epe
Panopei filio, Æaci, ex Phoco filio
Panopei patre, pronepote, fabrica
tore Eqvi duratei, ſub Atridis, plan
fuit vaſtata. Itaqve duo Dracone
qvi muros inſilientes, interiêre, nota
runt murum ea parte qva à duobu
illis Diis conditus erat, inſuperabi
lem: tertius verò muros cum ſibil
occupans, tertii artificis, puta Æac
partem, occupatum & vaſtatum ir
Vel potiùs, qvia jam antè conſta
bat, Deorum manibus exſtructum
murum vaſtari ab hominibus no
poſſe, neqve id nunc demum per oſ
tentū ſignificari opus erat, per Dra
cones duos exanimatos notantur
Achilles & Ajax, Aeaci, ille ex Pe
leo, hic ex Telamone, nepotes, q
ad Trojam interierunt: per tertium
verò ſoſpitem & victorem, Pyrrhu
Achillis filius, qvi Aeaci pronepos
& incluſivè *τέτρατος* ab eo fuit
Trojamq; cum reliqvis Græcis va
ſtavit. Qvæ omnia qvum non igno
rarent Græci, meritò Achillem be
lum hoc ſubterfugientem tantop
rè qvæſierunt, imò ex Gynæce
protraxerunt, & eo interfecto, filium
ejus Pyrrhum valdè adhuc juvenem
adeò ut inde Νεοπτολέμου nome
acciperet, (*Pauſanias Phoc:*) a
Trojam accerſi curarunt. Cæte
rùm de Troja bis capta vide infr
Iſthm. ε. B. 2.

γ. 3. ἀρ

γ. 3. ἄρα] α prius producitur pro-)ter liqvidam, ut & infrà *Iſth.* ς. γ. 7. *Pal. A.* ἄρα. Sed ſine ratione.

γ. 3. θεὸς] Ἀπόλλων ſcilicet.

γ. 4. Ξάνθον ἤπειγεν] Ξάνθος flu- ius Troadis, qvo ſuperato, Apollo d Amazones qvæ in Aſia in confi- io Cappadociæ, ad Thermodontem uvium habitabant, indeq; ad Hy- erboreos tetendit, à qvibus peculia- iter fuit cultus, ut ſuprà *ad Olymp.* γ' nnotavimus. Qvòd verò Ἴστρον eò ollocat, eo modo accipiendum eſt, vem ibidem ſuprà indicavimus. *cholia ſtes & Demetrius* Lyciam hoc uvio notari cenſent, per qvam A- ollo iter ad Amazonas fecerit. Ve- ìm à Xantho Troadis, qvi hîc intel- gitur, diverſus eſt fluvius Lyciæ ei- ſdem nominis. Et ex Troade per yciam ad Amazonas iter commo- è fieri, hiſtoria Geographica & horographica negat. Neq; neceſ- eſt, ut arbitrarium hoc iter finga- us, qvum Poëta hujus loci nullam ciat hîc mentionem.

γ. 6. Ὀρσοτρίαινα] id eſt Neptu- ıs, *tridentem qvatiens*. Vocativi ter- inatio Atticè pro terminatione ominativi. Habet autem ὀρσοτρί- νας, εὐτρίαινας &c. acutum in an- penultima Atticè, ut αἰγόκερως.

γ. 6. ἐπ' ἰσθμὸν ποντίαν] Jonicè Atticè pro ἰσθμὸν πόντιον. Intel- ;it autem *Iſthmum Corinthiacum*, i Neptuno, cum Sole de eo con- rtanti, Briareo arbitro adjudica- s fuit, ubi & ſacra Neptuno fie- nt, & templum ipſi nobile exædi- atum fuit, qvod deſcribit *Pauſa- s lib. 2.*

γ. 8. ἀποπέμπων] *deducens ſecum*, um à Troade ad Æginam com- mune eſſet iter, & Æaco huc tenden- ti, & Neptuno ulteriùs Iſthmum pe- tenti. Hat jhn mit ſich genomen / vnd in Ægina gelaſſen.

γ. 9. δεῦρο] Ad Aeginam ſcilicet, de qva hîc loqvitur.

γ. 9. ἀν' ἵπποις χρυσέαις] Doricè ἀνὰ pro σὺν. *Demetrius* legit ἐν ἵπ- ποις χρυσέαις. χρυσέας verò vocat τὰς ἵππους, id eſt *pulchras*, ſicut aliàs pulchra *Aurea* dici ſuprà meminimus.

g. 1. ϗ Κορίνθου] Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, τάνυεν ἅρμα ἐπὶ δειράδα Κο- ρίνθου &c.

g. 2. δαῖτα κλυτὰν] adornatam ni- mirum in Neptuni ſacrificio.

g. 3. τερπνὸν δ' ἐν ἀνθρώποις] Gnome, qva ſecundam partem Con- firmationis ſpecialis concludit, qva- qve illud docet, *Non omnes homines iisdem delectari*, ideoq; nec mirum eſ- ſe, tres hoſce conditores Trojæ in di- verſa loca diſceſsiſſe, qvùm *ſuum cuiq; ſit pulchrum*. Alii verò volunt eſſe initium tertiæ partis Confirmatio- nis, qvæ Meleſiam ſpectat, q. d. Poë- ta, *Non omnibus omnia placent*. Etſi ergò Meleſiæ laudes cum Alcime- dontis & Timoſthenis laudibus con- jungi fortè non omnibus placet, mi- hi tamen ſic arridet. Vide Adagium, *Ne Jupiter qvidem omnibus placet.*

g. 4. εἰ δ' ἐγὼ Μελησίᾳ] Tertia pars Cõfirmationis ſpecialis ad Me- leſiam pertinens, qvatuor habet ra- tiones, qvibus laudandus Meleſias probatur. 1. propter diſcipulos ad- huc imberbes victores. 2. propter victoriam Nemeam in certamine lu- ctæ puerili, & pancratio virili. 3. pro- pter peritiam athleticam, & fidelem informationem. 4. propter multitu-

dinem benè inſtitutorum diſcipulorum, inter qvos triceſimus nunc vicit Alcimedon.

g. 4. μειλησία] *Ald. & Pal. A. B. C.* Μελησία, ε propter λ producto. Eſt autem terminatio Genitivi Dorica pro μειλησίου. Ideò χολ: τοῦ *B.* ſupra α ſcripſit ου: τοῦ *C.* verò, Articulum τοῦ.

g. 4. ἐξ ἀγενείων] id eſt ex Timoſthene & Alcimedonte, aliisq́; diſcipulis, qvi ἀγένειοι, impuberes & imberbes victoria potiti, Præceptori Meleſiæ gloriam pepererunt.

g. 6. μὴ βαλέτω με λίθῳ] *ne lapide aſpero me percutiat Invidia*, hoc eſt, ne qvis mihi invideat, qvum laude ſit dignus propter ſeqventes rationes.

g. 6. τραχεῖ] Doricum ex Jonico τρηχεῖ, qvod arguit α productum. Si enim Cõmune eſſet, corriperetur.

g. 8. ὁμῶς ἐρέω ταύταν χάριν] ſcilicet ἐξ ἀγενείων, q. d. ut nunc diſcipuli imberbes: ita & Præceptor olim imberbis puerilem victoriam de πάλῃ ex Nemeis reportavit, & poſteà virilem ex pancratio.

G. 1. ἐν παγκρατίῳ] *Ald. & Pal. C.* ἐκ παγκρατίου, eodẽ ſenſu & metro.

G. 1. τὸ διδάξασθαι] Tertiam rationem illuſtrat & amplificat tribus γνώμαις, qvarum prima facilitatem docendi & informandi gnaris attribuit; ſecunda ſtoliditatem & præſumptionem eorum qvi ignari & imperiti aliqvid tractant, arguit: tertia eorundem levitatem oſtendit. Qvæ omnia etſi θετικῶς à Poëta proferuntur: vult tamen ſuo more illa ὑποθετικῶς intellecta de Meleſia, ita ut prima γνώμη illi competat; poſteriores duæ alienæ ab ipſo putentur. Vide Adagium, *Doceat qvi didicit.*

G. 2. ῥᾴτερον] Synizeſis.

G. 5. κεῖνα δὲ] ſcilicet, qvæ ad τ
διδάξασθαι pertinent, vel ut mox ſub-
jicit, τίς τρόπος &c.

G. 5. ἐκεῖνος] ſcilicet *Meleſias.* q.d
Nemo Meleſia rectiùs diſcipulos a
virtutem informare poteſt.

G. 10. αὐτῷ γέρας] Scholiaſtes ſub
intelligit περιεποίησεν, Alcimedon pe
perit ipſi honorem & præmium. Se
commodiùs cum *Philippo* ſubintelli
gemus ἐστὶ, *Alcimedon eſt ipſi honor*
qvãdoqvidem diſcipulus bonus Præ
ceptori honor & ornamentum eſt.

G. 11. νίκαν τριακοστὰν] non qvò
Alcimedon triceſimam victoriam
pro ſe reportârit, ſed qvòd triceſimu
fuerit, qvi ex diſcipulis Meleſiæ co
ronatus ex certaminibus rediit.

δ. 1. Ὃς τύχᾳ μὲν δαίμονος] R
greſsio ad victoriam Alcimedont
Olympicam, cujus præcipuè cauſa
hunc hymnum ſcripſit, qvam la
dat, I. propter cauſam Efficiente
Remotam, Deum: Propinqvam, ἀ
ρέαν ſeu virilem ſtrenuitatem. I
propter objectum, ἀνταγωνιστὰς
mirum pueros qvatuor, qvos omn
vicit: qvorum dedecora qvatuor
numerantur, qvæ victis commu
ter evenire ſolent: verbi gratiâ. 1. D
fatigatio membrorum fruſtranea,
ne victoria. 2. νόστος ἔχθιστος, qvu
qvóvis potiùs ituri eſſent; qvàm
ſuos, qvorum exſpectationi non
ſpondent. 3. ἀτιμοτέρα γλῶσσα, p
tim paſsivè, qvum ab aliis non la
dentur: partim activè, qvum ipſi n
glorientur. 4 ἐπίκρυφος οἶμος
dum gloriâ victoriæ deſtituti, p
pudore, ſpectatores aut conſcios
ditus vix ferre poſſunt; Victori
interim ſpectaturos provocantib

3. p

[II. propter fructum, gaudium ni-
nirum Avi. Qvod gnome illuſtrat.

δ. 2. *ἀνορέας ἐκ ἀμπλακῶν*] Sunt qvi *ἀμπλακία* & *ἀμπλακέω* dedu-ant à *πλέκω, plico*, Cujus aor. β eſt *πλακον*. Inde *ἀμπλακία* dicitur llis, qvaſi *implicatio in negotiis*, da nan ſich in ſachen verwirret. Specio-iſsimè. Verùm etymon hoc con-ſtare non poteſt, I. Qvia hoc loco ententia fieret contraria, *Non impli-itus ſtrenuitatibus*, hoc eſt *piger*. II. Qvia conſtruendum eſſet cum Dati-o, *ἀνορέᾳ ἐκ ἀμπλακῶν*. III. Qvia otiùs paſsivo eſſet utendum, *ἀμπλακέμϑυος* vel *ἀμπλακόμϑυος*. Veriùs à *πλάζομαι* deducitur, qvò c Stephanus refert, qvod *Erro* ſigni-icat. I. Qvia ſic ſenſus congruit. *Non aberrans à ſtrenuitate*, id eſt, *ſtre-nuus*, hat der Ritterlichen thaten nicht efehlet. II. Qvia conſtructio etiam ongruit. III. Qvia Activa διάθεσις a locum habere poteſt. Atq; ita in rædictorum abſurdorum nullum npingitur. Qvod ideò moneo, qvia on facilè occurret tam illuſtris lo-us, unde refutari contraria, & ad-rui vera ſententia ita commodè oſsit.

δ. 7. *μϑυος γήραος ἀντίπαλον*] e. *robur ſenectuti reſiſtens*, propter audium de victoria nepotis. Davon e Alten gleich vor frewden wider jung erden.

δ. 8. *αἴδα τοι λάθεται*] i. e. *Oblivi-itur mortis*. Nam ὁ ᾄδης & Poëticè ίδης vel ἄις, interdum eſt *Pluto*, ut *Ol. 9. ε. 8. Pyth. γ. a. 5. Iſthm. α. D. 10.* nterdum *Orcus vel Infernus, ſeu regia Plutonis, locus communis animarum oſt hanc vitam*, ſive probi fuerint ho-nines, ſive improbi, ita tamen ut fe-licitatis bonarum, & pœnæ malorum ſit diſtinctio, ut *Pyth. δ. B. 9.* In Scriptura autem ſacra, tantùm *pro loco tormentorum & cruciatuum hominum impiorum in æterno igni* accipitur. ut *Luc. 16. v. 23. Matt. 11. v. 23. Luc. 10. v. 15. Apoc. 6. v. 8. 20. v. 13. 14. Matt. 16. v. 18. Apoc. 1. v. 18. 1. Cor. 15. v. 55.* Interdum *ſepulcrum*, ad imitationem Hebræorum, qvi voce שְׁאוֹל non tantùm *Infernum*, ſed & *Sepulcrum* notant, ut præter exempla Veteris Teſtamenti *Acta cap. 2. v. 27. 31.* teſtantur. Interdum deniqve *Mortem*, ut hoc loco, & infrà *Pyth. ε. δ. 4. Iſthm. ς. α. 8. & Sophocl. Antig. 1. 4. & 5. Oed. Col. 4. 2. Trachin: 1. 1. & alibi.* De hoc autem loco vide Adagium, *Virtus æterna*.

d. 1. *ἀλλ' ἐμὲ χρὴ*] Digreſsio in laudes majorum Timoſthenis & Alcimedontis, videlicet Blepſiadarum, qvos laudat 1. propter crebras victorias in illa familia, qvum hæc jam ſit ſexta. 2. propter gloriam ex poſteris. 3. propter virtutem poſt mortem durantem in poſteris. 4. propter beatitatem fauſti nuncii apud inferos, de victoria poſterorum. 3. propter honorem generi huic à Jove factum, propter conceſſas victorias.

d. 2. *ἀνεγείροντα*] utpote qvæ aliàs ſopita maneret: ſive *μναμοσύνα* intelligatur propriè, ſive Appellativè.

d. 3. *χειρῶν ἄωτον ἐπινίκιον*] *victorialem florem manuum*, i. e. hymnum victorialem, qvi inſtar coronæ eos ornabit. Addit autem *χειρῶν*, qvia *Lucta* potiſsimum in manuum & brachiorum robore conſiſtit.

d. 3. *Βλεψιάδαις*] id eſt *poſteris & familiæ Blepſiæ*, ex qva oriundi etiam erant Alcimedon & Timoſthenes.

d. 5. *φυλλοφόρων ἀπ' ἀγώνων*] ad diffe-

differentiam aliorum certaminum, qvæ aliis præmiis honorabantur: Vel, qvia victores foliis & floribus jaciebantur.

d. 6. ἔστι δὲ καὶ τι] id eſt *etiam ad defunctos majores ſpectat poſteritatis gloria.* Hac gnome ſecundam & tertiam rationem illuſtrat.

d. 7. καννόμον] per κατὰ νόμον. Nullus enim hîc uſus τοῦ καὶ. Ineptè proinde legitur κἄννομον, q. καὶ ἔννομον. Pejus adhuc habet *Ald. & Pal. A. B. C.* κἂν νόμον.

d. 7. ἐρδόμενον] Repoſui ἐρδομένων.

D. 1. Ἰφίων] Putatur hic *Iphion* avus fuiſſe Alcimedontis & Timoſthenis. Potiùs eſt Pater, ante Avum defunctus, qvum Avus adhuc ſuperſtes ex prioribus videatur.

D. 2. Ἀγγελίας] Fingitur hîc ἡ Ἀγγελία per προσωποποιίαν Filia Mercurii, qvæ nuncia de geſtis ſuperſtitum ad inferos defunctis adferat.

D. 3. Καλλιμάχῳ] Callimachus hîc Avunculus Alcimedontis putatur. Senſus eſt: *Iphion pater audita apud inferos victoria filiorum cum Callimacho fratre matris ipſorū, de ea gaudebit.*

D. 5. Ἐσθλὰ δ' ἐπ' ἐσθλοῖς] Epilogus, in qvo precatur Poëta familia[m] Blepſiadarum, in genere felicitatem qvamcunq;: In ſpecie, ſanitatem corporis, immunitatem invidiæ, Vitam tranqvillam & pacatam, incremen[tum] familiæ, & Salutem Reipublicæ.

D. 9. Νέμεσιν διχόβουλον] ἡ Νέμεσις interdum accipitur pro *Dea, q[væ] in ſcelera hominum animadvertat, ea[que] vindicet:* qvam ob cauſam & appellativè pro *ultione divina* ſæpè legitu[r]. Interdum ſignificat *iram erga alios o[b] ſcelera.* Hoc loco *indignationem invidioſam*, vel *invidiam indignabunda[m] propter aliorum felicitatem.* Vocat διχόβουλον, id eſt, *diverſum ab iis qvib[us] invidet conſultantem, vel cogitantem.*

ΕἸΔΟΣ Θ.

ἘΦΑΡΜΟΣΤῼ ὈΠΟΥΝΤΙῼ, Παλαιστῇ.

INſcriptum eſt hoc nonum εἶδος Epharmoſto cuida[m] Opuntio, hoc eſt ex Opunte Locridis oriundo, qvi τῇ πάλῃ hoc eſt Lu[cta] vicit Olympiade LXXIII. Locris autem eſt regio Græciæ Eubœæ o[p]poſita, Phocidi contermina. Hujus metropolis ἡ Ὀποῦς, ex Ὀπόεις, ab Opu[n]te heroë, cujus poſteà in textu fiet mentio, nomen accepit, idq; ſub eadem t[er]minatione Maſculina retinuit, licet genus in Fœmininum mutârit. Lo[cri] autem triplices fuerunt in Græcia, ut ex *libro 9 Strabonis* patet: I. *Occidenta[les] ſive Heſperii*, qvi ad occidentale latus Parnaſſi habitarunt, & in publico ſig[il]lo inſculptum habuerunt Heſperum, qvi & Ὀζόλαι fuerunt dicti, ſive ἀ[πὸ] τῶν ὄζων, *à ramis*, ſive ἀπὸ τοῦ ὄζειν *ab olendo:* de qvibus Etymis *Pauſanias* [vi]deatur *in fine Phocaicorum.* II. *Orientales*, qvi ad Orientale latus Parn[aſſi] habitarunt, qvi & *Opuntii* à metropoli Opunte dicti fuerunt, de qvibus

eſt

eſt ſermo. III.' *Epicnemidii vel Hypocnemidii*, qvi & ipſi orientales fuerunt, ſed ad Cnemidem montem remotiores. Præter hos Locros Græciæ, fuerunt etiam Locri *Epizephyrii in Italia*, ad Zephyrium promontorium, Colonia Opuntiorum, qvorum paſsim etiam apud Hiſtoricos fit mentio: ex qvibus victorem ſeqventia duo εἴδη celebrabunt.

Σωύοψις τȣ̃ θ εἴδȣς Ὀλυμπίων.

Partes [hy]mni εἴδȣς ſunt:

- *Exordium, in qvo per προκατάληψιν rationes ſui hymni reddit*
  - *à religione Iovis, Dei tutelaris Olympiæ.*
  - *ab anguſtia loci victoriæ, Elidis.*
  - *à praſtantia ſui hymni.*
  - *à dignitate Epharmoſti victoris.*
- *Propoſitio bimembris:* Opûs & Epharmoſtus ſunt laudandi.
- *Confirmatio*
  - *prioris membri de Opunte*
    - *à cultu Iuſtitiæ.*
    - *à forma politiæ & bonis Legibus.*
    - *à gloria incolarum propter victorias in*
      - *Olympicis.*
      - *Pythicis.*
    - *à celebritate.*
    - *ab eminentia inter cæteras urbes Locridis.*
    - *à fertilitate.*
    - *à majoribus incolarum.*
    - *ab antiqvitate, & primis conditoribus, Deucalione & Pyrrha.*
    - *ab heroë Opunte qvem laudat*
      - *à patre Iove.*
      - *à matre Protogenia.*
      - *à nomine qvod cum avo materno habuit idem.*
      - *à formoſitate.*
      - *à factorum gloria.*
      - *ab amicitia*
        - *Argivorum.*
        - *Thebanorum.*
        - *Arcadum.*
        - *Piſatarum.*
        - *præcipuè Menætii patris Patrocli, in quem digreditur.*
  - *poſterioris de Epharmoſto*
    - *à conſangvinitate Lampromachi, qvem laudat*
      - *ab hoſpitalitate.*
      - *ab aliis virtutibus.*
      - *à ſocietate victoriæ Iſthmicæ cum Epharmoſto.*
    - *à victoriis multiplicibus*
      - *Iſthmica cum Lampromacho.*
      - *Iſthmica gemina, ſine ſocio Lampromacho.*
      - *Nemea.*
      - *Argiva.*
      - *Athenienſi.*
      - *Marathonia.*
      - *Arcadica.*
      - *Pellenea.*
      - *Thebana.*
      - *Eleuſinia.*
    - *à fortitudine*
      - *divinitus conceſſa.*
      - *non affectata.*
- *Epilogus, in qvo*
  - *ἀνακεφαλαιωδῶς repetit argumentum laudis Epharmoſti à donis naturæ, qvoad*
    - *εὐχέρειαν.*
    - *δεξιογυίαν.*
    - *ἀλκὴν.*
  - *τελεσματικῶς adhuc aliam victoriam annectit, Aiaciam.*

Metrica verò ratio ita habet:

ϛροφ: & Ἀντιϛρ:		ἐπῳδ:	
1.	∪∪– ∪∪– ∪∪	1.	∪–∪– ∪–∪–
2.	––∪∪ –∪∪	2.	∪∪–∪ –∪–∪ –∪
3.	–∪–∪ ∪–∪– ∪–∪	3.	∪∪–∪ ∪––– ∪
4.	–∪–∪ ∪–∪–	4.	––∪∪ –∪–– ∪
5.	––∪∪ ––	5.	–∪∪– ––––
6.	–––∪ ∪–∪–	6.	––∪∪ –∪∪– ∪∪–
7.	––∪∪ ––	7.	––∪– ∪∪–∪ ∪∪
8.	–∪–∪ ∪–∪–	8.	–––– ∪–∪–
9.	––∪∪ ––	9.	∪–∪∪ –∪
10.	∪∪∪– ––∪∪ –	10.	–∪–∪ ∪–∪– ∪
11.	––∪∪ ––		
12.	–––∪ ∪–∪–		
13.	––∪∪ ––		
14.	∪–∪∪ –∪––		
15.	∪––– ∪∪––		
16.	∪–∪– ∪∪––		

ΕἼΔΟΣ Θ.

ἘΦΑΡΜΟΣΤῼ ὈΠΟΥΝΤΙῼ, Παλαιϛῇ.

ϛροφὴ α. κῶ. ιϛ.

ΤΟ' μὲν Ἀρχιλόχου μέλος
φωνᾶ ἐν ὀλυμπίᾳ,
καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδὼς,
ἄρκεσε Κρόνιον παρ' ὄ-
χθον ἀγεμονεῦσαι
κωμάζοντι φίλοις Ἐφαρ-
μόϛῳ σὺν ἑταίροις:
Ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων
Μοισᾶν ἀπὸ τόξων,
Δία τε φοινικοϛερόπαν,
σεμνόν τ' ἐπίνειμαι
ἀκρωτήριον Ἄλιδος,

τοιοῖσδ

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἑκκαιδεκάκωλοι ſunt. *Primum* κῶλον *eſt Anapaſticum trimetrum catalecticum. II. Dimetrum catalecticum, ex Jonico à majore & Choriambo III. Trimetrum catalecticum Phalæcium, ex Ditrochæo & duobus Dijambis. IV. Dimetrum acatalecticum periodicum, ex Ditrochæo & Dijambo. V. Dimetrum brachycatalecticum, ex duobus Jonicis à majore. VI. Dimetrum acatalecticum, ex Epitrito qvarto & Dijambo. VII. ut qvintum. VIII, ut qvartum. IX. ut qvintum. X. Dimetrum hypercatalecticum ex Pæone qvarto & Jonico à majore. XI, ut qvintum. XII, ut ſextum. XIII, ut qvintum. XIV, Dimetrum acatalecticum ex Pæone ſecundo & Epitrito primo, & Jonico à minore. XVI. Dimetrum, acatalecticum ex Dijambo & Jonico à minore.*

Ἐπῳδοὶ δεκάκωλοι ſunt. *Primum* κῶλον *eſt Dimetrum acatalecticum ex duobus Dijambis. II. Trimetrum brachycatalecticum, ex Pæone tertio & duobus Ditrochæis. III. Dimetrum hypercatalecticum, ex Pæone tertio & Epitrito primo. IV. Dimetrum hypercatalecticum, ex Jonico à majore & Epitrito ſecundo. V. Dimetrum acatalecticum, ex Choriambo & Diſpondeo. VI. Trimetrum catalecticum, ex Jonico à majore, Choriambo, & Ionico à minore. VII. Trimetrum brachycatalecticum, ex Epitrito tertio, & duobus Pæonibus tertiis. VIII. Dimetrum acatalecticum, ex Diſpondeo & Dijambo. IX. Dimetrum brachycatalecticum, ex Pæone ſecundo & Epitrito ſecundo. (ut 14.* στροφῆς) *X. Dimetrum Periodicum hypercatalecticum, ex Ditrochæo & Dijambo.*

ODA IX.

EPHARMOSTO OPUNTIO, Luctatori.

α.

Archilochi qvidem carmen
voce in Olympica,
videlicet *Callinicus triplex decantatus*,
ſufficere-potuit Saturnium apud collem, ad præeundum
cum-tripudio-incedenti amicis Epharmoſto cum ſociis:
ſed-tamen nunc etiam *longè-jaculantium*
Muſarum ab arcubus,
Jovemq́ rutila-fulmina-jaculantem,
venerandumq́ invade
promontorium Elidis,

τοιοῖσδε βέλεσσιν,
τὸ δήποτε Λυδὸς ἥρως
Πέλοψ ἐξάρατο κάλλι-
στον ἕδνον Ἱπποδαμείας.

ἀντι. α. κώ. ις.

Πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν
Πυθῶναδ' ὀϊστόν. Οὔ
τοι χαμαιπετέων λόγων ἐφάψῃ,
ἀνδρὸς ἀμφὶ παλαίσμασιν
φόρμιγγ' ἐλελίζων
κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος, αἰ-
νήσαις ἓ καὶ υἱόν:
ἂν Θέμις θυγάτηρ τέ οἱ
Σώτειρα λέλογχεν
μεγαλόδοξος Εὐνομία.
Θάλλει δ' ἀρεταῖς ἴ-
σον καὶ Κασταλίᾳ, παρ' Ἀλ-
φειοῦ τε ῥέεθρον:
ὅθεν στεφάνων ἄωτοι
κλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείρον-
τι ματέρ' ἀγλαόδενδρον.

ἐπῳδὸς α. κώ. ι.

Ἐγὼ δέ τοι φίλαν πόλιν
μαλεραῖς ἐπιφλέγων ἀοιδαῖς,
καὶ ἀγάνορος ἵππου θᾶσσον
καὶ ναὸς ὑποπτέρου, πάντα
ἀγγελίαν πέμψω ταύταν,
εἰ σύν τινι μοιριδίῳ παλάμᾳ
ἐξαίρετον Χαρίτων νέμομαι
κᾶπον: κεῖναι γὰρ ὤπασαν
τὰ τέρπν'. Ἀγαθοὶ δὲ
καὶ σοφοὶ κατὰ δαίμον' ἄνδρες

talibus ſagittis;
qvod olim Lydus heros
Pelops reportavit pulcherri-
mam dotem Hippodameæ.

a.

Alatam autem mitte jucundam
ad-Pythonem ſagittam. Neqva-
qvam humiles ſermones attingas,
viri ob luctas
citharam movens
clara ex Opunte, lau-
dans ipſam & filium:
qvam Themis filiaq́; ſibi
Servatrix ſortita-eſt
glorioſa Eunomia.
Floret autem virtutibus æqva-
liter etiam Caſtaliæ, juxta Al-
pheiq́; fluentum:
unde coronarum flores
inclytam Locrorum extol-
lunt matrem pulchrarum-arborum-feracem.

A.

Ego autem charam urbem
claris illuſtrans carminibus,
& feroci eqvo citiùs
& nave alata, qvoqvoverſum
nuncium emittam hoc,
ſi cum aliqvo fatali auxilio
eximium Gratiarum colo
hortum: Illæ enim præbere-ſolent
jucunda. Præſtantes autem
& Sapientes per divinam-ſortem viri

Στροφὴ β. κώ. ιϛ.

ἐγένοντο. Ἐπεὶ ἔναν-
τ' ἂν πῶς τριόδοντος Ἡ-
ρακλέης σκυτάλην τίναξε χερσὶν;
ἁνίκ' ἀμφὶ Πύλον ϛαθεὶς
ἤρειδε Ποσειδῶν:
ἤρειδέν τέ μιν ἀργυρῷ
τόξῳ πολεμίζων
Φοῖβος: οὐδ' Ἀΐδας ἀκι-
νήταν ἔχε ῥάβδον,
βρότεα σώματα ᾇ κατάγει
κοίλαν πρὸς ἀγυιὰν
θνασκόντων. Ἀπό μοι λόγον
τοῦτον ϛόμα ῥίψον.
Ἐπεὶ τόγε λοιδορῆσαι
Θεοὺς, ἐχθρὰ σοφία: καὶ
τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν,

Ἀντιστροφὴ β. κώ. ιϛ.

μανίαισιν ὑποκρέκει.
Μὴ νῦν λαλάγει τὰ τοι-
αῦτ'. Ἔα πόλεμον, μάχαν τε πᾶσαν,
χωρὶς Ἀθανάτων. Φέροις
δὲ Πρωτογενείας
ἄϛει γλῶσσαν: ἵν' αἰολο-
βρόντα Διὸς αἴσᾳ
Πύῤῥα Δευκαλίων τε Παρ-
νασσοῦ καταβάντε,
δόμον ἔθεντο πρῶτον: ἄτερ
δ' εὐνᾶς, ὁμόδαμον
κτισάσθαν λίθινον γόνον.
Λαοὶ δ' ὀνόμασθεν.
Ἔγειρ' ἐπέων σφὶν οἶμον

λιγὺ

β.

fieri-ſolent. Qvandoqvidem ali-
às qvomodo tridentis Her-
cules flagellum excuſſiſſet manibus?
qvando circa Pylum ſtans
reſiſtebat ei *Neptunus:*
reſiſtebatq́, ipſum argenteo
arcu oppugnans
Phœbus: Neqve Pluto immo-
tam habuiſſet virgam,
mortalia corpora qva deducit
cavum ad vicum
morientium. Abjice mihi ſermonem
hunc os.
Qvoniam convitiari
Diis, odioſa ſapientia eſt: *&*
gloriari intempeſtivè,

b.

inſaniis conſonat.
Ne nunc loqvaris ta-
lia. Sine bellum, pugnamq́ omnem,
ſeorſim ab *immortalibus. Admoveas*
autem Protogeniæ
civitati lingvam: ubi variè-to-
nantis Iovis fato
Pyrrha Deucalionq́ Par-
naſſo deſcendentes,
domum exſtruxerunt primùm: Sine
autem concubitu, ejuſdem-generis
produxerunt lapideam ſobolem.
Λαοὶ *autem* illi *appellati-ſunt.*
Excita carminum illis cantum

λιγυῶ. Αἴνει δὲ παλαιὸν
μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων

ἐπῳ. ϐ. κῶ. ι.

νεωτέρων. Λέγοντι μὰν
χθόνα μὲν κατακλύσαι μέλαιναν
ὕδατος σθένος: ἀλλὰ Ζηνὸς
τέχναις ἀνάπωσιν ἐξαίφνας
ἄντλον ἑλεῖν. Κείνων δ' ἔσαν
χαλκάσπιδες ὑμέτεροι πρόγονοι,
ἀρχᾶθεν Ἰαπετιονίδος
φύτλας κοῦροι, κορᾶν τε φερ-
τάτων Κρονιδᾶν, ἐγ-
χώριοι βασιλῆες αἰεί.

στροφὴ γ. κῶ. ιϛ.

πρὶν Ὀλύμπιος ἁγεμὼν
τὰν παῖδ' ἀπὸ γᾶς Ἐπει-
ῶν Ὀποῦντος ἀναρπάσαις ἕκαλος,
μίχθε Μαιναλίαισιν ἐν
δειραῖς, καὶ ἔνεικε
Λοκρῷ: μὴ καθέλοι μιν αἰ-
ὼν, πότμον ἐφάψαις,
ὀρφανὸν γενεᾶς. Ἔχε
δὲ σπέρμα μέγιστον
ἄλοχος: εὐφράνθη τε ἰδὼν
ἥρως θετὸν υἱόν:
Μάτρωος δ' ἐκάλεσσέ μιν
ἰσώνυμον ἔμμεν,
ὑπέρφατον ἄνδρα μορφᾷ
τε καὶ ἔργοισι: πόλιν δ' ὤ-
πασεν λεῶν τε διαιτᾶν.

ἀντιστροφὴ γ. κῶ. ιϛ.

Ἀφίκοντο δέ οἱ ξένοι,

ſonorum. Lauda autem ſenex
qvidem vinum, flores vero hymnorum

B.

recentiorum. Ajunt ſanè,
terram qvidem obruiſſe nigram,
aqvæ vim: ſed Jovis
artibus reſorptionem ſtatim
molem-aqvarum abſtuliſſe. Ex *illis autem erant*
æreis-clypeis-inſtructi veſtri majores,
primitus Japetionidis
ſtirpis filii, amaſiarumq; præſtan-
tiſſimorum Saturnidarum, indi-
genæ reges ſemper.

γ.

Olim Olympius dux
filiam è terra Epe-
orum Opuntis qvum-abripuiſſet clam,
mixtus-eſt ei Mænaliis in
jugis, & reduxit
Locro: ne auferret eum æ-
vum, mortem attingere-faciens,
ſine prole. Habebat
autem ſemen generoſiſſimum
uxor: gaviſusq;-eſt intuitus
heros ſuppoſitum filium:
Materni-avi autem juſſit eum
cognominem eſſe,
ſuper-alios-celebrem virum for-
maq; & factis: urbem autem de-
dit populumq; regere.

g.

Advenerunt autem ei hoſpites,

ἐκ τ' Ἄργεος, ἔκ τε Θη-
βᾶν, οἱ δ' Ἀρκάδες, οἱ δὲ καὶ Πισᾶται·
υἷα δ' Ἄκτορος ἐξόχως
τίμασεν ἐποίκων,
Αἰγίνας τε, Μενοίτιον.
Τοῦ παῖς ἅμ' Ἀτρείδαις
Τεύθραντος πεδίον μολὼν,
ἔστα σὺν Ἀχιλλεῖ
μόνος, ὅτ' ἀλκᾶντας Δαναοὺς
τρέψας, ἁλίαισι
πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν·
ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι
μαθεῖν Πατρόκλου βιατὰν
νόον γ'. Ἐξ οὗ Θέτιος γό-
νος οὐλίῳ μιν ἐν Ἄρει

ἐπῳδ. γ. κῶ. ι.

παραγορεῖτο, μήποτε
σφετέρας ἄτερθε ταξιοῦσθαι
δαμασιμβρότου αἰχμᾶς. Εἴην
εὑρησιεπὴς ἀναγεῖσθαι
πρόσφορος ἐν Μοισᾶν δίφρῳ·
τόλμα δὲ, καὶ ἀμφιλαφὴς δύναμις
ἕσποιτο. Προξενίᾳ δ', ἀρετᾷ
τ' ἦλθον τιμάορος Ἰσθμίαι-
σι Λαμπρομάχου μί-
τραις· ὅτ' ἀμφότεροι κράτησαν

στροφ. δ. κῶ. ιϛ.

μίαν ἔργον ἀν' ἁμέραν.
ἄλλαι δὲ δύ' ἐν Κορίν-
θου πύλαις ἐγένοντ' ἔπειτα χάρμαι·
ταὶ δὲ, Νεμέας Ἐφαρ-
μόστῳ κατὰ κόλπον·

Ἄρ

exq; Argis, exq; The-
bis, & Arcades, itemq; Piſatæ:
Filium autem Actoris maximè
honoravit inter incolas,
Æginæq; Menœtium.
Cujus filius cum Atridis
in Teuthranis campum profectus,
ſtetit cum Achille
ſolus, qvando ſtrenuos Danaos
in fugam-verſos, marinas
in puppes Telephus compulit:
ut prudenti oſtenderet
cognoſcere Patrocli violentam
mentem. Ex qvo Thetios pro-
les periculoſo illum in bello

G.

hortabatur, ne unqvam
ſua absqve in-acie-ordinaretur
mortalium-domitrice haſta. Utinam-eſſem
verborum-inventor ad-narrandum
commodus in Muſarum curru:
voluntasq; & ampla facultas
conſeqveretur. Ob hoſpitalitatem autem virtu-
temq; veni celebrator Iſthmi-
is Lampromachi mi-
tris: qvando ambo obtinuerunt

δ.

unum opus per unum diem.
Alia autem duo in Corin-
thi portis evenerunt poſteà gaudia:
alia autem & Nemeæ Ephar-
moſto in receſſu:

Ἄργει τ' ἔσχεθε κῦδος ἀν-
δρῶν: παῖς δ' ἐν Ἀθάναις.
Οἷα δ' ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
μένεν ἀγῶνα πρεσβυτέρων,
ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν;
Φῶτας δ' ὀξυρεπεῖ δόλῳ
ἀπτῶτι δαμάσας,
διήρχετο κύκλον ὅσσᾳ
βοᾷ, ὡραῖος ἐὼν καὶ
καλὸς, κάλλιστά τε ῥέξας;

ἀντιστροφ. δ. κῶ. ις.

Τὰ δὲ Παῤῥασίῳ στρατῷ
θαυμαστὸς ἐὼν φάνη,
Ζηνὸς ἀμφὶ πανάγυριν Λυκαίου:
καὶ ψυχρᾶν ὁπότ' εὐδια-
νὸν φάρμακον αὐρᾶν
Πελλάνᾳ φέρε. Σύνδικος
δ' αὐτῷ Ἰολάου
τύμβος, ἐναλία τ' Ἐλευ-
σὶς ἀγλαΐαισιν.
Τὸ δὲ φυᾷ κάρτιστον ἅπαν.
Πολλοὶ δὲ διδακταῖς
ἀνθρώπων ἀρεταῖς κλέος
ὤρουσαν ἑλέσθαι.
Ἄνευ δὲ Θεοῦ, σεσιγα-
μένον γ', οὐ σκαιότερον χρῆ-
μ' ἕκαστον. Ἐντὶ γὰρ ἄλλαι

ἐπῳδ. δ. κῶ. ι.

ὁδῶν ὁδοὶ περαίτεραι.
Μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει
μελέτα. Σοφίαι μὰν αἰπει-

inq; -Argis obtinuit gloriam vi-
rorum: puerq; Athenis.
Qvaliter autem in Marathone, ſubdu-
ctus ab imberbibus,
ſuſtinuit certamen ſeniorum
de argenteis-phialis?
viroſq; celeri dolo
lapſu-carente qvum-ſuperaſſet,
pertranſiit circum qvanto
cum clamore, maturus-ætate exiſtens &
formoſus, pulcherrimaq; operatus?

d.

In iis autem qvæ facta ſunt in Parrhaſio populo,
admirandus eſſe apparuit,
Jovis in publica-celebritate Lycæi:
& frigidarum qvando tepi-
dum remedium aurarum
Pellanæ reportavit. Patrocinans
autem ejus Jolai
tumulus eſt, marinaq; Eleu-
ſis ſplendidis-factis.
Qvod verò à-natura eſt, optimum omne eſt.
Multi verò hominum
diſciplina-acqviſitis virtutibus gloriam
annixi-ſunt aſſeqvi.
Abſqve autem Deo qvæ fit, ſi fuerit taci-
ta, non magis-ſiniſtra fiet res
qvævis. Sunt enim aliæ

D.

aliis viis viæ ulteriores.
Unum autem non omnes nos alet
ſtudium. Sapientiæ ſanè ardu-

ναί. Τοῦτο δὲ προσφέρων ἄθλον,
ὄρθιον ὤρυσαι θαρσέων,
τόνδ' ἀνέρα δαιμονίως γεγάμεν,
εὔχειρα, δεξιόγυιον, ὁρῶν-
τ' ἀλκάν: Αἰάντειόν γε δαί-
θ' ὃς Οἰλιάδα νι-
κῶν ἐπεστεφάνωσε βωμόν.

COMMENTARIUS.

Τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος] Partes hujus εἴδους ſunt qvatuor: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, & Epilogus. In Exordio diluit Objectionem, redditis cauſis ſui hymni. Objici enim poterat: Supervacaneum eſt laudare Epharmoſtum peculiari hymno; qvum jam antè, ſtatim ad Olympiam obtenta victoria, generali illo hymno Archilochi, qvi Victoribus accini ſolet, decantatus fuerit. Reſpondet Poëta, eſſe Fallaciam Cauſarum. Etſi enim hoc Archilochi hymno celebratus fuit: tamen placere ſibi eundem Epharmoſtum victorem, etiam peculiari hymno ornare, qvum non habeat tantum laudis, ut omnibus ex æqvo accommodari poſsit. Cauſas autem Impulſivas ſui hymni adducit, I. Religionem Jovis Olympii, Dei nimirum tutelaris Olympiadum. II. auguſtiam loci victoriæ Elidis; qvam illuſtrat brevi narratiuncula de conjugio Hippodamiæ & Pelopis, qvi dotis loco hanc terram acceperat. III, qvia propoſitum habeat hymno eum celebrare ſplendidiſsimo, adeoq; Archilochi illo præſtantiore. IV. deniq;, propter ipſum Epharmoſtum, de qvo poſteà in Cõfirmatione aget.

α. 1. Ἀρχιλόχου μέλος] Compoſuerat enim *Archilochus*, Lyricus ante Pindarum celebris, ἐπινίκιον qvodam in Herculem & ejus aurigam Jolaum, in qvo & vocem & geſtus citharœdi, ipſiusq; citharæ ſonum qvodammodo voluit exprimere voce τήνελλα, per ὀνοματοποιΐαν effictа, (de qva vide *Cœlium Rhodig. l. 3. c. 11.*) qvæ ſubinde repetebatur. Ejus hymni hoc fuit initium, ut ex *Scholiaſte & Varino* apparet:

> Τήνελλα καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡ-
> ράκλεις,
> Αὐτός τε καὶ Ἰόλαος, αἰχμητὰ
> τήνελλα &c.

Atq; hic hymnus ab initio, Καλλίνικος, vel etiam in Neutro, τὸ Καλλίνικον dicebatur. Vox autem Τηνέλλα etiam ad noſtros per tot ſecula tranſiit. Hinc apud Muſicos celebratum eſt illud, Ronda Ronda Tinella. Qvumq; hic Archilochi hymnus, laudes Herculis qvi peculiari auſpicio ludos Olympicos renovaverat, ut ſuprà annotavimus, ejusq; aurigæ Jolai, qvi primam tum coronam reportaverat, contineret: inſtitutum ab

æ ſunt. *Hoc autem afferens præmium,*
altè vociferare audacter,
huncce virum divinitus natum-eſſe,
manu-promptum, membris-dextrum, oculis-prodentem fortitudinem: Aiaceam feſtis-dapibus qvi Oiliadæ vin-
cens coronavit aram.

Hellanodicis fuit, ut victoribus ſingulis *κωμάζουσι*, id eſt *cum tripudio exultantibus, & chorum amicorum ſubſeqventium cum gaudio ducentibus*, ter accineretur: ſemel in loco victoriæ ubi coronabantur; altera vice in Gymnaſio, ubi ante congreſſum ſeſe exercuerant; & tertiò demum in Victorum ſingulorum patria à civibus: qvam ob cauſam & *τρίπλοος* hîc dicitur, ut *Eratoſtheni* placuit: tametſi *Ariſtarchus* ideò ſic dici voluit, qvia fuit *τρίστροφος*: alii verò, qvia ter acclamatum Καλλίνικε, Καλλίνικε, Καλλίνικε. Vide *ad Nem. γ. A. 5.*

α. 2. Φωνᾶεν Ὀλυμπίᾳ] ita omnia qvæ vidi exempla habent, præter *Pal. B.* qvi *Φωνᾷ ἐν Ὀλυμπίᾳ* legit, & *Scholiaſtes ejus μετεώρῳ φωνῇ*, ſupra ſcripſit. Qvem ſeqvi placuit.

α. 1. 3. μέλος Καλλίνικος] Accipitur hic Καλλίνικος, pro nomine hymni, ab initio, & cum τῷ *μέλος* per *ἐπεξήγησιν* conjungitur: Vel ut *Scholiaſtes* putat, refertur conſtructio ad ſenſum, non ad vocem, hoc eſt, ad ὕμνος, qvi voce *μέλος* hîc notatur.

α. 3. τρίπλοος] Nomen pro Adverbio, *τρίς*.

α. 3. κεχλαδὼς] Præt: Med: à *χλάζω, ſtrideo*: item *θρυλλέω, reſono.*

α. 4. Κρονίῳ παρ' ὄχθῳ] Ita potiùs lego qvàm Κρόνιον παρ' ὄχθον.

α. 6. κωμάζοντι] id eſt *cum tripudio eunti*, der in allen ſpringen einhergehet.

α. 8. ἀλλὰ νῦν] q.d. Etſi anteà ſtatim poſt obtentam victoriam laudatus fuit: tamen nunc etiam denuò laudandus eſt. Nam ad *μὲν* etiam *ἀλλὰ* ſæpè infertur.

α. 9. ἑκαταβόλων μοισᾶν ἀπὸ τόξων] Metaphoricè intelligit hymnos ſuos. Muſas vocat *ἑκαταβόλους*, id eſt, *qvæ carmina & hymnos in remotiſſima etiam loca emittunt*. Alii ad *τόξων* referunt, eadem ferè vi manente.

α. 10. Δία τε φοινικοστερόπαν] id eſt *Jovem punicea ſeu rutila fulmina jaculantem.*

α. 11. ἐπίνειμαι] id eſt *accede*. Eſt Aor. 1. Imperat: Medii. Eſtq; ἀποστροφὴ vel ad ſuum ipſius animum, vel ad Chorum.

α. 12. σεμνὸν ἀκρωτήριον] vel propter luctam ibi olim Saturni & Jovis, de qva *ſuprà*: vel propter certamina Olympica reliqvis omnibus præſtantiora: vel aras ſex in honorem XII Deorum ibi poſitas.

α. 13. τοιοῖσδε μέλεσιν] qvaſi dicat Qvalia carmina à me nunc panguntur, ſingulis peculiariter dedicata: non qvalia ſunt illa veterum, Archilochi &c. omnibus communia.

Pal. C.

Pal. C. habet τοιοῖςδε βέλεσιν, qvod retinui, qvum Allegoriæ congruat.

α. 14. τὸ δήποτε] De hoc habuimus *Olymp. α.*

α. 16. ἕδνον] τὸ ἕδνον vel ἔεδνον, propriè eſt *Dos, qvam Vir Sponſæ dat:* Sed hîc Pindarus καταχρηστικῶς ſic vocat eam *dotem, qvam Sponſa marito adfert*, qvæ aliàs φερνὴ, & qvatenus à parentibus accepta, ἡ προῖξ dicitur: ſicut παράφερνα ſunt *dona, qvæ Sponſa præter dotem à Parentibus pactam ſecum adfert, ſive à parentibus, ſive à ſe ipſa:* qvæ & ἐπιμείλια dicuntur, qvòd μειλίσσωσι ſeu demulceant maritum: Rurſus ἀντίφερνα, *qvæ maritus Sponſæ in recompenſationem Dotis donat.*

a. 1. πτερόεντα δ' ἵει γλυκὺν] Propoſitio, qvam duabus membris includit, q. d. *Laudanda eſt Opus patria Epharmoſti: Laudandus etiam eſt ipſe Epharmoſtus.* Hanc Propoſitionem figurat ἀποστροφῇ ad ſeipſum, vel etiam ad Chorum: deinde Metaphorâ à re jaculatoria petitâ. Eandem etiam illuſtrat declaratione modi, qvo utriusq; laudes perſeqvi ſibi propoſuit, nimirum carmine Lyrico ſublimi.

a. 1. πτερόεντα] *alatum*, id eſt velociter abſolutum, & in orbem evolantem.

a. 2. πυθῶναδε] qvia non tantùm Olympia vicit Epharmoſtus, ſed etiam Pythia, Pythiade XXX$_{a}$. ut annotat *Scholiaſtes.*

a. 3. οὔτοι χαμαιπετέων] Vide Adagium, *Humi ſerpere.*

a. 5. ἐλελίζων] id eſt, *movens, impellens:* aliàs ἐλελίζειν eſt θρηνεῖν *deflere.*

a. 6. ἐξ Ὀπόεντος] refertur ad ἀνδρὸς, ut ſit Syntaxis, ἀνδρὸς ἐξ Ὀπόεντος κλεινᾶς.

a. 7. αἰνήσαις] Eſt vel 2. ſing. Aor
1. Opt. Activi, *Laudes*, ut accipiun
Demetrius, Philippus & Plantiniana
Vel potiùs Aoriſtus primus Partici
pii Activi, Doricè pro αἰνήσας, *Lau*
dans, ut reddidit *Lonicerus.*

a. 7. ἑ] Ἀντωνυμία pro αὐτὴν Ὀ
ποῦντα.

a. 7. υἱὸν] id eſt, πολίτην, Stad
kindt/ natum ibi tanqvam filium. Si
ſuprà Ol. ϛ', Θήβην ſuam matrem
Poëta fecit, id eſt, in cujus gremi
qvaſi natus & educatus fuit.

a. Θέμις] Ut Propoſitio, ita
Confirmatio bimembris eſt. Prim
enim laudat Opuntem patriam
pharmoſti: Deinde ipſum Epharm
ſtum. Opuntis laudes ducit, I. à cu
tu Themidis ſive Juſtitiæ: II. ab E
νομία id eſt à benè conſtituta Repu
bonisq; Legibus munita. Hanc E
νομίαν, per προσωποποιΐαν facit p
mò filiam Θέμιδος: niſi enim Leg
latores ad Juſtitiæ ſcopum collimē
bonas & ſalutares Reipubl. Leg
ferre non poſſunt: inde σώτειρα
qvia bonis Legibus civitas conſ
vatur & defenditur: deniq; μεγαλ
δοξον, qvia Legum autoritate hom
nes in officio continentur, boni
fenduntur, mali coërcentur. III.
gloria incolarum ſeu τῶν υἱῶν, p
pter victorias in Olympicis & Pyt
cis. IV. à celebritate. V. ab em
nentia inter cæteras urbes Locridi
cujus eſt Metropolis. VI. à fert
tate. VII. à majoribus incolaru
VIII. ab antiqvitate & primis c
ditoribus Deucalione & Pyrrha.
ab heroë Opunte à qvo & nom
ac

ecepit, cujus laudes obiter pertra-
tat, ut poſteà videbimus.

a. 11. *θάλλει δὲ*] ſcil. ἡ Ὀπȣ͂ς.

a. 12. *ἴσον τε Καςαλίᾳ.*] Per *Καςα-
λίαν* intelligit *Pythia*, qvæ Delphis
elebrabantur, ubi erat *fons Caſtalius.*

a. 13. *παρ' Ἀλφειȣ͂ τε ῥέεθρον*] id
ſt in Olympicis, qvæ celebrantur in
lide ad Alpheum fluvium.

a. 16. *λοκρῶν ματέρα*] id eſt, Ὀ-
ȣ͂ντα *μητρόπολιν* Locrorum.

a. 16. *ἀγλαόδενδρον*] id eſt, *εὔγεων*,
ynecdoche.

A. 1. *ἐγὼ δέ τοι*] Septimum ar-
umentum à majoribus incolarum,
ertractaturus Poëta, præmittit qva-
de novo Propoſitionem, ſe Opun-
m laudaturum eſſe: addito ſimul
rimò etiam Modo, partim *τοῦ ἐπι-
λέγειν*, *accendendo*, *illuſtrando*, ut
nis inſtar qvoqvoverſum luceat;
vod reſpicit finem: partim *μαλε-
ραῖς ἀοιδαῖς*; id eſt, *carminibus claris
ſplendidis*; qvod reſpicit *ὀργανικὴν*:
artim *τοῦ πέμπειν παντᾷ ἀγγελίαν
ταύτην*, id eſt, *publicè has laudes di-
ulgando*, *& qvidem celeriter*; qvod
valitatem & qvodammodo for-
am reſpicit: & per *σύγκρισιν* illu-
ratur duplicem, qvòd iſta omnia
eri debeant *θᾶσσον ἀγάνορος ἵπ-
πȣ*, & *θᾶσσον νηὸς ὑποπτέρȣ*. Dein-
Conditione, ſi gratiâ poëticâ non
eſtituatur: qvam amplificat & il-
ſtrat, 1. ab Effectu, qvòd hæc *τὰ
τερπνὰ* præbeat. 2. à cauſa Efficien-
, qvòd divinitus contingat, uti o-
nes aliæ virtutes: qvod probat ex-
mplis victoriarum Herculis, à Ne-
tuno, Apolline, & Plutone repor-
tarum: qvæ tamen ut fabuloſa, &
Deos contumelioſa, rejicit, & de
iis rectiùs ſentiendum eſſe monet,
atq; ita ad inſtitutum argumentum
ſeptimum accedit.

A. 2. *μαλεραῖς*] id eſt, *λαμπραῖς*.
Metonymia. Eſt aliàs epitheton I-
gnis, & notat *Calidum*.

A. 4. *ναὸς ὑποπτέρȣ*] *navis ala-
tæ*, id eſt remis & velis benè inſtru-
ctæ. Utrisq; enim partibus navis *τῶν
πτερῶν* appellatio rectè tribuitur. Sic
Heſiodus 2. *ἔργ*: *εὐκόσμως ςολίσας
νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο*, *de velis* acci-
pit: *Homerus de remis*, *Od:* λ & ψ,
*ȣ͂δ' εὐήρε' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ
πέλονται.* Vide *Meurſ. in Caſſ.* Etſi
autem fortè de *Remis* h. l. accipi poſ-
ſe videatur propter Præpoſitionem
ὑπό, q. *inferiore parte alatæ*: nihil ta-
men impedit, qvo minus & de *Velis*
accipiatur, ſub qvibus navis promo-
vetur: atq; ita ſub ambiguitate hac
utrumq; intelligatur.

A. 7. *ἐξαίρετον χαρίτων κᾶπον*]
Aliqvi legunt *ἐξαιρέτων χαρίτων
κᾶπον*, ut habet *editio Plantiniana*, &
Commeliniana. A pluribus verò re-
ctiùs retinetur *ἐξαίρετον*: qvomodo
etiam præter alios *Philippus*, & *Loni-
cerus* legerunt. Sicut *Ald.* & *Pal. A.
B. C.*

A. 8. *κεῖναι γὰρ ὤπασαν τὰ τερπνά*]
Sic infrà *Olymp.* ιδ'. dicit: *σὺν γὰρ ὑ-
μῖν (ὦ χάριτες) τὰ τερπνὰ καὶ τὰ
γλυκέα γίνεται πάντα βροτοῖς, εἰ
σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς ἀνήρ*
&c. ut videbimus. Facit ibi Charitas
Apollini aſsidentes.

A. 9. *ἀγαθοὶ*] Non hîc ſignifican-
tur Boni *moraliter*, ſed *qvocunq; modo*,
*naturali qvodam impetu præſtantes &
excellentes*: ut & Boni à Latinis ſæpè
dicuntur. *Virgil. Boni qvoniam con-
venimus ambo, Tu calamos inflare le-
ves, ego dicere verſus.*

ϛ. 1. *ἐπεὶ ἔναντ᾽ ἂν*] Primum hoc eſt exemplum victoriæ Herculis. Interfecerat enim Hercules qvendam Trachinium, cujus cædis *μύσος* & deteſtabilitatem fugiens, Pylum ad Neleum pervenit expiandi cauſa: à qvo qvum prohiberetur, Pyliis bellum movit, in qvo non tantùm Pylios, ſed etiam Neptunum Pylios defendentem ſuperavit. *ὁ* vel *ἡ τριόδους* autem eſt *Tridens*, & hîc in ſpecie notatur *Tridens Neptuni*, & Synecdochicè *ipſe Neptunus*.

ϛ. *ἐπεὶ ἔναντ᾽ ἂν*] id eſt, *Alioqvi, ſi ſecus eſſet*. Sicut & *Olymp*. ι. ε. 7. Sic & *Paulus Rom*. 3. v. 6. *τὸ ἐπεὶ* uſurpat.

ϛ. 3. *σκυτάλην*] qvid *σκυτάλη* propriè ſit, ſuprà ad *εἶδος* ſextum fuit prolixè expoſitum. Hoc loco cum *τριόδοντος* conjunctum, *flagellum tridentis*, h. e. *Tridentem* notat.

ϛ. 5. *ἤρειδε*] ita lego cùm metro ſic exigente, tum *Ald. & Pal. A. B. C.* ſuffragantibus. qvanqvam *Ald.* habet *ἤρηδε*. qvin & in ſeqventi *κώλῳ* *ἤρειδε* habetur: niſi fortè propter Liqvidam producēdum qvis præter neceſsitatem cenſeat *τὸ ε*. Porrò *ἐρείδειν* hîc ſignificationem *Reſiſtendi* habet.

ϛ. 6. *ἤρειδέν τέ μιν Φοῖβος*] Secundum exemplum victoriæ Herculis. Qvum enim Delphos veniſſet Hercules, oraculum de re aliqva cōſulturus, & Pythia reſpōdiſſet, Deum non adeſſe, nec oracula nunc reddere: iratus tripodem fatidicum diruit. Et hac victoria obtenta, *Herculis* nomē primùm accepiſſe putatur, qvum anteà *Dionyſius* fuiſſet nominatus.

ϛ. 6. *ἀργυρῷ*] aliàs Aurea tribuuntur Phœbo. Si cum *Ald. & Pal. C.* legimus *ἀργυρέῳ*, *συνιζήσει* opus eſt.

ϛ. 8. *οὐδ᾽ Ἀΐδας*] Tertium exemplum victoriæ Herculis. Cerberum enim juſſu Euryſthei, à Plutone qvantumvis reluctante & invito abduxit.

ϛ. 9. *οὐδ᾽ ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον*] Senſus eſt, Niſi hæc Hercules geſsiſſe *κατὰ δαίμονα*, non habuiſſet Plut[o] *ῥάβδον ἀκινήταν*, ſed potiùs eâ ut alio[s] homines, ita & Herculem Canem abripientem letho dediſſet. Eſt enim hîc *τὸ ἔχε* non *Indicativè*, ſed *Optativè* reddendum, more Græcis uſitatiſsimo, qvi pro Imperfectis & Plusqvamperfectis Optativis & Subjunctivis ſæpè temporibus Indicativi u[tun]tur. Sicut *paulò antè τίναξε*, rect[è] qvoad Tempus & Modum Philippus reddidit *Moviſſet*: Plantiniana, *Vibraſſet*: Lonicerus, *Qvaſſaſſet*. Reddendum ergò & hîc eſt *τὸ ἔχε*, *habuiſſet* vel *tenuiſſet*, in Plusqvamperfecto: non *tenuit*, uti reddidit Philippus, nec *tenebat*, ut Plantiniana, nec *teneret*, ut Lonicerus.

ϛ. 10. *βρότεα σώματα*] vel qvia corpora moribunda interimit, ve[l] qvia animas ſub corporali ſpecie pœ[n]is ſubjicit. In *σώματα*, duæ poſteriores breves pro una longa ponuntur, per *ἰσοδυναμίαν*.

ϛ. 11. *κοίλαν πρὸς ἀγυιάν*] in da[s] enge Haus/ da einem der Giebel an d[ie] Naſen ſtöſt.

ϛ. 12. *ἀπό μοι λόγον*] Rejicit nun[c] exempla hactenus adducta, qvæ a[d] Theſin qvidem confirmandam faciunt, nimirum *ἀγαθοὺς καὶ σοφοὺς ἄνδρας κατὰ δαίμονα γενέσθαι*: in Hypotheſi verò tolerari non poſſunt, u[t]pote in Deos injurioſa & contumelioſa, qvæ unum hominem tribu[unt] Diis potentiorem faciunt. Eſt autem *ἀποστροφὴ* ad ſuum ipſius os &[c] lingvam, hoc eſt ad ſeipſum.

ϛ. 16. *και*

ϐ. 16. *καυχᾶσθαι*]Media debet brevis eſſe. Modò textus ſalvus ſit. Videri de hac & ſimilibus correptionibus poterit *mea Proſod. in Inſtit: Gramm. Græc.*

b.1. *μανίαισιν ὑποκρέκει*]*furias vel ſtultitiam reſonat*. Citat *Plutarchus de ſui laude*, ubi Poëtam ipſum in hoc impingere ait, dum ȣ̓ *παύεται μεγαληγορῶν περὶ τῆς ἑαυτȣ̃ δυνάμεως*. *ὑποκρέκειν* autem eſt *ſubmiſſè vocem ad citharam aptare, conſonare*, à *κρέκειν*, qvod eſt *pectine ſeu radio pulſare*, item *citharam pulſare*, item *edere ſonum moleſtum*, qvod haud dubiè per *ὀνοματοποιίαν* fictum eſt ex *κρέκε κρέκε*, qvo ſonus citharæ minus benè ſonoræ exprimitur, ꝗ chircke ꝗſchircke.

b. 4. *ἔα χωρὶς ἀθανάτων*]*ſeorſim à Diis ſine*, id eſt, qvæ ad Deos non pertinent, ea Diis non ſunt tribuenda.

b. 4. *Φέροις δὲ Πρωτογενείας*] Præmiſſis hactenus hiſce, ad ſeptimum argumentum tandem accedit, de majoribus incolarum Opuntis, qvos deducit à Deucalione & Pyrrha. Ubi obiter inſerit, I. hominum poſt diluvium ex lapidibus productionem. II. *ἐτυμολογίαν τῶν λαῶν*. III. pauca de diluvio. IV. de majoribus Opuntiorum, qvòd fuerint ex proſapia Japeti. Ita verò hoc ſeptimum argumentum tractat, ut octavum ſimul conjungat, à primis conditoribus & per conſeqvens ab antiqvitate petitum.

b. 4. *Φέροις*] pro *Φέρε*, hoc eſt *κίει*, ut reddit *Demetrius*. Convertas lingvam &c.

b. 5. *Πρωτογενείας ἄστει*] Fuit hæc *Protogenia* Deucalionis, *(Pauſ. lib. 5.)* qvi & *Opûs* fuit dictus, filia, qvæ *Locri* uxor facta, qvum ſterilis aliàs eſſet, ex Jove concepit & peperit *Opuntem ſecundum*, à qvo poſteà *Opûs urbs* nomen accepit, & *Locri Opuntii* fuerunt denominati. *ἄστυ* ergo *πρωτογενείας*, ἡ Ὀπȣ̃ς hoc loco intelligitur.

b. 8. *Πύῤῥα*] a. Doricè corripitur.

b. 9. *παρνασȣ̃ καταβάντε*] Parnaſſus mons Phocidis Locros Orientales & Occidentales ſeparans, ut ſuprà audivimus. In hoc Deucalionis & Pyrrhæ cymba poſt diluvium conſedit. Ab hoc ergò monte, qvum jam terræ eſſent ſiccatæ, deſcendentes, condiderunt ad radices verſus Orientem ædiculas, qvæ Opûntis fuerunt initium. Vide totam fabulam de Diluvio, *lib. 1. Metam. Ovidii.*

b. 10. *ἄτερ δ' εὐνᾶς*] Primum membrum obiter inſertum de hominum poſt diluvium ex ſaxis productione: de qva vide *Ovid. lib. 1. Met.* Vocat verò *λίθινον γόνον ὁμόδαμον*, qvòd etiamſi homines illi è ſaxis fuerint producti, tamen *ὁμόδαμοι* fuerint, hoc eſt, ejusdem cum aliis hominibus naturæ.

b. 12. *κτισσάσθαν*] Eſt 3. Dualis Aor. 1. Ind. Med. Jon. & Dor. pro *ἐκτισάσθην*, à *κτίζω*. Corruptè alii legunt *κτησάσθαν*.

b. 13. *λαοὶ δ' ὀνόμασθεν*] Secundum membrum obiter inſertum de etymo nominis *λαός*: qvod dicitur ab *ὁ λᾶας*, id eſt *lapis*, qvoniam Deucalion & Pyrrha poſt diluvium jam effœti, jactu lapidum poſt terga homines repararunt: Vel ut *Scholiaſtes ex Philochoro* annotat, qvia Cecrops Rex Athenarũ, qvũ vellet ſcire numerũ populi, juſſit ſingulos afferre lapides, & in unũ conjicere: qvũq; ex numero lapidũ numerũ populi cognoviſſet,

viſſet, τοὺς ὄχλους deinde λαοὺς appellavit.

b. 14. ἔγειρ' ἐπέων σφιν οἶμον] Tertium membrum obiter inſerturus, ſeipſum excitat, per Comparationem ἀντιθετικὴν Vini veteris, & carminis recentis, animumq; ſuum exhortatur, ut à priſcis ad recentia tranſeat, vel ſaltem ad vetus vinum novam cantilenam accinat, hoc eſt, priſcam illam de Diluvio hiſtoriam novo carmine exprimat. Attingit autem in hoc membro Diluvium, de qvo, ut in profanis maneamus, prolixè videri poteſt *Ovid. lib. 1. Met.* Vide Adagium, *Grata novitas*.

b. 15. λιγυὼ] ὼ videtur producenda, niſi corruptus ſit textus. Sed ſolet tamen in fine periodi ultima ἀδιάφορος cenſeri, ut exemplis doceri poſſet.

b. 15. παλαιὸν μὲν οἶνον] citatur ab *Athen. lib. 1. Homerus Odyſſ. α. v. 351.* τὴν μὲν ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. *Plato lib. 4. de Rep.* eatenus hunc Homericum locum probat, qvatenus res qvidem novæ carminibus comprehenduntur; minimè verò nova Muſicæ ſpecies, qvam moribus & Reip. noxiam cenſet, introducitur. Cum Muſica enim mores hominum mutantur. Reddidi autem, ſvadente *Taubmano*, *Senex vinum*.

B. 4. ἄμπωσιν] alii habent ἄμπωτιν, utrumq; ab ἀναπίνω: qvanqvam pro utroq; legendum eſt ἀνάπωσιν, cum *Plantiniana, Brubachiana & Commeliniana, & Pal. A. B.* Notatur autem *aqvarum reſorptio & receſſus*.

B. 5. ἄντλον] id eſt *illam eluviem, ſentinam, molem aqvarum.* ὁ ἄντλος vel τὸ ἄντλον.

B. 5. ἑλεῖν] *Pal. B.* λαβεῖν, perperam.

B. 5. κείνων δ' ἔσσαν] Qvartu[m] membrum, qvo majores Opuntio[rum] ex λιθίνῳ hoc γόνῳ, id eſt, *hom[i]nibus illis ſaxigenis*, & ita à Deucalio[ne] & Pyrrha, adeoq; ab ipſo Japet[o] producit, hac genealogia:

Iapetus

Prometheus — *Epimetheus*

ex Clymene — *ex Pandora*

Deucalion, qvi & Opûs. — *Pyrrha.*

Protogenia — *Locru[s]*

ex Iove

Opûs ſecundus, à quo Opun[tii] *(ſu...*

B. 6. ὑμέτεροι] Ἀποστροφὴ ad [E]pharmoſtum & alios Opuntios. V[el] eſt Enallage numeri, pro σοί, *tui*.

B. 8. κορᾶν] non *filiarum*, ſed *pu[el]larum amaſiarum.*

B. 9. Κρονιδᾶν] *Saturnidarum*, ſ[eu] filiorum Saturni. *Portus* malè redd[it] *Saturniarum*, q. fœmininum eſſet, [&] ad κορᾶν referretur tanqvam Ad[je]ctivum: niſi fortè mendum ſit p[ro] *Saturnidarum*.

B. 10. ἐγχώριοι] id eſt, αὐτόχθονες. Laus enim aliqva eſt, ex bo[nis] Parentibus in ipſa patria natum eſ[ſe], non è varia hominum colluvie pr[o]pagatum.

γ. 1. πρὶν Ὀλύμπιος] Nonum [ar]gumentum ab heroë Opunte, à q[uo] hæc urbs nomen accepit: ubi ſim[ul] exemplum profert κόρας ſeu *amaſ[iæ]* alicujus Κρονιδᾶν, puta *Jovis*, in [fa]milia Japetionide. Laudat aut[em] hunc Opuntem I à patre Jove. I[I à] matre Protogenia. I I I à nomin[e], qvod cum avo materno habuit ide[m].

I[V]

V. à formoſitate. V. à factorum gloria. VI. ab amicitia multorum in Græcia, verbi gratia, Argivorum, Thebanorum, Arcadum, Piſatarum, præcipuè Menœtii patris Patrocli, in qvem digreditur.

γ. 1. πρὶν] hoc loco ſignificat *olim*, vel *qvondam*. Nonnullis videtur ſignificare *anteqvam*, ut ſit ſenſus, *Anteqvam Iupiter cum Protogenia concubuerit, reges omnes ex Saxigeno hoc genere fuiſſe*. At ex genealogia præcedente patet, inter Deucalionem & Opuntem ſecundum, nullum regem, niſi Locrum fuiſſe, eumq; ſterilem. Potiùs eſt exemplum κόρας alicujus Κρονιδᾶν.

γ. 1. Ὀλύμπιος ἁγεμὼν] id eſt, *Jupiter*.

γ. 2. 3. τὰν παῖδ' Ὀπȣ̃ντος] id eſt, *Protogeniam* Opuntis primi ſeu Deucalionis filiam.

γ. 2. ἀπὸ γᾶς ἐπειῶν] i. e. *ab Elide*. Elei enim, qvi ab Eleo filio Eurycydes filiæ Endymionis, nomen acceperunt, anteà *Epei*, ab Epeo fratre Eurycydes nominabantur, ut teſtatur *Pauſanias lib. 5*. Inde & *Homerus Od. ν.* ἠ' εἰς Ἤλιδα δῖαν, ὅθι κρατέȣσιν Ἐπειοί.

γ. 3. ἕκαλος] pro ἕκηλα, vel κρύφα, *clam*. Nomen pro Adverbio.

γ. 4. μίχθη] Lego μίχθε, qvod eſt Æolicum & Poëticum pro ἐμίχθη.

γ. 4. μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς] *in jugis Mænaliis*, i. e. in Mænalo monte Arcadiæ.

γ. 6. λοκρῷ] *Locrus* hic maritus Protogeniæ, dux fuit Lelegum, qvi eo tempore terram illam, qvæ poſteà Bœotia, Phocis, & Locris, ab hoc ipſo Locro, dicta eſt, tenuerunt: uti *Strabo l. 7. ex Heſiodo* allegat: ἤτοι γὰρ Λοκρὸς Λελέγων ἡγήσατο λαῶν.

γ. 7. αἰὼν πότμον ἐφάψαις] *ævum fatum attingens*, vel potiùs attingere faciens, i. e. *extrema ſenectus*.

γ. 9. σπέρμα μέγιστον] non *mole*, ſed *virtute* & generoſitate, qvia ex Deo erat.

γ. 11. ἥρως] i. e. Λοκρός.

γ. 11. θετὸν υἱόν] revera θετὸν, ſive ſciverit hoc Locrus, ſive ſuum crediderit.

γ. 12. μάτρωος] *Aretius* perperam Nominativum facit, qvum ſit Genitivus à μάτρως, qvod ſignificat *aliqvem ex proſapia materna*: hìc verò in ſpecie *avum maternum*.

γ. 13. ἰσώνυμον ἔμμεν] ut ſcilicet diceretur *Opus*, ſicut & Deucalion avus maternus, *Opus* fuit dictus. Aliqvi ἰσσώνυμον. Sed non opus reduplicatione, qvum ἴσος & ἶσος inveniatur, i. e. interdum corripiatur, interdum producatur.

γ. 14. ὑπέρφατον ἄνδρα] id eſt, *excellenter celebrem, ſupra alios celebrem*. *Plantiniana & Commeliniana editio* habet ὑπέρβατον: ſed perperam, qvum ὑπερβατὸς ὀξυτόνως ſcribatur, & ſignificet, *eum qvi transiri vel ſuperari poteſt*, paſsivè, non activè, *qvi alios transſcendat vel ſuperet*.

γ. 16. διαιτᾶν] i. e. *adminiſtrare, gubernare*. Metaphora à Medicis, qvi certum regimen ægrotis præſcribunt, & id accuratè obſervari præcipiunt.

g. 3. ἰδ' ἀρκάδες] Aliqvi legunt οἱ δ' Ἀρκάδες, metro reclamante. Rectiùs ergò cum *Cratandrina editione & Pal. A. B.* legemus, ἰδ' ἀρκάδες. qvod etiam, ex antiqviſsimo Codice

probat

probat *Canterus lib.* 3. *capite* 17.

g.4.6. ἦα δ' Ἄκτορος Αἰγίνας τε Μενοίτιον] Fuit hic *Menœtius* filius Actoris ex Aegina Aſopi filia, qvæ poſt natum ex Jove Æacum Actori nupſit.

g.7. τὸ παῖς] Patroclus ſcil. qvem Menœtius ex Sthenele genuit. Hunc Patroclum à robore & fortitudine cõmẽdat, qvam declarat partim exemplo pugnæ ſocio Achille in Teuthrania cum Telepho cõmiſſæ: partim admonitione Achillis, ne ſine ſua haſta deinceps contra hoſtes prodiret, unde ejus βιατὴς νοῦς & nimia in hoſtem alacritas colligitur.

g.7. ἅμ' Ἀτρείδαις] i. e. *cum Agamenone & Menelao*, in bello Trojano.

g.8. Τεύθραντος πεδίον] *Teuthrania* regio eſt in Aſia ad Caicum fluvium, dicta à *Teuthrante* Cilicum & Myſorum Rege. Hic Telephum Herculis filiũ adoptavit. Qvum .n. Aleus Rex Arcadiæ, Augen filiam ex Hercule concepiſſe & peperiſſe, (licet clàm, in Parthenio monte, ubi expoſitum infantem Telephum Cerva nutriit) cognoviſſet, matrem cum infante in ciſtam incluſit, & in mare abjecit. Sed providentia Minervæ factum, ut ciſta mari transmiſſo in oſtium Caici excideret. Teuthras Rex illius tractus ad Caicum, qvum ciſtam extractam aperuiſſet, Auges formæ allectus eam ſibi matrimonio junxit, & Telephum pro filio educavit: qvi etiam Teuthranti defuncto in regno ſucceſsit. Jam verò Græci, qvum Atridis ducibus in Aſiam trajeciſſent, & per locorum inſcitiam ab Ilio aberrantes, è Myſorũ agro, qvem Troianorum eſſe putabant, prædas agere aggreſsi fuiſſent, à Telepho terrarũ illarum Rege in fugam converſi, adeò ut nemo amplius Telepho reſiſtere fuerit auſus, præter Achillem & Patroclum. De qvibus omnibus videri poteſt *Dictys Cretenſis lib.* 2. *de bello Trojano, Strabo l.* 13. & *Pauſanias lib.* 1. & 8. Porrò in Τεύθραντος, α corripi debet. Fortè legendum Τεύθραντος, ſicut & Regio Τευθρανία, non Τευθραντία fuit appellata.

g.15. νόον γ'] τὸ γ' *Ald. & Pal. A. B. C.* non habent. Nec ulla ejus neceſsitas. Videtur ab aliqvo inſertum ad ſalvandam ultimam in νόον, qvæ produci debebat. Sed jam anteà monitum eſt, *ultimas in periodo ſyllabas ſolere interdum ἀδιαφόρους eſſe.*

g.15. ἐξ οὗ] *ex qvo, poſt qvod*, qvum nimirum Achilles Patrocli fortitudinem jam vidiſſet.

g.15. Θέτιος γόνος] i. e. *Achilles Thetidis filius.*

g.16. μιν] Sive ut *Ald. & Pal.* (habent, νιν.

G.1. παραγορεῖτο μήποτε] Sic. apud *Homerum Iliad:* π. Achilles Patroclum monet:

—— εἰ δέ κεν αὖ τοι
Δώῃ κῦδος ἀρέσθαι ἐρίγδουπος
πόσις Ἥρης,
μὴ σύγ' ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι
πολεμίζειν
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν.

Fecit hoc Achilles, vel qvia propter fortitudinem ejus hoc ſocio uti voluit: vel ne extra Achillis aciem dimicans ſtrenuè, laudem ſibi tantùm vendicare poſſet: vel qvia Patroclum propter nimiam alacritatem metuit.

G.2. σφετέρας ἄτερθε αἰχμᾶς i. e. *ſine ipſo Achille ſocio*, extra aciem Achilleam, Synecdochicè. Idẽ enim vult *Homerus* τῷ, ἄνευθεν ἐμεῖο.

G.3. Εἰ

G. 3. Εἴλω εὑρησιεπὴς] Abſolutis puntis laudibus, & ita priore par- Confirmationis, nunc alteram artem aggreditur, & ipſius Ephar- oſti Opuntii laudes perſeqvitur. æmittit a. huic alteri parti Confir- ationis, Votum, qvo εὑρησιέπειαν verborum copiam ad enarrandas udes Epharmoſti ſibi optat: idq; uſtrat Metaphora à vectura cur- s. Laudes autem Epharmoſti pe- , I. à conſangvineo Lamproma- o, qvem laudat, partim ab hoſpi- itate, partim ab aliis virtutibus, rtim à ſocietate victoriæ Iſthmi- cum Epharmoſto. Ideò autem à mpromacho eum laudat, qvia nſangvineorum virtus & gloria am ad nos qvodammodò redun- t. II. à congerie victoriarum, arum præter Olympicam & Py- cam qvas ſuprà attigit, decem a- s enumerat, qvas ordine poſteà lebimus. III. à fortitudine, qvam vinitus à naturæ dotibus conceſ- n, non affectatam, ἀντιθετικῶς ntendit. Hanc tertiam ratio- m illuſtrat, ſex gnomis, qvarum ma monet, *Naturam Arti præfe- dam eſſe:* Secunda, *Artem & in- ſtriam etiam aliqvid acqvirere poſ- ſed tamen niſi à natura adjuvetur, becilliùs:* Tertia, *Non admodum dem mereri, qvæ invita Minerva ipiuntur:* Qvarta, *Alios aliis plus ficere:* Qvinta, *Diverſos diverſis diis natura trahi: & ſocietati ho- num neceſſaria etiam diverſa ſtudia* Sexta, *Sapientiam & ingenii cul- am, omnes alias μελέτας ſuperare.*

G. 4. ἀναγεῖσθαι] id eſt, διη- σθαι.

G. 5. πρόσφορος] ἐπιτήδειος, *ac- mmodus, idoneus.*

G. 6. τόλμα δὲ] i. e. Si gratia Poëtica & εὑρησιεπεία non deſtituar, & voluntas & facultas mihi erit pro dignitate Epharmoſtum laudandi.

G. 6. ἀμφιλαφὴς δύναμις] ita lego *cum Ald. & Pal. A. B. C.* i. e. *magna facultas, qvam qvaſi ambabus manibus apprehendere opus ſit.* Metaphora à vaſis grandioribus geminas anſas habentibus. ab ἀμφιλαβεῖν: τοῦ β Macedonicè in φ mutato, pro ἀμφιλαβὴς, uti etiam habet *editio Cratandrina* (*Plantiniana* pro δύναμις, contra metrum & uſum legit δυναμία.) *Aretius* qvoqve, ſuum exemplum, incertum qvod, ἀμφιλαβὴς habuiſſe annotat. Qvod ſi qvis retinere volet, non errabit. Sed illius tamen uſus crebrior eſt.

G. 7. προξενία] Erat enim Lampromachus hoſpes Thebanorum, ſi qvando Opunte eſſent, & ita ipſius quoque Pindari. *Scholiaſt.*

G. 8. τιμάορος] *vindex, ultor, celebrator, honorator.* Adhibenda eſt in ſcanſione συνίζησις τοῦ α & ο.

G. 8. Ἰσθμίαισι μίτραις] id eſt, *coronis ex victoriis Iſthmiis obtentis*, ſub qvibus ſolebant *mitras* & διαδήματα ποικίλα geſtare: & per Metonymiam, pro ipſis victoriis. Eſtq; hæc prima victoria, qvam Epharmoſtus cum Lampromacho, in Iſthmiis eadem die reportavit.

d. ἄλλαι δὲ δύο] Secunda victoria & qvidem gemina, itidem Iſthmica, ſed ſine ſocio Lampromacho, reportata. Per πύλας Κορίνθου intelligit *Iſthmum*, qvia per illum qvaſi per portam, Corinthum adire opus erat.

δ. 3. χάρ-

δ. 3. χάϱμαι] χαϱαὶ, *gaudia*, i. e. victoriæ. Alias χάϱμη etiam *pugnam* notat.

δ. 4. ταὶ δὲ ϗ Νεμέας κτ̃ κόλπον] Tertia victoria Nemeæa. Κόλπον autem Νεμέας vocat, propter ſpecum Leonis Nemei in ſilva ejuſdem nominis. Sed de his omnibus *infrà*.

δ. 6. Α῎ϱγει τ' ἔχεθε κῦδος ἀνδϱῶν] Qvarta victoria, qvam virilem reportavit in Argolide, ex Junoniis, de qvibus ad ſeptimum εἶδος diximus.

δ. 7. Παῖς δ' ἐν Ἀθάναις] Qvinta victoria, qvam puerilem reportavit Athenis in Panathenaicis.

δ. οἷα δ' ἐν Μαϱαθῶνι] Sexta victoria Marathonia, in Marathone campo Atticæ, Perſarum copiis à Miltiade funditus deletis celebri, ubi Heraclea celebrabātur, & victori ἀϱγυϱίς, i. e. *argentea Phiala* (ut *Pollux lib. 6. cap. 16.* & *Athenæus lib. 11.* interpretantur, nec non *Scholiaſtes Pindari Ol. ιγ.*) præmium dabatur. Hanc autem victoriam venuſtè illuſtrat, dum primò qvaſi per admirationem & ſtuporem dicit οἷα, & paulò pòſt, ὅσσα βοᾷ: II. ætatem notat, qvòd συλαθεὶς ἀγενείων, *ex imberbibus ſpolio ablatus*, hoc eſt, præmaturè inter viros relatus, vicerit: III. ἀνταγωνιστὰς indicat, πϱεσβυτέϱους, qvos Epharmoſtus junior vicit: IV. præmium ἀϱγυϱίδας: V. modum, ὀξυϱεπεῖ δόλῳ ἀπτῶτι φῶτας δαμάσσας, id eſt, qvòd celerrimo motu, ita ut qvaſi viſum fallere videretur, & tamen abſqve titubatione & lapſu ſtadium percurrerit: VI. applauſum ſpectatorum, clamore eum magno proſeqventium: VII, gratiam ætatis & formæ VIII. deniqve & ipſius facti.

δ. 8. οἷα] Ita potiùs lego qvàm οἷον, cùm aliis.

δ. 9. συλαθεὶς ἀγενείων] qvo modo hoc accipiendum, jam dictum eſt. Qvi ita interpretantur, qva Epharmoſtus ab imberbibus victus ſeu victoria ſpoliatus, ad virilem pugnam ſe contulerit, ineptè hos judicare, cum *Scholiaſte cenſemus*.

δ. 13. δαμάσας] legendum potius δαμάσσας, cum *Pal. A. & C.*

δ. 15. ὡϱαῖος καὶ καλός] i. e. *ſpecioſus grata coloris bonitate, & formoſus juſta omnium membrorum proportione.* Differunt enim ἡ ἀκμή, ἡ ὥϱα, & τὸ κάλλος, ut ἀκμὴ ſit *illud tempus, qvo rerum vigor maximè ſe exerit*: ἡ ὥϱα, *coloris ſuavis & gratæ bonitas*, cujusmodi fructus ὡϱαῖοι *maturi* præ ſe ferunt: τὸ κάλλος deniqve *juſta omnium membrorum inter ſe* συμμετϱία *& proportio*.

d. 1. τὰ δὲ Παῤῥασσίῳ στϱατῷ] Repetendum ἀπὸ κοινοῦ, ῥέξας τὰ ἀμφὶ πανάγυϱιν &c. Eſt autem hæc ſeptima victoria Arcadica in Lycæis ſive Lupercalibus, qvæ Lycaon ol[im] Jovi Lycæo inſtituit, teſte *Pauſan[ia]* *lib. 8.* Per παῤῥάσιον στϱατὸν, intel[li]git ἀνταγωνιστὰς Ἀϱκαδικούς. Parrh[a]ſia enim eadem eſt qvæ Arcadia. *Brubach. & Plantin. & Commelin[ia]na* habet Παϱασίῳ, altero ϱ præ[ter] neceſsitatem omiſſo.

d. 4. καὶ ψυχϱὰν ὁπότε] Octava victoria Pellenea in Achaia, ubi Θεοξένια ſive ἕϱμαια in honorem Apollinis & Mercurii celebrabantur, [&] victori dabatur vel argentum, ut [ex] *Pauſania in Achaicis l. 7.* ſuprà ad *Olymp. γ.* & *ζ.* annotavimus; ve[l]

hic Pindarus exprimit, χλαῖνα, qvam ψυχρᾶν εὐδιανὸν φάρμακον αὐρᾶν venuſta περιφραστικῶς nominat. Vide Nem. 1. g. 3. Similiter Qvin. Smyrnæus lib. 9. περὶ χροῒ χείματος ἄλκαρ δυσαλέος nominat. Et Oppian. lib. 1. ἁλ. v. 45. φοιταλέων ἀνέμων σκέπας, & ὄμβρων ἀλκήν.

d. 6. σιωώδικός τ' αὐτῷ] Nona victoria Thebana, ad tumulum Jolai, De hac etiam ad Olymp. ζ. aliqvid diximus. ὁ σιωώδικος eſt cauſæ patronus: q. d. Poëta. Etiam Jolai tumulus patrocinatur laudibus Epharmoſti, ut qvi de ejus victoria teſtatur.

d. 8. εἰναλία τ' Ἐλευσὶς] Decima victoria Eleuſinia, ubi Cereri & Proſerpinæ ſacra certamina fiebant, qvæ Eleuſinia, Anacalypteria, & Demetria dicebantur, qvorum præmium erat Hordeum, ſeu corona ex Hordeo. *Brubachiana* pro τε habet γε, minus appoſitè.

d. 9. ἀγλαΐαισι] i. e. λαμπρότησι εὐνίκαις. Refertur ad αὐτῷ, qvod eſt pro αὐτοῦ. *Aldus* annectit μέμικται, neſcio unde arreptum.

d. 14 ἄνευ δὲ θεοῦ] quicqvid naturæ caret beneficio divinitus conceſſo, non ſit deterius vel magis ſiniſtrum ſi taceatur: q. d. *melius eſt iſta tacere, qvàm operosè laudare.* Excuſat etiam ſimul ſe, qvòd potiùs laudandas putet eas virtutes, qvæ naturali inclinatione ſunt adjutæ, qvàm quæ arte tantùm qvodammodò acqviſitæ.

d. 16. ἐντὶ γὰρ ἄλλαι] i. e. Non omnes eũdem gradum virtutis attingunt: alii enim in primum ordinem perveniunt; alii in ſecundo manent.

D. 2. μία δ' οὐχ ἅπαντας] i. e. Non omnes idem ſtudium ſeqvimur. Qvisqve enim id præcipuè tractandum cenſet, ad qvod naturâ ſe ferri ſentit. Neqve etiam idem ſtudium omnes ſeqvi, vitæ humanæ utile eſſet, aut omnes inde alii poſſet. Qvod ſi qvis legeret τέρψει, *delectabit*; ſenſum non admodum turbaret.

D. 3. σοφίαι μὲν αἰπειναὶ] *Sapientiæ*, hoc eſt, *ingenii culturæ, & liberalia ſtudia, omnes alias* μελέτας *excedunt & ſuperant.* Hac ultima gnome Poëta tacitè ſui & artis ſuæ Poëticæ laudem, omnium victoriarum laudi anteferendam innuit.

D. 4. Τοῦτο δὲ προσφέρων] Epilogus, in qvo primùm ἀνακεφαλαιωδῶς repetit argumentum laudis Epharmoſti à donis naturæ, qvoad εὐχέρειαν, hoc eſt *promptitudinem manuum*: δεξιογυίαν, hoc eſt *membrorum agilem dexteritatem*: & ἀλκὴν, hoc eſt, *corporis totius robur.* Deinde προσθετικῶς, *adhuc aliam* victoriam annectit Ajaciam.

D. 5 ὤρουσαι] Sic aliqva exempla legunt, quæ ſecutus *Philippus* reddidit *Currito* q. ab ὀρούω *concito*: qvod tamen ὄρουσαι, non ὤρουσαι de ſe produceret. Alii rectiùs ὤρυσαι; ab ὠρύειν, i. e. *magna voce clamare.* Sic etiam habet *Ald. & Pal A.B.C.*

D. 5. θαρσέων] Facienda eſt in ſcanſione συνίζησις. Vel legendum θαρσῶν, cum *Pal. A. & B.*

D. 7. ὀρῶντ' ἀλκὰν] i. e. *ex cujus facie & vultu fortitudo relucet.*

D. 8. Αἰάντειόν γε] Victoria Coronidis loco annexa, Ajacia, in ludis Oileijs, qvos Locri Opuntii Ajaci Oilei filio inſtituerant. Diphthongus penultima hîc propter vocalem immediatè ſeqventem, metro ſic exi-

gente, corripitur. Niſi velimus *cum Pal.A.* legere αἰάντεόν τε, vel *cum B.* αἰάντεόν γε.

D.9 δαιὶ ὅς τ' Ἰλιάδα νικῶν] Legendum δαίθ' ὃς Οἰλιάδα νικῶν. Syntaxis eſt, ὅς γε νικῶν δαιτὶ Οἰλιάδα (pro Οἰλιάδου), ἐπεστεφάνωσε βω-μὸν Αἰάντειον. *Lonicerus* Ἰλιάδα retinet, & τὸ ο, per ἀφαίρεσιν abjectū cenſet verſus gratia. Sed ſi rectè metrum conſideraſſet, aliter judicaſſet. *Commeliniana* habet qvidem Οἰλιάδα, ſed διάλυσις diphthongi, & reliqva relicta, metrum corrumpunt.

ΕἸΔΟΣ Ι'.

ΑΓΗΣΙΔΑΜΩι, ΛΟΚΡΩι ἘΠΙΖΕφυρίῳ, παιδὶ, πύκτῃ.

DEcimum hoc εἶδος inſcriptum eſt Ageſidamo Locrenſi Epize-phyrio Italo, qvi in puerili certamine pugilatu vicerat Olym-piade LXXIV. Quotuplices Locri fuerint, ex iis qvæ ad præ-cedens εἶδος annotavimus, ſatis innotuit. Certamina qv-qve non à Viris ſaltem fuiſſe obita, ſed pueros qv-qve & ephebos ad aliqva admiſſos, ex προλεγομένοις conſta ubi etiam de tempore inſtitutionis hujus dictum eſt. Cæterùm promiſer Poeta hoc εἶδος Ageſidamo ſtatim poſt reportatam victoriam: verùm obl-vione aliqvouſqve temporis, ejus compoſitionem diſtulit qvod in ipſo εἰδ hoc diſertè confitetur. Ut verò & promiſſum tandem exſolveret, & mora etiam qvodammodo compenſaret, non tantùm hoc Decimum εἶδος Age-damo conſecrat, ſed & inſuper tanqvam τόκον ſeu *uſuram*, addit ſeqvens U decimum: qvod etiam hanc ipſam ob cauſam, Τόκον inſcribit. Ageſidamu autem hunc, Archeſtrati cujuſdam filium fuiſſe, ex initio & fine hujus εἰδ patet. In Ἐπιγραφῇ autem, τὸ Παιδὶ, non ſignificat Relativè, ut *filius huj vel illius* notetur, ſed opponitur *Viro* ſeu *Virili ætati.* Vicit enim Ageſidam hic puer adhuc, nondum Viris adſcriptus. Minùs ergò commodè *Pal. A.* Epigraphe habet, Ἀρχεστράτου παιδί.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt:

Vide pag. ſeqv. ſignum ♉.

Metrica verò ratio ita habet:

στροφ: & ἀντιστρ.	ἐπῳδ.
1. ∪∪–∪ ∪––∪ ––∪∪	1. ∪–∪∪ ∪–∪∪ ––∪
2. ––∪– –∪∪– ∪∪	2. ∪∪∪– ∪––∪ ∪–∪∪ –
3. ∪–∪– –∪∪∪ ––	3. ––∪∪ ∪–∪∪ ∪––∪
4. ∪∪∪– –∪∪∪ ––	4. ∪–∪∪ –∪∪– –∪∪– –
5. ––∪∪ –∪∪–	3. ∪∪–∪ ∪∪–– ––∪∪ –
6. ∪––∪ ∪–	6. ––∪– ∪–∪∪ –∪∪–
7. ––∪∪ ∪–∪– –∪–	7. ––∪∪ –∪∪– ∪∪
8. ∪––∪ ∪–∪–	8. ∪–∪∪ –––∪ ∪∪
	9. –∪–– ∪∪–

ϒ

Σωύοψις εἴδυς ί' Ολυμπίων.

Partes decimi eidus:

- *Exordium, in quo*
  - *confitetur*
    - *oblivionem carminis Ageſidamo promiſſi.*
    - *dedecus oblivionis, à*
      - *longinquitate temporis.*
      - *quantitate debiti.*
  - *invocat pro præſtando promiſſo*
    - *Muſas.*
    - *Veritatem.*
  - *repromittit*
    - *ſolutionem debiti, ipſo Hymno, à Poſſibili, quod declarat Simili;*
    - *dilutionem reprehenſionis moræ τόκῳ, i. e. novo hymno.*
- *Propoſitio,* Ageſidamus juvenis victor Olympicus eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - *1. à patria, ubi viget cultus*
    - *Iuſtitiæ & Veritatis*
    - *Muſarum.*
    - *Martis.*
  - *Subjungitur περικατάληψις.*
  - *2. ab Hila magiſtro: quod argumentum illuſtrat exemplo Achillis & Patrocli.*
  - *3. ab acribus adverſariis, quorum virtute hujus virtus excitata fuit.*
  - *4. ab auxilio divino.*
  - *5. ab exercitiis præmiſſis, ut cauſa ſine qua non.*
  - *6. à præſtantia certaminis Olympici.*
- *Digreſſio de certaminib. Olympicis.*
  - *à loco.*
  - *ab autore.*
  - *à cauſa, in memoriam devictorum*
    - *Cteati.*
    - *Euryti.*
    - *Augeæ, cujus fatum gnome illuſtrat.*
  - *ab inſtitutione ipſa & apparatu, ubi eſt*
    - *ἄλσος ζάθεον Iovi conſecratum.*
    - *Ἄλτις in puro loco deſignata.*
    - *Campus in δόρπου λύσιν deſtinatus.*
    - *Sex aræ, XII. Diis poſitæ.*
    - *Spacium ſex ararum, novo nomine dictũ Collis Cronius.*
  - *à felicitate inſtitutionis.*
  - *à diuturna duratione.*
  - *à tempore periodico, πεντωετηρίδι.*
  - *à primæ Olympiadis victoribus, ut ſunt*
    - *Oeonus ſtadio.*
    - *Echemus, lucta.*
    - *Doryclus, pugilatu.*
    - *Samus quadrigis.*
    - *Phraſtor, Sagitta (haſta.)*
    - *Eniceus, diſco.*
  - *à tempore celebrationis, plenilunio.*
  - *ab applauſu & ſolennibus conviviis.*
- *Regreſſio ad laudes Ageſidami, quas ſe dicit*
  - *uſitato ſibi more pertractare.*
  - *ad Iovis celebrationem dirigere.*
  - *deliciis condire, & ad tibiam accommodare.*
- *Confutatio*
  - *Atqui gratia dilata, ingrata.*
  - *Reſpondet per Inverſionem, eò gratiorem ſuum hymnum futurum: ſicut & Filius diu deſideratus & ſerò natus, gratior eſt.*
- *Epilogus in quo*
  - *concludit laudes*
    - *primariò Ageſidami quas accepit*
      - *à ſua lyra.*
      - *à ſuis tibiis.*
      - *ab ipſis Muſis.*
      - *ex ſuis carminibus.*
    - *Secundariò ejus patriæ.*
  - *aſpergit novas laudes*
    - *à repetita victoria Olympica.*
    - *à robore & fortitudine.*
    - *à pulchritudine ætatis vegetæ.*

Στροφαὶ & ἀντιστροφαὶ ὀκτάκωλοι ſunt. I. κῶλον eſt trimetrum aca-talecticum, ex Pæone tertio, Antiſpaſto, & Jonico à majore. II. Trimetrum bra-chycatalecticum, ex Epitrito tertio, Choriambo & Jonico à minore. III. Trime-trum brachycatalecticum ex Dijambo, Pæone primo, & Jonico à majore. IV. Tri-metrum brachycatalecticum, ex Pæone quarto & primo, & Jonico à majore. V. Dimetrum acatalecticum, ex Jonico à majore, & Choriambo. VI. Dimetru brachycatalecticum, ex Antiſpaſto & Dijambo. VII. Trimetrum catalecticu ex Jonico à majore, Dijambo, & Ditrochæo. VIII. Dimetrum acatalecticum, Antiſpaſto & Dijambo.

Ἐπῳδοὶ verò ἐννεάκωλοι ſunt. I. κῶλον eſt Trimetrum catalecticu ex duob

ΕἸΔΟΣ Ι.

ἈΓΗΣΙΔΆΜῼ, ΛΟΚΡῼ ἘΠΙΖΕ-φυρίῳ, Παιδὶ, Πύκτῃ.

στροφὴ γ. κώ. η.

1 ΤΟ'Ν Ὀλυμπιονίκαν ἀνάγνωτέ μοι
Ἀρχεστράτου παῖδα, πόθι φρενὸς
ἐμᾶς γέγραπται. Γλυκὺ γὰρ αὐτῷ
μέλος ὀφείλων, ἐπιλέλαθ᾽. ὦ
5 Μοῖσ᾽, ἀλλὰ σὺ καὶ θυγάτηρ
Ἀλάθεια Διὸς,
ὀρθᾷ χερὶ ἐρύκετον ψευδέων
8 ἐνιπὰν ἀλιτόξενον:

ἀντι. α. κώ. η.

1 ἕκαθεν γὰρ ἐπελθὼν ὁ μέλλων χρόνος,
ἀμὸν κατῄσχυνε βαθὺ χρέος.
Ὅμως δὲ λῦσαι δυνατὸς ὀξεῖ-
αν ἐπιμομφὰν ὁ Τόκος ἀνδρῶν.
5 Νῦν ψᾶφον ἑλισσομέναν
ὅπα κῦμα κατα-
κλύσσει ῥέον; ὅπα τε κοινὸν λόγον
8 φίλαν τίσομεν ἐς χάριν;

ἐπῳ

*x duobus Pæonibus ſecundis, & Jonico à majore. II. Trimetrum hypercatalecti-
um, ex Pæone qvarto, Antiſpaſto, & Pæone ſecundo. III. Trimetrum acatalecti-
um, ex Jonico à majore, Pæone ſecundo, & Antiſpaſto. IV. Trimetrum hypercata-
lecticum, ex Pæone ſecundo, & duobus Choriambis. V. Tetrametrum catalecti-
um, ex Pæone ſecundo, Ionico à minore, Jonico à majore & Choriambo. VI. Tri-
metrum acatalecticum, ex Epitrito tertio, Pæone ſecundo, & Choriambo. VII. Tri-
metrum brachycatalecticum, ex Jonico à majore, Choriambo, & Jonico à minore.
VIII. Trimetrum brachycatalecticum, ex Pæone ſecundo, Epitrito qvarto, & Joni-
o à minore. IX. Dimetrum catalecticum ex Epitrito ſecundo, & Jonico à
minore.*

ODA X.

AGESIDAMO, LOCRO EPIZEphyrio, puero, Pugili.

a.

*OLympicum-victorem redigite-in-memoriã mihi
Archeſtrati filium qva-in-parte mentis
meæ ſcriptus-ſit. Dulcem enim ei
hymnum debens, oblitus-ſum. Sed
tu ô Muſa, & filia
Jovis Veritas,
recta manu arcete mendaciorum
reprehenſionem ob-peccatum-in-hoſpitem:*

a.

*e-longinqvo enim ſuperveniens inſeqvens tempus,
meum pudefecit magnum debitum.
Veruntamen ſolvere poteſt vehemen-
tem reprehenſionem hominum, Uſura.
Nunc calculum volutatum
qvo-pacto unda obru-
et fluens? qvoq́-pacto publici-juris hymnum
amicam perſolvemus ad gratiam?*

 i Gu-

ἐπῳ. α. κῶ. θ.

Νέμει γὰρ Ἀτρέκεια ϖόλιν Λοκρῶν
Ζεφυρίων: μέλει τέ σφισι Καλλιόπα,
καὶ χάλκεος Ἄρης. Τράπε δὲ Κυκνεία
μάχα καὶ ὑπέρβιον Ἡρακλέα. Πύκτας
δ' ἐν Ὀλυμπιάδι νικῶν, Ἴλα φερέτω χάριν
Ἀγησίδαμος, ὡς Ἀχιλεῖ Πάτροκλος.
Θήξαις δέ κε φῶτ' ἀρετᾷ, ποτὶ
πελώριον ὥρμασε κλέος ἀ-
νὴρ, Θεοῦ σὺν παλάμᾳ.

στροφὴ. β. κῶ. η.

Ἄπονον δ' ἔλαβον χάρμα παῦροί τινες,
ἔργων πρὸ ϖάντων βιότῳ φάος.
Ἀγῶνα δ' ἐξαίρετον ἀεῖσαι
θέμιτες ὦρσαν Διός, ὃν ἀρχαί-
ῳ σάματι ϖὰρ Πέλοπος
βίη Ἡρακλέος
ἐκτίσσατο, ἐπεὶ Ποσειδάνιον
πέφνε Κτέατον ἀμύμονα,

ἀντιστρο. β. κῶ. η.

ϖέφνε δ' Εὔρυτον, ὡς Αὐγέαν λάτριον
ἄκονθ' ἑκὼν μισθὸν ὑπέρβιον
πράσσοιτο. Λόχμαισι δὲ δοκεύσαις
ὑπὸ Κλεωνᾶν δάμασε κἀκεί-
νους Ἡρακλέης ἐφ' ὁδῷ:
ὅτι πρόσθε ποτε
Τιρύνθιον ἔπερσαν αὐτῷ στρατὸν,
μυχοῖς ἅμμενον Ἄλιδος,

ἐπῳ. β. κῶ. θ.

Μολίονες ὑπερφίαλοι. Καὶ μὰν
ξεναπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς, ὄπιθεν
οὐ ϖολλὸν, ἴδε ϖατρίδα πολυκτέανον

ὑπ

A.

Gubernat enim Veritas urbem Locrorum
Zephyriorum: curaq́ - eſt illis Calliope,
& æneus Mars. Fugavit autem Cycnea
pugna etiam ſupra - alios - violentum Herculem. Pugiles
autem in Olympiade vincens, Ilæ habeat gratiam
Ageſidamus, ſicut Achilli Patroclus.
Acuens autem virum virtute, ad
ingens evexit decus vir ali-
us, *Dei cum auxilio.*

Ε.

Laborum-expers autem acceperunt gaudium pauci aliqvi,
operibus præ omnibus vitæ lumen.
Certamen autem eximium canere
jura incitarunt Jovis, qvod anti-
qvum juxta ſepulcrum Pelopis
vis Herculea
inſtituit, poſtqvam Neptunium
interfecit Cteatum inculpatum,

b.

interfecitq́ Eurytum, ut ab *Augea famularem*
nolente volens mercedem nimium - violento
exigere - poſſet. In *frutetis autem inſidiatus*
ſub Cleonis domuit & il-
los Hercules in viâ:
qvoniam anteà olim
Tirynthium profligaverant ipſi exercitum,
in *receſſibus ſedentem Elidis,*

B.

Moliones arrogantiſſimi. Et ſanè
hoſpitum - deceptor Epeorum Rex, poſteà
non multum, vidit patriam locupletiſſimam

ſub

ὑπὸ στερεῷ πυρὶ, πλαγαῖς τε σιδάρου,
βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἵζοισαν ἑὰν πόλιν.
Νεῖκος δὲ κρεσσόνων ἀποθέσθ᾽ ἄπορον.
Κἀκεῖνος ἀβουλίᾳ, ὕστατος
ἁλώσιος ἀντήσας, θάνατον
αἰπὺν οὐκ ἐξέφυγεν.

στροφὴ γ. κώ. η.

Ὅδ᾽ ἄρ᾽ ἐν Πίσᾳ ἔλσας ὅλον τε στρατὸν,
λείαν τε πᾶσαν Διὸς ἄλκιμος
υἱὸς, σταθμᾶτο ζάθεον ἄλσος
πατρὶ μεγίστῳ: περὶ δὲ πάξας,
Ἄλτιν μὲν ὅγ᾽ ἐν καθαρῷ
διέκρινε: τὸ δὲ
κύκλῳ πέδον ἔθηκε δόρπου λύσιν,
τιμάσας πόρον Ἀλφεοῦ,

ἀντι. γ. κώ. η.

μετὰ δώδεκ᾽ Ἀνάκτων Θεῶν, καὶ πάγον
Κρόνου προσεφθέγξατο: πρόσθε γὰρ
νώνυμος, ἇς Οἰνόμαος ἆρχε,
βρέχετο πολλᾷ νιφάδι. Ταύτᾳ
δ᾽ ἐν πρωτογόνῳ τελετᾷ
παρέσταν μὲν ἄρα
Μοῖραι σχεδὸν, ὅ, τ᾽ ἐξελέγχων μόνος
Ἀλάθειαν ἐτήτυμον

ἐπῳ. γ. κώ. θ.

Χρόνος. Τὸ δὲ σαφανὲς ἰὼν πόρσω
κατέφρασεν, ὅπα τὰν πολέμοιο δόσιν
ἀκρόθινα διελὼν ἔθυε: καὶ πεντα-
ετηρίδ᾽ ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτάν:
ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε,
τίς δὴ ποταίνιον γε λάχε στέφανον,

χεῖρε

ſub validoigni, ictibusq́; ferri, *(bem.*
profundum in gurgitem calamitatis deſidentem ſuam ur-
Contentionem enim potentiorum amoliri difficile eſt.
Et ille temeritate, poſtremus
expugnationi obviam-factus, mortem
gravem non effugit.

γ.

Hic ſanè in Piſa qvum-coëgiſſet totumq́; exercitum,
prædamq́; omnem, Jovis robuſtus
filius, dimetiebatur diviniſſimum lucum
Patri maximo: poſtqvam *autem* eum *circumſepſit,*
Altin qvidem ille in libero loco
ſegregavit: at in
circuitu aream fecit cœnæ diverſorium,
veneratus meatum Alphei,

g.

cum duodecim Regibus Diis, & collem
Saturnium appellavit: anteà enim
ignobilis, qvo tempore *Oenomaus imperabat,*
rigabatur multa nive. Hac
verò in primùm-facta celebritate
adſtiterunt qvidem ſanè
Parcæ propè, qvodq́; arguit ſolum
Veritatem certam.

G.

Tempus. Certitudinem verò Tempus *procedens in-longũ*
enarravit poſteris, *ubi* ſcilicet *belli munus*
ſpolia partitus immolarit: & qvinqvenna-
lem qvomodo inſtituerit feſtivitatem:
in Olympiade deniq; *prima victoriæq́;-adeptionibus,*
qvisnam recentem acceperit coronam,

χείρεσσι, ποσίν τε, καὶ ἅρμασιν,
ἀγώνιον, ἐν δόξᾳ θέμενος,
9 εὖχος ἔργῳ καθελών.

στροφὴ δ. κώ. η.

1 Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύδρομον,
ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός: ἧκεν δὲ Μιδέαθεν
στρατὸν ἐλαύνων: ὁ δὲ πάλᾳ κυ-
5 δαίνων Ἔχεμος Τέγεαν:
Δόρυκλος δὲ τέλος
πυγμᾶς φέρε, Τίρυνθα ναίων πολιν:
8 ἀν᾽ ἵπποισι δὲ τέτρασιν

ἀντι. δ. κώ. η.

1 ἀπὸ Μαντινέας Σῆμος ἡείδετο:
κἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπόν:
πέτρῳ δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος,
χέρα κυκλώσας ὑπὲρ ἅπαντας,
5 καὶ συμμαχίᾳ θόρυβον
παραίθυξε μέγαν.
Ἐν δ᾽ ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
8 Σελάνας ἐρατὸν φάος:

ἐπῳ. δ. κώ. θ.

1 ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-
σι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.
Ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι καὶ νῦν,
ἐπωνυμίαν χάριν νίκας ἀγερώχου
5 κελαδησόμεθα, βροντὰν καὶ πυρπάλαμον βέλος
ὀρσικτύπου Διός γ᾽, ἐν ἅπαντι κράτει
αἴθωνα κεραυνὸν ἀρηρότα:
Χλιδῶσα δὲ μολπὰ πρὸς κάλαμον
9 ἀντιάξει μελέων:

manibus, pedibusq; & curribus;
certatoriam, in honore conſtitutus,
gloriationem ipſo-facto adverſariis *detrahendo.*

δ.

Stadium qvidem vicit rectum
pedibus currens, filius Licymnii
Oeonus: venerat autem ex-Midea
exercitum ducens: ſed Lucta il-
luſtrans Echemus Tegeam:
Doryclus verò finem
Pugilatus reportavit, Tirynthem inhabitans urbem:
cum eqvis autem qvatuor

d.

è Mantinea Semus celebrabatur:
& Jaculo Phraſtor attigit ſcopum:
Saxo diſci *autem Eniceus jecit* in *longum,*
manum circumrotans ſupra omnes,
& ſodalitio tumultum
commovit magnum.
Veſperam autem illuſtravit aſpectu-pulchræ
Lunæ amabile lumen.

D.

Perſonabat autem totum delubrum jucun-
dis conviviis, laudatorium ſecundum ritum.
Initia autem priora ſeqventes etiam nunc,
cognominem gratiam-hymni *victoriæ ſuperbæ*
celebrabimus, videlicet *tonitru & ignitum telum*
graviſtrepi Jovis, in omni victoria
ardens fulmen aptatum:
Delicioſa autem modulatio ad fiſtulam
occurret carminum:

στρο. ε. κώ. η.

1 τὰ παρ' εὐκλέϊ Δίρκᾳ χρόνῳ μὲν φάνεν:
ἀλλ' ὥς τε παῖς ἐξ ἀλόχου ϖατρὶ
ϖοθεινὸς, ἥκοντι νεότατι
τοπάλιν ἤδη, μάλα δέ τοι θερ-
5 μαίνει φιλότατι νόον:
ἐπεὶ πλοῦτος ὁ λα-
χὼν ϖοιμένα ἐπακτὸν ἀλλότριον,
8 θνάσκοντι στυγερώτατος:

ἀντι. ε. κώ. η.

1 καὶ ὅταν καλὰ ἔρξας, ἀοιδᾶς ἄτερ
Ἀγησίδαμ' εἰς Ἀΐδα σταθμὸν
ἀνὴρ ἵκηται, κενεὰ ϖνεύσας,
ἔπορε μόχθῳ βραχύ τι τερπνόν.
5 Τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα,
γλυκύς τ' αὐλὸς ἀνα-
ϖάσσει χάριν: Ἔχοντι δ' εὐρὺ κλέος
8 κόραι Πιερίδες Διός.

ἐπῳ. ε. κώ. θ.

1 Ἐγὼ δὲ συνεφαπτόμενος σπουδᾷ,
κλυτὸν ἔθνος Λοκρῶν ἀμφέπεσον, μέλιτι
δ' εὐάνορα πόλιν καταβρέχων, παῖδ' ἐ-
ρατὸν Ἀρχεστράτου αἴνησα: τὸν εἶδον
5 κρατέοντα χερὸς ἀλκᾷ, βωμὸν παρ' ὀλύμπιον,
κεῖνον κατὰ χρόνον γ' ἰδέᾳ τε καλὸν,
ὥρᾳ τε κεκραμένον, ἅ, τ' ἀναι-
δέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄ-
9 λαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

ε.

qvæ apud inclytam Dircen ſeriùs qvidem prodierunt:
Sed gratiore tamen *ut filius ex uxore patri*
deſiderabilis, venienti ad *juventutem*
rurſus jam, admodum ſanè excal-
facit amore animum:
alioqvi divitiæ ſorti-
turæ diſpenſatorem adſcititium alienum,
morienti odioſiſſimæ ſunt:

ε.

& qvando præclara operatus, celebratione carentia
Ageſidame ad Plutonis limen
vir aliqvis *veniat, inania poſtqvam-ſpiravit* laborans,
præbuit labori brevem qvandam delectationem.
Tibi verò dulciſonaq; lyra,
dulcisq; fiſtula inſper-
git gratiam: præbentq; amplum decus
filiæ Pierides Jovis.

Ε.

Ego autem opitulatus ſtudioſè,
illuſtrem gentem Locrornm amplexus-ſum, mel-
leq; viris-præſtantem civitatem irrigans, filium ama-
bilem Archeſtrati laudavi: qvem vidi
vincentem manus robore, aram apud Olympiam,
illud circa tempus, formaq; pulchrum,
floridaq;-ætate temperatum; qvæ impuden-
tem à-Ganymede mortem pro-
pulſavit, auxilio Veneris.

COMMENTARIUS.

TON Ὀλυμπιονίκαν] Partes hujus εἴδους Decimi ſunt ſeptem, Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio, Confutatio, & Epilogus. In Exordio, primùm confitetur oblivionem carminis Ageſidamo promiſsi, ejusqve oblivionis dedecus, qvod partim longinquitate temporis, partim qvantitate debiti exaggerat. Deinde invocat pro præſtando promiſſo Muſas & Veritatem, illas propter carmen, hanc propter debitum exſolvendum, & integram exiſtimationem tuendam. Tertiò denuò promittit ſolutionem debiti, ipſo hymno, à Poſsibili, & Facili, qvod declarat Simili, qvàm facilè nimirum calculus in littore fluctibus obruitur & tegitur: Simul etiam ſpondet dilutionem reprehenſionis moræ, τόκῳ, i. e. *uſura ſeu fœnore* novi hymni, qvem ut τόκον, promiſſo olim hymno ut κεφαλαίῳ, addere cogitat. Qvod & in ſeqvente εἴδει præſtat. Eſt autem in his ſimul implicita Propoſitio, *Ageſidamus Juvenis, victor Olympicus, eſt laudandus.*

α. 1. ἀνάγνωτέ μοι] *Scholiaſtes* reddit, ἀναμνημονεύσατε καὶ ἀναγνωρίσατε, id eſt, *revocate mihi in memoriam, recognoſcere me facite. Demetrius* verò hoc improbat, & qvum paulò pòſt γέγραπται ſubjiciatur, reddit *Legite mihi*, utpote dudum à me Ageſidamo compoſitum hymnũ, ſed hactenus non traditum. Verùm qvum diſertè dicat, ὀφείλων ἐπιλέλαθα, non carminis ſcripti retentionem, ſed promiſsi præſtandi oblivionem inde colligimus. Adde qvòd, ſi alium hymnum ei compoſuiſſet, hunc non feciſſet.

α. 2. πόθι φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται] Reſpicit ad naturam τοῦ μνημονευτικοῦ, qvod qvaſi cuſtos eſt χαρακτήρων & imaginum à τοῦ φανταστικῷ cerebro impreſſarum & tantum non inſcriptarum. Qvò etiam reſpiciens *Ariſtoteles lib. 3. de Anima cap. 4.* Intellectum γραμματείῳ comparat, cui omnia inſcribi poſsint. Invocat ergò Muſas & Veritatem, ut ſibi in memoriam redigant, oſtendant, & qvaſi prælegant, in qvanam parte mentis ſuæ γέγραπται ſeu κεχάρακται nomen Ageſidami.

α. 5. ὦ μοῖσ'] Aliqvi in ſingulari accipiunt, ὦ μοῖσα, & Clio intelligunt, utpote qvæ καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπὴν εὗρεν, ut eſt in *Epigrammate (lib. 1.)* & fortè rectiùs, qvum ſeqvatur Dualis ἐρύκετον, qvi Muſæ & Veritati tanqvam duabus perſonis propriè convenit. Aliqvi in Plurali, ὦ μοῖσαι, & omnes ſimul intelligunt.

α. 5. θυγάτηρ Ἀλάθεια Διός] Pulchra προσωποποιΐα Veritatis, qvam Jovis filiam fingit, utpote à Deo ortam: qvanqvam *Plutarchus quæſt. Rom 11. & 12.* τὸν Κρόνον, id eſt, *Tempus* Veritatis patrem ſuo reſpectu fingat: ſicut & *infrà* dicitur, ὁ ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον χρόνος.

α. 4. ὁ τό-

a. 4. ὁ τόκ@-] i. e. Uſura, Fœnus à ἵκτειν. Intelligit hoc nomine hymnum ſeqventem, qvem etiam τόκον nſcribit. Comparat enim dilationem hymni ſui, Pecuniæ creditæ ad uſuram, cujus redditio qvò longiùs differtur, eò plus fœnori accreſcit: q. d. ſe hymnum dudum promiſſum & tardè præſtitum, cum fœnore exhibiturum. *Plutarchus de def. orac.* & *Odyſſ.* γ. v. 367. χρεῖός μοι ὀφέλλεται, probat, Veteribus Uſuram fuiſſe uſitatam. Vbi notetur ὀφέλλεται, *augetur, creſcit*, qvod convenit cum etymo τοῦ τόκ@- à τίκτω. Es heckt geldt aus.

a. 4. ἀνδρῶν] *Ald. & Pal. C.* arrepto ſcholio pro textu habent θνατῶν, qvod verſus reſpuit.

a. 5. 6. νῦν ὅπα] putant aliqvi ſubintelligēdum ἄδω νῦν, aut ſimile. Sed non videtur opus, qvum poſterius ὅπα redditivè accipiatur, pro *eâdem ratione.* Alii utrobiq; pro ὅπα legunt ὅπȣ: alii ὅπερ, ſed minùs benè. *Philippus* Interrogativè accipit. *Nunc ubi fluctus mergit volutatum calculum? & ubi ſolvemus carmen ad gratiam?* ut ſit σύγκρισις, qvaſi dicat, qvàm facilè fluctus obruunt calculum: tam facilè ego hymnum promiſſum exhibebo. Hæc interrogatio non incommoda erit, ſi τὸ ὅπα, non *ubi*, ſed *qvo pacto* reddemus, & κατακλύσει in futuro legemus, ut habent *Pal. A. B. C.* qvanqvam per ſimplex: & ſubſeqvēs τίσομεν commodè reſpondet.

a. 7. κατακλύσει] *Plantiniana* habet κατακλύζει, qvod ad ſenſum extra Interrogationem, eſt accommodatum.

a. 7. κοινὸν λόγον] i. e. *hymnum publici juris.* Alii τὸν περὶ τῶν πολλῶν λόγον interpretantur, ſed ineptè, qvum de unico Ageſidamo loqvatur.

A. 1. Νέμει γὰρ ἀτρέκεια] Confirmatio ſex habens argumenta laudum Ageſidami: I. à patria, Locris Epizephyriis in Italia; Hanc commendat à cultu Juſtitiæ, Calliopæ, hoc eſt Synecdochicè Muſarum, & Martis. Huic argumento anteqvam ad reliqva accedat, ſubjicit objectionis dilutionem: Laudes Ageſidami vitiantur propter fugam, qva initio τὴν πυγμὴν detrectavit: Tale enim quid commiſiſſe Ageſidamum colligimus. Reſpondet Poëta ab exemplo majore ad minus: Hercules qvi omnium fortiſsimus creditur, in pugna cum Cycno tergum initio dedit, ſalva ſuæ fortitudinis laude: Ergò & Ageſidamus puer ſalva ſua laude certamen initio detrectare potuit. II. ab Hila magiſtro, cui victoriam hanc meritò acceptam refert. Hoc argumentum illuſtrat à Pari exemplo: Sicut Patroclus Achilli ſuorum facinorum ſtrenuitatem acceptam refert; ita & Ageſidamus Hilæ. III. ab acribus adverſariis, qvorum virtute virtus Ageſidami excitata fuit, & qvaſi cote ad acumen perducta. IV. ab auxilio divino. V. ab exercitiis præmiſsis; ut cauſa ſine qva non. VI. à præſtantia certaminis Olympici. Ex his argumentis, poſteriora qvatuor, præcipuè tertium qvartum & qvintum θετικῶς & γνωμικῶς ponuntur, tametſi ὑποθετικῶς de Ageſidamo intelligantur.

A. 1. Ἀτρέ-

A. 1. Ἀτρέκεια] i. e. *Veritas, vel etiam Juſtitia.* Juſtitiæ enim & bonarum Legum nomine celebres Locri Epizephyrii fuerunt; ex qvibus propter optimas leges latas, hodiè adhuc ſuam laudem meretur Zaleucus, qvi à Minerva Leges ſuas per ſomnium accepiſſe creditus fuit, vel potiùs ut *Strabo lib. 6.* annotat, ex legibus Cretenſium, Laconum & Areopagitarum congeſsit. Idem *Strabo lib. 6.* teſtatur, hos Locros primos ſcriptis legibus uſos fuiſſe. Implicitè autem hîc eſt argumentum debiti jure exſolvendi, à pari: Locrenſes Epizephyrii juſtitiæ & veritatis ſunt ſtudioſi: Ergò par eſt, ut eandem erga illos exerceam, & promiſſum ſolvam. *Pal. C.* habet, νέμει ἀτρέκειαν πόλις Λοκρῶν. Qvod metri ratio reſpuit.

A. 2. Καλλιόπα] Synecdochicè *omnes Muſæ*, & Metonymicè *Muſica.* Fuiſſe enim Locrenſes Muſicæ ſtudioſos vel inde patet, qvòd peculiarem ἁρμονίαν invenerint, qvæ Λοκρικὴ, ut Athenæus, vel Λοκρισία, ut *Scholiaſtes* ſcribit, fuit dicta, & à Xenocrito Locrenſi potiſſimùm exercita, laſciva & libidinoſa, qvam & Sappho & Anacreonti uſurpatam accipimus. Vide *Athenæum lib. 14. & 15.*

A. 3. Χάλκεος Ἄρης] Metonymia, pro *bellum ad qvod ære vel ferro armantur homines.* Fuiſſe autem hosce Locros bellicoſiſsimos, cùm ex aliis indiciis patet, tùm ex eo qvod *Strabo lib. 6.* refert, qvòd ad Sagram ſuæ terræ fluvium 10000. Locrorū & Rheginorum, centum triginta millia Crotoniatarum profligaverint: qvæ res præter fidem primò aliis viſa, veriſsima tamen inventa fuit. Unde & Proverbium ortum, *Veriora iis qvæ ad Sagram.* Qvòd autem χάλκεος Mars dicitur, id eſt *æneus*, inde eſt, qvia olim non ex ferro ſed ex ære omnis generis arma fiebant, ut *Pauſanias in Laconicis* teſtatur.

A. 3. Τράπε δὲ Κυκνεία μάχα] Cycnus filius Martis, latrocinia i Theſſaliæ finibus exercens obvio detruncabat, Patri ex occiſorum capitibus templū exſtructurus. Qvu autem aliqvando & Herculem illa iter facientem adoriretur, Hercul primùm Marte Cycni auxiliatore e terrritus receſsit, poſteà tamē ſolu repertum Cycnum ad Peneum fl vium interfecit. *Pauſ: in Att.* Ha pugnam deſcribit *Heſiodus in Scu Herculis*, Licet fugæ hujùs non m minerit. Qvo ſenſu autem hæc Po ta hîc inſerat, anteà annotavimus.

A. 5. Ἴλα] Alii legunt Ἴλα, a Ὕλα: *Scholia* ponunt Ἰόλα, ſicut *Ald. & Pal. C.* ut ſit Syncope. Fu autem hic ſive Ilas, ſive Hilas, ſi Hylas, ſive Jolas, ἀλείπτης ſive m giſter Ageſidami, cuius hortatu fo titer certamen ſuſtinuit, & vicit.

A. 6. ὡς Ἀχιλλεῖ Πάτροκλος De hoc, qvomodo Patroclus arm Achillis indutus, & ejuſdem mo tis uſus, magnam ſtragem Trojan rum ediderit, vide *Homerum Ilia* π. Lego Ἀχιλεῖ cum *Pal. C.* Qva qvā & Ἀχιλλεῖ, qvod *Pal. A. & B.* h bent, penultimam corripere poſſ propter λλ. Qva de re alibi.

A. 7. Θήξαις δὲ] Hæc vel ad h tatum Ilæ magiſtri, vel ad vir tem antagoniſtarum referri p ſunt: qvod poſterius nos retin mus.

A. 7. Θήξ

A. 7. θήξαις φῶτ' ἀρετᾷ] Si ita legimus, τὸ ἀρετᾷ eſt Caſus ſextus, quo Græcos carere vulgus Grammaticorum putat, qvòd Dativo ſemper ſimilis ſit, & ſignificationem Auferendi, ut apud Latinos non habeat, ideoq; *Ablativus* dici non poſſit: tametſi à potiore *Organicum* eum non incommodè dicere poſſimus, qvum reddatur *Exacuens virum virtute*. Si verò cum aliis legimus φωτ' ἀρετᾷ, Dativus eſt, & longè alia τοῦ ἀρετᾷ ſignificatio, *Exacuens natum virtuti, vel ad virtutem*. Unde manifeſtè patet, Sextum caſum omninò Græcis eſſe & licet terminatione cum Dativo conveniat in omni numero, ut apud Latinos in plurali; ſignificatione tamen & naturâ longè ab eo eſſe diverſiſſimum: licet etiam Ablativus dici non poſſit; non tamen ideò è Grammatica exterminandum, ſed potiùs alio conveniente nomine donandum. Qvod contra Grammaticorum ſuperſtitiones eſt obſervandum.

ε. 2. ἔργων περὶ πάντων βιότῳ φάρος] Referuntur hæc per ἐπεξήγησιν ad χάρμα. Sive βιότῳ in Genitivo, ſive in Dativo accipiatur.

ε. 3. ἀγῶνα ἐξαίρετον] Intelligit ludos Olympicos, aliis præſtantiores. Alii legunt ἀγῶνα ἑξάβωμον, ut & *Scholiaſtes* legiſſe videtur, & *Ald.* & *Pal. C.* habent, propter ſex aras duodecim Deorum, de qvibus *ſuprà*. Sed præterqvam qvòd metrum reclamat, ineptè hoc epitheton ἀγῶνι tribueretur. Et poſteà de his.

ε. 4. θέμιτες Διὸς] *jura Jovis*, id eſt, Ludorum Olympicorum Jovi ſacrorum celebritas jure qvaſi exigit, ut Ageſidamum Ὀλυμπιονίκαν laudem.

ε. 4. ὂν ἀρχαίῳ σάματι πὰρ Πέλοπος] Digreſſio occaſione ſexti argumenti Confirmationis facta, de certaminibus Olympicis, qvæ deſcribit. I. à loco, juxta tumulum Pelopis. II. ab autore Hercule Pelopis pronepote: qvod non de autore primo, hoc eſt, Hercule Idæo, ſed de altero illo Amphitryoniade ludorum Olympicorum inſtauratore accipiendum eſſe, ex Prolegomenis, & ſeqventi membro conſtat, ſicut & ex eo, qvòd Pelopis σᾶμα, qvi ante Herculem Amphitryoniadem vixit, hîc expreſsè nominatur, & qvidem ἀρχαῖον *antiqvum*, hoc eſt multis annis ante ætatem Herculis exſtructũ. III. à cauſa, in memoriam nimirum devictorum, Cteati, Euryti, & Augeæ, cujus fatum gnome illuſtrat. IV. ab inſtitutione ipſa & apparatu, ubi enumerantur, 1. ἄλσος ζάθεον Jovi conſecratum. 2. Ἄλτις in puro loco deſignata. 3. Campus circa Altin in δόρπου λύσιν deſtinatus. 4. Sex aræ duodecim Diis poſitæ. 5. Spacium ſex ararum novo nomine dictum *Collis Cronius*. V. à felicitate inſtitutionis, VI. à diuturna duratione. VII. à tempore periodico, πενταετηρίδι. VIII. à primæ Olympiadis ab Hercule hoc celebratæ victoribus. Huic membro præmittitur Interrogatio ad Muſas. Enumerantur autem victores ſex, Oeonus, ſtadio: Echemus lucta: Doryclus, pugilatu: Semus, qvadrigis: Phraſtor, Sagitta vel haſta: Eniceus, diſco. IX. à tempore celebrationis, plenilunio, illo nimirum qvod proximè Solſtitium æſtivum

Nn ſeqvitur.

ſeqvitur. X. ab applauſu & ſolennibus conviviis.

ϛ. 4. ἀρχαίῳ σάματι Πέλοπος] QuiaHerculis proavus fuit Pelops.

ϛ. 7. ἐκτίσσατο] Ita lego ſvadente metro, & ſuffragantib. *Ald.&Pal.B.*

ϛ. 7. 8. Ποσειδάνιον πέφνε Κτέατον ἀμύμονα] Augeas filius Elei, à qvo Elis dicta, terræ illius Rex, tanta habuit armenta gregesq;, ut fimo obducta agri pars maxima, otioſa jaceret & inculta. Hercules certa mercede ut agrum purgaret, adductus eſt: qvod immiſſo in campos Minyieo flumine perfecit. Verùm Augeas Herculi mercedem ſolvere renuit, qvòd eum videret arte potiùs qvàm ullo labore opus perfeciſſe. Interim aditus omnes munivit, qvà Herculē, ſi in Elidem cum exercitu veniſſet irrupturum ſuſpicari poterat, & Actorem, ejusq; ut credebantur, ex Molione filios Ctearum & Eurytum, qvi indigenæ erant regniq; conſortes, utpote qvorum proavus Epeus Eurycydæ Augeæ aviæ frater fuerat, in belli ſocietatem adſcivit. Hercules ſuſcepto adverſus Augeam bello, nihil memoratu dignum in ea expeditione gerere potuit: ejus enim copiæ ab Actoris filiis audacia & ætate vigentibus, facilè reprimebantur. Qvod ægrè ferens Hercules, illos qvum ad ludos Iſthmicos ſpectatum proficiſcerentur, ad Cleonas urbem inter Corinthum & Argos non magnam, à Cleone Pelopis filio dictā, inſidiis exceptos ſagittis cōfixit: & mox collecto ex Argivis, Thebanis & Arcadibus exercitu, Elidem occupavit, Augeam cepit, & regnū Phyleo Augeæ filio, qvem qvòd injuriam in benemeritum Herculem reprehendiſſet, pater abdicaverat, tanqvam vaſallo,

ut nominât, tradidit. Qva de re vid
atur *Pauſan. l. 2. & 5.* Qvòd verò h
Ποσειδάνιον, qvod Doricum eſt pr
Ποσειδώνιον, id eſt, *Neptunium*, nom
natCteatum, inde eſt, qvia Cteatus
Eurytus Actoris qvidem credeba
rur, ſed revera alterius, qvem N
ptunum Molione jactabat, filii erā
Ἀμύμονα vocat, propter fortitudin
tum qvia Augeam defendit, ut co
ſors regni, jure naturæ.

b. 2. μισθὸν] Hanc mercedem *Pa*
ſanias lib. 5. agri partem fuiſſe ſuſ
catur. *Scholiaſtes*, decimam parte
armentorum & gregum.

b. 3. ὡς πράσσοιτο] i. e. *ut exig*
poſſet: id enim πράσσειν hoc loco
gnificat. *Scholiaſtes* ὡς pro ἕως po
cenſet, fortè motus Optativo, qvu
tamen τὸ ὡς, in ſignificatione τοῦ ἵν
cum Optativo non minùs qvà
Conjunctivo conſtrui poſsit.

b. 7. Τιρυνθίων ἔπεφνεν στρατ
qvem ſc. Hercules prima vice ex T
rynthe Argivorum urbe colleget
& in Elidem duxerat. Cecideru
autem ex Herculis exercitu multi v
ri fortes, ut Telamon, ſed non i
Ægineta pater Ajacis, Chalcedo
ſed non Euboicus ille: & Iphicl
pater Jolai Herculis aurigæ, qv
nominat *Pauſanias in Arcad. l. 8.*

b. 8. ἅμμενον] Doricum pro ἥμενον
ſedentem. Lonicerus *Cunctantem* re
didit, ad ſenſum reſpiciens. *Ald.*
Pal. B. ἅμενον. *C.* ἥμενον.

B. 1. μολίονες] Pro μολιονίδαι.
enim ex Jonicis Patronymicis
ίων, formant Poetæ alia in ίδης,
Ἰάπετος, Ἰαπετίδης, Jonicè Ἰαπετίω
Poeticè Ἰαπετιονίδης: Sic rurſus
Patronymicis in ίδης, per ſyncop
alia faciunt in ίων, ut μολιόνη, μολ
νίδης, filius Molionæ, Poëticè μολια

Inde hic eſt pluralis *μολίονες*, pro
ιολιονίδαι. Sic *Odyſſ. α. v. 8.* Sol Ὑ-
περίονος Titanis filius, qvi propter-
a Ὑπεριονίδης eſt, Ὑπερίων eadem
atione dicitur, licet per accidēs hoc
atronymicū Jonicum, cum Origi-
ali Ὑπερίων, qvod patris nomē eſt,
onveniat. Vide *ad Pyth. ς. α. 5.*
B. 2. ξεναπάτας Ἐπειῶν βασιλεὺς]
.e. Augeas deceptor hoſpitis Her-
ulis, rex Eleorum, ſeu Epeorum.
B. 3. πατρίδα πολυκτέανον] i. e.
otam terram Eleam. *Scholiaſtes* in
pecie intelligit urbem qvam nomi-
at Phycteon. In κτέα facienda eſt
υνίζησις.
B. 4. πλαγαῖς τε σιδάρου] partim
opter ictus muros ſuffodientium,
rtim propter cæſos ferro populos.
B. 6. νεῖκος δὲ] δὲ pro γὰρ *Demet.*
B. 7. ἀβουλίᾳ] *Ald. & Pal. C.* ἀβου-
λίαις, contra metrum.
B. 9. θάνατον οὐκ ἐξέφυγεν] *Pau-
nias tamen lib. 5.* Herculem Augeæ
enam remiſiſſe ſcribit.
γ. 1. ἕλσαις] Eſt Syncope pro ἑ-
λίσαις.
γ. 3. ζάθεον ἄλσος, Ἄλτιν] Per
ἄλσος ζάθεον intelligit totum il-
n tractum feſtivitati Olympicæ
ſtinatum: Per Ἄλτιν verò, qvo no-
ne aliàs Eleorum dialecto idem
otatur qvod ἄλσος, teſte *Pauſania*
. 5. in ſpecie lucum Jovis Olympii,
qvo erat ipſius templum & ſtatuæ
ctoribus dicatæ: ſi modò ita legen-
m eſt, ut *Ariſtodemo* placuit: nam
dymus non Ἄλτιν, ſed Ἄλιν legere
aluit, Sicut & *Pal. A.* habet, ut in-
ligatur Piſa, cui Hercules ex ora-
lo pepercit. ut habet *Pauſanias di-
loco*, & qvam Elei ſub poteſtatem
am redactā Ἄλιν ſive Ἦλιν nomi-
narunt. Sed rectiùs Ἄλτιν retine-
bimus.

γ. 3. σταθμᾶτο] i. e. *dimetiebatur: ἡ στάθμη* enim eſt *amuſſis, vel funiculus tenuis, qvem minio imbutum, & utrinq; materiæ angulo applicatum intenſumq;, faber paulùm elevatum demittit, & ita lineam materiæ inſcribit, qvam poſteà in plananda materia ſequitur.* Er hats mit der Schnur abgemeſſen.

γ. 4. περὶ δὲ πάξαις] Vel *poſtqvam ſepto circumdediſſet, ſi* Ἄλτιν *legimus*: vel ſi Ἄλιν, *poſtqvam muris munivit,* qvod minus huc qvadrat.

γ. 5. ἐν καθαρῷ διέκρινε] ſc. τόπῳ, i. e. *in puro ſeu libero ab obſtaculis totius ἄλσους qvodam loco, ſelegit* Ἄλτιν propriè ſic dictam, pro templo & luco Jovis Olympii.

γ. 7. δόρπου λύσιν] i. e. ut ibi circa Ἄλτιν exhiberentur convivia certantibus; vel ut circa Ἄλτιν undiqve eſſet κατάλυμα ſeu diverſorium convivale.

γ. 8. τιμάσαις πόρον Ἀλφεοῦ] ita nimirum, ut in ſacris Olympicis ſolius Alphei aqvarum uſus eſſet, & ipſum qvoqve fluminis Numen inter XII. Deos qvi ibi colebantur, referretur. Qvam ob rem Alpheus fluvius Jovi maximè charus putabatur. *Pauſan: in El: prior.* In τιμάσαις, τι corripi debebat: modò textus mendo careat.

g. 1. πάγον Κρόνου] Cauſa appellationis ex Prolegomenis patet. Κρό debebat produci: niſi legendum πάγον Κρόνιον, ut ∪ ∪ ſint pro —, ut alibi.

g. 3. νώνυμος] *Demetrius* legit νώνυμνος, q. ἄνυμνος, ut & *Pal. A.* Qvid ſi legeremus ἄνυμνος, *ignobi-*

lis, Von dem Man weder zuſingen noch zuſagen gewuſt: qvum νω corripi non poſsit.

g.3. ἆς Οἰνόμαῳ ἄρχε] Subintelligitur ὥρας, *qvo tempore. Scholiaſtes* ἆς, pro ἕως *donec*, poſitum cenſet.

g. 4. βρέχετο πολλᾷ νιφάδι] Allegoria, i.e. *obſcurus erat*, & qvaſi tectus nivibus ignobilitatis & ſilentii non apparebat.

g. 6. παρέσταν μοῖραι σχεδὸν] indicat felix auſpicium ludorum Olympicorum. Quæ enim felicia habebant exordia, illa *præſentibus & faventibus Parcis* facta eſſe olim fingebant. Sic ſuprà *Olymp.* ϛ'. naſcenti Jamo Parcas ab Apolline miſſas, adfuiſſe legimus. Eadem ratione etiam τὸν χρόνον, i. e. *Tempus ſeu Diuturnitatem* illi auſpicio per προσωποποιΐαν aſſociat, ut Diuturnam horũ ludorum durationem innuat.

g. 7. ἐξελέγχων χρόνος] Vide Adag. *Tempus omnia revelat.*

G. 1. μετὰ δώδεκ' ἀνάκτων Θεῶν] Incluſivè, ita ut ipſe Alpheus ex his XII. Diis unus ſit. Vide *ad Olymp.* έ.

G. 1. τὸ δ' σαφανὲς ἰὼν πόρσω] Syntaxis eſt, ἰὼν δ' πόρσω, ſcilicet ὁ χρόνος κατέφρασεν τὸ σαφανὲς, i.e. *Tempus in longum intervallum procedens enarravit ſcilicet poſteris veritatem vel perſpicuitatem.* Hanc tribus membris includit, I. ὅπα δὲ (qvod hîc Atticè pro δὴ ponitur, qvod & pòſt habemus, τίς δὴ ποταίνιον, & ferè ſimilem particulam, ὅπως ἄρα) διελὼν ἀκρόθινα δόσιν πολέμου ἔθυε: II. ὅπως ἄρα ἔστασεν ἑορτὰν πενταετηρίδα. III. τίς δὴ ἐν Ὀλυμπιάδι πρώτᾳ νικαφορίαισί τε λάχε στέφανον &c.

G. 1. σαφανὲς] *Eraſmus* in Adagio *Tempus omnia revelat*, reddidit, *Quod latebat in obſcuro*, q. ἀφανές, perpe-ram.

G. 2. τὰν πολέμου δόσιν ἀκρόθινα] ἐπεξήγησις.

G. 5. ἐν Ὀλυμπ:] *Pal. C.* σὺν Ὀλυμπ:

G. 6. τίς δὴ ποταίνιον] Hæc aliqvi interrogativè accipiunt, & poſt καθελὼν ſignum Interrogationis notant: Quin & aliqvi ſtatim ab ὅπα τὰν πολέμου δὲ &c. Interrogationem faciunt. Verùm qvis genuinus ſenſus ſit, Syntaxis ipſa docet.

G. 6. ποταίνιον] i. e. *recentem* ποτὶ qvod Doricum eſt pro πρὸς & αἶνος *narratio*: inde ποταίνιος *nu per dictus, nuper celebratus*, & pe conſeqvens *recens*, Idem ὁ πρόσφατος *Hebr. 10. v. 20.* ſignificat. Ind πρόσφατον, Adverbialiter, *Nuper Pyth.* δ. *I G. 13.*

G. 7. χείρεσσι, ποσίν τε καὶ ἅρμα σιν] Breviter complectitur omni genera certaminum Olympicorum qvæ corpore fiebant, & vel manuum robore, vel pedum celeritate, vel e qvorum & curruum agitatione. *Pa C.* ἅρματι.

G. 8. ἀγώνιον] vel ad στέφανον refertur: vel ut aliis placet ad εὖχος, ſit Syntaxis, θέμενος ἐν δόξᾳ καθελὼν εὖχος ἀγώνιον ἔργῳ. i.e. *ipſe co ſtitutus in gloria, reportãs, auferens, v etiam detrahens adverſario gloriatio nem certaminis ipſo facto.*

G. 8. θέμενος] *poſitus, cõſtitutus. Scholiaſtes & Demetrius* ſubaudiũt, αὐτὸ qvod nõ neceſſe eſt, qvum ſit Medi

δ. 1. στάδιον εὐθύδρομον] id eſt, *Stadium rectum, & ſimplex* non καμπτὸν repetitum, qvod δίαυλον vocant. De ſtadio habebimus i frà ad εἶδος ιγ. Enumerat autem victor

ſtores primæ Olympiadis, utpote
n omnibus notos: reliqva de qvi-
s dixit, tanqvam notiora, præter-
Ita autem potiùs lego qvàm *ἐυ-*
σονον. Etſi autem in ordine certa-
num ſuperſtitioſum neminem eſ-
volumus, qvum partim liberum
habuerit Poëta arbitrium, partim
introductionis cujusq; tempus
pexerit, qvo ex antiqviſsimis O-
npiis certamina denuò ſunt revo-
a. Inter qvæ *ςάδιον* à prima O-
npiade retentum perpetuò dein-
s fuit: *πάλη* 18 Olymp. & *πυγμὴ*
demum Olympiade reſtitui cœ-
unt; *Homerus* verò plerumqve in-
ſum ordinem obſervet: Qværi-
tamen apud *Plutarchum lib. 2.*
np. qv. 4. qvare Homerus inter
tamina, ſemper *πυγμὴν* præpo-
, *πάλην* verò & *δρόμον* poſtpo-
, tàm qvando eorum mentionem
it, ut *Odyß. θ. v. 103. & 206. & 246:*
àm qvando exhibentur, *ut Iliad. ψ.*
funeralibus Patrocli. (At *Odyſſ. θ.*
verſo ordine hæc certamina exhi-
ntur, propè ut Pindarus hîc ea re-
iſet.) Affertur ibi hæc ratio, qvòd
omnia ſint rei militaris ſimula-
; ubi prima omnium cura eſt *πλη-*
καὶ φυλακῆς, ictus & cautionis:
era *συμπλοκῆς* & *ὠθισμοῦ, concur-*
& impulſus: poſtrema *τοῦ φεύγειν*
ιώκειν, fugæ aut conſectationis.
. 3. Οἰωνὸς] Oeonus filius Licy-
ii fratris Alcmenæ (qvanqvam
thi, ut ſuprà Ol. ζ. audivimus) ma-
Herculis, & ita hujus conſobri-
s. *Pauſanias lib. 3.* ſcribit, Oeonum
nc qvum adoleſcentior adhuc eſ-
, cum Hercule Spartam veniſſe,
umq; viſendæ urbis cauſa obam-
laret, ad Hippocoontis ædes fortè

acceſsiſſe, & canem domus cuſtodem in eum invaſiſſe; qvem qvum lapide percuſsiſſet, ab Hippocoontis filiis curſim egreſsis, fuſtibus confectum fuiſſe. Unde patet, Oeonum valdè adhuc juvenem, ſtadio hîc viciſſe.

δ. 3. Μιδέαθεν] id eſt ex Midea oppido Argolidis, de qvo *ſuprà Olym. ζ.*

δ. 4. πάλα] ſcilicet ἀρίστευσεν vel ἠρίστευσεν.

δ. 5. Ἔχεμος] Echemus Rex Arcadiæ, filius Aëropi, nepos Cephei, pronepos Alei, ex Tegea Arcadiæ urbe. Ab hoc poſteà cæſus eſt filius Herculis Hyllus, in *μονομαχίᾳ. Pauſan. lib. 8.*

δ. 6. Δόρυκλος] De hoc Dorycl*o* nihil hactenus inveni, præterqvam qvòd Tirynthius fuerit, qvi & à Poëta hîc celebratur: modò menda abſit, qvum *Τίρυνθα* primam hîc corripiat, qvæ aliàs produci ſolet.

δ. 6. τέλος πυγμᾶς] *finem pugilatus*, id eſt victoriam de pugilatu.

δ. 8. ἀν' ἵπποισι τέτρασιν] id eſt, *Eqvis qvadrigis.* ἀνὰ pro σὺν Doricè. *Plantin. & Commel:* habet, ἐν ἵπποισι. ut & ſuprà *Demetrius η. γ. 9.*

d. 1. Σᾶμ' Ἁλιῤῥοθίου] ſcilicet τὸ τέλος φέρε, Hîc mirè ſe torqvent interpretes. Aliqvi dicunt eſſe Doricum σᾶμα pro σῆμα, & reddunt *ſignum Halirrhothii* id eſt ejus inſignia in curru ut fieri ſolebat depicta, & Synecdochicè *Ipſe Halirrhothius.* Aliqvi Doricum σᾶμα pro σῶμα, *Corpus Halirrhothii*, item pro ipſo Halirrhothio. Sed Halirrhothius ille, cujus aliàs fit mentio paſsim apud Hiſtoricos, Herculis σύγχρονος non fuit. Aliqvi legunt Σῆρος Ἁλιῤῥοθίου, ut ſit *Serus filius Halirrhothii*

 cujus-

cujuſdam, qvem Perieris & Alcyones filium faciunt. Sed metrum reclamat. Aliqvi deniq; in Vocativo legunt Σᾶμε, ut ſit ἀποστροφὴ ad Σᾶμον vel Σῆμον filium Ἀλιρροθίου, cujuscunq; ſanè. Atq; hæc ſententia prioribus verior, qvandoqvidem & ab aliis Σᾶμος hic vel Σῆμος, primus de qvadrigis victor celebratur. Ita enim *Diphilus Comicus*, ut citat *Scholiaſtes*, Τρέψας δὲ πώλους, ὡς ὁ Μαντινεὺς Σῆμος, ὃς πρῶτος ἅρματ᾽ ἔλασε παρ᾽ τῷ Ἀλφειῷ: ubi & patriæ Mantineæ Arcadiæ urbis expreſſa mentio congruit. Sed obſtat adhuc I. Apoſtrophi ineptitudo: II. Halirrhothii perſona, qvi Herculi σύγχρονος non fuit. III. metri turbatio. His omnibus tribus medentur *Pal. A. & B.* qvi legunt Σῆμος ἤειδετο. Et hoc retinui.

d. 2. Ἄκοντι] id eſt ἀκοντίῳ *jaculo, vel haſta miſſili.* Lego κἄκοντι Φράστωρ ἔλασε σκοπὸν, omiſſo δ᾽, ut in *Pal. A. B.*

d. 3. ἔδικε πέτρῳ] δίκειν eſt *Jacere, Dejicere*, qvod & alibi, & præſertim apud *Euripidem* invenitur *(Phœniſſ. & Bacchis.)* Otioſum ergò videtur cùm *Lonicero* & *Aretio* facere Syncopen, ἔδικε pro ἐδίσκευε. Ponitur autem hìc abſolutè, *Jaculatus eſt.* τὸ πέτρῳ *Aretius* conjungit cum μᾶκος, & cenſet eſſe Doricum Genitivum pro πέτρου, ut ſit μᾶκος πέτρου, *ſaxum oblongum, diſcus oblongus.* Sed rectiùs ad μᾶκος ſubintelligemus εἰς, & πέτρῳ in caſu ſexto retinebimus. Lego autem, Πέτρῳ δ᾽ Ἐνικεὺς ἔδικε μᾶκος.

d. 4. ὑπὲρ ἅπαντας] *Ald. & Pal. C.* ὑπὲρ ἁπάντων, minùs benè.

d. 6. παραίθυξε] id eſt *commovit, excitavit*, ab αἰθύσσειν, qvod ſignificat *Splendere, Calefacere, Movere &c.* Et ſic etiam *Demetrius* legit. *Scholiaſtes* verò παρέθηξε, qvem *Plantiniana & Commeliniana* ſeqvuntur, qvod & *Pal. C.* habet, à παραθήγω, *exacuo.* Sed metrum reclamat. Qvod verò *Brubachiana* habet, παραίθηξε, & *Aldus* παραίθυζε, & *Pal. A.* παραίθυζε, vitioſum eſt.

d. 7. ἐν δ᾽ ἕσπερον ἔφλεξεν] Notatio Poëtica *Plenilunii.* ἕσπερος autem Jonicum eſt pro ἑσπέρα. Aliàs ὁ ἕσπερος eſt *Veſperugo*, ſtella Veneris à Sole occidentalis. Metonymico ſenſu pro ἑσπέρα ſæpè ponitur, ut ſignum pro re ſignata.

D. 1. ἀείδετο] i.e. *canticis perſonabat.*

D. 2. τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον] id eſt *more laudatorio*, more qvi in laudandis Heroibus ſolet obſervari, ut nimirum ad Lyram & Tibiam geſta ipſorum canantur.

D. 3. Ἀρχαῖς δὲ προτέραις] Ἐπάνοδος ſive Regreſſio ad laudes Ageſidami, qvas ſe dicit. 1. uſitato ſibi more pertractare. 2. ad Jovis celebrationem dirigere. 3. Deliciis condire, & ad Tibiam accommodare.

D. 3. ἀρχαῖς δὲ προτέραις] id eſt, *more conſveto*, παλαιᾷ συνηθείᾳ, ut reddit *Demetrius*. Aliqvi ἀρχαίοις legunt, præter neceſſitatem & metri leges.

D. 4. Ἐπωνυμίαν χάριν] *Scholiaſtes* ἔλλειψιν eſſe judicat, pro, εἰς χάριν ἐπωνυμίαν &c. qvam ſententiam & *Lonicerus* ſeqvitur. Sed *Demetrius* rejicit, & ita ordinat ſenſum; κελαδησόμεθα χάριν, id eſt, ὕμνον, ἐπωνυμίαν νίκας ἀγερώχου. Mox autem & materiam illius χάριτος ſeu ὕμνου ſubjicit Poëta, videlicet, βροντὰν &c. Nam ante Victorum laudes, Jovi

hymnus

ymnus canebatur, ut notat *Deme-*
ius. ἐπωνυμίαν autem nominat,
ria ἐπινίκιον habet nomen à victo-
æ genere. Eſt autem χάρις ἐπωνυ-
α, *cognomentum*, ἐπεξηγητικῶς, pro,
ἰρις ἐπώνυμος: ſicut *Populum latè*
gem, pro latè regnantem. Vide
tb. a. b. 7.
D. 6. ἐν ἁπαντικρατεῖ] *in omni ro-*
re vel potentiâ, ut Plantiniana ver-
: *fortiſſimè*, ut Lonicerus. Ad Ful-
en referunt hi. Rectiùs, *in omni vi-*
ria. Nam ante Victorum laudes,
s erat Jovi hymnum canere, ut ex
metrio jam notavimus.
D. 8. χλιδῶσα] id eſt, τρυφῶσα.
λιδή, propriè eſt *luxus & effœmi-*
a mollicies in comis. De qva *Pho-*
des: ἄρσεσιν οὐκ ἐπέοικε κόμη: χλι-
δὲ γυναιξίν. à χλίω, *luxu fran-*
Et qvia ejusmodi χλιδαῖς ſtu-
tes, plerumqve ſimul ſunt delica-
mò & petulantes ac contumelio-
alios: ideò χλιδάω, non tantùm,
modi χλιδὰς *alo* ſignificat: ſed eti-
deliciis inhio; Imò *petulans, pro-*
us & contumelioſus ſum. ὑπερ-
δάω, & καταχλιδάω, *ſupra mo-*
talis ſum.
1. τὰ] ſcilicet μέλη. *Aretius* ma-
fert ad μολπά, pro ἃ vel ἥ: qvum
en manifeſtè appareat, eſſe Plu-
junctum verbo φάνεν, qvod pro
νησαν ipſe *Aretius* poſitum ſcribit.
1. εὐκλεῆ Δίρκα] Syncope pro
εᾶ vel εὐκλεεῖ. *Dircen* autem
em eſſe Thebis, & hîc Synecdo-
ipſas *Thebas* notare, notum eſt.
1. χρόνῳ] iterum confitetur ſuam
am, i. e. *tandem*, mit der zeit. *Are-*
erperam conjungit εὐκλεῆ χρό-
inepte interpretatur de ætate
ari, qvæ multos reddere immor-

tales potuerit; qvemadmodum Achilles præcone Homero beatus prædicatus eſt; ſicuti rem hoc exemplo declarat.

ε. 1. φάνεν] Syncope Æolica & Boeotica, pro ἐφάνησαν.

ε. 2. ἀλλ᾽ ὥστε παῖς] Confutatio. Nam objici poterat: Atqvi hæc χάρις hymni tui eſt admodum ſera: ideoq; minùs grata. *Reſpondet Poëta*, 1. per Inverſionem: Eam ipſam ob cauſam erit meus hymnus gratior. Qvod ſimili declarat: Ut Filius diu deſideratus & ſerò natus, eſt gratiſsimus: ita & Hymnus meus ſeriùs exhibitus. Antecedens illuſtrat à Cauſa, Qvia divitiæ ſi alienis relinqvendæ ſunt, etiam poſſeſſori ipſi ſunt odioſiſsimæ. 2 per Conceſsionem, cũ ἐπανορθώσει facti. q. d. Fateor, ſi qvis rebus præclarè geſtis, non-laudatus moritur, parum illum habere qvod gaudeat: Atqvi tu Ageſidame etſi ſerò tamen adhuc vivus celebraris ob victoriam præclaram: Non ergò habes qvod cõqveraris. q. d. Las die ſorgen/die ohne Hymnos geſtorbẽ ſein/du haſt noch einen erlebet. Et hanc ſuam celebrationẽ à cauſis Organicis & Efficientibus illuſtrat, ut jã in Epilogo dicetur.

ε. 3. ἥκοντι νεότατι] præ ſenio ſc. Nã & hîc locum habet, qvod *Ariſt. lib. 1. Eth. c. 3.* dicit, Nihil differre, ſive qvis τὴν ἡλικίαν, h. e. τὰ ἔτη: ſive τὰ ἤθη, ſit νέος. Vide Adagium *Senes bis pueri.*

ε. 4. μάλα δὲ] pro μάλα δή.

ε. 5. νόον] *Pal. C.* νέον, & *Scholion*, νόον, Perperam.

ε. 7. ποιμένα ἐπακτὸν] i. e. δεσπότην ἐπείσακτον, Lachende Erben. *Menand.*

ὀδυνηρόν ἐστιν εὐτυχοῦντα τοῦ βίου
ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.
στύλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες.

ε. 8. θνά-

ε. 8. θνάσκοντι] Et hic α corripiendum venit. Vide *Olymp.* θ.ϵ.16. Qvid ſi legamus θανόντι?

e. 4. βραχύ τι] q. d. ἐδέν. Sicut noſtri dicunt, eben wenig / nicht viel / zumal wenig.

e. 5. Τὶν δ' ἁδυεπής τε λύρα] Epilogus, in qvo 1. concludit primariò laudes Ageſidami, qvas ille accepit à ſua Lyra; à ſuis tibiis; ab ipſis Muſis; & à ſuis deniqve carminibus: Secundariò verò, laudes ipſius patriæ. 2. Aſpergit novas laudes, partim à repetita victoria Olympica; partim à robore & fortitudine; partim à pulchritudine & ætate vegeta; cujus gratiam, exemplo Ganymedis declarat.

e. 7. ἀναπάσσει] id eſt, ἀναπέμπει, ἀναποικίλλει, ut interpretatur *Scholiaſtes*: vel ἐπιπάσσει, ἐνσάζει, ut *Demetrius*. *Pal. C. & Aldus*, ἀναπλάσσει. Fortè non omninò incommodè.

e. 7. χάριν] id eſt, ὕμνον, ut ſupr μέλος χάριεν.

e. 7. ἔχοντι] id eſt παρέχουσι.

E. 4. ἐρατὸν] ultima pro longa Qvid ſi ἀρετῶν?

E. 4. τὸν εἶδον] id eſt *vidi præſen* vel pro ἔγνω, id eſt *cognovi abſens.*

E. 5. χειρός] Lego χερός, juber metro, & ſuffragante *Pal. A. & Al*

E. 5. βωμὸν παρ' Ὀλύμπιον] id *prope aram Jovis Olympii.*

E. 6. κεῖνον κατὰ χρόνον γ'] I rum meminit ſuæ moræ.

E. 8. ἀναιδέα τὸν πότμον] *mor impudentem*, id eſt, qvi neminem veretur, nemini parcit. *Horat: P da mors æqvo pulſat pede pauperum bernas, Regumq; turres.*

E. 8. Γανυμήδει] De hujus ra *Olymp.* α. habuimus.

E. 9. σὺν Κυπρογενεῖ] id eſt *Venere*, juvante Venere in Cypro nita: ſicut *in Theogonia Heſiodus* nit, Κυπρογένειαν δ', ὅτι γέντο πε κλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. ſc. κικλήσκουσι.

ΕἸΔΟΣ ΙΑ'.

ΤΩι ἈΥΤΩι ἈΓΗΣΙΔΑΜΩι, Τόκος.

QUÆ ſit ἐπιγραφῆς hujus undecimi εἴδ qvod eidem Ageſidamo de eadem victoria inſcripſit, ratic præcedenti εἴδει ſatis notum eſt; qvia nimirum ad hymni cedentis promiſſi ſolutionem tardam & intercapedine ten poris protractam, tanqvam τόκος ſeu uſura additur.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt:

Συ

Σύνοψις τοῦ ιά εἴδους Ὀλυμπίων.

- **Exordium in qvo**
  - σύγκρισις laudum virtutis
    - ut
      - Venti ſunt utiles, ſcilicet navigiis &c.
      - Pluviæ ſunt utiles, poſt ſementem ſcil. &c.
    - ita laus viris fortibus commoda
      - qvia eſt occaſio ſubſeqventium laudum.
      - qvia eſt ſtimulus virtutis.
      - qvia invidia auferri non poteſt.
  - ἀντίθεσις cauſarum laudum
    - Efficiens i. e. Carmen eſt à Poëta.
    - Materialis i. e. Virtus eſt à Deo.
- *Propoſitio*, Ageſidamus juvenis eſt laudandus.
- **Confirmatio**
  - 1. propter victoriam de pugilatu in Olympicis.
  - 2. propter patriam, qvam celebrat
    - propter humanitatem & juſtitiam.
    - propter excellentem ſapientiam.
    - propter fortitudinem bellicam.
    - propter virtutum innatum ſtudium.
    - propter perſeverantiam in virtutibus, qvam declarat ſimili
      - Vulpis.
      - Leonis.

Metrica verò ratio ita habet:

ϛϱοφ: & Ἀντιϛϱ:	ἐπῳδ:
–∪–– –∪∪– ∪∪––	1. –∪∪– ∪∪–– ∪–∪– –
–∪–– –∪∪– ∪∪–	2. –∪∪– ∪∪–– –∪∪
–∪–– –∪∪–	3. ∪∪∪– ––∪∪ –∪∪–
–∪–∪ –∪–– –∪∪– ∪∪––	4. –∪–– –∪–∪ –∪–
–∪–– –∪–– ∪∪	5. –∪–– –∪–∪ –∪–
––∪– ∪–∪∪ –∪∪–	6. –∪–– –∪–
	7. –∪∪– ∪∪–– –∪–– –∪–
	8. –∪∪– ––∪– –
	9. –∪–∪ –∪–∪
	10. ∪––– ∪––

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἑξάκωλοι ſunt. Primum κῶλον eſt Trimetrum catalecticum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. II. ut primum, ſi qvòd eſt catalecticum. III. Dimetrum acatalecticum, ex epitrito ſecundo & Choriambo. IV. Tetrametrum acatalecticum, ex Ditrochæo, Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. V. Trimetrum brachycatalecticum, ex duobus Epitritis ſecundis, & Jonico à minore. VI. Trimetrum acatalecticum, ex Epitri- tertio, Pæone ſecundo & Choriambo.

Ἐπῳδὸς verò δεκάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Trimetrum hypercatalecticum, ex Choriambo, Jonico à minore & Dijambo. II. Trimetrum catalecticum, ex

cum, ex duobus Choriambis, & Jonico à minore interpoſito. III. Trimetrum acatalecticum, ex Pæone qvarto, Jonico à majore, & Choriambo. IV. Trimetrum Catalecticum, ex Epitrito ſecundo, & duobus Ditrochæis. V. ut præcedens. VI. Dimetrum catalecticum ex duobus Epitritis ſecundis. VII. Tetrametrum catalecticum

ΕἼΔΟΣ ΙΑ.

ΤΩι ἈΥΤΩι ἈΓΗΣΙΔΑΜΩι, ΤΟΚΟΣ.

στρoφὴ α. κῶ. ς.

Ἔστιν ἀνθρώποις ἀνέμων ὅτε πλεῖστα
χρῆσις: ἔστιν δ' οὐρανίων ὑδάτων
ὀμβρίων, παίδων νεφέλας.
Εἰ καὶ σὺν πόνῳ τις εὖ πράσσοι, μελιγάρυες ὕμνοι
ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται,
καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς.

ἀντι. α. κῶ. ς.

Ἀφθόνατος δ' αἶνος Ὀλυμπιονίκαις
οὗτος ἄγκειται. Τὰ μὲν ἁμετέρα
γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει.
Ἐκ Θεοῦ δ' ἀνὴρ σοφαῖς ἀνθεῖ ἐσαεὶ πραπίδεσσι.
Ἴσθι νῦν Ἀρχεστράτου παῖ τεᾶς,
Ἁγησίδαμε πυγμαχίας ἕνεκεν

ἐπῳ. α. κῶ. ι.

κόσμον ἐπὶ στεφάνῳ χρυσέας ἐλαίας
ἀδυμελῆ κελαδήσω, τῶν Ἐπι-
ζεφυρίων Λοκρῶν γενεὰν ἀλέγων.
Ἔνθα συγκωμάξατ'. Ἐγγυάσομαι
μή μιν ὦ Μοῖσαι φυγόξενον στρατὸν,
μήδ' ἀπείρατον καλῶν,
ἀκρόσοφον δὲ καὶ αἰχματάν ἀφίξεσθαι. Τὸ γὰρ
ἐμφυὲς, οὔτ' αἴθων ἀλώπηξ,
οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες
διαλλάξαιντο ἦθος.

um, ex Choriambo, Jonico à minore, & duobus Epitritis ſecundis. VIII. Dimetrum hypercatalecticum, ex Choriambo & Epitrito tertio. IX. Dimetrum acatalecticum, ex duobus Ditrochæis. X. Dimetrum catalecticum, ex duobus Epitritis primis.

ODA XI.

EIDEM AGESIDAMO, FOENUS.

α.

EST hominibus Ventorum aliqvando plurimus
uſus: eſt verò aliqvando *cœleſtium aqvarum*
pluviarum, filiarum Nubis.
Si verò cũ labore aliqvis feliciter agat; melliloqvi hymni
poſteriorum occaſiones ſermonum fiunt,
& fidum pignus magnis virtutibus.

a.

Invidiæ-expers autem laus O*lympicis-victoribus*
hæc repoſita-eſt. Et *hæc qvidem noſtra*
lingva gubernare vult. *(pectore.*
Divinitus autem vir aliqvis *ſapienti floret in-perpetuum*
Scito nunc Archeſtrati fili, tui
Ageſidame pugilatus cauſa

A.

ornamentum hymni *ad coronam aureæ oleæ*
dulciloqvum canam, Epi-
zephyriorum Locrorum gentem curans.
Ibi unà-choream-inſtituite. Spondebo
non ad *ipſam ô Muſæ* ut *hoſpites-fugantem populum,*
neq; imperitum honeſtatis,
ſed ſummè-ſapientem & bellicoſum vos *perventuras-eſ-*
ingenitos, neqve fulva vulpes, *(ſe. Nam*
neq; graviter-rugientes Leones,
mutaverint mores.

Commentarius.

ΕΣτιν ἀνθρώποις ἀνέμων] Partes hujus εἴδες ſunt tres, Exordiũ, Propoſitio, & Confirmatio. In Exordio primò σύγκρισιν inſtituit laudum virtutis, & qvidem duplicem: Qvemadmodum nunc venti ſunt utiles, verbi gratia in navigiis, molendinis &c. nunc pluviæ, ut in agricultura, & præcipuè poſt factam ſationem: ita laus viris fortibus eſt commoda. Hoc illuſtrat tribus rationibus, I. Qvia laus talis, ſubinde parit alias ſubſeqventes novas. II. Qvia magnas virtutes excitat. III. Qvia expers invidiæ eſt, nec ab ea auferri poteſt. Hanc autem σύγκρισιν more ſuo occultat, omiſſis particulis συγκριτικαῖς & προσαποδοτικαῖς. Deinde ἀντίθεσιν facit cauſarum laudis, inter qvas Efficiens, hoc eſt carmen laudes celebrans, à Poëta eſt: Materialis verò, hoc eſt virtus celebranda, à Deo.

α. 1. ἀνέμων πλεῖστα χρῆσις] v. g. in navigationibus.

α. 1. ὅτε] Ita perperam omnes habent. Lego ὁτὲ.

α. 2. οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων] v. g. in agricultura, & præcipuè poſt ſationem.

α. 4. εἰ δὲ σὺν πόνῳ] Omittit Poëta more ſuo particulas ſimilitudinis & redditionis: qvod niſi obſervemus, ſæpiùs verus Pindari ſenſus nos latebit.

α. 4. ὕμνοι] In *Plantin: & Commelin:* perperam hoc vocabulum omiſſum.

α. 5. ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται] id eſt *occaſiones ſunt poſteriorum laudum.* Nam duplici hymno victores ornari innuit; uno à Poëta ἐγγράφως; altero ab aliis hominibus, ἀγράφως, fama, voce & cantu: ideoq; duplic[i] ſimili fuit uſus, uno *à ventis*, qvibus comparat famam & applauſum vulgi inconſtantem: altero *à pluviis*, qvibus comparat ſuum hymnum ſcriptum, qvi non minus qvam pluvia terras, victores florere facit & vigere. Simili ferè locutione uſus eſt in præcedenti hymno, μέλιτι καταβρέχων εὐάνορα πόλιν Λοκρῶν. Cæterum, nemo, ut *Demetrius* hîc annotat, neq; πρεσβυγενεστέρων, neq; τῶν ἔπειτα, Maſculinum vel Fœmininum plurale, cum verbo ſingulari jũxit, qvod hic facit Pindarus, ὕμνοι τέλλεται. E[t] idem *Demetrius* cenſet, niſi in aliis hanc παρανομίαν habeat Pindarus referri verbum τέλλεται ad πιστὸν ὅρκιον: qvod tamen qvum conſeqvens ſit non antecedens, acceptare non poſſumus. Qvòd ſi conjiciendum eſſet, dicerem locum eſſe depravatum. Fortè fuit μελίγαρυς ἀοιδὴ, qvando qvidem in aliqvibus τὸ ὕμνοι, plan[è] omiſſum. *Lonicerus* ita ordinat, μελιγάρυες ὕμνοι, ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων ſcil. fiunt: καὶ] πιστὸν ὅρκιον τέλλεται μεγάλαις ἀρεταῖς. *Urbanus lib. 2.* pro τέλλεται, habet πέλεται, qvod *Hartungus* pro depravato rectè agnoſcit. *dec. 4. c. 1. n. 32.* Nec Demetrii pronunciatum acceptamus, qvum *Homerus* ante Pindarum, tali Syntaxi uſus fuerit. *Vide Ol. η. α. 2.* de σχήματι

Πινδα-

ινδαρικῷ. Modò hîc textus inte-
er ſit.

α. 6. πιςὸν ὅρκιον] *fidum pignus:* qvaſi certò ſpondens magnas virtu-
s ſub pignore.

a. 1. ἀφθόνατος] Nam ſtatuas imagines invidia tollere : hy-
mnum cantatum ex animis homi-
um evellere non poteſt.

a. 2. τὰ μὲν] ſcil. qvæ hactenus de
ινοις dixi.

a. 3. ποιμαίνειν] i. e. οἰκονομεῖν.

a. 5. Ἴσθι νυῦ Ἀρχεςράτε παῖ] ropoſitio, *Ageſidamus juvenis Ar-
ceſtrati filius eſt laudandus.* Hanc atim ſeqvitur Confirmatio, duas abens rationes, I propter victo-
iam de pugilatu in Olympicis: . propter patriam & nationem ocrorum Epizephyriorum, qvam qvinqve argumentis celebrat, 1. pro-
ter humanitatem & juſtitiam: propter excellentem ſapientiam: propter fortitudinem bellicam: propter innatum virtutum ſtudi-
m: & 5. propter perſeverantiam illo ſtudio, qvam exemplo Vulpis Leonum declarat. Atqve hæc o-
nia ἀποςροφῇ ad Muſas amplifi-
at & illuſtrat, qvas ibi συγκωμάζειν etit, & Locros Epizephyrios tales vales nunc prædicavit, inventuras ondet.

A. 1. ἐπὶ ςεφάνῳ] τὸ ἐπὶ cenſet *retius* conjungendum cum κελα-
ήσω, ut ſit ἐπικελαδήσω i. e. *acci-
am.* Sed eadem manet ſententia, ſi am ςεφάνῳ jungamus, *ad coronam,* & *Philippus* reddidit, vel *ob coro-
am,* ut *Vulgata Verſio.*

A. 1. κόσμον] i. e. hymnum exornantem.

A. 1. χρυσέας ἐλαίας] i. e. *pulchræ* ut ſupra Ol. η. Ἐλαίαν autem Pindaro pro κοτίνῳ poni, ſuprà dictum, γ. *A. 6.*

A. 5. ςρατὸν] i. e. λαόν.

A. 5. μὴ φυγόξενον &c.] i. e. non ἄξενον aut κακόξενον, ſed φιλόξενον. φυγόξενος eſt, Schreckegaſt / Jagengaſt. Repetit illa tria, qvæ de Locrenſibus Epizephyriis in præcedente εἴδει eadem ſerie prædicaverat, nimirum cultum Juſtitiæ & humanitatis, dum vocat illorum ςρατὸν μηδὲ φυγόξενον, μηδ' ἀπείρατον καλῶν: Muſarum, dum ἀκρόσοφον: & Martis deniqve, dum αἰχματὰν nuncupat. Cæterùm, qvæ hîc *Demetrius* affert, dubitare aliqvos, qva ratione Poëta ςερήσεις, μὴ & μηδὲ, ad τὸ φυγόξενον, & τὸ ἀπείρατον, addiderit; ad ἀκρόσοφον verò & αἰχματὰν non item: otioſa ſunt, qvum naturæ ordo ita poſtulet: & ſi hîc ςερήσεις fuiſſent additæ, laudem omnem qvam Poëta intenderat, detraxiſſent.

A. 7. ἀκρόσοφον δὲ] pro ἀλλὰ ἀκρόσοφον.

A. 8. τὸ γὰρ ἐμφυὲς] *Naturam expellas furca, tamen uſque recurret.* Horat. epiſt. 10. Et *Naturæ ſeqvitur ſemina qvisqve ſuæ.* Ovidius. Die Katze leſſet das mauſen nicht / der Fuchs das Hünerfreſſen / der Lew ſein brüllen vnd rauben / Der Affe ſein lauſen / etc. ἄμαχον κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος. Ol. ιγ.

ΕΪΔΟΣ ΙΒ'.

Ε'ΡΓΟΤΕ'ΛΕΙ Ι'ΜΕΡΑΙ'Ω,
Δολιχοδρόμῳ.

Duodecimum hoc εἶδος Ergoteli Philanoris filio inſcriptum eſt: qvi etſi in Creta inſula natus & educatus fuit; tamen hî Himeræus Siculus appellatur, cujas etiam poſt victoriam Olympicam fuit proclamatus. Sæpè enim, *ut in Prolegomeni dictum*, fiebat, ut Victores non ex ea patria, in qva nati vel educati fuerant, ſe proclamari vellent, ſed ex illa in qva deinceps ſibi vivendum putarent: præſertim ſi à civibus injuria inſigni affecti, de victoriæ ſuæ glori illos participare nollent, & ita qvodammodo injuriam ulciſci vellent. Idem & huic Ergoteli accidit. Nam etiamſi, ut *Pauſanias lib. 6.* ſcribit, & infrà in textu hujus εἴδους attingitur, Cretenſis fuit, ex Cnoſo inſulæ illius oppido: ex eo tamen qvum per ſeditionem ejectus eſſet, ad Siciliam appulit, & ab Himeræis in civitatem receptus, aliisq; inſuper honoribus affectus eſt, præcipu qvòd civitatem illam contra Gelonem, & Hieronem Syracuſanorum tyrannos commotam ſedârit, & ſub conditionibus honeſtis pacis autor fuerit. Noluit ergò deinceps à Cnoſo, unde ejectus fuerat, Cnoſius vel Cretenſis, ſed ab Himera ubi commodè & honoratè vivebat, Himeræus & Siculus appellari & victor proclamari.

Vicit autem hic Ergoteles Olympiade LXXVII, δολιχοδρόμῳ h. e. *longiori curriculo*, qvo ut aliqvi volunt, ſex ſtadia decurrebantur; ut *Scholiaſtes Sophoclis Electra, a. 3. ſc. 1.* viginti: ut *Varinus*, viginti qvatuor. Eſt autem ἔλλειψι ferè in omnium εἰδῶν ἐπιγραφαῖς uſurpata, Ἐργοτέλει δολιχοδρόμῳ, ſcilice νικήσαντι, ut ſuprà monuimus: Vel etiam appoſitio, Ἐργοτέλει δολιχοδρόμῳ *Ergoteli longioris curriculi curſori.* Nam ut ex *Polluce lib. 3. cap. 30.* patet, δολιχοδρόμος non tantùm *ipſum certamen*, ſed & *perſonam in hoc genere decertantem* notat. Porrò vicit Ergoteles non LXXVII. tantùm Olympiadem ſed & aliam præterea, itidem δολιχοδρόμος, vicit & totidem Pythiadas, ex qvibus XXVI. à Scholiis nominatur, totidemq; Iſthmiadas, qvibus *Pauſania* loco citato, duas qvoqve Nemeas victorias annumerat: & ita *Periodo-Victor* evaſit. Unde & ſtatuam in Ἄλτει promeruit, qvæ Pauſaniæ adhuc ætate videnda, imò ab ipſo qvoqve viſa fuit.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt:

Vide pag. ſeqv. ſignum ♋.

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ ἐννεάκωλοι *ſunt. Primum* κῶλον *eſt Trimetrum catalecticum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. II. Dimetrum acatalecticum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. III. Dimetrum acatalecticum ex Jonico à minore & Choriambo. IV. Trimetrum, catalecticum, ex duobus Epitritis ſecundis*

Σύνοψις τȣ̃ ια εἴδȣς Ὀλυμπίων.

Exordium, in quo eſt ἀποςροφὴ ad Fortunam
- quam invocat pro Himera patria Ergotelis.
- quam prædicat
  - à patre Iove.
  - ab officio ſalutis adferendæ.
- cuius potentiam extollit
  - mari in navigiis.
  - terra
    - in bello.
    - in pace, & ἀγοραῖς.

Propoſitio, Ergoteles Philanoris filius, eſt laudandus.

Confirmatio
- 1. propter mutationem Patriæ inſperatam, ſed auſpicatam. Hoc argumentum illuſtrat tribus γνώμαις.
- 2. propter victorias
  - Olympicam.
  - Pythicam duplicem.
  - Iſthmicam.
- 3. propter felicitatem commodæ habitationis, ratione Thermarũ.
- 4. propter ſtudium agriculturæ.

Metrica verò ratio ita habet:

ςροφ: & ἀντιςρ.	ἐπῳδ.
-υ-- -υυ- υυ-	1. -υυ- υυ-- -υ-υ
-υ-- -υυ-	2. -υυ- υυ--
υυ-- -υυ-	3. -υ-υ -υ-
-υ-- -υ-- -υυ	4. -υ-- -υυ- υυ-υ υ-
-υ-- -υ-- -υυ-	5. --υυ -υυ- υ
-υ-- -υυ- υυ--	6. -υ-υ -υ-υ
-υ-- -υ-	7. -υ-υ -υυ- υυ-
--υυ -υυ- -	8. -υ-- -υ-- -υυ-
-υ-- -υ-	9. -υ-- -υ-- -υ--
	10. -υ-- -υ--

ndis, & Choriambo. V. Trimetrum acatalecticum, ex duobus Epitritis ſecundis, Choriambo. VI. ut primum, niſi quòd eſt acatalecticum. VII. Dimetrum ca- lecticum, ex duobus Epitritis ſecundis. VIII. Dimetrum hypercatalecticum ex Io- o à majore, & Choriambo. IX, ut ſeptimum.

ἐπῳδὸς verò δεκάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Trimetrum acatalecticum, Choriambo, Jonico à miuore & Ditrochæo. II. Dimetrum acatalecticum, ex Cho- mbo & Jonico à minore. III. Dimetrum catalecticum, ex duobus Ditrochæis. Tetrametrum brachycatalecticum, ex Epitrito ſecũdo, Choriambo, Pæone tertio, D-jambo. V. Dimetrum hypercatalecticum, ex Ionico à majore & Choriambo. Dimetrum acatalecticum ex duobus Ditrochæis. VII. Dimetrum catalecti- n ex Ditrochæo, Choriambo, & Jonico à minore. VIII. Trimetrum acata- icum, ex duobus Epitritis ſecundis, & Choriambo, ut quintum ςροφῆς. IX. Tri- rum acatalecticum, ex tribus Epitritis ſecundis. X. Dimetrum acatalecticum, duobus Epitritis ſecundis.

ΕΙ͗ΔΟΣ

ΕἾΔΟΣ ΙΒ.

ἘΡΓΟΤΈΛΕΙ ἹΜΕΡΑΊῼ, Δολιχοδρόμῳ.

στροφὴ. α. κῶ. θ.

1 Λίσσομαι παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίου
Ἱμέρᾳ εὐρυσθενέ᾽ ἀμ-
φὶ πόλει, Σώτειρα Τύχα.
Τὶν γὰρ ἐν πόντῳ κυβερνῶνται θοαὶ
5 νᾶες, ἐν χέρσῳ τε λαιψηροὶ πόλεμοι,
κἀγοραὶ βουλαφόροι. Αἵ γε μὲν ἀνδρῶν
πόλλ᾽ ἄνω, ταὶ δ᾽ αὖ κάτω
ψεύδη μεταμώνια τέμνοι-
9 σαι, κυλίνδοντ᾽ ἐλπίδες.

ἀντιστροφὴ α. κῶ. θ.

1 Σύμβολον δ᾽ οὔπω τις ἐπιχθονίων
πιστὸν, ἀμφὶ πράξιος ἐσ-
σομένας, εὗρεν θεόθεν.
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι.
5 Πολλὰ δ᾽ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
ἔμπαλιν μὲν τέρψιος. Οἳ δ᾽ ἀνιαραῖς
ἀντικύρσαντες ζάλαις,
ἐσθλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
9 κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

ἐπῳδ. α. κῶ. ι.

1 Υἱέ Φιλάνορος, ἤτοι καὶ τεά κεν,
(ἐνδομάχας ἅτ᾽ ἀλέκτωρ,)
συγγόνῳ παρ᾽ ἑστίᾳ
ἀκλεὴς τιμὰ κατεφυλλορόησε ποδῶν:
5 εἰ μὴ στάσις ἀντιάνειρα
Κνωσίας ἄμερσε πάτρας.

ODA XII.

ERGOTELI HIMERÆO, LONgiori-curriculo *victoriam adepto.*

a.

S*Upplico* tibi *filia Jovis Liberatoris,*
Himera potentiſſima pro
urbe, Servatrix Fortuna.
Tibi enim in mari gubernantur veloces
naves, in terraq́; rapida bella,
concionesq́; deliberatoriæ. Aliæ qvidem virorum
multa ſurſum, aliæ verò rurſus deorſum
mendacia irrita percurren-
tes, volutantur ſpes.

a.

Signum verà nondum aliqvis terreſtrium
certum,, de re futu-
ra, invenit divinitus.
Sed futurorum excæcatæ-ſunt cogitationes.
Multaq́; hominibus præter opinionem cadere-ſolent,
in-contrarium delectationi. Qvi verò in *moleſtas*
inciderunt procellas,
bonum ingens damno in exi-
guo permutarunt tempore.

A.

Fili Philanoris, certè & tuum
(domi-pugnans ceu Gallus)
cognatum apud larem
inglorium decus inſtar-foliorum-emarcida-defluxisſet
niſi Seditio virum-viro-committens (pedum
Cnoſia privaſſet patria.

Νῦν δ' Ὀλυμπίᾳ ϛεφανωσάμενος,
καὶ δὶς ἐν Πυθῶνι, Ἰσθμοῖ τ', Ἐργότελες,
θερμὰ Νυμφᾶν λȣτρὰ βαϛάζεις, ὁμιλέ-
ων παρ' οἰκείαις ἀρȣ́ραις.

Commentarius.

Αἴσσομαι παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίȣ] Partes hujus XII. εἴδȣς tres ſunt: Exordium, Propoſitio, & Confirmatio. In Exordio facit ἀποϛροφὴν ad Τύχην ſeu Fortunam, qvam primò invocat, pro Himera Ergotelis patria: deinde partim à patre Jove Ἐλευθερίῳ, hoc eſt, *libertatis omnis datore & vindice*, partim ab ipſius Τύχης officio, qvod σώτειρα ſit, eam prædicat: tertiò ipſius potentiam in mundo extollit, qvam declarat μερισμῷ locorum, ut qvæ omnia gubernet tàm mari in navigiis, qvàm terra, tàm in bellis, qvàm tempore pacis in ἀγοραῖς βȣλαφόροις. *Pal C.* habet Ψὲ λίσσομαι. Eſt autem ψὲ Doricum pro σφᾶς. Poſſetq; ferri, ſi ἀντιϛροφὴ reſponderet, & ἀποϛροφὴ ad plures qvā ad Τύχαν eſſet, ut qvidem *Scholiaſtæ* placet.

α. 1. παῖ Ζηνὸς Ἐλευθερίȣ] Jovis Liberatoris filiam *Scholiaſtes* vult intelligi τὴν Εἰρήνην, qvam invocari à Poëta cenſet, qvòd hujus Numinis beneficio pacem inter Himeræos & Syracuſanorum tyrannos fecerit, ut ita gemina ſit ἀποϛροφὴ, una ad Εἰρήνην, altera ad Τύχην. Sed rectiùs ſimplicem ἀποϛροφὴν eſſe dicemus, tantum ad Τύχην, qvam ideò nunc invocat: qvia Ergoteles, cui hoc εἶδος inſcribit, Fortunæ beneficiò Cretam cum Sici[lia] commodè permutaverat, ut mo[x] annotavimus. Qvòd autem [Poëta] Τύχην filiam Iovis facit, eo ipſo [in]nuit, qvòd etiamſi ἡ τύχη ſit αἰτ[ία] κατὰ συμβεβηκὸς, ἐν τοῖς κατὰ π[ρο]αίρεσιν, τῶν ἕνεκά τȣ, ut definit [A]riſtoteles *lib. 2. Phyſ. cap. 5. & 6.* [&] ita qvicqvid nobis hoc modo eve[nit] fortuitum eſt, noſtræ voluntatis [&] προαιρέσεως ratione: tamen inte[rim] à Deo eſt, & providentia divina, [à] nobis inſciis & media non cog[no]ſcentibus, dependet. Et ita Pinda[rus] noſter longè rectiùs de Fortuna [ſen]tit, qvàm pleriq; Philoſophi fece[runt].

α. 1. Ζηνὸς ἐλευθερίȣ] Coleba[tur] enim hoc nomine præcipuè in S[ici]lia Jupiter: qvanqvam & in Græ[cia] paſſim hoc nomine cultus fuit, u[t ex] hiſtoriis *Thucydidis & Pauſania[e pa]tet*. Ideò autem nunc potiſſim[um] Jovis ἐλευθερίȣ meminit, qvòd e[os] ex bello inteſtino Gnoſio eripue[rit] & inter Himeræos libertate [do]narit.

α. 2. Ἱμέρα εὐρυσθενεῖ] *Brub[achius] & Cratandr:* perperam apoſtroph[um] habet Ἱμέρ' pro Ἱμέρα. Neqve e[nim] α per apoſtrophum auferri pot[eſt], neqve etiamſi poſſet metrum [id] patitur.

α. 3. ἀ[…]

Nunc verò Olympiæ coronatus,
& bis in Pythone, Iſthmoq́, Ergoteles,
calida Nympharum balnea extollis, ver-
ſans apud propria arva.

α. 3. ἀμφὶ πόλει] i. e. ὑπὲρ πό-σεως, *pro urbe, propter urbem.* *Scho-ſtes*, & qvi ex ipſius ſententia, ver-a illa, παῖ ζηνὸς ἐλευθερίου de Εἰ-ρήνη accipiunt, legunt ἀμφιπόλει, & *Brubachiana editio* habet: & or-nant, ὦ Εἰρήνη, παῖ ζηνὸς ἐλευ-θερίου λίσσομαι: inde copulativam ferentes, καὶ σὺ ὦ Τύχα σώτειρα ἀμφιπόλει Ἱμέρα εὐρυσθενεῖ. Minùs apparet commodè. Rectiùs cum *Demetrio* exponimus, περὶ πόλει, & a hæc κῶλα ad ſolam Τύχαν refe-imus: tametſi idem *Demetrius*, qvi ſola Τύχῃ hunc totum locum re-interpretatur, ab altera lectione, ἀμφιπόλει, non planè abhorreat, ita ordinetur, ὦ Τύχα σώτειρα παῖ ζηνὸς ἐλευθερίου, ἀμφιπόλει (λίσσομαι) Ἱμέρα εὐρυσθενεῖ.

α. 3. σώτειρα Τύχα]partim ut no-τύχην ἀγαθὴν in genere: par-tim ut reſpiciat in ſpecie ad ſerva-m Ergotelem in turbis Cno-.

α. 5. λαιψηροὶ πόλεμοι] ὁ λαι-ψηρὸς pro αἰψηρὸς, *citus, celer*, ab αἶψα *citò.* Hinc πόλεμος λαι-ψηρὸς, *bellum facili de cauſa motum, facilè excitatum.*

α. 6. αἵγε μὲν ἀνδρῶν] In his nunc concipienda Propoſitio, *Ergote-les Philanoris filius eſt laudandus.*

Hanc Propoſitionem cõfirmat qva-tuor argumentis: I. à mutatione patriæ inſperata, & tamen auſpica-ta. Hoc argumentum illuſtrat & amplificat tribus γνώμαις præmiſ-ſis, qvarum prima eſt de vanitate ſpei, & lubricitate conſiliorum hu-manorum, qvæ longè alii eventus, qvàm ſperaveramus, ſequuntur: Se-cunda, de incertitudine rerum futu-rarum, tàm ratione συμβόλων & ſi-gnorum ex qvibus conjiciuntur, qvàm ratione intellectus noſtri qvi in his cæcutit: Tertia, de inſperatis & ſubitis mutationibus in vita hu-mana, modò in deterius, modò in melius. Qvæ omnia ad Ergotelen accommodat, ita ut hujus ſpem, do-mi intra patrios lares, inſtar galli gallinacei in fimo ſuo inter galli-nas, vitam cum imperio tranſigendi, longè alium eventum ſortitam dicat: & ipſum ex nullis συμβόλοις, nullaq́; ingenii acie proſpicere potuiſſe, ſe aliqvando per ſeditionem è Cnoſo & Creta ejectum iri: & deniqve hanc inſperatam & ſubitam muta-tionem ipſi magno commodo fu-iſſe, qvandoqvidem virtus eius, præſertim τιμὰ ποδῶν, qvæ ſi domi ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτωρ, συγγόνῳ παρ' ἑστίᾳ latitaſſet; ἀκλεὴς manſiſ-ſet, & ſenſim ut folia emarcuiſſet; nunc peregrinis qvoqve innotuit.

II. argu-

II. argumentum confirmationis eſt à victoriis diverſis, una Olympica, cujus nomine Poeta εἶδ@ hoc præcipuè ſcripſit: duabus Pythicis: & una Iſthmica: qvanqvam & alias quoqve Ergotelen reportaſſe ſuprà audivimus. III. à felicitate commodæ habitationis, ratione Thermarum. IV. à ſtudio agriculturæ.

α. 7. τὰ δ' αὖ κάτω] Lego ταὶ δ' αὖ κάτω: ut ſit Syntaxis, ἐλπίδες ἀνδρῶν, τέμνοισαι πολλὰ ψεύδη μεταμώνια, κυλίνδονται αἵγε μὲν ἄνω, ταὶ δ' αὖ κάτω. Præſertim qvum & metrum hanc lectionem reqvirat.

α. 8. μεταμώνια] idem qvod μεταμώλια, *vana*, *irrita*.

α. 8. τέμνοισαι] *ſecantes*, *percurrentes*. Metaphora à navibus mare qvaſi ſecantibus.

a. 1. σύμβολον δ' ὄπω τις πιςὸν] Etſi enim ſternutationes, voces, ſomnia, occurſationes &c. Symbola interdum rerum futurarum putantur: incerta tamen ſunt, nec ſatis πιςὰ, imò pleraq; inania.

a. 5. πολλὰ δὲ] *Homerus Il.* σ. ἀλλ' ȣ̓ ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ.

a. 5. ἔπεσεν] Metaphora à jactu talorum & cuborum.

a. 6. ἔμπαλιν τέρψι@] i. e. ἐναντία τῇ τέρψει, ἀηδῆ & λυπηρά. Vide *Pyth.* ιβ. *b.* 14.

a. 7. ζάλαις] ἡ ζάλη *procella* eſt, item *fluctuatio & agitatio maris violenta*, παρὰ τὸ ζέειν τὴν ἅλα.

a. 8. πήματ@] *Scholiaſtes* ſubintelligit ἀντὶ: *Demetrius* ἀπὸ. Puto præpoſitionem in verbo πεδάμειψαν implicitam ſubintelligendam eſſe.

a. 6. πεδάμειψαν] *Lonicerus* [...] *Aretius* à πέδον, id eſt, *campus* [...] *terra*, & ἀμείβω, derivant, ut ſit, [...] *miter & funditus permutarunt*. S[...] hac fictione opus non eſſe, intellig[...] qvi Æolicæ Dialecti gnarus hæc l[...] get. Æoles enim & π pro μ, & δ p[...]] uſurpant. Ideoqve πεδάμειψ[...] Æolicum eſt pro μετάμειψαν, [...] Doricum pro μετήμειψαν: neq[...] enim augmentum Jonicè eſt abl[...] tum, ſed η Doricè in α mutatum [...] qvod qvantitas oſtendit. Sic π[...] δέρχεται pro μετέρχεται. Sic [...] δελθε, qvod Heſychius dicit poſit[...] eſſe pro μέτελθε. Vide *Pyth.* η. *d.* [...] & *Nem.* ζ *d.* 4.

A. 2. ἐνδομάχας ἅτ' ἀλέκτω[...] Vide Adag. *Gallus in ſuo ſterquilin*[...] Vel, *Domi pugnās more Galli. Eraſ*[...] legendum putat ἐνδομύχας, *d*[...] *abditus*. Sed non ſatis aptè.

A. 4. κατεφυλλορόησε] id eſt, [...] ſtar foliorum emarcida defluxiſ[...] Metaphora.

A. 5. ςάσις ἀντιάνειρα] Addit c[...] ſam exilii, ne qvis putet ob ſcelu[...] liqvod Ergotelen Cnoſo expulſum[...] ςάσιν vocat ἀντιάνειραν, hoc eſt, [...] *rum viro committentem, viros in v*[...] *armantem*.

A. 8. ἐν Πυθῶνι] *Ald. & Pal. C.* [...] Πυθῶν@

A. 9. θερμὰ νυμφᾶν λȣτρὰ] F[...] runt enim ad Himeram Therm[...] qvas Palladis, vel ut Poeta inn[...] Nympharū indigenarum juſſu [...] piſſe ferūt eo tempore, qvo Herc[...] abductis Geryonis armentis ad h[...] loca divertit, ut feſſus hiſce ſe rec[...] ret. Qvam ob cauſam etiam pro[...] ἱμερὰν & deſideratam recrea[...] nem, urbs ἱμέρας nomen accepi[...]

Har[...]

larum vicinitatem & uſum inter
udes Ergotelis Poëta ponit, qvia
on tantùm ſacræ habebantur ther-
ıæ apud veteres, ut *Ariſtoteles in pro-
lem. ſect. 24, probl. 19.* teſtatur; ſed &
magnis deliciis, ut præter alia, vel
Pindari loco Nem: δ. patet, ubi
qvit, ὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον γεμαλ-
θακὰ τεύχει γυῖα, τόσον εὐλογία
φόρμιγγι συνάορος. Vide Adagium,
Herculana balnea. Alii locum intra
urbem eſſe volunt, qvi Θερμὰ λȣτρὰ
dictus fuerit.

A. 9. βαστάζεις] id eſt *extollis*, *laudas*, μεγαλύνεις.

A. 10. οἰκείαις] id eſt, ἰδίαις.

ΕΙΔΟΣ ΙΓ΄.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩι ΣΤΑΔΙΕΙ, δρόμῳ, καὶ πεντάθλῳ.

INſcriptum eſt hoc XIII εἶδος, Xenophonti, Corinthio, Theſſali filio, Ptœodori nepoti, ex tribu Oligæthidarum, qvi hîc nominatur Σταδιεύς, id eſt, in decurrendo ſtadio artifex inſignis & præſtans. Corinthus autem urbs Achaiæ eſt ſita in ingreſſu Iſthmi, nobiliſsima, & ex mercimoniis, qvæ propter commoditatem duorum portuum, unius ad mare Aegæum verſus ortum, alterius ad Jonium verſus occaſum, ibi freqventiſsimè exercebantur, ditiſsima, luxuq; & ædificiis notiſsima; de qva plura vide apud *Strabonem lib. 8, & Pauſaniam lib. 2.*

Vicit hic Xenophon duplici certamine unius ejusdemq; diei, & Stadio & Pentathlo, Olympiade LXXIX. ut *Demetrius* & *Diodorus Siculus* conſentiunt. Corruptum ergò eſt qvod *Scholiaſtes* habet Olympiadem LXIX. Eſt autem τὸ στάδιον, non tantùm illud ſpacium ſeu intervallum, certatoribus decurrendum, qvod eſt 625 pedum ſeu 125 paſſuum Geometricorum, in qva ſignificatione & ὁ στάδιος dicitur: (Latinis *ſtadium & ſtadius*) verùm etiam ipſum genus certaminis eorum, qvi in hoc ſpacio à carcere ad metam decurrebant, qvod hoc loco Δρόμος appellatur. *Ald. & Pal. A. C.* pro σταδιεῖ, qvod perſonæ qvalitatem notat, & δρόμῳ qvod effectum: habent, una voce, σταδιοδρόμῳ. Τὸ πένταθλον verò, ſive πεντάεθλον, Latinis Qvinqvertium, qvinq; continebat certamina conjuncta, videlicet, πυγμὴν, δρόμον, ἅλμα, δίσκον, & πάλην: qvibus omnibus conjunctis qvi vicerat, Πένταθλος ſeu Qvinqvertio dicebatur. Tametſi *Scholiaſtes ad Iſthm. α.* pro πυγμῇ ponat ἀκόντιον: pro qvo *Aretius ad Nem. ς.* habet κοντός: ſecutus *Euſtathium ad Iliad. ψ. p. 1320.* qvi τὸ πένταθλον ita deſcriptum addit: Ἅλμα ποδῶν, Δίσκȣ τε βολὴ, καὶ Ἄκοντος ἐρωὴ, Καὶ Δρόμος, ἠδὲ Πάλη: μία δ᾽ ἔπλετο πᾶσι τελευτή. De πεντάθλῳ videatur etiam *Ariſtoteles lib. 1. Rhet. ad Theod. cap. 5.* Malè

Σύνοψις τȣ̃ ιγ εἴδȣς Ὀλυμπίων.

Partes XIII εἴδȣς

- *Propoſitio*, Corinthus, & Xenophon Corinthius, ſunt laudandi.
- *Confirmatio*
  - *pro priore ſubjecto, Corintho*
    - *1. ab humanitate in cives.*
    - *2. ab hoſpitalitate in peregrinos.*
    - *3. à divitiis.*
    - *4. à ſitu naturali in ingreſſu Iſthmi.*
    - *5. à cultu Neptuni.*
    - *6. à generoſitate Iuventutis.*
    - *7. ab εὐνομίᾳ* / *8. à Δίκῃ.* / *9. ab εἰρήνῃ.* — *Has tres illuſtrat & commẽdat, qvòd*
      - *ſint fundamentũ civitatũ.*
      - *ſint ſorores germanæ.*
      - *ſint diſpenſatrices divitiarum.*
      - *ſint filiæ Themidis.*
      - *arceant ὕβριν.*
    - *10. à Victorum numero.*
    - *11. ab ingenio & ſolertia inventionum*
      - *Dithyrambi Baccho ſacri.*
      - *Frenorum & curruum, vel Figulinæ.*
      - *Aqvilæ Deorum templis imponendæ.*
    - *12. ſtudio Muſices.*
    - *13. à ſtudio belli.*
  - *pro poſteriore ſubjecto, Xenophonte*
    - *1. à victoriis propriis*
      - *Olympica uno die gemina*
        - *Stadio*
        - *Pentathlo.*
      - *duabus Iſthmicis.*
      - *duabus Nemeæis.*
    - *2. à Patris Theſſali victoriis*
      - *Olympica, ſtadio.*
      - *Pythica uno die gemina*
        - *Stadio.*
        - *Diaulo.*
      - *Athenienſi triplici eodem menſe.*
      - *Hellotiis ſeptem.*
      - *Iſthmicis, cum patre Ptœodoro.*
    - *3. ab avi Ptœodori variis victoriis Iſthmicis.*
    - *4. à totius familiæ*
      - *victoriis plurimis*
        - *Pythicis.*
        - *Nemeis.*
      - *multis aliis præclaris factis.*
- *Digreſſio, de Corinthiorũ majoribus*
  - *Siſypho.*
  - *Medea.*
  - *Glauco.*
  - *Bellerophonte, qvi*
    - *domuit Pegaſum.*
    - *vicit*
      - *Amazonas.*
      - *Chimæram.*
      - *Solymos.*
    - *qva ratione mortuus ſit, præterit.*
- *Regreſſio.* / *Epilogus.* — *vide pag. ſeq.* ☉ / ☽

Regreſ-

Reſiduum Συνόψεως.

ʘ
[…]egreſſio ad laudes [f]amiliæ Xenophontis

- 1. *ab honeſto, qvia à Muſis jubeatur.*
- 2. *à multitudine victoriarum Iſthmicarum & Nemeæarum, qvarum LX reportarunt diverſo tempore.*
- 3. *à victoriis Olympicis*
  - *præteritis, qvas celebravit.*
  - *futuris, qvas*
    - *ſperat.*
    - *celebrandas promittit.*
    - *Iovis Martisq; auxilio committit.*
- 4. *à congerie aliarum victoriarum*
  - *Pythicarum.*
  - *Argivarum.*
  - *Thebanarum.*
  - *Lycæarum & Arcadicarum.*
  - *Pellenearum.*
  - *Sicyoniarum.*
  - *Megarenſium.*
  - *Aeginenſium.*
  - *Eleuſiniarum.*
  - *Marathoniarum.*
  - *Sicularum.*
  - *Euboicarum.*
  - *Plurimarum per totam paſſim Græciam.*

☽
[E]pilogus, in qvo invocat Iovem

- *Pro venia concludẽdi tot laudes infinitas.*
- *pro vita honeſta.*
- *pro felicitate.*

[…]*rtius* in ἐπιγραφῇ hac, trium victoriarum mentionem fieri cenſet, dum [d]uabus hiſce adhuc aliam alio tempore reportatam præmitti, ex voce ϛαδιεῖ [in]dicat: qvum tamen Poëta hîc non genus victoriæ celebrandæ, ſed magiſte[ri]um ut vocant, & ſtudium ſeu exercitium præcipuum Xenophontis innuat, [u]t ex ſuperioribus patet. Porrò ut hoc etiam addamus, ſcribit *Athenæus lib.* […] hunc Xenophontem Corinthium ad Olympicum certamen exiturum, [v]oto promiſiſſe, ſe meretrices Veneri addicturum, ſi viciſſet. Fuit enim, ut [id]em ex *Chamæleonte Heracleote de vita Pindari* allegat, Corinthi vetuſta lex, [q]vum Veneri civitas de magnis rebus ſupplicaret, ut accirentur in ſupplica[ti]onum pompam meretrices multæ, qvæ Deam precarentur, & poſt aliorum [di]ſceſſum in templis perſeverarent. Imò & privatæ perſonæ pro privatis [su]cceſsibus idem fecerunt, ut hic Xenophon. Cui etiam poſtqvam victor e[va]ſit, Pindarus non ſolum præſens hoc εἶδος ſcripſit, ſed & Σκολιόν, qvod [du]m victimam immolaret, decantatum eſt. Ejus Σκολίου principium ſtatim [ca]ntum eſt à meretricibus, qvæ reverſo Xenophonti, & rem Veneri divinam [fa]cienti adſtiterunt, ſimulq; ſacrificarunt. Verba Pindari ita incipiunt: ὦ […]ύπεου δέσποινα &c. qvæ ſeqvuntur, vide *in Fragmentis.*

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους ex præmiſſa συνόψει patet.

Metrica

Metrica verò ratio ita ſe habet:

στροφ: & Ἀντιστρ:				ἐπῳδ:			
1.	∪∪–∪	∪––∪	–∪–	1.	––∪∪	–∪∪–	
2.	–∪–∪	∪–∪		2.	–∪∪–	∪∪––	–∪–∪
3.	∪–∪∪	∪∪––	–∪∪	3.	–∪––	–∪∪–	∪∪–
4.	––∪–	∪–∪–	∪–	4.	–∪––	–∪∪–	
5.	∪∪–∪	––∪–	∪∪–∪	5.	–∪––	–∪––	
6.	––∪–	∪∪––	–∪––	6.	–∪––	–∪–	
7.	–∪∪	–∪∪	–	7.	–∪––	–∪––	
8.	–∪––	–∪∪–		8.	–∪∪	–∪∪	–
9.	∪∪––	–∪∪–		9.	∪∪––	∪–––	∪–
10.	–∪∪–	––∪∪		10.	–∪––	–∪–	
11.	–∪––	–∪∪–		11.	–∪––	–∪––	

Στροφαὶ & Ἀντιστροφαὶ ἑνδεκάκωλοι ſunt. Primum κῶλον eſt Trim-trum catalecticum, ex Pæone tertio, Antiſpaſto, & Ditrochæo. II. Dimetrum c-talecticum, ex Ditrochæo & Dijambo. III. Trimetrum catalecticum, ex Pæone cun-

ΕἾΔΟΣ ΙΓ.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΙ ΚΟΡΙΝΘΙΩι, ΣΤΑΔΙΕ
δρόμῳ καὶ πεντάθλῳ.

στρο. α. κῶ. ια.

ΤΡισολυμπιονίκαν ἐπαινέων
οἶκον, ἅμερον ἀστοῖς,
ξένοισι δὲ θεράποντα, γνώσομαι
τὰν ὀλβίαν Κόρινθον, Ἰσθμίου
πρόθυρον Ποτειδᾶνος, ἀγλαόκουρον.
Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνη-
ταί τε, Δίκα πολίων
ἀσφαλὲς βάθρον, καὶ ὁμό-
τροπος Εἰράνα, ταμίαι
ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι
παῖδες εὐβούλου Θέμιτος.

cundo, Jonico à minore, & Choriambo. IV. Trimetrum brachycatalecticum, ex Epitrito tertio, & duobus Dijambis. V. Trimetrum acatalecticum, ex duobus Pæonibus tertiis, Epitrito tertio interpoſito. VI. Trimetrum acatalecticum, ex Epitrito tertio, Jonico à minore, & Epitrito ſecundo. VII. Dactylicum πενθημιμερές, hoc eſt Dimetrum hypercatalecticum, ex duobus Dactylis. VIII. Dimetrum acatalecticum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. IX. Dimetrum acatalecticum, ex Jonico à minore, & Choriambo. X. Dimetrum acatalecticum, ex Choriambo & Ionico à majore. XI, ut octavum.

Ἐπῳδοὶ itidem ἑνδεκάκωλοι ſunt. Primum κῶλων eſt Dimetrum acatalecticum, ex Ionico à majore & Choriambo II. Dimetrum acatalecticum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Ditrocheo. III. Trimetrum catalecticum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Ionico à minore. IV. ut octavum ϛροφῆς. V. Dimetrum acatalecticum ex duobus Epitritis ſecundis. In ultima tamen Epodo poſterioris Epitriti ſecundi prima Syllaba longa, in duas breves reſolvitur πόλιες, ∪∪∪−− pro −∪−−. VI. Dimetrum catalecticum, ex duobus Epitritis ſecundis. VII. ut qvintum. VIII. ut ſeptimum ϛροφῆς. IX. Trimetrum brachycatalecticum, ex Ionico à minore, Epitrito primo, & Dijambo. X. ut ſextum. XI. ut qvintum.

ODA XIII.

XENOPHONTI CORINTHIO, ſtadii-curſari, Curſu & Qvinqvertio.

α.

TEr-Olympiorum-victricem laudans
domum, benignam civibus,
hoſpitibusq́; inſervientem, nobilem-faciam
beatam Corinthum, Iſthmii
veſtibulum Neptuni, juvenibus-florentem.
In hac enim Eunomia habitat, ſororesq́;, videlicet *Dice urbium*
firmum fundamentum, & iisdem-moribus-prædita Irene, diſpenſatrices
hominibus divitiarum, aureæ
filiæ benè-conſulentis Themidis.

ἀντι. α. κῶ. ια.

Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν ὕβριν, κόρου
ματέρα θρασύμυθον.
Ἔχω καλά τε φράσαι, τόλμα τέ μοι
εὐθεῖα γλῶσσαν ὀρνύει λέγειν.
Ἄμαχον δὲ κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.
Ὕμμιν δὲ παῖδες Ἀλάτα, πολλὰ μὲν νι-
καφόρον ἀγλαΐαν
ὤπασαν τ' ἄκραις ἀρεταῖς,
ὑπερελθόντων ἱεροῖς
ἐν ἀέθλοισιν: πολλὰ δ' ἐν
καρδίαις ἀνδρῶν ἔβαλον

ἐπῳδ. α. κῶ. ια.

Ὧραι πολυάνθεμοι ἀρ-
χαῖα σοφίσμαθ'. Ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον.
Ταὶ Διωνύσου πόθεν ἐξέφαναν
σὺν βοηλάτᾳ χάριτες
Διθυράμβῳ; τίς δὲ ἱππεί-
οις ἐν ἔντεσσιν μέτρα;
ἢ Θεῶν ναοῖσιν οἰω-
νῶν βασιλῆα δίδυ-
μον ἔθηκ'; Ἐν δὲ Μοῖσ' ἁδύπνοος,
ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ νέων
οὐλίαις αἰχμαῖσιν ἀνδρῶν.

στροφ. β. κῶ. ια.

Ὕπατ' εὐρὺ ἀνάσσων Ὀλυμπίας,
ἀφθόνατος ἔπεσσι
γένοιο χρόνον ἅπαντα, Ζεῦ πάτερ,
καὶ τόνδε λαὸν ἀβλαβῆ νέμων,
Ξενοφῶντος εὔθυνε δαίμονος οὖρον:
Δέξαι δέ οἱ στεφάνων ἐγκώμιον τε-
θμὸν, τὸν ἄγει πεδίων

a.

Valent autem coërcere Injuriam, Saturitatis matrem audaciloqvam.
Habeo honeſtaq; loqvi, audaciaq; mihi recta lingvam incitat ad-dicendum.
Impoſſibile autem eſt *occultare congenitos mores.*
Vobis autem, filii Aletæ, ſæpè qvidem victorialem ſplendorem
præbuerunt eorum, qvi *ſummis virtutibus vicerunt ſacris*
in certaminibus: multa verò etiam *in corda hominum immiſerunt*

A.

Horæ perfloridæ antiqva ſolerter-inventa. Omne autem Inventoris opus eſt.
Bacchi unde exortæ-ſunt cum boves-agente venuſtates Dithyrambo? qvis verò eqveſtribus in inſtrumentis menſuras?
aut Deorum templis volucrum regem geminum poſuit? In hac *verò* eſt *Muſa ſvave-ſpirans,*
in eaq; Mars floret juvenum gravibus præliis virorum.

E.

ô *ſumme, latè dominans Olympiæ, non-invidens carminibus* meis
ſis per *tempus omne, Jupiter pater,*
& huncce populum indemnem regens,
Xenophontis dirige fortunæ ventum.
Accipeq; illi oblatam *coronarum laudatoriam legem, qvam reportat campis*

ἐκ Πίσας, πεντάθλῳ ἅμα
σταδίου νικῶν δρόμον. Οὐκ
ἀντεβόλησεν τῶν ἀνὴρ
θνατὸς οὔπω τις πρότερον.

ἀντιστρ. β. κῶ. ια.

Δύο δ' αὐτὸν ἔρεψαν πλόκοι σελί-
νων ἐν Ἰσθμιάδεσσι
Φανέντα: Νεμέα τ' οὐκ ἀντιξοεῖ.
Πατρὸς δὲ Θεσσαλοῦ ἐπ' Ἀλφεοῦ
ῥεέθροισιν ἄγλα ποδῶν ἀνάκειται:
Πυθοῖ τ' ἔχει σταδίου τιμὰν, διαύλου
θ', ἁλίῳ ἀμφ' ἑνί: Μη-
νός τέ οἱ τωὐτοῦ κρανααῖς
ἐν Ἀθάναισι τρία μὰν
ἔργα ποδαρκὴς ἁμέρα
θῆκε κάλλιστ' ἀμφὶ κόμαις:

ἐπῳ. β. κῶ. ια.

Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις. Ἐν
δ' ἀμφιάλοισι Ποτειδᾶνος τεθμοῖσι,
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρὶ, μακρότεραι
Τερψίᾳ θ' ἕψοντ', Ἐριτί-
μῳ τ' ἀοιδαί. Ὅσσα τ' ἐν Δελ-
φοῖσιν ἀριστεύσατε,
ἠδὲ χόρτοις ἐν λέοντος,
δηρίομαι πολέσι
περὶ πλήθει καλῶν: ὡς μὰν σαφὲς
οὐκ ἂν εἰδείην λέγειν
ποντιᾶν ψάφων ἀριθμόν.

στροφ. γ. κῶ. ια.

Ἕπεται δ' ἐν ἑκάστῳ μέτρον. Νοῆ-
σαι δὲ, καιρὸς ἄριστος.
Ἐγὼ δὲ ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς,

μῆ

ex Piſæ, cum *qvinqvertio ſimul*
Stadii vincens curſum. Non
conſecutus - eſt hæc Vir
mortalis unquam aliqvis anteà.

b.

Duo autem ipſum coronarunt plicamenta Apio-
rum in Iſthmiadibus
conſpectum: Nemeaq́ non diſcrepat.
Patris autem Theſſali ad Alphei
fluenta decus pedum repoſitum - eſt:
Delphisq́ habet ſtadii honorem, diau-
liq́, ſole in uno: Men-
ſeq́ ipſi eodem aſperis
in Athenis tria ſanè
opera celeripes dies
poſuit pulcherrima circa comas:

B.

Hellotiaq́ ſepties. In
autem mari - cinctis Neptuni ritibus,
Ptœodoro cum patre, longius - petita
Terpſiamq́ ſeqvuntur, Eriti-
mumq́ carmina. Quoties etiam in Del-
phis viceritis,
& ſeptis in Leonis;
certo cum *multis*
de multitudine præclarè - factorum veſtrorũ*: ſicut ſanè*
non poſſem recenſere (*exactè*
marinorum calculorum numerum.

γ.

Convenit autem in qvalibet re *modus. Intelli-*
gere autem illum, *opportunitas eſt optima.*
Ego autem privatus in cauſa *publica ablegatus,*

Qq 3 *pruden-*

μῆτίν τε γαρύων παλαιγόνων,
πόλεμόν τ' ἐν ἡρωΐαις ἀρεταῖσιν,
οὐ ψεύσομ' ἀμφὶ Κορίνθῳ. Σίσυφον μὲν,
πυκνότατον παλάμαις,
ὡς Θεόν. Καὶ τὰν πατρὸς ἀν-
τία Μήδειαν θεμέναν
τὸν γάμον αὐτᾷ, ναῒ σώ-
τειραν Ἀργοῖ, καὶ προπόλοις.

ἀντιστρο. γ. κῶ. ια.

Τὰ δὲ καί ποτ' ἐν ἀλκᾷ πρὸ Δαρδάνου
τειχέων ἐδόκησαν
ἐπ' ἀμφότερα μαχᾶν τέμνειν τέλος,
τοὶ μὲν, γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέως
Ἑλέναν κομίζοντες, οἳ δ' ἀπὸ πάμπαν
εἴργοντες: ἐκ Λυκίας δὴ Γλαῦκον ἐλθόν-
τα τρόμεον Δαναοί.
Τοῖσι μὲν ἐξεύχετ', ἐν ἄ-
στει Πειράνας σφετέρου
μὲν πατρὸς ἀρχὰν, καὶ βαθὺν
κλᾶρον ἔμμεν, καὶ μέγαρον,

ἐπῳ. γ. κῶ. ια.

ὃς τᾶς ὀφιώδεος υἱ-
όν ποτε Γοργόνος, ἦ πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς,
Πάγασον ζεῦξαι ποθέων, ἔπαθεν,
πρίν γέ οἱ χρυσάμπυκα κου-
ρα χαλινὸν Παλλὰς ἤνεγ-
κ'. Ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα
ἦν ὕπαρ. φώνασε δ': εὕδεις
Αἰολίδα βασιλεῦ;
ἄγε φίλτρον τόδ' ἵππειον δέκευ,
καὶ Δαμαίῳ μιν, θύων
ταῦρον ἀργὸν, πατρὶ δεῖξον.

prudentiamq; laudans majorum,
bellumq; in heroicis virtutibus,
non mentiar de Corintho. Siſyphum qvidem
prudentiſſimum artificiis,
ut Deum. Et qvæ Patrem con-
tra, Medeam, paravit
nuptias ſibi, navis ſerva-
tricem Argus & vectorum.

g.

Qvando verò olim fortiter ante Dardani
muros viſi-ſunt
ex utraqve-parte pugnarum ſecare finem,
alii qvidem progenie chara cum Atrei
Helenam repetentes, alii verò omninò
reſiſtentes: tunc *ex Lycia ſanè Glaucum pro-*
fectum timuerunt Danai.
Ad-qvos qvidem gloriabatur, in ur-
be Pirenes ſui
qvidem Patris regnum, & magnas
opes eſſe, ac domum illius,

G,

qvi ſerpentigeræ ſi-
lium olim Gorgonis, certè multa circa fontes Pirenes
Pegaſum frenare cupiens, pertulit,
anteqvam ipſi aureas-phaleras-habens puel-
la frenum Pallas attu-
lit. Ex Somnio autem ſtatim
erat Res-evidens. Dixit autem: Dormis
Æolida Rex?
age delinimentum hoc eqvinum accipe,
& Domitori illud, ſacrificans
taurum nitidum, patri oſtende.

Obſcu-

στροφ. δ. κῶ. ια.

Κυαναιγὶς ἐν ὄρφνᾳ κνώσσοντί οἱ
παρθένος τόσα εἰπεῖν
ἔδοξεν. Ἀνὰ δ' ἔπαλτ' ὀρθῷ ποδί.
Παρκείμενον δὲ συλλαβὼν τέρας,
ἐπιχώριον μάντιν ἄσμενος εὗρεν,
δεῖξέν τε Κοιρανίδᾳ πᾶσαν τελευτὰν
πράγματος, ὥς τ' ἀνὰ βω-
μῷ Θεᾶς κοιτάξατο νύ-
κτ', ἀπ' ἐκείνου χρήσιος: ὅ-
πως τέ οἱ αὐτὰ Ζηνὸς ἐγ-
χεικεραύνου παῖς ἔπορεν

ἀντι. δ. κῶ. ια.

δαμασίφρονα χρυσὸν. Ἐνυπνίῳ
δ' ὡς τάχιστα πιθέσθαι
κελήσατό μιν: ὅταν δ' εὐρυσθενεῖ
καρταίποδ' ἀυρύη Γεαόχῳ,
θέμεν Ἱππείᾳ βωμὸν εὐθὺς Ἀθάνᾳ.
Πλυροῖ δὲ Θεῶν δύναμις, καὶ τὰν παρ' ὅρκον,
καὶ παρὰ ἐλπίδα, κοῦ-
φαν κτίσιν γ'. Ἦτοι καὶ ὁ καρ-
τερὸς ὁρμαίνων ἔλαβεν
Βελλεροφόντας, φάρμακον
πραῢ τείνων ἀμφὶ γένυ,

ἐπῳδ. δ. κῶ. ια.

ἵππον πτερόεντ'. Ἀναβὰς
δ' εὐθὺς ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζεν.
Σὺν δ' ἐκείνῳ καί ποτ' Ἀμαζονίδων,
αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ-
πων ἐρήμου, τοξόταν βάλ-
λων γυναικεῖον στρατόν:

δ.

Obſcuram-ægidem-geſtans in nocte dormienti illi
Virgo hæc dicere
viſa-eſt. Exſiliit autem recto pede.
Adjacensq́ꝫ qvum-arripuiſſet prodigium,
indigenam vatem gaudens reperit,
aperuitq́ꝫ Cœranidæ totam ſummam
rei, qvomodo in a-
ra Deæ dormiiſſet no-
ctu, juxta ipſius oraculum: qvomo-
doq́ꝫ ſibi ipſa Jovis ful-
minatoris filia dederit

d.

ferociæ-domitorem aureum. Somnio
verò qvàm celerrimè parere
juſſit ipſum: & poſtqvam præpotenti
robuſtum-pedibus taurum *mactarit Neptuno,*
exſtruere Eqveſtri aram ſtatim Minervæ.
Efficit autem Deorum potentia, etiam qvod qvis fieri
& deſperet, fa- (non poſſe *juret,*
cile opus. Certè & for-
tis alacri-animo accepit
Bellerophontes, remedium
delinitorium extendens circa mandibulas,

D.

Eqvum alatum. Ubi-aſcendit
autem ſtatim armatam-ſaltationem armatus ludebat.
Cum illo autem etiam olim Amazonidum,
äëris frigidi è ſini-
bus deſerti, ſagittatorem jaculis-pe-
tens muliebrem exercitum:

καὶ Χίμαιραν πῦρ πνέοισαν:
καὶ Σολύμους ἔπεφνεν.
Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον.
Τὸν δ' ἐν Οὐλύμπῳ φάτναι
Ζηνὸς ἀρχαῖαι δέχονται.

στροφ. ε. κῶ. ια.

Ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμ-
βον, παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ
τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν.
Μοίσαις γὰρ ἀγλαοθρόνοις ἑκὼν,
Ὀλιγαιθίδαισίν τ' ἔβαν ἐπίκουρος,
Ἰσθμοῖ, τά τ' ἐν Νεμέᾳ. Παύρῳ δ' ἔπει θή-
σω φανέρ' ἀθρό': ἀλα-
θής τέ μοι ἔξορκος ἐπέσ-
σεται. Ἑξηκοντάκι γὰρ
ἀμφοτέρωθέν γ' ἀδύγλωσ-
σος βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ.

ἀντιστροφὴ ε. κῶ. ια.

Τὰ δ' Ὀλυμπίᾳ αὐτῶν, ἔοικεν ἤ-
δη πάροιθε λελέχθαι:
Τά τ' ἐσσόμενα τότ' ἂν φαίην σαφές.
Νῦν δ' ἔλπομαι μέν: Ἐν Θεῷ γε μὰν
τέλος. Εἰ δὲ δαίμων γενέθλιος ἕρποι,
Διῒ τοῦτ' Ἐνυαλίῳ τ' ἐκδώσομεν πράσ-
σειν. Τὰ δ' ἐπ' ὀφρύϊ Παρ-
νασσίᾳ, ἀμφ' Ἄργεΐ θ' ὅσ-
σα, καὶ ἐν Θήβαις, ὅσα τε
Ἀρκάσ' ἀνάσσων, μαρτυρή-
σει Λυκαίου βωμὸς ἄναξ,

ἐπῳ. ε. κῶ. ια.

Πελλάνα τε, καὶ Σικυὼν,
καὶ Μέγαρ', Αἰακιδᾶν τ' εὐερκὲς ἄλσος,

& Chimæram ignem ſpirantem:
& Solymos interfecit.
Reticebo ejus mortem.
Illum autem eqvum *in Olympo præſepia*
Jovis antiqva recipiunt,

ε.

Me autem rectum jaculorum mittentem turbinem, præter ſcopum non decet
multa jacula firmare manibus.
Muſis enim ſplendidas-ſedes-habentibus obtemperans,
Oligæthidis veni adminiſter, propter geſta
in-Iſthmo, & in Nemea. Brevi autem ſermone faciam manifeſta multa: verax〈q〉; mihi jusjurandum aderit. Sexagies enim
utrinqve dulcilingvis vox Præconis boni iis audita eſt.

ϛ.

Geſta *autem Olympiæ eorum, videntur*
iam anteà dicta-eſſe:
Futura autem tunc qvando fuerint *dixerim apertè.*
Nunc autem ſpero qvidem: Veruntamen in Deo
eſt *eventus. Si autem fortuna congenita progredi-debet,*
Jovi hoc Martiq; trademus efficiendum. Qvæ autem in vertice Parnaſſio, in Argisq; qvàm-multa, & in Thebis, qvàm-multaq;
Arcadas vincens geſſerit; *teſtabitur Lycæi* Jovis *ara regina,*

E.

Pelleneq;, & Sicyon,
& Megara, Æacidarumq; benè-ſeptus lucus,

ἅ τ' Ἐλευσὶς, καὶ λιπαρὰ Μαραθὼν,
ταί θ' ὑπ' Αἴτνας ὑψιλόφου
καλλίπλουτοι πόλιες, ἅ τ' Εὔ-
βοια. Καὶ πᾶσαν κατὰ
Ἑλλάδ' εὑρήσεις ἐρευνῶν
μάσσον', ἢ ὡς ἰδέμεν.
Ἀλλὰ κούφοισιν ἐκνεῦσαι ποσὶν
Ζεῦ τέλει, αἰδῶ διδοὺς,
καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν.

Τ Ρισολυμπιονίκαν ἐπαινέων οἶκον] Partes hujus εἴδους ſunt qvinq; : Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio, & Epilogus. Propoſitio eſt, *Corinthus, & Xenophon Corinthius ſunt laudandi.* Huic Propoſitioni, qvæ geminũ ſubjectũ habet, geminam qvoqve ſubjungit Confirmationem. Prior Confirmatio prius ſubjectum reſpicit Corinthum, & tredecim argumenta habet, I, ab humanitate in cives & incolas. II. ab hoſpitalitate in peregrinos & exteros. III. ab opulẽtia & divitiis. IV. à ſitu naturali in ingreſſu Iſthmi. V. à cultu Neptuni. VI. à generoſitate Juventutis. VII. ab Εὐνομίᾳ ſeu bonis legibus. VIII. à Δίκῃ ſeu Juſtitia. IX. ab Εἰρήνῃ ſeu fruitione pacis. Atqve has tres, Εὐνομίαν, Δίκην, & Εἰρήνην, per προσωποποιΐαν introducit, easq; illuſtrat & commendat, 1. qvòd ſint βάθρον & fundamentum civitatum. 2. qvòd ſint ſorores germanæ. 3. qvòd ſint ταμίας & diſpenſatrices divitiarum, 4. qvòd ſint filiæ Themidis, 5. qvòd arceant ὕβριν. Hinc ad X argumentum accedit, à victorum Corinthiorum numero: cui argumento Atten-

tionis captationem præmittit, ſi
amq; promptitudinem, qvam γνώ-
μῃ illuſtrat, promittit, & à cauſa E
ficiente, Horis, gravitatem addit. X
ab ingenio & ſolertia inventorum
qvæ primò ab eadem cauſa efficiẽt
Horis commendat: deinde enum
rat, ut ſunt, Dithyrambi Baccho ſ
cri: Freni & Currus: vel ut alii inte
pretantur, Figulina: Aqvilæ Deoru
templis imponendæ: qvæ omnia I
terrogatione figurat. XII, à ſtud
Muſices. XIII, à ſtudio belli.

α. 1. Τρισολυμπιονίκαν οἶκον] Sy
ecdochicè intelligit ipſum Xen
phontem, ut οἴκου hujus membrum
nobiliſsimum. Τρισολυμπιονίκ
verò hunc οἶκον vocat, qvia præt
duas illas Olympicas victorias, qv
Xenophon ipſe obtinuit Olympia
LXXIX, uno eodemq; die, ſtadio
Pentathlo, ut poſtea in ipſo textu a
diemus, etiã pater eius Theſſalus u
Stadio reportaverat Olympiade
LXIX, h.e. decem qvadrienniis (n
decem annis, ut *Aretius* cõputat) ſ
44 annis antè. *Aretius* τρισολυμπιο
καν dici putat, qvia tres victorias
lympicas Xenophon ipſe reportar
qvas in ἐπιγραφῇ contineri fing

α. 2. ἀμ

Eleuſisq́;, & opulenta Marathon,
qvæq́; ſub Ætna ſunt *altijuga*
divitiis - florentes urbes, & Eu-
boea. Et totam per
Græciam invenies inqvirens
majora, qvàm ut mente *perſpicias.*
Sed levibus exire me *pedibus*
ô *Jupiter facito, reverentiam dans;*
& felicitatem rerum *delectabilium dulcem.*

α. 2. *ἄμεϱον ἀστοῖς, ξένοις δὲ θεϱά-*
ντα] Hæc, etſi propriè ad *οἶκον τϱισ-*
υμπιονίκαν, & ita Synecdochicè
Xenophontem pertinent: retuli-
ıs tamen ordinis cauſa ad laudes
ɔrinthi, propterea qvia hæ laudes
n tantùm *οἴκου τϱισολυμπιονίκου*
Xenophontis eſſe debent, ſed ſi-
l ipſius Corinthi, qvandoqvidem
it, ſe laudando *οἶκον τϱισολυμ-*
νίκαν, *γνώσεσθαι*, id eſt *agnoſci &*
elligi velle ipſam Corinthum.

α. 3. *γνώσομαι*] *εἰς γνῶσιν ἄξω*,
ὑμνήσω: *Schol.* vel *εἰς ἀνάμνησιν ἀ-*
ξω, *Demetr.*

α. 4. *ὀλβίαν Κόϱινθον*] De divitiis
ɔrinthiorum, non tantùm ex mer-
noniis ob commoditatem por-
ım freqventiſsimis colligere licet,
apertè etiam teſtatur *Thucydides*,
i eam ob cauſam *Κόϱινθον*, ab anti-
s Poëtis *ἀφνειὸν χωϱίον* appella-
n ſcribit, *lib. 1.*

α. 4. *Ἰσθμίου πϱόθυϱον Ποτειδᾶ-*
] id eſt, *veſtibulum ſeu ingreſſum*
tuni Iſthmii. Eſt enim Corinthus
ine Peloponneſi, & Iſthmi initio.
ptunus autem *Iſthmius* dicitur,
tim qvia Iſthmus ipſi ſacer, & in
contentione cum Sole adjudicatus
fuit: partim qvia cultus in Iſthmo,
ubi templum ejus nobile habebatur,
præcipuè fuit, ut *Pauſanias lib. 2.* meminit: partim deniq; qvia Iſthmici
ludi eidem ſacri fuerunt.

α. 5. *ἀγλαόκουϱον*] vel ob totam
juventutem, & ejus generoſitatem:
vel ob puellarum pulchritudinem, &
præſertim meretricularum in templo Veneris, qvarum voto Xenophon victor evaſit, ut diximus. Notum eſt, qvod de Laide pulcherrima
paſsim habetur. Plusqvam mille autem puellæ in templo Veneris proſtitutæ fuiſſe dicuntur.

α. 6. *ἐν τᾷδε δ'*] Lego *ἐν τᾷ γὰϱ*,
cum *Ald. & Pal. A. B. C.*

α. 6. *κασίγνηται*] Ergò adjectivum
eſt, qvum tonum in antepenultimam
retrahat.

α. 7. *βάθϱον πολίων, ἀσφαλὴς δί-*
κα] Legendum videtur, *Δίκα πολίων*
ἀσφαλὲς βάθϱον, ut metrum congruat. Atq; ſic etiam legiſſe videtur *Scholiaſtes*, qvi interpretatur, *ἐφ' ὧν πᾶσα πόλις ἀσφαλῶς βέβηκεν*,
ut *ἀσφάλεια* hæc ad *βάθϱον* potius,
qvàm ad *δίκην* referatur: qvanqvam

 etiam

etiam ſi ſic legeremus, *δίκα πολίων ἀσφαλὴς βάθρον*, non eſſet abſurdum, qvum hyperbata Pindaro non ſint inuſitata.

α. 9. ὁμότροπ@ εἰράνα] Aliqvi ut ex *Scholiaſte* patet, legunt, *ὁμότροφ@ εἰράνα*, non malè. Utroq; epitheto notatur Pax honeſta, & juſtitiæ amans, eiq; conjuncta; & qvòd *τὸ ἴσον, πόλεμον ȣ ποιῆ*.

α. 10. χρύσεαι] id eſt *κάλλισαι*.

α. 11. παῖδες ευβȣλȣ Θέμιτ@] Has ipſas, etiam *Heſiodus* Themidis filias facit, *in Theogonia*, *λιπαρὰν Θέμιν, ἣ τέκεν ὥρας, Εὐνομίην τε, Δίκην τε, κ̀ Εἰρήνην τεθαλῦιαν*,

a. 1. *Εθέλοντι δὲ*] ſcilicet *Εὐνομία, Δίκη*, & *Εἰρήνη*. Aliqvi ad ipſos Corinthios referunt, minùs aptè. Ineptiùs aliqvi *ἐυκτικῶς* hæc accipienda cenſent. Hoc loco, *poſſunt*, qvam ſignificationem apud Atticos habet. Vide ad *Nem. ια. g. 3.*

a. 1. 2. *ὕβριν κόρȣ ματέρα θρασύμυθον*] Hypallage dithyrambica, pro *ὕβριν κόρȣ παῖδα*; qvandoqvidem *ὕβρις κόρον*, non *κόρος ὕβριν* ſeqvitur. Simili ratione apud *Clementem Alex. 6. ςρωμ.* ex *Epicharmo* dicitur *ἐγγύα ἄτας καὶ ζημίας θυγάτηρ*: qvum *μήτηρ* potiùs ſit. Et *Scholiaſtes* verſum Homericum citat, *τίκτει τοὶ κόρ@ ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβ@ ἕπηται*, qvi tamen verſus Homeri *γνήσι@* non videtur, ſed *Theognidis*, apud qvem etiam habetur: tametſi & *Cœlius lib. 4. cap. 2.* à *Scholiaſte* haud dubiè deceptus, pro Homerico alleget. *Hartung. dec. 4. cap. 4. Henricus Stephanus lib. 5. ſchediaſm. 14.* hypallagen hanc non agnoſcit, ſed pro *κόρȣ*, *Φθόρȣ* reponendum putat. Qvo cum Ego minimè facio:

præſertim qvum Pindarus etiam al
bi *κόρον* pro ipſa *ὕβρει* accipiat,
Iſthm. γ. α. 4. monebitur. Vide
dagium, *Satietas ferociam parit.* Vu
autem hîc Poëta probra illa, qv
vulgò in Corinthios jaciebantur, r
movere, ut qvòd ex luxu ipſorum
ci ſolebat, *Corinthiari. Ilium Cori*
thiis non indignatur. Non eſt cuju
Corinthum adire, & ſimilia; qvib
omnibus luxus & ſumptuoſitas ip
rum taxabatur. Senſus ergò e
Qvum aliàs *ὕβρις* ex rerum abu
dantia ſoleat oriri; prohibent,
prohibere ſaltem deinceps volu
hæ tres Deæ, id eſt Benè conſtitu
leges, Juſtitia, & Amor pacis atq
concordiæ, ne illa inter Corinthi
vigeat. Utinam verò etiam tùn
Corintho exulaſſet *ὕβρις*, qvan
in Legatos Romanos ſordes & ſt
cora per contumeliam projeceru
qvam injuriam ulti Romani, urb
ipſam Duce L. Mumio funditus
ciderunt.

a. 3. *τόλμα*] id eſt *προθυμία*.

a. 4. *ἄμαχον δὲ κρύψαι*] vel ref
tur ad promptitudinem Poëtæ,
egregia facinora non prædicare
qvit, & ita ad cauſam efficientem:
ad materialem, ad virtutes Cor
thiorum, qvæ illis qvaſi ſunt con
nitæ.

a. 6. *παῖδες Ἀλάτα*] id eſt ô C
rinthii, qvi eſtis Aletæ *ἀπόγονοι*.
enim Aletas, unus ex Heraclidis,
rum Dux, qvi Corinthum occu
runt, filius Hippotæ, nepos Phyl
tis, pronepos Antiochi, abnepos H
culis, teſte *Pauſania lib. 2.* tametſi
dymus diſſentiat, qvi Aleten *τρια*
ςῷ id eſt trigeſimo (nō trecenteſi
ut *Lonicerus* reddidit) anno poſt

ra

clidarum in Peloponneſum redi-
m, Corinthi regnaſſe contendit.
ujus Aletæ poſteritas deinceps
inq; ætates regnum tenuit, uſq; ad
icchin Prumnidis filium, cujus po-
ri Bacchidæ vel Bacchiadæ itidem
inq; ætates regnum tenuerunt, ut
dem *Pauſanias* habet: ſed poſteà
xu amiſerunt, teſte *Ælia. lib. 1. c. 19.*

a. 8. ὤπασάν τ' ἄκραις] Lego ὤ-
σαντ' ἄκραις, in voce Media,
um Copulativæ hîc nullus ſit uſus.

a. 9. ὑπερελθόντων] *Demetrius* an-
tat, aliqvos miratos, cur Pindarus
Dativum ὔμμιν, intulerit Geniti-
n ὑπερελθόντων, & non potiùs
tivum ὑπερελθοῦσιν, qvem habet
A. B. ſed ſciendum τὸ ὑπερελθόν-
non referri ad ὔμμιν, ut adjecti-
n ad ſubſtantivum, ſed ad ἀγλαΐ-
ıt ſubſtantivum ad ſubſtantivum,
ſit Syntaxis: ὧραι πολυάνθεμοι
λὰ μὲν ὤπασαν το ὔμμιν νικαφό-
ἀγλαΐαν ὑπερελθόντων ἄκραις
ταῖς ἐν ἀέθλοισιν ἱεροῖς &c. Ne-
enim omnes Corinthios Victo-
nominat, ſed gloriam victoria-
omnibus communem eſſe, in-
t, licet ipſæ victoriæ certorum
um ſint individuorum.

9. ὑπερελθόντων] id eſt νικησάν-

11. ἐν καρδίαις ἔβαλον] Tmeſis
ἐνέβαλον καρδίαις.

1. ὧραι πολυάνθεμοι] Horæ,
τῶν καιρῶν numero tres, Εὐνο-
, Δίκη, & Εἰρήνη, filiæ Jovis &
midis, teſte *Heſiodo in Theogonia:*
hîc dicuntur πολυάνθεμοι id eſt
de, qvia qvodlibet tempus anni
et qvod producat. Has tanqvam
am introducit & victoriarum &
ntionum apud Corinthios, ut in-
dicet, iſta omnia tempeſtivè & maturo judicio geſta tractataq; fuiſſe.

A. 2. ἅπαν δ' εὑρόντος ἔργον] id eſt, *qvodlibet opus vel qvodlibet artificium, habet ibi ſuum inventorem*, ut innuat multa ibi ingenioſè eſſe inventa. Vel, *opus qvodlibet & ejus inventi gloria meritò ad autorem refertur*, & proinde Corinthii meritò celebrantur. Vel deniq;, *Qvodlibet opus Inventori ſuo adſcribitur, non Elaboratori:* qvandoqvidem inventis facilè eſt aliqvid addere. Atq; ita γνωμικῶς accipitur. *Lonicerus* verò abſq; gnome reddit; *antiqvam Sapientiam, omneq; inventionis opus.*

A. 3. ταὶ] pro αἱ Doricè & Poëticè.

A. 3. Διωνύσου] *Brubach. & Cratand.* habet, Διονύσου per ο, qvod metro repugnat: Legendum ergò cum *Pal. A. B. Plantin. & Commelin.* Διωνύσου, ut metrum ſalvetur.

A. 4. χάριτες] i. e. ὕμνοι χαρίεντες.

A. 4. 5. σὺν βοηλάτᾳ Διθυράμβῳ] ὁ Διθύραμβος dictus fuit *Bacchus*, vel qvòd in antro enutritus fuerit διθύρῳ ſeu *bifori*: vel qvaſi ἐκ δύο θυρῶν βαίνων, ſive δὶς θύραζε βαίνων, ſive δὶς θύρας ἐμβαίνων, ſive δὶς θύρας ἀμείβων, eò qvòd bis natus, & bis è naturæ principiis egreſſus, binas qvaſi fores transmiſerit, per alvum ſcilicet maternam, & femur Jovis, de qva re vide *Ovidium lib. 3. Metam.* Vel qvaſi λυθίραμβος, μεταθέσει τοῦ υ & ι, & pro λ poſito δ, (qvod aliàs qvoq; fieri ſolet, unde *Meditari* ex Græco μελετᾶν deducitur) eò qvòd Jupiter, qvum Bacchum ex alvo matris Semelæ fulmine interfectæ adhuc immaturum exemptum ſuo femori inſuiſſet, & jam in lucem editurus eſſet, aliqvoties inclamarit λῦ-

rit, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, id eſt, *Solvere ſutura.* Vel deniq; ut aliqvibus placet, qvia Vinum, cujus inventio Baccho tribuitur, hoc eſt, *Ebrietas*, arcana non contineat, ſed faciat hominibus δίθυρον ϛόμα. Poſteà Διθύραμβος etiam appellatus fuit hymnus Baccho ſacer; ſicut Dianæ, ὕπιγγος: Apollini, παιάν: utriq; προσῴδια: Cereri ἴȣλος: &c. ut habet *Pollux lib. 1. cap. 1.* Inde *Dithyrambici* dicti Poëtæ, qvi Dithyrambos ſcriberent, & Dithyrambicis vocibus uterentur, hoc eſt πολυπλόκοις & multipliciter licentiusq; compoſitis, nodoſis, implicitis, tumentibusq;. Unde & Dithyrambicus intellectus, de obſcuro & perplexo dicitur, qvi involutus eſt verbis ſeſqvipedalibus & prolixæ compoſitionis, ad imitationem ebriorum confusè & perplexè loqventium effictis. Egregium exemplum Dithyrambicarum vocum habemus in *Epigrammate illo* qvod Patris in oppido Achaiæ ante annos plusqvam mille trecentos, ex antiqviſsimo manuſcripto codice in membrana invento transſcriptum *Neander* affirmat, tametſi recentius videatur, niſi fortè ſimul ſit oraculum:

Εἱματολευκοφόροι, φαινοσκυθρωποπρόσωποι,
ζητοδιεργόβιοι, χρηματομισοπράται.
χριστοκαθημαποσταυροὶ, εἰδωλοσεβασταί,
λεκτροδικαιόφυγοι, πορνολαθραιοτρόφοι.
ἐξαπατησιάδαι, κοσμȣπαντηπεροπευταί,
καλλιτριχιπποβάται, κερματοθηρασίδαι.
Φαιναγλόφθαλμοι, ὀλοοφρενι-
θρεφυτευταί,
αἱματοδιψαλέοι, κερδαλεοφ-
νιμοι:
βομβαρδοξιφεσιχοινεγχεσιπ-
διάλεκτοι,
βιβλοθεȣφυγάδες, κοσμο-
ταιόσοφοι.
διαβολοαστερέες, παχυοσκοπ-
γοδιῶκται,
ὀρθοφρενιπλανέες, περιπ-
ριννύμοροι.

Simile epigramma Dithyrambi-
in malos Philoſophos habet *Sca-*
lib. 1. Poët. cap. 46. ubi ex profeſſo
Dithyrambo agit. Sic in Chri-
nos olim luſi:

Κοσμοδρακονταϊδαοαμαρταδ-
σαρκομαχȣ̃ντες.

Hujusmodi voces qvum licentiù
audaciùs ſint compoſitæ, nom
Horatius, *Nova verba*, & *Audaces*
thyrambos, *l. 4. od. 2.* *Seu per auda*
inqviens, *nova Dithyrambos Verb.*
volvit &c. Et ex Veteribus nonnu
fuiſſe *Cœlius Rhodiginus lib. 4. ca*
annotat, qvi Dithyrambos μȣσ
corrumpere exiſtimarent: qvan
cauſam & *Callimachus de Dithy*
bicis dixerit, νόθοι δ᾽ ἤνθησαν ἀο
Et qvia Dithyrambicis freqven
mi erat moris ita exordiri, Ἀμφ
ἄναξ &c. inde *Amphianactes*
tiſsimè dici cœpêre. Qvin & ἀμ
νακίζειν pro προοιμιάζεσθαι uſi
runt nonnulli: ut *Cœlius* ibidem
bet. Non ſemper autem uteba
Dithyrambis qvum libarent, ſe
no qvum jam eſſent madidi ac te
lenti, & ſi non qvemvis Deum i
carent, ſed Liberum Patrem, u
Philochoro citat *Athenæus lib. 14*
de Adagium, *Non eſt Dithyramb*

ibat aqvam. Horum Dithyrambo-
um inventionem Pindarus Corin-
hiis tribuit. Etſi enim *Plato l. 3. de*
gib. Διονύσȣ γένεσιν id eſt *inventio-*
em διθύραμβον appellat; dubitan-
r tamen hoc ponit, dum addit οἶ-
μαι. Etſi autem, ut *Scholiaſtes* anno-
it, idem *Pindarus in* ὑπορχήμασι
qvæ interierunt), in Naxo inſula, &
libro τῶν διθυράμβων (qvi & ipſe
riit) Thebis Dithyrambos inven-
s ſcribit: Tamen Corinthi maxi-
è floruit, ibiq; primò ad Dithyram-
os ſaltantium Chorus eſt inſtitu-
s, ab Arione Methymnæo, Lesbio,
ri Delphini inſidens ad Tænarum
aconiæ promontorium advectus
it, & poſteà ad Periandrum Corin-
iorum tyrannum conceſsit, citha-
edorum ſui ſeculi nulli ſecundus,
iq; primus hominum & fecit, &
ominavit, & docuit Corinthi Di-
yrambum, ut *Herodotus in Clio* di-
tè teſtatur: poſt hunc Laſus qvi-
m Hermionenſis, cujus idem *He-*
dotus lib. 7. meminit, qvemq; *Athe-*
us lib. 7. ut facetum hominem de-
ibit. Secuti poſteà ſunt alii plu-
s, qvi Dithyrambicas dictiones ce-
nerunt, ut Pericletus Lesbius, Me-
nippides Mileſius, qvorum *Cælius*;
iloxenus, cujus *Athenæus lib. 15.*
eminit, qvin imò & noſter Pinda-
s: tametſi nullius horum Dithy-
mbi ad nos pervenerunt. Non
ntum autem in verbis τὸ διθυραμ-
ῶδες fuit, ſed etiam in ſenſu; ut qvũ
etaphoræ ſunt duriores, audacio-
s, & remotiores, v. g. *Olymp.* γ.
ινὸς δενδρέων κᾶπος ὀξείαις ὑ-
κύει αὐγαῖς ἁλίȣ: Sic *Olymp.* ς.
υτάλα μοισᾶν, & qvæ hujus gene-
plura hactenus habuimus. Sic
qvum Lapides *oſſa terræ* dicimus, *Eu-*
ſtathius διθυραμβῶδες vocat. Sic δι-
θυραμβῶδες erit, ſi per μέτρα ἐν ἱπ-
πείοις ἔντεσιν, *figulinam* intelligemus,
ut paulò pòſt dicetur. Sic & aliæ fi-
guræ audaciores, qvalis fuit Hypal-
lage illa, de qva modò vidimus, ut
qvum ὕδρην κόρȣ ματέρα vocat,
qvum παῖδα dicere debuiſſet. Qvin
imò & in Syntaxi διθυραμβῶδες
qviddam eſt, qvando Hyperbata ſunt
crebra, ut ſæpè hactenus habuimus.
Deniq; in totius Inventionis, Diſpo-
ſitionis & Elocutionis ſublimitate;
qvalem in toto Pindaro, & in Cho-
ris Euripidis atq; Sophoclis vide-
mus. Qvæ omnia ad concitatiores
ebriorum mores congruunt, & arte
tamen Poëtica ſunt eruditè guber-
nanda. Ut ita præcipuè qvadrupli-
citer τὸ διθυραμβῶδες uſurpetur. I.
in dictione. II. In ſenſu & Figuris.
III. In Syntaxi. & IV. in Inventio-
ne, Diſpoſitione & Elocutione. De
qvibus omnibus nunc ſimul & ſemel
loci opportunitas paucis monere
ſuaſit. Et qvia hæc omnia, vel pleraq;
ſaltem Lyricis hiſce, cujusmodi Pin-
darica ſunt, ineſſe ſolent, fit ut Lyrica
qvoq; Διθυραμβικὰ nonnunqvam
dicantur. Qvo ſenſu accipiendus erit
locus *Platonis lib. 3. de Rep.* ubi Dithy-
ramborum mentionem facit. Eodem
ſenſu *Ariſtoteles de Poëtica cap. 1.* de δι-
θυραμβοποιητικῇ loqvitur, ubi eâ ab
Ἐποποιΐα, Τραγωδία, Κωμωδία, αὐ-
λητικῇ καὶ κιθαριστικῇ diſcernit, qvòd
Ἐποποιΐα vel μέλει conſtet, i.e. λόγῳ
Poëtico, ut *Homerica*, qvæ verè poëſis
eſt: vel μέτρῳ tantùm, ut *Empedoclea*,
qvæ potiùs Φυσιολογία qvàm Poë-
ſis: Αὐλητικὴ & Κιθαριστική, ῥυθμῷ &
ἁρμονίᾳ, ad qvas ſolo ῥυθμῷ ſine

ἁρμονίᾳ uti ſolent οἱ ὀρχησταὶ id eſt Saltatores: Διθυραμβικῶν v. ποίησις id eſt, Lyrica, qvalis eſt *Pindarica*, ſicut & Κωμῳδία & Τραγῳδία, omnibus, videlicet ῥυθμῷ id eſt *numero*, μέλει id eſt *fictione poëtica*, μέτρῳ id eſt *pedum certa diſpoſitione*, & ἁρμονίᾳ id eſt *concentu*; citharæ nimirum vel tibiarum &c. ea tamen differentia, ut in Dithyrambica ſeu Lyrica poëſi tota, hæc concurrant: in Tragœdia verò & Comœdia tantùm ſecundum partem, præcipuè in Choro. Loqvitur de Comœdia & Tragœdia antiqva. Plura infrà *in Sermone de Dithyrambis* vide. Cæterùm βοηλάταν hîc διθύραμβον nominat, vel qvia ἠλάυνετο μετὰ βοῆς, id eſt *cum magno clamore proferebatur*, vel etiam qvia βοῦς erat illius qvi Dithyrambis vicerat, præmium, qvem ut proprium, ἐλᾶν vel ἐλάυνειν id eſt abigere victori licebat. Illud deniqve addendum, qvod *Cœlius* loco citato ſcribit, inveniſſe ſe, interdum διθυραμβικοὺς dici τοὺς ἐγκυκλιοδιδασκάλους: ſed autoritatem nullam addit.

A. 6. ἱππείοις ἐν ἔντεσιν μέτρα] id eſt *modum domandi & frenandi eqvos, eosq́; ad currum jungendi*. Reſpicit ad Bellerophontem, de qvo poſteà, qvi Pegaſum domuit. *Didymus* interpretatur *Rotam figulinam*: qvæ qvatenus Rota eſt ἵππειον ἔντος (Pferdezeugk/) dici poteſt: qvatenus certam figuram certis limitibus determinatam gignit, & vaſa figulina menſuris inſerviunt, μέτρον. Citatq́; ex *Callimacho* locum ſimilem, πλέρνη θ' ἵπποις ἐλαυνομένη. Et celebratur à *Theophraſto*, qvi ab eodem *Didymo* citatur, Hyperbius qvidam, qvi figulinam Corinthi invenerit. Aliqvi per ἵππεια ἔντεα in-telligunt omnis generis inſtrume-ta, menſuras, libras, pondera & qvæ Pheidon qvidam Corinthi invenit, eaq́; hîc ἔντεα dici cenſen partim qvod aliqvam cavitatem h bent, partim qvia aliàs omnis gen ris inſtrumenta, ἔντεα dici uſu rec ptum eſt: *Athen. lib. 5.* ἵππεια ve interpretantur Argiva, qvia etſi Ph don hîc Corinthi iſta invenit, Arg vus tamen fuit; Argos autem ἵπ πειον vel ἵππιον à Poëtis dici conſu vit, ut præter alia ex Iſthmiis noſt autoris patet. (Ἄργος ἵππιον.) L ctionem qvam *Didymus* adfert, ἱπ πείοις ἐν πρόθεσιν, pro εἰς πρόθεσι vel metrum ſolum rejicit.

A. 8. οἰωνῶν βασιλῆα δίδυμον οἰωνῶν βασιλεὺς, vulgò putatur *a qvila*. Intelliguntur ergò μεταλ πλικῶς ἀετώματα vel ἀετοί, id e *Aqvilarum ſigna metallica, qvæ faſt giis templorum & aliorum ædificioru imponi ſolent*. Addit Poëta δίδυμο qvia erant hæc ἀετώματα duplici à parte anteriore, & à parte poſteri re, ut *Didymus* explicat: vel etia ut intelligantur Aqvilæ bicipites, noſtrates qvoq; eos facere ſolent.

A. 9. ἐν δὲ μοῖσ' ἀδύπνοος] Ha notat *Scholiaſtes* addita propter E molpum illũ, qvi Νόστους h. e. redit Græcorum deſcripſit: imò & pr pter alios excellentes apud Cori thios Poëtas, inter qvos celebrat Aeſon.

A. 10. ἐν δ' Ἄρης ἀνθεῖ] Reſpic ad bellum Perſicum, in qvo ſtren am contra Xerxem navarunt op ram Corinthii duce Adimanto, qve *Scholia* perperam Adiantum nom nant, ut teſtatur *Herodotus Urani*

Scholia

choliaſtes annotat, Corinthios tum
, naves Xerxis fugientis ſubvertiſ-
:. *Theopompus* verò, ut *Scholiaſtes* ci-
it, etiam fœminas in illo bello Ve-
eri, ſi cupidinem belli viris immit-
eret, in templo Veneris qvod Me-
ea juſſu Junonis exſtruxerat, vota
ciſſe; cujus rei diu exſtiterint teſti-
onium verſiculi parieti illius tem-
i inſcripti: *αἱ δ' ὑπὲρ ἑλλάνων τε*
ἀγχεμάχων δὲ πολιτᾶν ἔςασαν
χόμθαι Κύπριδι δαιμονίᾳ: Ου γδ
ξοφόροισιν ἐβȣ́λετο δῖ Αφροδίτα
ηδοις ἑλλάνων ἀκρόπολιν δόμθαι.

ϛ. 1. *ὕπατ' ἐυρὺ ἀνάσσων*] Poſte-
or Confirmatio, poſterius ſubje-
um Propoſitionis reſpiciens, Xe-
phontem nimirum Corinthium,
atuor potiſſimùm argumenta
udis habet: qvibus Invocationem
Jovem præmittit, qvem ſupplex
gat, 1. ut carminibus ſuis faveat:
ut Corinthios ſalvos incolumesq́;
nſervet; 3. ut Xenophontis geniũ
fortunam feliciter gubernet: 4. ut
udibus Xenophontis faveat. Ca-
at autem benevolentiam à poten-
& clementia Jovis, dum vocat *ὕ-*
τον, ἐυρὺ ἀνάσσοντα Ολυμπίας, &
τέρα. Ad hæc præmiſſa nunc ar-
menta Confirmationis ordine
jungit. I. eſt à victoriis ipſius Xe-
phontis propriis: ex qvarum nu-
ero hic recenſet Olympicam uno
demq́; die geminam, alteram ſta-
, alteram pentathlo: Hanc victo-
m duplicem unius ejusdemq́; diei
uſtrat à Comparatis per remotio-
m, qvòd hoc nulli antehac in O-
mpicis contigerit. Præter Olym-
am hanc geminam, recenſet eti-
duas Iſthmicas, & duas Nemeæ-
IIdum argumentum eſt à victo-
Patris Theſſali, qvarum etiam ali-

qvot recenſet, unam Olympicam, ſtadio: Pythicam uno eodemq́; die geminam, alteram ſtadio, alteram diaulo: Athenienſem triplicem uno eodemq́; menſe: Hellotias ſeptem: Iſthmicas aliqvot, cum patre Ptœodoro. III. à variis victoriis Iſthmicis avi Ptœodori. IV. à totius familiæ victoriis plurimis, tàm Pythicis qvàm Nemeæis: nec non multis aliis præclarè geſtis: qvæ illuſtrat & amplificat *συγκρίσει* duplici, qvòd præclarè geſtorum in hac familia multitudo, cum aliarum familiarum multarum præclarè factorum multitudine certet; & qvòd ea non poſſit enumerare, inſtar arenæ maris. Tandem totum hoc membrum concludit gnome duplici, indicans, modum in omnibus eſſe ſervandum, & modum intelligere oportuniſſimum eſſe: ideoq́; laudes etiã haſce præclarè geſtorum infinitorũ abrumpendas innuit.

ϛ. 2. *ἔπεσσι*] *Scholiaſtes* conſtruit *τὸ ἔπεσσι* cum *Ολυμπίας*, ut intelligantur hujusmodi *εἴδη* in Olympionicas ſcripta. *Demetrius* rectiùs *το Ολυμπίας* ad *ἀνάσσων* refert.

ϛ. 4. *Τὸν δὲ λαὸν*] *Demetrius* ordinat, *τὸν δὲ λαὸν Ξενοφῶντος*, i.e. hoſce populares Xenophontis, Corinthios: ſed idem ſenſus manet, ſi *τὸν δὲ λαὸν* abſolutè accipiamus. *τὸ Ξενοφῶντος* v. ad *δαίμονος ȣ̓̃ρον* rectiùs refertur.

ϛ. 4. *ἀβλαβῆ*] *Demetrius* adverbialiter poni cenſet, pro *ἀβλαβέως*, i. e. *absq; noxa, ἀσφαλέως* &c. ut referatur ad *νέμων*. Sed non opus eſt, qvum ſit expeditus ſenſus, ſi accuſativum ſingularem ſtatuamus, & ad *λαὸν* referamus: qvũm *ὁ ἀβλαβὴς*, non tantùm activam ſignificationem habeat, *non nocens*, ſed etiam paſſivam, *illæſus, incolumis*.

ϐ. 5. *δαίμονος οὖρον*] ὁ οὖρος Poëtis eſt *Ventus ſecundus*, ὁ ἀπὸ τῆς οὐρᾶς id eſt πρύμνης πνέων. Per *δαίμονα* hîc vel *fortunam* intelligit, vel *genium cuiq; attributum.*

ϐ. 6. *οἱ*] ſcilicet προσενεχθέντα.

ϐ. 6. *ἐγκώμιον τεθμόν*] id eſt *ὕμνον ἐγκωμιαστικὸν*, qvem *τεθμὸν* vocat, qvia certa lex erat, Olympionicis laudes deberi.

ϐ. 8. *πεντάθλῳ ἅμα*] *ſimul, unà cum pentathlo*, una eademq; die.

ϐ. 9. *σταδίου δρόμον*] Unum certamen intelligitur, non duo: qvæ accuratiùs perpendens *Aretius*, ternarium victoriarum numerum, qvem ex *ἐπιγραφῇ* extorqvere, inter *στάδιον* & *δρόμον* neſcio qva ratione ineptè diſcernens, conatus fuerat, hîc ad binarium tantùm reſtringit, & in *ἐπιγραφῇ* duas tantùm victorias intelligi debere, ingenuè fatetur.

ϐ. 11. *οὔπω τις πρότερον*] in Olympicis nimirum, ante hunc Xenophontem.

b. 1. *δύο πλόκοι σελίνων*] id eſt *duæ coronæ ex Apio*. Solebant aliàs in Iſthmicis ludis ex Pinu coronæ victoribus dari: verùm admiſcebantur interdum & coronæ ex Apio, cujusmodi in Nemeis dabantur, eo tamen diſcrimine, ut in Nemeis ex apio recenti, in Iſthmiis verò ex arido coronæ fierent: qvod ideò factum putant, qvia & Iſthmii & Nemeæi ludi *ἐπιτάφιοι* fuerint; Apium verò habitum inferis conſecratum.

b. 3. *οὐκ ἀντιξοεῖ*] *non diſcrepat, non repugnat.* Metaphora à lignis *ξεομένοις*, *raſis & politis*, & *συνηρμοσμένοις*, *inter ſe coaptatis*, qvæ *συγξοεῖσθαι* dicuntur: ſin diſcrepent, *ἀντιξοεῖν* i.e. *in raſura & politura ſibi non reſpondere*, diverſa eſſe &c.

b. 6. *διαύλου τε*] ὁ *δίαυλος* e[…] *ſtadium iteratum*, qvando à fine ſtad[…] curſus continenter ſinuatur ad ejus[…] dem initium, ut ex *lib. 5. Pauſaniæ* pa[…] tet. ὁ *αὐλὸς* eſt *fiſtula*, meatus longu[…] & anguſtus, convallis, item qvicqvi[…] in longum eſt exporrectum, cujus[…] modi eſt ſtadium: *δίαυλος* ergò *ſta*[…] *dium erit geminatum*, à *δὶς* & *αὐλίζ*[…] *εσθαι*, qvòd in duobus locis fiat ſtati[…] initio & fine. *Pauſanias* loco dict[…] comparat ſcriptioni, qvæ *βουστροφη*[…] *δὸν* fit, id eſt, converſionibus line[…] rum, more ſulcorum à bobus arant[…] bus factorum.

b. 7. *ἀλίῳ ἀμφ' ἑνὶ*] id eſt uno e[…] demq; die. Metonymia.

b. 9. *τρία ἔργα κάλλιστα*] Metony[…] mia, pro *τριῶν ἔργων καλλίστων σ*[…] *φάνους*. Intelligit autem, ut *Scholi*[…] *ſtes* cenſet, *δίαυλον*, *ὁπλιτικὸν δρ*[…] *μον*, & *στάδιον*: tametſi hæc ex text[…] non ſatis apertè patent, niſi qvòd co[…] ſtet, Pedum certamina fuiſſe, int[…] qvæ & *δολιχοδρόμος* fuit, & *ἅλμα*[…]

b. 10. *ποδαρκὴς ἁμέρα*] vel in g[…] nere, *Dies velocipes*, citò tranſiens &[…] vel potiùs in ſpecie illa dies, *qvæ P*[…] *dum certaminibus erat deſtinata.*

B. 1. *Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις*] ſcilic[…] *θῆκε κάλλιστα ἔργα ἀμφὶ κόμαις*, (h[…] jhm treffliche gute ſachen vmb d[…] Kopff gebracht.) Erant autem *τὰ Ἑ*[…] *λώτια*, feſtum Minervæ ſacrum Co[…] rinthi. Qvum enim Heraclidæ […] Dorienſes Peloponneſum repeterē[…] Corinthumq; expugnatam ignib[…] vaſtarent, virgines Corinthiæ in tem[…] plo Minervæ ſalutem qvæſierunt, […] ad arā ejus confugerunt. Heraclid[…] a. ignem in hoc qvoq; templū con[…] ciētibus, qvum omnes reliqvæ ex i[…] cēdio effugiſſent, duæ ſorores, Ἑλλ[…]

τις

; & ἐυφυλώνη flammis perierunt. rta a. poſteà peſte gravi, Minerva ; remedio interrogata, juſſit harum iellarum manes placari, templum inervæ Ἑλλωτία exſtrui, & Ἑλλώτια ſtum cum ludis ſacris inſtitui: od & Corinthii fecerunt, peſteq; erati fuerunt. Erat inter alios luis etiam ἀγὼν λαμπαδοδρομικὸς, o lampades accenſas geſtantes junes currebant. Alii inſtituta Ἑλλώτια volũt, poſt ἑλόμϑον, *captum & natum* à Bellerophonte Pegaſum. iqvi etiam Minervam Ἑλλωτίαν tam volunt παρὰ τὸ ἕλος, id eſt, *alude qvadam* ad Marathonem in tica, ad qvam culta fuit, ut ſit Palu is Minerva. Sed de Hellotide pu a dicta, ſunt probabiliora.

B. 2. ἐν ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος μοῖσι] i. e. *in ludis Iſthmiis.*

B. 3 Πτοιοδώρῳ σὺν πατρί] Fuit Ptœodorus pater non Xenophon, (unde apparet, Poetam hîc non Xenophonte loqvi, ſed de eo cui pater fuit Ptœodorus, & proinde oliaſten malè victorias ſeptem llotias Xenophonti tribuere) ſed eſſali, & ita Xenophontis avus, ter Terpſiæ, cujus filii fuerunt E mus & Namertidas. Qvam ob ſam aliqvi ſeqventia ita legunt. κρότεραι Τερψίᾳ θ' ἕψοντ', Ἐριτί] ἀοιδαί, i. e. *de victoriis Iſthmicis* δαὶ μακρότεραι, i. e. *remotiores, perſonas remotiorum graduum ſpe ntes ſeqventur*, id eſt, *decantandæ nt; ad proſeqvendos laudibus Ter n & Eritimum, cognatos, unà cum Ptœodoro Theſſali patre: utpote qvi nes Iſthmici victores evasêre.* Et ngrua planè lectio hæc videtur: oqve eam retinui, rejecta altera illa vulgari, τέρψιές θ' ἕψοντ', ἐρίτιμοί τ' ἀοιδαί.

B. 5. ἐν Δελφοῖσιν] i. e. *in ludis Pythiis.*

B. 6. ἀριστεύσαντι] Non eſt augmẽtum Ionicè abjectum, ſed η Doricè in α mutatum, pro ἠριστεύσαντι: qvod metrum arguit.

B. 7. χόρτοις ἐν λέοντος] id eſt, *in ſeptis Leonis.* ὁ χόρτος enim non tantùm *gramen eſt* aut *fœnum*, ſed etiam περίφραγμα, *ſeptum*. Intelligit autem Ludos Nemeæos, ad Nemeam, ubi erat ſpecus Leonis Nemeæi, qvem Hercules interfecit: qva de re ſuo loco.

B. 8. δηρίομαι πολέσιν] i. e. *Ego certo cum multis de multitudine præclarè factorum in tua familia*: q. d. Ego tuæ familiæ facta recenſens, poſſem ſuperare multarum aliarum familiarum præclarè factorum numerum.

B. 9. ὡς μὰν σαφὲς] Declarat illud πλῆθος καλῶν, qvòd nimirum ſit ejusmodi, ut qvemadmodum non poſsit recenſere numerum calculorum marinorum, id eſt, infinitum: ita neqve hoc πλῆθος καλῶν. Lego autem potiùs ὡς *ſicut*, cum *Ald.* & *Pal. A. B. C.* qvàm cum aliis ὥς, *ſic*.

γ. 3. Ἐγὼ δ' ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς] Poſtqvam Poeta ad duplex ſubjectũ Propoſitionis, duplicem Confirmationem hactenus ſubjecit & abſolvit: nunc Digreſsionem inſtituit prolixiorem de Corinthiorum majoribus, præcipuè Siſypho, Medea, Glauco, & Bellerophonte: de qvibus ſingulis ordine ſuo videbimus. Præmunit autem ſeſe contra invidiam & calumniam, duabus rationibus: I, qvòd hoc ſit officium ſuum propriũ,

& ipſe ad hoc qvaſi à Muſis miſſus, ut prudentiam & fortitudinem maiorum celebret: II. qvòd nihil fabuloſi ſit aſperſurus. Atqve ita ſimul Attentionem & Benevolentiam ſibi conciliat.

γ. 3. ἴδιος ἐν κοινῷ σταλεὶς] id eſt, *ego privatus in cauſa publica à Muſis emiſſus ut canam &c. Philippus*, τὸ, ἐν κοινῷ, ad γαρύων refert, reddens, *ut publicè dicam majorum virtutem*: qvod ab hyperbatica Syntaxi Poëtæ non eſt alienum.

γ. 6. Σίσυφον μὲν] ſcilicet γαρύων οὐ ψεύσομαι. Primum exemplum majorum, Siſyphi. Fuit autem *Siſyphus* Aeoli filius, Rex Corinthi, qvæ olim dicebatur Ephyre, homo verſutiſsimus, qvod etiam *Homerus Iliad.* ζ teſtatur, ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο, ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν, Σίσυφος Αἰολίδης &c. Eſtq; nomen hoc planè Aeolicum, Σίσυφος, pro Θεόσοφος: Aeoles enim σιὸς pro θεός, & σύφος pro σοφὸς dicunt: Sicut Σίβυλλα qvaſi Θεοῦ βουλή, qvum βύλλα pro βουλὴ dicant. Ut autem tota res de Siſypho, Medea, Glauco, & Bellerophonte rectiùs intelligatur, ſciendum, qvòd Æetes vetuſtiſsimis retrò ſeculis Ephyreæ, qvæ poſteà Corinthiaca terra dicta fuit: Epopeus verò Aloëi filius, Aſopiæ, qvæ poſteà Sicyoniæ nomen accepit, Rex fuerit. Æetes autem Colchicum regnum Ephyreo præferens, ad Colchos profectus, Ephyream tradidit Buno Hermæ filio: qvo mortuo, Epopeus Ephyream adjecit Aſopiæ, & ita unum è duobus regnum fecit. Hujus filius & regni ſucceſſor Marathon duos genuit filios, Sicyonem, à qvo Aſopi[...] Sicyoniæ, & Corinthum, à qvo E[...] phyrea Corinthiacæ nomen ſortit[...] eſt: & hac ratione iterum duo di[...] tincta fuerunt regna. Corintho ve[...] rò ſine liberis mortuo, Corinthii i[...] regnum vocarunt Medeam Æet[...] priſci ſui Regis filiam. Hæc Corinth[...] relicta, regnum Siſypho Æoli fili[...] tradidit. Siſypho præter alios filio[...] geniti Glaucus & Ornytion: Glau[...] co Bellerophontes, qvi in Lyciam conceſsit: Bellerophōte præter alio[...] Hippolochus: Hippolocho alte[...] Glaucus natus fuit, qvi tempore belli Trojani vixit, & ab *Homero* [...] *liad.* ζ. celebratur. Ornytione v[...] rò genitus Phocus, qvi in Phocide[...] conceſsit, eiq; nomen dedit, & Th[...] as qvi Corinthi manſit: Thoante[...] Demophon: Demophonte Prop[...] das: Propoda Doridas & Hyanth[...] das: qvi duo regnum Corinthiacu[...] tradiderunt Aletæ Heraclidæ, à qv[...] ſuprà Poëta Corinthios παῖδας Ἀ[...] λάτα nominavit. Qvæ omnia ocul[...] hoc ordine ſubjiciuntur:

Vide pag. ſeq. ſignum ♎

γ. 7. παλάμαις] ἡ παλάμη *manu[...] ſive palmam* ſignificat: deinde & p[...] Metonymiam, *labores qvi manu pe[...] ficiuntur*: item *qvodcunqve arti[...] cium, conſilium, propoſitum, & qvi[...] qvid in manus ſuſcipitur.* Ideo *Sch[...] liaſtes* interpretatur βουλαῖς ἢ γν[...] μαις: *Demetrius*, βουλαῖς καὶ πρ[...] ξεσι: *Philippus & Lonicerus*, Sapien[...] tiâ: *Vulgata verſio*, Artificiis. Eſt au[...] tem in his implicita ratio appella[...] tionis τοῦ Σισύφου, qvòd ſit πυκνότα[...] τος παλάμαις ὡς Θεός, vel ut Æo[...] licum Σίσυφος Communiter ſona[...] Θεόσοφος.

γ. 8. Κ[...]

Epopeus Aloëi F. *tenuit Aſopiam: cui Buno mortuo adjecit Ephyream.*
— Marathon.
— — Sicyon, *ab hoc Aſopia dicta Sicyonia.*
— — Corinthus, *ab hoc Ephyrea dicta Corinthiaca.*

Æetes *tenuit Ephyream, qvam tradidit* Buno.

Hoc mortuo vocata in regnum — Medea, *Æetæ F.*

Hæc Corintho relicta, regnum tradidit — Siſypho *Æoli F.*

— *Glaucus.*
— — *Bellerophontes.*
— — — *Hippolochus.*
— — — — *Glaucus*
— *Ornytion*
— — *Phocus.*
— — *Thoas*
— — — *Demophon*
— — — — *Propodas*
— — — — — *Doridas*
— — — — — *Hyanthidas, ab his accepit regnum* Aletes Heraclida.
— *Therſander.*
— — *Prœtus.*

γ. 8. Καὶ τὰν μήδειαν] Exemplum edeæ, cujus fama in Græcia tota t celeberrima. Qva ratione aun Corinthi regnarit, ex modò dis patet. Iterum autem ἀπὸ κοι- repetendum, οὐ ψεύσομαι γαρύων. γ. 8. πατρὸς ἄντια θεμέναν τὸν γάν αὐτᾷ] Nuptias intelligit Jaſonis em cum reliqvis Argonautis χρυ- ̓αλλον ſeu vellus aureũ ex Colchi- aſportaturis ſervavit, & in Græciã uta eſt, ſecus qvàm pater Æetes uerat, qvi cædem & internecion illis meditabatur. Vide *Apol- Ovid. l. 7. Met. Infrà Pyth. δ.* & alibi.

γ. 11. περιπόλοις] i. e. *nautis in illa navi verſantibus.*

g. 1. τὰ δὲ καί ποτε] III. Exemplum Glauci Hippolochi filii, Siſyphi abnepotis, Regis Lyciæ, viri in bello Trojano contra Græcos fortiſsimi. Syntaxis eſt, τὰ δὲ, pro καθ' ἃ δὲ ſecundum qvæ, in qvibus, qvando, ἐδόκησαν, (ſcilicet οἱ παλαίγονοι τῶν Κορινθίων) τέμνειν τέλος μαχᾶν ἐν ἀλκᾷ περὶ τειχέων Δαρδάνου, i. e. *qvando verò viſi ſunt (Corinthiorum majores) pugnas facere in robore,* id eſt, *bello ad muros Dardani,* &c.

ad

ad qvod infertur, τρόμεον (ſcilicet κατὰ τάδε, vel τότε) Δαναοὶ Γλαῦκον: ita ut poſt ἐίργοντες colon ponatur: *Scholiaſtes* ad τὰ δὲ, ſubintelligi vult γένη Κορινθίων: & poſt ἐίργοντες facit punctum, & τὸ δὲ, poſt Λυκίας, pro γὰρ poni cenſet: de qvo qvivis judicet.

g. 1. ἐν ἀλκᾷ] *in robore* propriè: Metonymicè *in bello fortiter geſto.*

g. 1. περὶ Δαρδάνου τειχέων] id eſt, *ad Ilium.* Muros Dardani vocat, non qvòd Dardanus Ilium condiderit, ſed Dardani pronepos Ilus, & qvòd regio tota, qvæ à Troë Ili patre Troja dicebatur, olim à Dardano Dardania fuerit denominata.

g. 3. ἐπ' ἀμφότερα] ſcilicet μέρη: qvod ſtatim declarat Poëta, τοὶ μὲν, οἱ δὲ &c. q. d. In bello Trojano ex utraq; parte majores Corinthiorum pugnarunt: alii ex parte Græcorum, ut *Homerus Iliad.* β. in genere, & *Iliad.* ν. in ſpecie de Euchenore teſtatur: alii ex Trojanorum, ut Glaucus Lycius.

g. 3. μαχᾶν τέμνειν τέλος] id eſt, *bellum continuare uſqve ad perfectionem.* Metaphora eſt in τέμνειν *à navigiis mare ſecantibus, & ita curſum continuantibus.*

g. 4. γένει φίλῳ σὺν Ἀτρέος] i. e. cum Agamemnone & Menelao, filiis Atrei.

g. 6. ἐκ Λυκίας δὴ Γλαῦκον ἐλθόντα] Qvomodo Glaucus ex majoribus Corinthiorum fuerit, & tamen è Lycia ubi natus erat, ad Trojam venerit, paulò pòſt in hiſtoria Bellerophontis dicetur. Τὸ, δὲ *Scholiaſtes* hîc pro γὰρ poni cenſet, ut dictum eſt: qvia verò, ut ex antè dictis patet, τὸ τότε ſubintelligendum eſt, ut *Tunc*

ſæpè apud Latinos; non ineptè p
priam ſignificationem retinebit,
τε, δὲ *Tum, verò*, Vel τότε δὴ, *tunc*
nè, &c.

g. 7. τρόμεον Δαναοὶ] utpote
rum fortiſsimum, & contra qv
vis audacter euntem; qvin etia
qvi Hectorem fortiſsimum ceder
ſocios deſerentem graviter objur
vit *Iliad.* ρ. Ideò Diomedes e
contra ſe euntem ita alloqvitu
Iliad. ζ.

Τίς δὲ σὺ ἐσσὶ φέριστε κατὰ θνητῶν
ἀνθρώπων;
Οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα μάχη
κυδιανείρῃ
Τὸ πρὶν: ἀτὰρ μὲν νῦν γε πο
προβέβηκας ἁπάντων
Σῷ θάρσει &c.

Danai autè propriè Argivi, Syn
dochicè Græci ſunt, à Danao viro
gyptio, qvi in Argolide conſe
& Græcos ibi habitantes de ſe no
navit. Vide *Pauſaniam in Ach.*

g. 8. τοῖσι μὲν ἐξεύχετο] Factu
hoc eſt in colloqvio Glauci & D
medis *Iliad.* ζ. ubi ſuam oratio
his verbis concludit, ταύτης τοι
νεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶ
τὸ τοῖσι enim ad Δαναοὺς, non ad T
anos refertur, ut perperam p
Scholiaſtes. Pro μὲν legendum e
μὰν, innuit metri ratio.

g. 9. ἐν ἄστει Πειράνας] i. e. Co
thi, ubi eſt fons Πειράνα vel Πειρ
qvi à Pirene Acheloi, vel ut *Heſi*
de claris mulieribus ſcripſit, Oebal
lia, in illum fontem mutata, no
accepit, ut habet *Pauſanias lib.* 2.

g. 9. σφετέρου πατρὸς ἀρχὰν]
tris ſui initium eſſe Corinthi, hoc
ſe Corintho oriundum eſſe.

g. 11.

g. 11. βαθιὼν κλᾶ ερυ καὶ μέγα ερυ] væ ſcilicet omnia Bellerophontes vus in Lyciam diſcedens, Corinii reliqvit.

G. 1. ὃς τᾶς ὀφιώδεος] IV. exnplum Bellerophontis, avi hujus lauci, de qvo primò prædicat, qvòd omuerit Pegaſum accepto à Palla-e freno aureo: deinde qvòd inſti-ierit Enoplia: tertiò, qvòd vicerit mazonas: qvartò Chimæram: vintò Solymos: ſexto verò, qvoodo mortuus fuerit, ſilentio invol-t. Septimò deniqve Pegaſum inter lera relatum indicat. Notandum tem, τὸ ὃς hîc non referri ad πα-ὸς, qvum de Bellerophonte avo lauci, non de Hippolocho patre ſit mo: ſed vel ad πατρὸς ἀρχὰν, ut ſpecie intelligatur avus, qvi πατρὸς ρχὴ eſt, & Syntaxis de intellectu n de voce accipiatur: vel potiùs ιειψειν eſſe; καὶ μέγα ερυ, ſcilicet είνου, ὃς &c. Vel, τὸ πατρὸς hîc la-s de Avo accipiendum ſit.

G. 1. 2. ὀφιώδεος υἱὸν Γοργόνος γασον] Pegaſus, eqvus Poëtis eſt tus, ex ſangvine Meduſæ natus: de hîc υἱὸς Γοργόνος dicitur. Γορ-ὼν autem ſeu Γοργώ, teſte *Athenæo* 5. Nomadibus in Libya animal oddam dicitur, ovi ſilveſtri ſimi-vel etiam vitulo, uſqve adeò te- & pernicioſo halitu, ut obvios osqve interimat, aſpectu etiam rendo, juba à fronte in oculos niſſa, qvam vix ob gravitatem aſſare & dimovere poteſt. Qvia ò & Meduſa Phorcynis filia a-ctu fuit horrendo, utpote apri- dentes, & pro crinibus angves ens, aſpectuq; homines in ſaxa vertens, Γοργοῦς vel Γοργόνος ώδεος nomen accepit.

G. 2. πόλλ' ἀμφὶ κρουνοῖς] ſcilicet Πειρήνας. Poſtqvam enim diu in Pegaſo capiendo & frenando laboravit, tandem accepto à Minerva freno aureo, qvum Pegaſus ex Pirene exundante, & extra urbem loca irrigante, biberet, illum cepit & domuit, ut *Strabo lib. 8.* annotat.

G. 4. χρυσάμπυκα χαλινὸν] i. e. auro exornatum & elaboratum frenum. Epitheton ex iis patet, qvæ *Suprà Ol.* έ. ſunt de illa voce dicta. Qvid autem per Pegaſum & per hoc frenum Palladis aureum ἀλληγορικῶς intelligatur, nimirum Appetitus à Ratione refrenati & gubernati, Mythologorum eſt explicare.

G. 6. ἐξ ὀνείρου ἦν ὕπαρ] ὁ ὄνειρος vel τὸ ὄναρ eſt *inſomnium, qvod dormienti accidit*: τὸ ὕπαρ verò *viſio qvæ ſeſe vigilanti offert.* Sic & *Homerus* diſcernit *Odyſſ.* τ. Οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλόν &c. Vult ergò dicere, illud qvod in ſomnis ipſi oſtenſum erat, reipſa perceptum fuit: nam poſtqvam evigilavit, frenum ipſum vidit & accepit. (ὄναρ q. ὄντων ἄρσις: ὕπαρ, qvaſi ὕπνου ἄρσις. luſus eſt Grammaticorum.)

G. 8. Αἰολίδα βασιλεῦ] Erat enim Bellerophontes Aeoli pronepos, ut ex ſuperioribus patet.

G. 9. φίλτρον τόδ' ἵππειον] Metaphora *dithyrambica.* τὸ φίλτρον enim propriè eſt φάρμακον *qvoddam ſeu potio qvædam, qvam amatores vel amatrices amatis propinare ſolent,* Liebtrencklin, ea ſpe ut voluntati ſuæ obſecundent. In genere Qvodvis amoris vel obſeqvii conciliamentum, vel illectamentum. *Ovidius lib. 9. Metam.* vocat *irritamen amoris.* Et

paulò poſt. *Qvod vires defecto reddat amori.* Hoc loco φίλτρον ἵππειον, *frenum eqveſtre* notat, qvo eqvus, rectori ut obſecundet, domatur. *Demetrius* φίλτρον dici putat, vel τὴν διὰ μακρὸν ἔθος ὡσανεὶ προσφιλῆ τοῖς ἵπποις ὄντα: vel qvia Pegaſus à Bellerophonte amatus fuerit; utrumq; ineptè.

G. 10. Δαμαίῳ πατρὶ δεῖξον] i. e. Neptuno, qvi qvòd eqvorum & curruum uſum invenerit, modò ἵππειος, modò ἱπποκούριος, cognominatur, modò Δαμαῖος, ut hoc loco. πατὴρ verò hîc dicitur, vel qvia Neptunum, Bellerophontis patrem multi crediderunt, vel potiùs ratione autoritatis & antiqvitatis.

G. 11. δεῖξον] i. e. *oſtende illi cum devotione*, tanqvam præſidi artis regendi eqvos, exhibito nimirum ſacrificio. Vide an illa, *Matth.* 8. *verſ.* 4. *Marc.* 1. *v.* 44. *Luc.* 5. *v.* 14. σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ. *Luc.* 17. *v.* 14. ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι; huc ſuo modo qvadrent.

G. 11. ταῦρον ἀργὸν] i. e. *taurum ſaginatum & pingvem, à laboribus aratri liberum :* ἀργὸς enim vel ἀεργὸς *labore vacuum* notat. Aliàs ἀργὸς etiam *Album* ſignificat, unde & *Lonicerus* reddidit. *Candidum taurum.* Sed hanc ſignificationem vel ideò non admittimus hoc loco, qvia aliàs Poëtæ παμμέλανας tauros Neptuno ſacrificari tradunt. Vide *Od.* γ. *v.* 6. Rectiùs Alii *Splendidum* vertunt, i. e. *pingvem, ſaginatum, nitidum.* niedlich/ & proinde à laboribus liberum: Sicut & *Euſtathius ad Odyſſeæ.* γ. exponit, Qvi ἀργᾶντα legit, ut & *Ald. &* *Pal. C.* Sed metro turbato: niſi υι... pro-poni velimus.

δ. 1. κυαναιγὶς παρθένος] id eſt *Minerva virgo cœruleum ſcutum ge...ſtans*, vel revera cœruleum, vel de no...cte obſcurè apparentem.

δ. 1. κνώσσοντί οἱ] ω ante conſo...nantem duplicatam hîc corripitu... Modò textus mendo careat.

δ. 2. τόσα εἰπεῖν] Legendum τ...σα εἰπεῖν, ut metrum indicat. Tan... etſi & hic ο ante σσ corripi poſſet.

δ. 4. παρκείμενον τέρας] i. e. *fr...num à Pallade relictum, & prope ſe p...ſitum.* Τέρας autem vocat, propt... inſperatum & inuſitatum modum, qvo ipſi obtigit.

δ. 5. ἐπιχώριον μάντιν] ſcilicet *P...lyidum Cœrani filium*, ex genere M...lampodidarum, patrem Euchenori... cujus ſuprà ex *Homero* meminimu... *vatem indigenam ſeu Corinthium*: n... Lycium, ut perperam putat *Lo...cerus.* Neqve enim in Lycia h... geſſit, ſed ἀμφὶ κρουνοῖς Πειράνα... id eſt, *Corinthi.*

δ. 5. ἄσμενος] Nomen pro A... verbio ἀσμένως, id eſt, μετὰ προθυ...μίας, *optatò, cum gaudio, ex voto.*

δ. 9. ἀπ' ἐκείνου χρήσιος] id eſt, *i... jubente*, ut reddidit *Philippus*; ... *juxta oraculum ab eo datum*, ut *V... gata*; vel, *juxta illius reſponſum*, ut *L...nicerus.* Qvæ verſiones omnes in... conveniunt, qvòd Præpoſitione ... cauſam Efficientem Impulſivam ... tari indicant. Dignum obſerva... contra eos, qvi Præpoſitionem ... ſemper *remotionem localem & ab...tiam* ſignificare imperitè cont... dunt.

δ. 11. ἐγχεικεραύνου] i. e. *fulm... ceu haſta omnia proſternentis.*

d. 1. *δαμασίφρονα χρυσὸν*] Meto-
ıymicè iterum intelligit frenum au-
eum, qvo qvaſi animus eqvi fran-
;itur. Damit jhm der muth gebrochen
ird. Suprà non multum diſsimili
atione appellavit φίλτρον. Legen-
um fortè cum *Brubachiana editione,*
ρυσοῦν, per δαμασίφρονα, qvaſi Sub-
antivè intelligendo χαλινόν. Sed
amen & ſic ὸν produci poſſet, in fine
eriodi, ut alibi notatum.

d. 3. κελήσατό μιν] ſc. ὁ μάντις.

d. 4. καρταίποδα] ὁ vel ἡ καρταί-
πους vel κραταίπους, Delphica Dia-
ᴄto *Taurus* dicitur, à robore pe-
um. ſtarckfuß.

d. 4. ἀνεφύη] Legendum ἀμφύη, ut
Syncope pro ἀνεφύη: præſertim
vum ita olim lectum fuiſſe, ex *De-
etrii Scholiis* manifeſtè pateat.

d. 4. Εὐρυσθενεῖ γεαόχῳ] i. e. *Ne-
uno.* De his appellationibus ſæpè
ibi dictum eſt.

d. 5. θέμεν ἱππείᾳ βωμὸν ἀθάνᾳ]
uic mandato Bellerophontes ſa-
ſfecit, poſito Corinthi Minervæ
χαλινίτιδος fano, id eſt, *Frenatricis,*
ὸd in frenando Pegaſo ipſius au-
io adjutus fuerit, ut ſcribit *Pauſa-
s lib.* 2. qvam ob cauſam etiam
ππείαν eam hoc loco Poëta nomi-
t: tametſi & aliàs hoc epitheton ei
butum; & Athenis in Colle Eqve-
i, nec non Olympiæ ad carceres
tatorum, Minervæ ἱππείᾳ ara pe-
liaris deſtinata fuit, ut ex *Pauſaniæ*
1. *&* 5. patet. Pro ἱππείᾳ, alii le-
nt ἱππίᾳ, metro utrobivis ſalvo
nente, qvum penultima ſit corri-
nda. Annotat *Euſtathius ad Od.* α.
Pherecrate, olim Minervam non a-
d Poëtas ſolùm, ſed & πεζολόγους,
θηναίαν dictam fuiſſe. poſtqvam
verò Atheniēſium uxores, Ἀθηναῖαι
dici cœperunt; nomē Ἀθηναίη qva-
driſyllabum, factum fuiſſe triſylla-
bum, Ἀθηνῆ, vel Ἀθηνᾶ.

d. 6. πληροῖ δὲ θεῶν δύναμις] Lo-
cus de inenarrabili omnipotentia,
& mirabili providentia divina. In
ſcanſione facienda eſt συνίζησις, in
dictione θεῶν.

d. 10. φάρμακον πραῢ] Iterum
notat *frenum,* qvod eodem ferè ſenſu
φάρμακον vocat, qvo ſuprà φίλτρον:
πραῢ verò per Metonymiam pro
πραΰνον, *mites eqvos faciens.*

d. 11. ἀμφὶ γένυ] ſc. Pegaſi.

D. 2. ἐνόπλια ἔπαιζεν] i. e. *ludos in armis luſit.* Sunt enim ἐνόπλια ejuſmodi certamina qvæ in armis fiunt. Vel poteſt etiam intelligi de exercitatione eqvitandi in armis, ut poſteà eò tutiùs ſeria & ardua poſset eqvo hoc fiſus, aggredi. Pro ἔπαιζεν *Brubach. Commel: & Plantin.* habent ἔπαιξεν.

D. 2. χαλκωθείς] *æratus, ære indutus, armatus.* Olim .n. non ex ferro, ſed ex ære, omnis generis arma fiebant. Sic Memnonis enſis totus æreus Nicomediæ in Bithynia in templo Æſculapii fuit poſitus: & Achillis haſta in urbe Pamphyliæ Pſaſelide in Minervæ templo poſita, cuſpidem æream habuit, ut *Pauſaniæ in Laconicis* teſtatur.

D. 3. ἀμαζονίδων] αἱ Ἀμάζονες vel Ἀμαζονίδες, fœminæ ſunt Scythicæ, qvarum ſedes fuit ad radices Caucaſi ſupra Albaniam in Aſia: Gens fera, & ſine virorum ope Rempub. ſuam adminiſtrans, eqvis educandis dedita & admodum bellicoſa Hæ, ut ad armorum & telorū uſum eſſent aptiores, filiabus adhuc infantibus dextrum

adduſſerunt *μαζὸν*, i. e. *mammam*, unde & nomen acceperunt. Qva occaſione autem Bellerophontes Corinthius his, & reliqvis quos textus nominat, bellum intulerit, brevibus commemorandum eſt, ut tota res fiat illuſtrior. Degebat Bellerœphontes adhuc juvenis, apud Prœtum patruelem. Uxor hujus Prœti Antia, vel ut ab aliis nominatur, Sthenobœa, juvenis forma allecta, ipſum de ſtupro ſolicitavit. Qvũ autem prudens & caſtus juvenis ipſius libidini non pareret; illa partim verita ne apud maritum ab ipſo prior accuſaretur; partim repulſam, qvam ægerrimè ferebat, vindicatura, præoccupans eum coram marito accuſavit eo nomine, qvaſi vim ſibi invitæ inferre voluiſſet. Prœtus credulus Bellerophonti iraſcebatur: interficere tamen ob jus hoſpitii verebatur: ideoq; literis eum ad necem propinãtibus obſignatis inſtructum ad Jobatum ſocerum Lyciæ Regem miſit. Ein Uriasbrieff. Vide Plautum Bacchid. 4. 7. *Bellerophontem jam tuus me fecit filius*) Is qvum & ipſe jus hoſpitii violare vereretur, attamen ut voluntati Generi ſatisfaceret, & injuriam qvam filiæ intentatam credebat, vindicaret, Chimæram primùm conficere juſsit, deinde Solymos, deniqve Amazonas (qvem ordinem Poëta invertit) bello petere, exiſtimans Bellerophontem tali ratione periturum. Verùm his omnibus ſuperatis, qvum virtutem ſuam abundè probaſſet, non tantùm vitæ ejus Jobatus deinceps pepercit, ſed & filiam Anticleam, qvam aliqvi Achimenen nominant, ei uxorem dedit, & moriens Lyciæ regnum reliqvit. Qvum ergò in Lycia Bellerophontes Corinthius genueri[t] Hippolochum, Hippolochus Glaucum: jam facilè apparet, cur Glaucus hîc Corinthius origine dicatur & tamen in Lycia natus fuerit, in deqve ad bellum Trojanum contra Græcos prodierit.

D. 4. *αἰθέρος ψυχρᾶς ἀπὸ κόλ[πων] ἐρήμου*] id eſt, *ex ſinibus aër[is] frigidi deſerti*, deorſum in Amazo[nas] jaculans. Vocat *κόλπους αἰ[θέρος]*, qvia aër in certas regiones & tractus diſtribuitur. Per *αἰθέρα* ver[è] *aërem* intelligit, eodem ſenſu, qvo *a[e]ves cœli* dicimus. Per *αἰθέρα ψυ[χρὰν]* (Jonicè & Atticè pro *ψυχρὸν*) *Mediam aëris regionem* notat, qv[æ] frigidiuſcula eſt, uti *Ariſtoteles lib.* *Meteor. cap.* 3. diſputat. Eundem *αἰ[θέρα]* vocat *ἔρημον*, qvia habitatio[ni] animantium regio illa non eſt ido[nea]. *Philippus τὸ ψυχρᾶς* ad *ἐρήμ[ου]* qvod ſubſtantivè in fœminino acc[e]pit, refert, redditq; *frigidæ ſolitudin[is]*. *Lonicerus & Aretius Scholiaſten* ſecu[ti] *κόλπους αἰθέρος ψυχρᾶς ἐρήμο[υ]* de Scythiæ locis frigidiſsimis & [a] viris deſertis, qvæ Amazones incol[e]bant, accipiendos perperam ce[n]ſent. Sed rectiùs cum *Demetrio* [&] *Philippo* de aëre ſublimi & libero i[n]telligemus, ex qvo Bellerophont[es] pugnans, Amazonas vicit.

D. 7. *χίμαιραν πῦρ πνέουσαν*] *χίμαιρα* eſt propriè *capella grav[i]da*, *vel etiam qvæ peperit*. Hoc lo[co] notatur monſtrum qvoddam in L[y]cia, qvod juxta deſcriptionem *H[o]meri Iliad. ζ. & Heſiodi in Theogon[ia]* fuit *πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκ[ων,] μέσση δὲ χίμαιρα, δεινὸν ἀποπνείου[σα] πυρὸς μένος αἰθομένοιο*. Per h[...]

aliq[...]

iqvi *ἀλληγορικῶς* montem qven-
am Lyciæ intelligunt, in cujus ſum-
itate flammæ eruperint, & ſub ea
eones multi fuerint: in medio ca-
æ: ad radices, ſerpentes: eumq;
ellerophontem à beſtiis hiſce pur-
aſſe dicunt, venationibus inſtitutis.

D. 8. *καὶ Σολύμους*] Solymi fue-
unt populi inter Lyciam & Pam-
hyliam bellicoſiſsimi.

D. 9. *Διασιγάσομαι αὐτῷ μόρον*] *παράλειψις*, qva ſe fatum Bellero-
hontis præteriturum indicat, ne ſci-
cet Encomio huic infauſta admi-
eat. Sunt autem qvi dicant, Pe-
aſi volatu Bellerophontem aſtra
tiiſſe & cœlos: ideoq; Deos indi-
atos œſtrum Pegaſo immiſiſſe, ad-
ut ſeſſorem excuſſerit, & in eos
mpos dejecerit, qvi poſteà ab erro-
bus ejus Ἀλήιοι dicti fuerunt. Ex
o caſu claudus & cœcus factus
ellerophontes, vitam mœſtiſsimus
miſerrimus tandem finiit. Vide
hm. ζ. g. 6. Τὸ *αὐτῷ* vel eſt geniti-
us Doricus pro *αὐτοῦ*: vel Dativus,
m ι ſubſcripto. *Ald. & Pal. A. B. C.*
ibent *διασωπάσομαι.* Sicut &
hm. α. d. 6. eſt *σεσωπαμένον*, à *σω-*
πάω, pro *σιωπάω*.

D. 10. *τὸν δὲ ἐν Οὐλύμπῳ*] ſcilicet
Πήγασον. Notat autem deſcriptione
oëtica, Pegaſum inter ſidera eſſe re-
tum. Per *Φάτνας ἀρχαίας Ζηνὸς*,
telligit locum certum cœli, ubi Pe-
aſi ſidus conſtitutum eſt, tanqvam
vus ad præſepe alligatus: ubi enim
qvus eſſe debet, ibi & præſepe eſſe
nvenit. Minimè verò intelligit
æſepe, qvod eſt in aſteriſmo Can-
, longè à Pegaſo remotum, ut per-
ram judicat *Lonicerus.*

ε. 1. *Ἐμὲ δ' εὐθὺν*] Regreſsio ad laudes familiæ Xenophontis, cum Præciſione Digreſsionis prolixioris allegorica. Celebrat autem hujus familiæ laudes primò ab honeſto, qvia à Muſis jubeatur. II. à multitudine victoriarum Iſthmicarum & Nemeæarum, qvarum ſexaginta reportarunt diverſo tempore. Huic & ſeqventibus membris conciliat primò docilitatem, dum paucis multa ſe dicturum promittit: deinde benevolentiam & Attentionem, dum jurejurando ſe hæc affirmare poſſe ait, & ita narrationis veritatem pollicetur. III. à victoriis Olympicis, partim præteritis, qvas jam celebravit: partim futuris, qvas ſperat, & celebrandas promittit, & tandem Jovis Martiſq; auxilio committit. IV. à congerie aliarum victoriarum, v. g. Pythicarum, Argivarum, Thebanarum, Arcadicarum, Pellenearum, Sicyoniarum, Megarenſium, Æginenſium, Eleuſiniarum, Marathoniarum, Sicularum, Euboicarum, deniq; per totam paſsim Græciam plurimarum.

ε. 1. *ἱέντα*] ab *ἵημι*, *mitto*: non ab *εἶμι vado*, ut perperam reddidit *Lonicerus*, *itantem per telorum turbinem.*

ε. 1. *ῥόμβον*] id eſt *rotationem*, *rotatam ejaculationem*, à *ῥέμβειν*, id eſt, *in gyrum circumducere.*

ε. 2. *παρὰ σκοπὸν οὐ χρὴ*] Allegoricè intelligit, non decere *περιττολογεῖν*, & à propoſito ſcopo aliena afferre. Eadem autem Metaphorâ argumenta laudum, & vim Poëticam, *βέλεα* nominat, qva *ſuprà Olymp. α. & ζ*, *alibiq;*.

ε. 3. *καρτύνειν χεροῖν*] id eſt *firmiter & fixis oculis intendere, manuum miniſterio adhibito.*

 ε. 4. ἀγλα-

ε. 4. ἀγλαοθρόνοις] id eſt, *pulchras ſedes habentibus*, verbi gratia, in Parnaſſo, Helicone, Aonia, &c.

ε. 4. ἕκων] Doricè pro εἴκων, *cedens, obtemperans.*

ε. 5. Ὀλιγαιθίδαισιν] id eſt *familiæ Xenophontis, ex proſapia Oligæthi*, nobilis olim apud Corinthios viri.

ε. 10. ἀμφοτέρωθεν] id eſt in Nemeis & Iſthmiis.

ε. 10. ἀδύγλωσσος βοὰ] non qvòd tenella fuerit vox præconis, ſed propter gloriam, & gratum auditum publicè proclamatæ victoriæ. Solebant enim Hellanodicæ per Præcones Victorum nomina & patriam publicè proclamare. Subintelligendum autem eſt vel ἠχήθη, vel ἀνεκήρυξεν αὐτοὺς νικητὰς, vel ſimile qvid.

ε. 11. ἐσλοῦ] Doricè pro ἐσθλοῦ. Prior Syllaba hoc loco eſt corripienda, eadem ratione, qva *ſuprà Olymp.* Ϛ. *A.* 7.

ε. 5. εἰ δὲ Δαίμων γενέθλιος ἕρποι] *ſi Dæmon ſive genius in nativitate ipſi attributus procedere debet*, id eſt, ut *Philippus* reddidit, *ſi genuina fortuna procedat.* Creditum enim fuit, cuilibet à prima nativitate genium certum attribui. Vide *Nem. ε. γ.* 7.

e. 6. Διῒ τοῦτ', Ἐνυαλίῳ τε] *Jovi qvidem*, qvia Olympici ludi ipſi fiebant: *Marti verò*, qvia erat peculiariter cultus apud Eleos, utpote qvi Oenomaum ex Harpinna Aſopi filia genuerat: vel etiam qvia certaminum & armorum præſes eſt. Synizeſis eſt facienda in Διῒ: Ἐνυάλιος autem *Mars* dicitur, ab Ἐνυώ, qvæ eſt *Bellona, Dea belli*; id eſt *bellicoſus, bellipotens.* Ἡ Ἐνυὼ autem ἀπὸ τοῦ ἐνύειν, id eſt, *ab interficiendo & perimendo* nomen habet.

e. 7. ἐπ' ὀφρύϊ Παρνασσίᾳ] *in ſu[percilio] percilio Parnaſſio*, in vertice Parnaſſ[i] ad montem Parnaſſum, id eſt *in lud[is] Pythicis*, qvi Delphis prope Parna[ſ]ſum celebrabantur.

e. 8. ἀμφ' Ἄργει τε] i. e. in Ἡραίο[ις] ſive Junoniis, qvæ Argis celebraba[n]tur. De his *ſuprà ad Olymp.* ζ. *&* [...] dictum. Cæterùm legendum eſt cu[m] *Pal. A. B.* ἀμφ' Ἄργεΐ θ' ὅσ-σα &[c.]

e. 9. καὶ ἐν Θήβαις] id eſt in Hera[cleis] cleis & Iolæis: de qvibus etiam *ſup[rà] ad Olymp.* ζ *&* θ. dictum.

e. 10. ὅσα τ' Ἀρκάσι] Repetendu[m] ἀπὸ κοινοῦ, τὸ ἐν: Intelliguntur a[u]tem Λύκαια, de qvibus *ſuprà ad* [O]*lymp.* ζ *&* θ. meminimus.

e. 10. ἀνάσσων] id eſt *ſuperans*, *v[i]ctor evadens*: Iſt König worden. Sub[...] intelligendo τὸ ἔπραξε.

e. 11. Λυκαίου βωμὸς ἄναξ] id e[ſt] *ara Jovis Lycæi* in Arcadia, ad qva[m] τὰ Λύκαια celebrabantur. Τὸ ἄνα[ξ] *Lonicerus* refert ad ἀνάσσων, & re[d]dit, Arcadibus imperans rex, qvu[m] tamē nec Xenophon, nec ipſius ma[j]orum qvisqvam Arcadiæ domin[us] fuerit: niſi fortè de victoriæ glori[a] accipiatur. Rectiùs Alii referunt a[d] βωμὸς, *ara regina* id eſt *præcipua, nob[i]lis, inſignis præ cæteris.*

E. 1. Πελλάνα τε] id eſt in Theo[]xeniis ſive Hermæis, qvæ Pellenæ i[n] Achaia celebrantur, de qvibus *ſupr[à] ad Olymp.* ζ. *&* θ.

E. 1. Καὶ Σικυὼν] Sicyon urbs d[i]tionis Aſopiæ, ſive metropolis Sicyo[]niæ, non autem Bœotiæ, ut perperam annotant *Scholiaſtes, & Demetrius*, [&] hos ſecuti *Lonicerus & Aretius.* Ce[]lebrabantur autem ibi Pythia, a[d] imitationem Delphorum. Vide *Nem.* θ.

E. 2. Κα[...]

E. 2. Καὶ μέγαρα] Megara oppium Atticæ, ubi celebrabantur Διόλεια, & Pythia. Horum etiam Omp. ϛ facta fuit mentio.

E. 2. Αἰακιδᾶν τ' ἐυερκὲς ἄλσ☉] eſt Aegina inſula, de qva ſuprà, in ra Aeacus habitavit, ubi celebrantur Delphinia, & Αἰάκεια. ἐυερς autem ἄλσ☉ αἰακιδᾶν, hæc inla dicitur, vel propter mare qvo ıdiq; cingitur, vel propter Φιλοξευ & hoſpitii tutum præſidium, uti ponit *Scholiaſtes*: vel potiùs qvia opter aſperas cautes & cœca doraditu eſt difficillima Aegina, ut ſuà *ad Olymp. η.* annotavimus, ubi nc ipſam inſulam Poëta ἁλιερκέα ὑραι nominavit.

E. 3. ἅ τ' Ἐλευσὶς] ἡ Ἐλευσίς vel ευσίν, oppidum Atticæ, ubi Deetria celebrabantur, de qvibus *ad ymp. θ'.*

E. 3. Λιπαρά Μαραθὼν] oppidum ticæ, ubi τὰ ἡράκλεια celebraban- r, qvorum præmium erat phiala arntea. De his *Olymp. θ.* dictum. Λιπαρὰ autem idem eſt qvod πλȣσία, l etiam πολυθρύλλητ☉.

E. 4. ταί θ' ὑπ' Αἴτνας πόλιες καλλίπλȣτοι] intelligit Syracuſas oppim Siciliæ ad radices Aetnæ, ubi cerabantur Iſthmia, ad imitationem orinthiorum, qvorum coloni Sycuſani erant, ut & Crotoniatæ in lia, ducibus Archia & Myſcello: i qvum Delphos profecti eſſent oculum conſulturi, & interrogati, vitiás ne an ſanitatem mallent? reonderunt, Archias qvidem, divis: Myſcellus, ſanitatem. Juſsi q; ſunt, Archias qvidem in Sici- Syracuſas: Myſcellus verò in Italia Crotonem condere. Syracuſæ igitur eò opulentiæ progreſſæ, ut ipſarum divitiæ etiam in proverbium abierint: qvo reſpectu hîc πόλιες ὑπ' αἴτνας, καλλίπλȣτοι dicuntur. Crotone verò adeò ſalubris fuit aër, ut viros robuſtiſsimos & valentiſsimos produxerit, qvandoqvidem una Olympias ſeptem Crotoniatas victores exhibuiſſe memoratur, ut de Milone athleta Crotoniata taceatur: unde & proverbium extitit, *Crotone ſalubrior.* & *Extremum Crotoniatarum, reliqvorum Græcorum eſt primum*: ut videre eſt apud *Strabonem lib. 6.* Sie haben im kleinen Finger mehr krafft/als jene im gantzen Leibe. Notandum porrò, τ' πόλιες hîc facere tribrachyn, ∪∪∪, pro Trochæo, –∪.

E. 5. ἅ τ' Εὔβοια] Eubœa inſula maris Aegæi, à fertilitate dicta, ubi Geræſtia agebantur in honorem Neptuni, propter tempeſtatem aliqvando ad Geræſtum promontorium exortam & ſedatam: item Amarynthia, ad Amarynthum oppidum.

E. 8. ἢ ὡς ἰδέμεν] id eſt, ἢ ὡς γνῶναι, qvàm mente percipias.

E. 9. Ἀλλὰ κȣφοισιν ἐκνεῦσαι] Epilogus, qvo invocat Poëta Jovem, primò pro venia concludendi tot laudes tantùm non infinitas; deinde pro vita honeſta; & deniq; pro felicitate. Cæterùm, pro ἀλλὰ, legendum videtur, σὺ δὲ, ut metrum ſalvetur. Sed poteſt tamen & α ante λλ corripi, ut alibi monitum.

E. 10. Ζεῦ τέλει] *Camerarius* ita legit, Ζεῦ τέλε', αἰδῶ διδȣς, vel αἰδῷ τε δȣς.

E. 10. *αἰδῶ διδȣ̀ς*] *Pudorem & honeſtatem dans.* *Aldus* habet, *ἀλδῶ τε δίδοι* &c. fortè Typographi arbitrio, qvi ad herum ſuum *Aldum* v tum hoc accommodatum voluit: a planè potiùs errato.

ΕΙΔΟΣ ΙΔʹ.

’ΑΣΩΙΠΙΧΩι ’ΟΡΧΟΜΕΝΙΩι, ΠΑΙΔΙ Σταδιεῖ.

DEcimumqvartum & ultimum Olympiorum ε δ@,inſcriptum eſt Aſopicho Cleodami filio, ex Orchomeno B otiæ,ubi Minyæ habitarunt. Vicit is Olympiadem LXXVI; ſ dio ſeu curſu ſimplici, puerili.

Summa & Diſpoſitio hujus *εἴδȣς* hæc eſt.

Partes XIV εἴδȣς
- *Exordium habet invocationẽ Charitum pro gratia hymni*
  - *generalem, qvia eas celebrat*
    - *1. à loco religioſæ culturæ, Orchomeno, qvam laudat*
      - *à vicinitate Cephiſi.*
      - *à ſtudio rei eqveſtri*
      - *à celebritate.*
      - *ab antiqvitate.*
    - *2. à dignitate inter homines, qvum ſint ἀοίδιμοι.*
    - *3. ab officio ſpeciali, qvòd ſint* Μινυῶν ἐπίσκοποι.
    - *4. ab officio generali in diſpenſanda*
      - *inter homines*
        - *ſapientia.*
        - *pulchritudi*
        - *autoritate.*
      - *in divinis, gratia in*
        - *choris.*
        - *conviv*
      - *communiter re qvalibet.*
    - *5. à dignitate inter Deos, qvòd juxta Apollinem ſedeant.*
  - *ſpecialem, ad*
    - *Aglaiam.*
    - *Euphroſynen.*
    - *Thaliam,*
    - *ut Patri Cleodamo apud inferos mam victoriæ filii adfem*
- *Propoſitio*, Aſopichus eſt laudandus. *Additur modus*
  - κώμῳ κȣ̃φα βιβ
  - ἐν Λυδίῳ τρόπῳ
  - ἐν μελέταις.
- *Confirmatio,*
  - *1. qvia vicit Olympia.*
  - *2. qvia patriæ decus peperit.*

In hoc ergò *εἴδει* non tàm Aſopichus, qvàm Charites laudantur Exordium prolixius eſt reliqvis præcipuis partibus; & Ἀποστροφὴ ad fin anne

ınexa Poëticæ potiùs œconomiæ qvàm laudi victoris inſervit. Unde col-
;itur, perſonam Aſopichi juvenis aliàs non multum materiæ laudis Poëtæ
ppeditaſſe: ideoq; generales potiùs & alienas laudes qvàm proprias ab
o tractatas fuiſſe.

Metricam rationem qvod attinet, non eſt hoc εἶδος ἐπῳδικὸν, ut præ-
dentia, ſed μονοςροφικὸν, duabus ςροφαῖς diverſorum metrorum, ſine
πςροφαῖς & ἐπῳδοῖς, incluſum. Μονοςροφικὸν dicitur, non qvòd uni-
n ςροφὴν habeat, ut ſcribit *Lonicerus*, ſed ſolam ſine ἀντιςροφῇ & ἐπῳ-
. Typi verò metrici hi ſunt:

ςροφὴ α.

. – – ∪ – ∪ ∪ – ∪ –
. – – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ –
. – – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪ ∪ – –
. ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪
. ∪ – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ –
. – ∪ – – ∪ ∪
. – ∪ – – ∪ – ∪ – – ∪ ∪ –
. – ∪ – – ∪ ∪ –
. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ ∪
. ∪ – – ∪ – ∪ ∪
. – – ∪ ∪ – ∪ ∪
. – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
. – ∪ – ∪ – ∪ – ∪
. ∪ ∪ ∪ – – ∪ – ∪ –
. – ∪ – – ∪ ∪ –
. ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
. – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – –
. ∪ – ∪ – ∪ – ∪

ςροφὴ. β.

1. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪
2. – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – – – ∪
3. ∪ – ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
4. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪
5. – ∪ ∪ – ∪ – ∪ –
6. – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – –
7. – – ∪ ∪ – ∪ –
8. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪
9. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ ∪ – ∪
10. – ∪ – ∪ ∪ – – ∪ ∪ ∪ –
11. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪
12. – ∪ ∪ – ∪ – ∪
13. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ ∪ – ∪
14. ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
15. – – ∪ ∪ – – – ∪ ∪ ∪
16. – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪ – ∪
17. ∪ – ∪ – –

Στροφὴ *prior* ὀκτωκαιδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt Dimetrum hy-
rcatalecticum, ex Epitrito tertio & Pæone tertio. II. Trimetrum catalecticum, ex
itrito tertio, Pæone tertio, & Epitrito ſecundo. III. Trimetrum hypercatale-
cum, ex Ionico à maiore, Ditrochæo & Choriambo. IV. Dimetrum catalecti-
m, ex duobus Pæonibus qvartis. V. Trimetrum catalecticum. ex Dijambo, Pæ-
e tertio, & Ditrochæo. VI. Dimetrum brachycatalecticum, ex Epitrito ſecun-
, & Ionico à minore. VII. Trimetrum acatalecticum, ex Epitrito ſecundo, Di-
mbo, & Choriambo. VIII. Dimetrum catalecticum, ex Epitrito ſecundo, & Io-
co à minore. IX. Trimetrum catalecticum, ex Choriambis duobus, Pæone ter-
 interiecto. X. Dimetrum catalecticum, ex Antiſpaſto & Choriambo. XI.
imetrum catalecticum, ex Ionico à majore & Choriambo. XII. Dactylicum
ϖθημιμερές. XIII. Dimetrum acatalecticum, ex duobus Ditrochæis. XIV. Di-
etrum hypercatalecticum, ex Pæone qvarto & Ditrochæo. XV. Dimetrum ca-*

Vu *talecti-*

talecticum, ex Epitrito ſecundo & Ionico à minore. XVI. Trimetrum catale[cti]cum, ex Pæone tertio, & duobus Ionicis à minore. XVII. Dimetrum hyper[ca]talecticum ex Choriambo, & Dijambo. XVIII. Dimetrum catalecticum ex d[uo]bus Dijambis.

Στροφὴ *poſterior* ἑπτακαιδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt Tri[me]trum catalecticum, ex Ditrochæo & duobus Dijambis. II. Trimetrum catale[cti]cum, ex Choriambo, Dijambo & Ionico à majore. III. Trimetrum brachycata[le]cticum, ex Dijambo, Choriambo, & iterum Dijambo. IV. Dimetrum hypercata[le]cticum, ex Ditrochæo & Dijambo. V. Dimetrum acatalecticum, ex Choriam[bo]* &

ΕἸΔΟΣ ΙΔʹ.

ʼΑΣΩΠΙΧΩι ʼΟΡΧΟΜΕΝΙΩι, ΠΑΙΔ[Ι] Σταδιεῖ.

εἶδος μονοστροφικόν.

α. τὰ ιη κῶλα.

ΚΑφισίων ὑδάτων λαχοῖ-
σαι, αἵτε ναίετε καλλίπωλον ἕ-
δραν, ὦ λιπαρᾶς ἀοίδιμοι βασίλειαι
Χάριτες ʼΟρχομενοῦ,
παλαιγόνων Μινυᾶν ἐπίσκοποι,
κλῦτ᾽, ἐπεὶ εὔχομαι.
Σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα
γίνεται πάντα βροτοῖς:
εἰ σοφός, εἰ καλός, εἴ τις ἀγλαὸς
ἀνήρ. Οὔτε γὰρ Θεοὶ
σεμνᾶν Χαρίτων ἄτερ
κοιρανέοντι χορούς,
οὔτε δαῖτας: ἀλλὰ πάντων
ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
χρυσότοξον θέμεναι
παρὰ Πύθιον ʼΑπόλλωνα θρόνους,
ἀέναον σέβοντι πατρὸς
ʼΟλυμπίοιο τιμάν.

Dijambo. VI. ut XVII prioris; vel etiam ut præcedens, niſi qvòd eſt hyper- zlecticum. VII. Dimetrum catalecticum, ex Ionico à majore & Ditrochæo. 'II. Trimetrum catalecticum Dactylicum. IX. Tetrametrum catalecticum, Pæone tertio & ſecundo, Ditrochæo & Dijambo. X. Trimetrum catalecticum, Ditrochæo, Antiſpaſto, & Ionico à minore. XI. ut octavum. XII. Dimetrum alecticum ex Choriambo & Dijambo. XIII. Trimetrum acatalecticum, ex duo- Pæonibus tertiis, & interpoſito Dijambo. XIV. Dimetrum acatalecticum ex tiſpaſto & Dijambo. XV. Trimetrum brachycatalecticum, ex Ionico à majore, trito qvarto & Icnico à minore. XVI. Trimetrum catalecticum, ex Choriam- & duobus Dijambis. XVII. Monometrum hypercatalecticum ex Dijambo.

ODA XIV.

SOPICHO ORCHOMENIO, PUERO, ſtadii-curſori.

Monoſtrophica, col. 18 & 17.

α. Cola 18.

CEphiſias aqvas ſorti-
tæ, qvæq; inhabitatis pulchris-eqvis-nobilē ſe-
dem, ô ſplendidæ celebres Reginæ
Gratiæ Orchomeni,
antiqvorum Minyarum præſides,
audite, qvoniam preces-fundo.
Per vos enim qvæ *delectabilia & dulcia* ſunt,
eveniunt omnia hominibus:
ſi ſapiens, ſi pulcher, ſi qvis ſplendidus
vir eſt. *Neqve enim Dii*
venerandis abſqve Gratiis
regunt choros,
neqve convivia: ſed omnium
diſpenſatrices operum in cœlo,
aureo-arcu-inſignem habentes
juxta Pythium Apollinem thronos ſuos,
ſempiternum colunt Patris
Olympii honorem.

ε. τὰ ιζ. κῶλα.

Πότνι' Ἀγλαΐα, Φιλησίμολπέ
τ' Εὐφροσύνα, Θεῶν κρατίϛȣ παῖδες,
ἐπάκοοι νῦν: Θαλία τε ἐ-
ρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε
κῶμον ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ
κȣ̃φα βιβῶντα, (Λυδίῳ γὰρ
Ἀσώπιχον ἐν τρόπῳ,
ἐν μελέταις τε ἀείδων,
μόλον: ȣ̃νεκ' ὀλυμπιόνικος ἁ Μινύεια
σεῦ ἕκατι) μελαντειχέα δόμον
ΠερσεΦόνας ἴθι ἀχοῖ,
πατρὶ κλυτὰν Φέροισ' ἀγ-
γελίαν, Κλεόδαμον ὄΦρα ἰδοῖσ', ὑ-
ὸν εἴπῃς, ὅτί οἱ νέαν
κόλποισι παρ' εὐδόξοιο Πίσας
ἐϛεΦάνωσε κυδίμων ἀέθλων
πτεροῖσι χαίταν.

COMMENTARIUS.

KΑΦισίων ὑδάτων λαχοῖσαι] Partes hujus XIV & ultimi Olympiorum εἴδȣς ſunt tres: Exordium, Propoſitio, & Confirmatio. In Exordio Invocationem ad Charitas pro gratia ſui hymni inſtituit geminam; unam generalem, qva eas celebrat I. à loco religioſæ culturæ, Orchomeno ſcilicet Bœotiæ, qvam illuſtrat & exornat qvatuor argumentis, 1. à vicinitate Cephiſi fluminis. 2. à ſtudio rei eqveſtris. 3. à ſplendore & celebritate. 4. ab antiqvitate. II. [...]gnitate inter homines, dum ἀοιδί[...] nominat. III. ab officio ſpeci[...] qvòd ſint βασίλειαι Ὀρχομεν[...] Μινυᾶν ἐπίσκοποι. IV. ab of[...] generali, in diſpenſandis variis [...]nis, 1. inter homines, verbi gratia [...]pientia, pulchritudine, auto[...]te: 2. in rebus divinis, ut grati[...] Choris & Conviviis ſacris: de[...] in re qvalibet. V. à dignitate i[...] Deos, qvòd juxta Apollinem ſe[...] ſuam habeant. VI. à pietate e[...] Jovem patrem. Alteram ſpecial[...]

Ϛ. Cola 17.

ô *veneranda Aglaia, hymnorumq́-a-*
mans Euphroſyna, Deorum potentiſsimi filiæ,
exauditrices nunc eſtote: tu *Thaliaq́ can-*
tuum-amans, conſpicata hunc
chorealem-hymnum ob propitiam ſortem
leviter incedentem, (Lydio enim
Aſopichum in modo,
inq́ præmeditatis-carminibus celebrans
veni: qvoniam Olympica-victrix Minyea urbs
te propter.) nigros-muros-habentem domum
Proſerpinæ accede cum-reſonantia,
Patri celebre afferens nun-
cium, Cleodamum ut conſpicata, de *fi-*
lio dicas, qvòd ſibi juvenilem
receſſus apud illuſtris Piſæ
coronaverit inclytorum certaminum
alis cæſariem.

va Charitas rogat, ut Patri Aſopi-
hi Cleodamo apud inferos, famam
e victoria Filii adferant.

α. 1. Καφισίων ὑδάτων] Cephi-
ıs fluvius Orchomenum Bœotiæ
lluens, ubi præcipuè Charites cole-
bantur, utpote qvibus ibi Eteocles
ilius Andrei, vel ut à qvibuſdam cre-
itus fuit, ipſius Cephiſi, ſacra fecit,
t teſtatur *Pauſanias lib.* 9. & *Strabo*
ib. 9. Hinc *Theocritus Idyll.* 26. ἐτεο-
λέιας θεὰς appellavit. Syllaba ſe-
unda aliàs per ι ſcribitur, Κηφισὸς,
vam hîc aliqvi codices per η ex-
reſſerunt.

α. 2. καλλίπωλον ἕδραν] Eqvorum
enim ſtudioſi, & re eqveſtri valen-
tes, Orchomenii fuerunt, belloq́;
potentes; qvod vel Ergini, cujus
ſuprà Ol. δ'. fuit facta mentio, victo-
ria, qva Thebanos ſibi tributarios fe-
cit, ſatis oſtendit.

α. 4. χάριτες] Deæ Poëtis tres
ſunt, filiæ Jovis & Eurynomes, jux-
ta *Heſiodum in Theog:* qvarum no-
mina poſteà recenſentur. Alii
alium earum numerum, alia nomi-
na, alioſq́; parentes prodiderunt, de
qvibus, ut & reliqvis qvæ de Chari-
tibus ſolent dici, partim apud *Pauſ.*

lib. 9. & *Strabonem lib. 9.* partim apud *Mythologos* videri poteſt.

α. 4. Ὀρχομϱ̃ϛ] Plures ſunt urbes hujus nominis, in Theſſalia, in Macedonia, in Caryſtia, in Arcadia, & cujus hîc fit mentio, in Bœotia, qvæ Μινύειος & Poetis μινυήιος cognominatur. Dicta eſt hæc Orchomenus ab Orchomeno Minyæ filio, loci illius domino: à cujus Patre Minya, μινύαι Orchomenii ſunt nominati, qvos hîc propter antiqvitatem παλαιγόνȣς vocat. Λιπαρὰ dicitur, propter divitias. Vide *Iſth. α. γ. ι.*

α. 11. σεμνᾶν] partim ratione virginitatis, partim ratione candoris.

α. 13. χορȣ̀ς ὄτε δαῖτας] neqve Choros, neq; convivia ſacra, Diis in ſacrificiis inſtituta. *Scholiaſtes* pro χορῶν & δαιτῶν poni cenſet.

α. 14. ἐν ȣ̓ρανῷ] *Demetrius* refert ad θέμϱαι: alii ad ἔργων.

α. 16. παρὰ Πύθιον Ἀπόλλωνα] Delphis enim ad dextram Apollinis ſtatuæ Charitum poſitæ fuerunt, ut *Scholiaſtes* annotat.

β. 3. ἐπάκοοι νῦν] ſcilicet γίνεσθε.

β. 4. ἴδοῖσα] Heteroſis Numeri pro ἴδοῖσαι. Vel etiam more aliàs non infreqventi, referendum ad ſingulas Charitum, ἴδοῖσα ὦ Ἀγλαΐα, ἴδοῖσα ὦ Εὐφροσύνα, ἴδοῖσα ὦ Θαλία: vel etiam ut ſumma ipſarum concordia notetur. Vel ad ſolam Ἀγλαΐαν.

β. 5. κῶμον] id eſt, ὕμνον ἐγκωμιαστικόν.

β. 6. Λυδίῳ γὰρ Ἀσώπιχον] Propoſitio, *Aſopichus eſt laudandus.* Hanc Propoſitionem illuſtrat triplici modo; primò κώμῳ κȣφα βιβῶντι, i. e. ἐγκωμίῳ propter feliciter partam victoriam facilè & leviter incedentem. Deinde ἐν Λυδίῳ τρόπῳ, modo Lydio. Tertio, ἐν μελέταις, diligenter, adhibito accurato ſtudio.

β. 6. Λυδίῳ ἐν τρόπῳ] *Modo Lydio* puerili ætati conveniente. Etſi enim *Socrates apud Platonem lib. 3. de Rep.* ἁρμονίαν τὴν Λυδιστὶ, ut & τὴν Ἰαστὶ, μαλακὴν vocat & συμποτικὴν, item χαλαρὰν ſeu effœminatam, ideoq; puerili ætati interdicendam cenſet: Tamen rectè eum à peritis Muſices reprehenſum *Ariſtoteles lib. 8. c. 3. de Rep.* ſcribit, qvum διὰ τὸ δύνασθαι κόσμον τ' ἔχειν ἅμα καὶ παιδείαν, maximè deceat τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν, & neq; μαλακȣ̀ς, συμποτικȣ̀ς & χαλαρȣ̀ς per ſe faciat, neq; ſimpliciter ipſa talis ſit, ſed potiùs ut *Plutarchus* habet *in Præceptis Polit.* θρηνώδης ſit & φιλοπενθής. Vide *ad Nem. δ. β. 8.*

β. 9. Οὕνεκ' Ὀλυμπιόνικος] Confirmatio Propoſitionis, duas habens rationes, I. Qvia vicit Olympia ſtadio juvenis: II. Qvia Patriæ illa victoria decus peperit.

β. 9. ἁ Μινύεια] i. e. Orchomenus Bœotiæ. *Brubachiana* perperam habet ἀμινύεια.

β. 10. σεῦ ἕκατι] Hoc ad Thaliam refertur; non autem eſt ἀποστροφὴ ad Aſopichum, ut aliqvi volunt. Et his verbis clauditur parentheſis, cujus initium fuit, Λυδίῳ γὰρ &c.

β. 11. ἴθι] *Pal. C. & Ald.* ἐλθέ. Scholion pro textu.

β. 11. Ἀχοῖ] Caſus ſextus eſt, Doricus, pro ἠχοῖ, *cum reſonantia.* Eſtq; *appellativè* accipiendum. *Vulgata verſio*, ut & *Philippus* atqve *Lonicerus*, ut *Proprium* accipiunt, in Vocativo poſitum, *ô Echo*, vel *ô Fama.* Qvaſi Apoſtrophe ſit *ad τὴν ἠχώ*, vel *Famam*, qvum ſit continuatio ſermonis

d Thaliam : ὦ Θαλία ἐρασίμολπε, ἰδοῖσα τόνδε κῶμον, μελαντειχέα δόμον Περσεφόνας ἴθι ἀχοῖ, πατρὶ φέροισ᾽ ἀγγελίαν. *Lonicerus* diſertè ad-it eſſe Apoſtrophen *ad Famam*: & ἀχοῖ eſſe *Vocativum Doricum* pro ὦ ἠχώ, ω in οῖ mutato. *Ineptiſſimè.*

Ε. 13. ὄφρα ἰδοῖσα] *Pal. A. B. C. & Ald.* ὄφρ᾽ ἰδοῖσα. Ita fiet κῶλον. 13. Ε. rimetrum catalecticum ex Pæone ertio, & duobus Dijambis.

Ε. 14. υἱὸν εἴπῃς] i. e. περὶ υἱοῦ εἴπῃς. erſona pro Re. Non enim filium ſi nominare debet, ſed victoriam ꞏus. Uſitatum enim eſt Græcis, *ad rba Dicendi ſeu Narrandi ſubjungere ccuſativum perſonæ , & deinde demum inferre rem quæ de ea dicenda vel narranda eſt.* Sic εἰπέ μοι τὸν Πολύδωρον εἰ ζῇ. pro, εἰπέ μοι εἰ ὁ Πολύδωρος ζῇ.

Ε. 14. 17. νέαν χαίταν] Inde colligitur, qvòd Juvenis vicerit. ἡ χαίτη hîc Homini tribuitur; aliàs plerunqve brutis, ut porcis & eqvis.

Ε. 16. ἐστεφάνωσε] *Lonicerus* rectè de ipſo Aſopicho accipit: qvum τὸ οἱ poſſit eſſe Reciprocum. Alii incommodiùs ad Charitum aliqvam referri volunt.

Ε. 16. κυδίμων ἀέθλων πτεροῖσι] i. e. corona victorialia Olympica, qva tanqvam alis pernicibus totum orbem pervolat.

Θεῷ δόξα.

ΤΩΝ ΟΛΥΜΠΙΟΝΙΚΩΝ ΤΟΥ ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΤΕΛΟΣ.

PINDARI
PYTHIO-
nicæ.

EPISTOLA
CASPARIS PEUCERI AD CHRI-
STOPHORUM à CAROLOWITZ, Conſiliarium Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, & inclyti Regis Rom. Hungariæ & Boiemiæ, &c.

Præfixa olim Latinæ Verſioni Dn. Philippi Melanchthonis.

NEceſſe eſt diſcernere genera doctrinarum: ſapi-
entiæ politicæ, qvæ ex lege, id eſt, notitiis, qvæ
divinitus inſitæ ſunt univerſo generi humano, o-
ritur: & ſapientiæ qvæ eſt Evangelii propria,
ſ Eccleſiam Dei à cæteris gentibus diſtingvit. De hoc
liſcrimine ut juventus commonefiat, ſæpè & libenter recito
ngeli Politiani *ſermonem* de Pindaro & Davide, *propha-*
um qvidem, ſed communem valde multis, omnibus tempo-
ibus, qvi Eccleſiam Dei non nôrunt. Qvum enim interro-
aretur Politianus, *qvid* de Davidis Pſalmis *judicaret?*
go verò, *inqvit*, illa antiqva poemata plena ſapientiæ eſ-
video. Sunt ibi omnium virtutum præcepta, ſunt
ommonefactiones de providentia, comminationes de
celeratorum pœnis, & promiſsiones de juſtorum præ-
niis & protectione. Inſertæ ſunt & veteres hiſtoriæ illius
entis, & ut traderetur memoria vetuſtatis poſteris, & ſi-
nul pœnarũ & defenſionis exempla in conſpectu eſſent.
Ianc ſapientiam magnifacio, *inqvit*, utilem vitæ & mo-
bus: & figuras in ſua lingva concinnas eſſe exiſtimo. Et
lim harmoniæ additæ ſunt ad ciendos animorum mo-
is accommodatæ. Sed in Pindaro, *inqvit*, res eædem
ulcius narrantur, & exemplis ſplendidiùs illuſtrantur.
Iac Politianus.

Etſi autem in Pindaro, ut poſtea dicam, ſententiæ ſun
de moribus, & de pœnis ſceleratorum, cum lege divina
congruentes, qvia legis notitia nobiſcum naſcitur: & ſim
les qvædam ſunt in Pſalmis: tamen longè alia eſt Pſa
morum ſapientia. *In hac deducimur ad verum Deum,*
non ad commentitia numina: & repetitur promiſſio de F
lio Dei, Domino noſtro JESU Chriſto, & de reconcilia
tione.

Hoc diſcrimen Pſalmorum & Pindari initiò con
ſiderandum eſt. *Poſtea cogitetur*, ad qvid proſit Pind
ri lectio. *Ut multi alii poetæ & ſcriptores hiſtorici extra*
Eccleſiam, narrant alii alias hiſtorias, & intexunt ſente
tias & admonitiones vitæ utiles, ut Homerus, Herod
tus, & alii: *ita* Pindarus *magnam partem veteris Græcæ h*
ſtoriæ recitat, Pelopidas, Argonautas, Aeacidas, qvoru
memoria præcipuè delectatur. Nam ordine Æacum, d
inde Pelea, Telamonem, Achillem & Aiacem prædicat. La
dat & urbes, & qvarundam initia commemorat: ut Cyr
nes & Thebarum. Athenas qvum præ cæteris laudaſſet, ir
ti Thebani multam ei indixerunt: qvam Athenienſes, qvu
nollent ei officium, qvod ipſis tribuerat, damno eſſe, ſolv
runt.

Legatur ergo Pindarus propter veterem hiſtorian
præſertim qvum multa narret, qvæ nuſqvam alibi e
tant. *Qvædam interdum fabulis involvit, ut qvum ai*
Tantalum punitum eſſe, qvòd adhibitus ad Deorum
pulas, Ambroſiam furatus ſit: *qvo involucro ſignific*
aliqvam religionis violationem. Bellerophontem, *i*
qvit, qvum Pegaſo vectus ſæpè viciſſet magnos hoſtiu
exercitus, tantis elatum ſucceſſibus, Pegaſo voluiſſe i
tra cœlum vehi: ſed excuſſum, in terram delapſum eſ
& crus fregiſſe, ac poſtea mœrore extinctum eſſe: *q*
pictur

ictura ſignificat, infelices eſſe conatus omnium hominum, vi erumpentes extra metas ſui loci, altiora concupiſcunt: t exempla oſtendunt omnibus ætatibus. Antonius non ontentus dimidia Imperij Romani parte, qvum ſolus renare vellet, prorſus opprimitur. Et conſtat, hanc ſalutarem admonitionem etiam divina autoritate traditam eſſe. ubet enim Paulus *eo* nos excellere, videlicet ſtudio qvies,& propria faciendi: *ſignificans, ambitioſas naturas excellentiam qværere contrario modo, ſcilicet ſtudio turbandi rdinem gubernationis, & erumpendi extra metas proprij fficij.*

Hiſtorijs verò intexit ubiq; graviſsima præcepta: *præcipuè de Juſtitia, & de Modeſtia, de pœnis injuſtè raentium aliena: & eorum qvi ſtulta ambitione moti, non eceſſaria bella movent. Graviſſimè inqvit,* Ἔα πόλεμον, ἔα μάχαν χωρὶς θεοῦ. *Ac ſæpè monet, eas pœnas n caſu accidere, ſed divina providentia regi, & ordine dinitus ſancito ſcelerum comites eſſe.*

Talis fuit vetus ſapientia, narrationi hiſtoriarum adre præcepta, ut vitæ regulas cum illuſtribus exemplis conngerent: & homines perterrefactos mirandis ruinis pontium Regum & Principum, ad juſtitiam & modeſtiam cerent.

Virgilius, *paucis verbis mutatis, ſumpſit* à Pindaro *ſententiam, qvæ eſt velut argumentum univerſæ mundi hiſtoriæ:*

Diſcite juſtitiam moniti,& non temnere Divos.

unc vocem ait Pindarus *aſſiduo clamore repetere cruenm Ixionem, in rota jacentem: ut exemplo ſuæ pœnæ dint homines, eſſe Providentiam vindicem ac punientem lera: nec laxent frenos cæcis & errantibus cupiditatibus, l ſemper intueantur lucentem in mentibus notitiam divi-*

nitus accenſam, qvæ diſcernit juſta & injuſta: & ſeveriſſimè præcipit juſta, & prohibet contraria.

Aliqvid in naturis non monſtroſis conducunt ad regendos mores, crebra cogitatio de virtute, lectio & conſideratio exemplorum, & diligentia excitata lectione & voce ſapientum, adſuefaciens animos ad curam frenandi immoderatos impetus. Et magis penetrant in animos talia ſcripta in qvibus dulciſſimè mixta ſunt hiſtorijs præcepta: qvod qvum in Pindaricis carminibus ſplendidiſſimè & ſuaviſſimè fiat, nihil dubium eſt, eorum lectionem bonis naturis valdè prodeſſe.

Multa Dircæum levat aura cygnum,
Tendit Antoni qvoties in altos
Nubium tractus: —— *inqvit* Horatius:

qvod veriſſimum eſſe, Lectores animadvertent, qvum videbunt Pindarum, ſumpta occaſione ex urbis aut familiæ alicujus origine, relicto humili argumento, velut evolantem in ſublimem ætheream regionem lætiſſimo cantu, veteres hiſtorias celebrare.

Sæpè igitur juventus hunc cygnum audiat. Sæpè legat ejus dulciſsima carmina, *qvæ omnibus temporibus gratiſſima ſapientibus fuerunt.* Alexander Macedo *vulneratus, agnovit militem Thebanum eſſe, qvi procul magno clamore qvaſi conſolaturus Regem, pronunciavit* verſum Pindari, ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν. *Nec arbitror tantùm ſono motum eſſe Alexandrum, qvi Bœotijs communis erat: ſed verſum inſignem agnoviſſe. Nec vetuiſſet Pindari domum deſtrui, in excidio Thebarum, niſi dulciſſimis eius ſcriptis delectatus eſſet. Nota ſint igitur & noſtræ Juventuti. &c.*

Προσ

Προσφώνησις

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM,

quum

AD PYTHIORUM PINDARI auſcultationem invitaretur.

στροφὴ κώλ. ι.

Κ'Αλλιστον, ὦ Ἑλικωνιάδων θεράποντες ὀτρηροί,
ὁ ΠΙΝΔΑΡΟΣ προοίμιον
πέλεται δία τῶν Ἀοιδῶν γενεᾷ, ἀοιδάων ἄωτον εὐθαλέα αὐτοῖσι βαλέσθαι.
Ἐπεὶ τίνα Μελοποιόν, τίνα
τε Τραγῳδόν, τίνα δ' ἄλλον
ὀνυμάξομαι, Ἑλλάδι
πυθέσθ' ἐπιφανέστερον;

ἀντιστρ: κώλ. ι.

Ξύμπασι μὲν γὰρ ὁμιλέει
Πινδαρικῆς λύρας αἶνος
σοφοῖσιν: οὐ γλυκεῖα ποικιλογνώμων, τρητὸν μελισσάων
ἀμείβεται φρὴν τὸν πόνον. Πνοαὶ
δὲ μάλα Διρκαῖον ἀείρει
Κύκνον, στεφάνου δαφνείοιο ἄξιον: ἤπω κατὰ πουλύπλοκα Διθυράμβων ἀποκυλινδέμεν ἐπείγεται

ἐπῳδ:

ἐπῳδ: κώλ: ιϛʹ.

ζεύγματα, λέξιας νεοσιγάλȣς:
ἠὲ Φερενίκων ἀνδρῶν ἀρετὰν
ἀγλαΐαν τε, κωμάζει,
ὕμνοισιν ἀναξιφορμίγγεσσιν
ἀείδων: ἢ Θεῶν αὐτῶν δύναμιν δί-
καν τε κελαδεῖ: ἢ καὶ καλλιπλȣ́-
τȣς πόλιας γεραίρει. Ἄσχολος δ' εἰμὶ
μακραγορίαν πᾶσαν ἐπαίνων Θηβαγε-
νȣ͂ς τȣ́τȣ ἀναθέμεν: μὴ τάχα
κνίσῃ κόρος ἐλθών.
Τῇ νέᾳ δ', ὦ Ἀκροαταί, Ὀλυμπίων εὐ-
πραγίᾳ χαίρω, ἀχθόμενός περ τȣ͂ καλὰ
ἔργα ἀμειβομένȣ φθόνȣ.
Αὐτὰρ τȣ͂γε Μελοποιȣ͂,
ἑξῆς, ξὺν Θεῷ, ἐξηγητὴς,
ἑρμηνείαν ποιήσομαι ΤΩΝ ΠΥΘΙΩ[N]

P. P.

a. d. XXV. Octobris, Anno Chriſt[i]
M. DC. VII.

IN PYTHIA PINDARICA,

προλεγόμενα.

SEcundum τμῆμα operis Pindarici, vel Πύθια ab ipſis ludis; vel ſecundum Caſaub. c. 3. Theocrit. lect. verius Πυθιονῖκαι, à perſonis victricibus inſcribitur.

Ut autem eò expeditius εἴδη hujus ſecundæ partis explicare queamus: ut in prima parte de Olympiis fecimus; ita ic de Pythiis aliqvid in genere præmittemus; Nemeis & Iſthmiis ad ſua ca reſervatis.

Dicta autem ſunt τὰ Πύθια, & ἀγῶνες πύθιοι, vel ab Apolline Py-io, vel à Delphis, qvi & πυθώ appellabantur.

Apollo autem Pythius, vel ἀπὸ τοῦ πυθέσθαι nomen accepit, ut vult trabo libr. 9. id eſt, à percontando, ſciſcitando, ſeu interro-ando, qvòd ſciſcitandi gratia iretur ad Apollinem Pythium, ius oraculum Delphis erat celeberrimum. Sed hoc ἔτυμον Ma-obius lib. 1. Sat. cap. 17. improbat: & repugnare videtur primæ llabæ tempus. Τὸ Πύθια enim producit primam, qvum τὸ Πυθέσθαι ean-m corripiat: tametſi Strabo exemplo temporis in aliis nonnullis Deri-atis mutati, defendi poſſe putet. Vel ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, qvod idem eſt ῷ τὸ σήπεσθαι, id eſt, à putreſcendo, qvòd putredo non ſine vi caloris it, cujus fons Sol eſt, qvi per Apollinem mythologicè notatur. Qvod υμον præcipuè probat Macrobius loco citato, fabula ſerpentis, de qva ſteà dicetur, huc accommodata: & Pauſ. Phoc. idem ἔτυμον adducit. l qvaſi πύματον θέων, qvod ἔτυμον tum tantùm locum habere, Ma-obius ex Cornificio affirmat, qvando Sol eſt in Tropico Cancri vel pricorni, & utrobivis extremum circulum diurnum deſcribit, hîc Au-ralem, illic Borealem. Vel à Tityo, violento illo Panopenſium & elphorum olim tyranno, qvem Latonæ vim intentantem Apollo filius terfecit: unde nonnihil immutato nomine, à Tityo, Pythius appellatus nnullis videtur, præſertim qvum Pythonis ἀναίρεσις, de qva jam dice-r, mox ſubſecuta fuerit. Vel à Pythone, oraculi Delphici qvondam æſide, qvem hominem intolerabilem, & propterea Δράκοντα cogno-inatum, ac rogantibus Parnaſſiis ab Apolline ſagittis confixum fuiſ-

ſe, Fphorus *ſcripſit citante* Strabone lib. 9. *Alii reverà Dracone*
horrendum fuiſſe, cum fabulis contendunt, qvorum ſententia apud C
vidium lib. 1. Met. *videri poteſt. Vel deniqve* ὰπὸ τῆς Πυθοῦς *vel* Π
θῶνος, *id eſt, à Delphis, ubi celebratiſſimum oraculum habuit, ut ſit*
pollo Pythius, idem qvi Delphicus: ſicut aliàs Apollo, Clarius, à Clar
Patăræus, à Pataris, ab aliis locis, alio cognomine notatur. Qvod e
mon reliqvis omnibus eſt veriſimilius, qvorum primum, temporis
pugnantiam; alterum, ignobiliorem operationem τῆς σήψεως, *habe*
reliqva nimis longè ſunt petita. Ab hoc ergò Apolline Pythio, una
cunqve ſanè dicto, τὰ Πύθια *nomen acceperunt, qvòd in honore*
ejus celebrata fuerint.

Delphi verò, qvi anteà Nape, à convallibus & ſaltibus vicin
& poſteà Petreeſſa, (πετρήεσσα), *qvòd urbs in loco ſaxoſo, & cliv*
eſſet; Pauſ. l. 10. *hinc hoc ipſo uſitato nomine Delphi, à Delpho Apolli*
filio, dicebantur; tandem Πυθοῦς & Πυθῶνος *appellationem ſortiti ſu*
non qvidem à Pythone illo, ſive ſerpente, ſive homine crudeli: non eti
à πύθεσθαι, *id eſt, à computreſcendo, qvòd Python ab Apolline interempt*
ibidem cõputruerit: ſed à Pythi, Delphi filio, Apollinis nepote, ut Pauſ.
Phocaicis *teſtatur. Erant autem Delphi, ſeu* Πυθώ, *vel* Πυθών, *oppid*
Phocidis liberũ, ſub Parnaſſo monte, ad latus eius Auſtrinũ, oraculo Ap
linis in terris clariſſimum: (Plin. l. 4. c. 3.) *de qvo alibi dicendi lo*
erit. Ab hac ergò Πυθοῖ *ſeu* Πυθῶνι, *qvi* Πύθια *nominarunt, ad locu*
ipſum reſpexerunt, in qvo inſtituta & celebrata fuerunt; ſicut & τὰ
λύμπια, Νέμεα & Ἴσθμια, *à locis nomina traxerunt.*

Primitus autem hi ludi inſtituti fuerunt, non ab ipſo, ſive tyran
ſive ſerpente, Pythone, qvum adhuc oraculi Delphici cuſtodiam ager
ut à nonnullis cenſetur: Sed ab Apolline, qvi interempto iſto, memori
victoriæ tam nobilis, ludis hiſce immortalem eſſe voluit. Qvod O
dius lib. 1. Met. *apertè indicat, inqviens:*

Neve operis (*interfecti Pythonis*) famam poſſet delere v
tuſtas:
Inſtituit [*Apollo*] ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomiti ſerpentis nomine dictos.

Qvum ergò ludos ſeptimo ſtatim die ab occiſo Pythone perageret Ap
lo, & deinceps, ſeptimo qvoqve anno peragi vellet, Nymphæq; Parnaſ
hoc eſt, Muſæ ſua triumphanti munera offerrent: tantum honori
rum tribuit, ut numeri Muſarum ratione habita, anno qvoq
no

ono ineunte, Pythia celebrari vellet, ludosq́; hos ἐννεαετηρικὰς *faceret,*
r totam periodum ἐννεαετηρίδα *ſanciret.* Ἐννεαετηρὶς *autem dicta*
uit, non qvòd novem annos ſolidos contineret, ut perperam qvidam
nſerunt: ſed qvòd octo ſolidis annis elapſis, nono currente ludi iſti ce-
brarentur: qvi tamen currens annus, qvo ſolennitas ludorum habi-
t fuit, rurſum primus ſeqventis ἐννεαετηρίδος *computatus fuit:*
ut Germani unam Septimanam octo dierum ſpacio vulgò deſignant,
n qvòd octo dies ſolidos contineat, ſed qvòd octavus novam hebdoma-
m ordiatur: Et hanc ob cauſam, ἐννεαετηρὶς *illa, qvæ nono anno cur-*
nte in orbem redibat, ὀκταετηρὶς *propriè dicebatur, ita ut* ὀκταετηρίς, *&*
νεαετηρίς, *una eademq́; periodus eſſent: appellatio verò illa, periodum*
mpletam; hæc, caput & initium ſeqventis ſimul reſpiceret.

Statim autem in prima ſolennitate horum ludorum, illuſtres
roës victores evasêre, & coronas ab ipſo Apolline accepêre. Ca-
r qvippe vicerat ſtadio: Pollux pugilatu: Calais dolichodromo: Ze-
curſu ὁπλιτῶν*: Peleus diſco: Telamon lucta: Hercules pancratio.*
acipuum autem antiqvitus certamen eorum fuiſſe Pauſanias ſcri-
t in Phocaicis, *qvi præmio propoſito in Apollinis honorem, ad citha-*
m vel lyram, παιᾶνα *cecinıſſent: qvem hymnum ita vocabant, eò*
ιὸd Apollini cum Pythone pugnanti, acclamatum fuerit, ἰὴ παιὰν, ἰὴ
ιάν: qvod Latini Jô Pæan *reddiderunt. Et primum qvidem omni-*
pſallentem viciſſe Pauſanias *prodit Chryſothemin Cretenſem, cujus*
ter Carmanor, Apollinem de cæde Pythonis expiarat. Poſteà ean-
m qvoqve palmam reportavit Philammon, Chryſothemidis, &
rſus poſteà Thamyris, Philammonis filius. Orpheus verò, qvamvis
e pſallendi præſtantiſſimus eſſet, & hauddubiè victor evaſurus
ſſet: myſteriorum tamen ſcientia & reliqva vitæ dignitate elatus,
Muſicum certamen Pythicum non deſcendit: ſicut nec Muſæus, qvi
phei æmulus fuit.

Cæterùm, qvod Olympiis accidit, ut à prima ſtatim Herculis Idæi
ſtitutione, in ſtatu integro non manerent, ſed varias vices tempo-
Clymeni, Endymionis, Pelopis, Nelei & Peliæ, Oxyli, &c. ſentirent,
qvedum ab Iphito denuò inſtaurarentur, & inde ordinaria eorum
ies numeraretur: Idem ferè Pythiis accidiſſe reperimus. Non
ntùm enim intermiſſa aliqvandiu fuerunt; ſed & periodus mu-
a traditur, dupliciaq́; inde Pythia memorantur: Antiqva &
centiora.

Antiqva illa Pythia, erant, ut dictum eſt, ennaëterica, reſpectu
ſcilicet capitis: reſpectu autem ipſius periodi, octaëterica. Et qvidem
ut teſtatur Plutarchus in Hellenicis, *tres primitus* ὀκταετηρίδες, *ve*
qvod ſuo ſenſu idem eſt, ἐννεαετηρίδες, *Delphis fuerunt celebratæ; qvarum*
prima Σεπτήριον *fuit vocitata, & in memoriam pugnæ adverſus Pytho-*
nem, qvem Apollo ad Tempe uſqve fuerat perſecutus, habita. Altera
Ἡρωῒς *dicta, in repræſentationem educationis Semeles, Bacchi, qvi ora-*
culo Delphico ante Pythonem aliqvandiu præfuerat, matris; de qva qvæ
fabuloſè commemorari ſolent, Thyiadibus nota eſſe, Plutarchus *ibidem*
ſcribit. Tertiæ nomen fuit χάριλα, *à memoria Charilæ cujuſdam puellæ*
qvæ ſuſpendio ſeipſam necaverat. Fame enim aliqvando Delphos inſe-
ſtante, homines catervatim cum Conjugibus & liberis, ſupplices ad Re-
gem profecti, victum petebant; qvi qvidem farinam & legumina no-
bilioribus tantùm eorum præbuit, qvum omnibus nō ſufficerent. Qvum
autem inter alias puella qvædam, Charila nomine, adhuc parva, paren-
tibus orba, inſtantiùs à Rege victum peteret: Rex illam calceamento i
faciem illiſo percuſſam abegit. Recedens à Rege puella, famem præveni-
ens, ſoluto cinctu ſeipſam ſuſpendit. Hujus Charilæ manes qvum pro-
pitiandos oraculum juſſiſſet: miſtum luſtrationi ſacrificium inſtituerun
Delphi, & hanc tertiam Octaëterida Charilæ memoriæ ſecundum hono-
res Apollinis, dicarunt. His tribus octaëteridibus elapſis, qvarta d
mum ὀκταετηρὶς, τῶν Πυθίων *nomen accepit, poſtqvam videlicet jam ur-*
bi, à filio Apollinis Delpho, Delphorum, & ab hujus filio Pythi, Πυθοῦς *no-*
nomen fuerat inditum.

Non tamen perpetuò fuit hæc ſolennitas retenta, ſed aliqvo-
ties collapſa & reſtituta. Inter alios, Jaſon ejus dominium & ad-
miniſtrationem affectaſſe, à Xenophonte lib. 6. hiſtor. græc
ſcribitur. Et Diomedem Ætolorum Regem, qvum ab Il
reverſus, poſt diuturnas Uxoris tergiverſationes, tandem domu
receptus eſſet, Pythios ludos in Apollinis honorem, de novo inſtitui
ſe, Pauſanias in Corinthiacis *teſtatur, & ex eo* Cœlius Rho-
diginus lib. 6. cap. 46. *Sed tamen & poſteà iterum ceciderunt, don*
Amphictyones, duce ſtrenuo, Eurylocho Theſſalo, qvem Novum Achi-
lem ob virtutem indigitabāt, Cirrhæos Parnaſſi accolas, Delphorum vi-
cinos, qvi advenas, & oraculo Delphico donaria offerentes deprædaban-
tur, debellarunt, & Criſſa everſa, oraculum petentibus tutas vias fec
runt: & paulò pòſt, qvum Amphiſſæi vicini, Criſſa reparata, longè in-
humaniùs, qvàm olim Cirrhæi fecerant, in peregrinos ſævire cœpiſſen

agrum

grumq̃ ſacrum, religione inviolabilem, temeraria audacia araſſent; os qvoqve oppreſſerunt, & Oraculum Delphicum priſtinæ libertati & ignitati vindicarunt. Eodem enim tempore Pythia recentiora Amphi-tyones inſtituerunt, & periodum eorum πενταετηρίδα *fecerunt, ad exẽ-lum Olympiorum, qvæ & ipſa reſpectu capitis* πενταετηρικὰ *erant, & vinqvennij integri ſpatio à Poëtis definiebantur.* Ovidius: Ut ſu-ius in Ponto, qvinqvennis Olympias acta eſt. *ut &* Luſtra *Roma-orum; licet reverà annos ſolidos tantùm qvatuor continerent, & hoc omine tantùm* τετραετηρικὰ*, ut Olympia, eſſent.*

Erant autem, ut hoc qvoq; intellectus uberioris cauſa addamus, Am-hictyones, Judices Græciæ publici, qvorum officium erat, partim oracu- Delphici dignitatem conſervare, partim difficiliores lites judicare, par-m ludos Pythios adminiſtrare: qvod poſtremum tamen ſeriùs ad prio-ı acceſſit, anno videlicet tertio Olympiadis XLVIII, ut mox dicetur. li initiò Ἀμφικτίονες per ι dicebantur, vel etiam Ἀφικτίονες, eò qvòd ἐξ ἀρχῆς παρὰ τῶν περιοικούντων ἀφίκοντο εἰς Δελφοὺς οἱ συνεδρεύοντες, *ut* auſanias lib. 10. *ex* Androtione *rerum Atticarum ſcriptore annotat: el qvòd* παρὰ τῶν ἀμφὶ τοὺς Δελφοὺς ἐκτισμένων ἀφίκοντο*: ſicut aliàs* ερικτίονες *dicuntur,* οἱ περί τινα χώραν ἐκτισμένοι*: qvod vel* Homeri *te-imonio planum eſt,* Od. ζ. περικτίονας ἀνθρώπους, οἳ περὶ ναιετάουσι &c. *xtat vocabulum* Ἀφικτιόνων infrà Pyth. ι. a. 2. *Poſteà verò ab Amphi-tyone Deucalionis filio, qvi primus hunc conſeſſum certis legibus muni-it, mutato ι in υ,* Ἀμφικτύονες *fuerunt appellati. Ipſe conſeſſus & di-nitas hujus officij,* Ἀμφικτυονία *dicebatur, ut ex oratione* Demoſthe-is ad epiſtolam Philippi Macedonis *patet. Qvin & ipſe locus hoc omine aliqvando veniebat, qvi aliàs dicebatur* Πύλαι*, id eſt,* Portæ, *væ erant ſpatium XXV. pedum circiter, inter Parnaſſum montem ex-lſum, & eo loco præalti præcipitij atqve inacceſſum, usqve ad Oetam otentum, & inter mare Ægæum: item* Θερμοπύλαι*, qvòd ibidem eſ-nt* θερμὰ λουτρὰ*, ut ex* Herodoti Polymnia, *& ex* Strabone *atqve* auſania *paſſim liqvet: unde & conſeſſus hic* Πυλαία βουλὴ *à* Demo-hene *nominatur,* Phil. 2. *& ipſi Aſſeſſores ſeu* Ἀμφικτύονες, Πυλαγό-ϱ. *Neqve enim poſterioribus ſeculis, ut olim, Delphis tantùm conve-iebant, ſed etiam in* Πύλαις. *Etſi autem antiqvitus, ex duodecim ntùm civitatibus, qvæ Delphis vicinæ erant, aſſeſſores hujus judicii nvenire ſolebant, ut* Strabo lib. 9. *&* Pauſan. lib. 10. *teſtantur: amen poſteà ex Amphictyonis ſanctione, decem Græciæ populi eo jure nati ſunt, ut Aſſeſſores ad hoc judicium certos mittere ſingulis liceret;*

qvi erant, Jones, Dolopes, Theſſali, Ænienſes, Magnetes, Maleenſes
Phthiotæ, Dorienſes, Phocenſes, & Locri. Qvod jus etiam perpetuò in
de manſit, usqve ad ætatem Pindari, & aliqvandiu pòſt, usqve a
Philippum Macedonem, qvi qvum anno XV. regni ſui, circa Olympia
dem CVII, bellum Phocicum ſeu Sacrum compoſuiſſet, & Phocenſes at
Lacedæmonios, belli autores viciſſet, imò & τὰς Πύλας *occupaſſet: no*
tantùm ingreſſum patentem in Græciam, unde loco nomen erat, acqviſ
vit; ſed etiam in συνέδριον τῶν Πυλαγορῶν *ſeſe ingeſſit, ita qvidem u*
duos in judicio Amphictyonum haberet calculos, qvos ſcilicet anteà ha
buerant Phocenſes ſacrilegi, & horum auxiliatores Lacedæmonii, qv
ſub Dorienſium nomine comprehendebantur, nunc utrique extruſi, ju
re ipſorum in Philippum, & ejus poſteros collato; qva de re Demoſth
nes *non ſemel in Athenienſium* ἐκκλησίαις *conqveſtus fuit: tametſi i*
Oratione de Pace *diverſum ſenſit.*

Hi ergò Amphictyones duce Eurylocho, ut dictum eſt, Phocide p
cata, Pythios ludos renovarunt, qvod factum eſt, anno tertio Olympia
dis XLVIII, qvum ἄρχων *Athenis eſſet Simon, [qvem Scholiorum*
ſcriptor perperam Simonidem vocat], Delphis Gylidas: poſteaq; perpetu
τῶν Πυθίων *præſides manſerunt, ſicut* τῶν Ὀλυμπίων οἱ Ἑλλανοδίκαι.

Porrò ab hac ſolennitate τῶν Πυθίων *recentiorum, qvæ anno terti*
Olympiadis XLVIII. hoc eſt, anno Mundi 3364. vel ante Chriſtum na
tum 584. habita fuit; reliqvæ poſteà Pythiades numerari cœperun
Denotavit autem vox Πυθιάς, *non tantùm ſolennitatem ipſam Pythi*
cam, qvarto qvoqve anno elapſo habitam; ſed etiam totam qvatu
annorum ſolidorum periodum, ita ut primus, ſecundus, tertius & qva
tus annus hujus vel illius Pythiadis numeraretur, ſimili cum Olym
piadibus ratione.

Ut autem ſeries Pythiadum, cum annis Olympiadum, annisq; Mun
di, & ante Chriſtum faciliùs conferri; & tempora hiſtoriis, hiſtoria
temporibus, rectiùs accommodari, ſingulorumq; πυθιονικῶν *tempora co*
cipi poſſint: Eam ſuprà in Præfatione Olympionicarum, aliqvou
qve extendi, & qvidem ex accuratiſſima Chronologia SETHI CA
VISII, *Præceptoris & Amici mei honorandi, qvi Olympiadem prima*
in annum mundi 3174. ante Chriſtum verò natum 774. collocat. U
tamen obſervandum, primum annum Pythiadis collocari qvidem hic
tertium Olympiadis, in qvem & maxima parte cadit: ſed initium ta
men primi anni ſemper adhuc cadere in finem ſecundi Olympiadum

pau

*ulò ante initium tertij, ſpacio duorum circiter menſium, qvantum
mirum inter diem ϛ Θαργηλιῶν☉ & plenilunium ἑκατομβαιῶν☉ in-
rjacet: ut infrà apparebit.*

*Inſtituerunt autem Amphictyones in prima harum recentiorum
ythiadum*, κιθαρῳδίας, *id eſt*, certamina cantus ad citharam vel ly-
m, *qvæ qvidem antiqvitus in Pythijs recepta erant; addideruntq́ ἀυ-
ῳδίας, id eſt*, cantus ad tibiam; *ipſosq́ ἀυλὰς, id eſt*, ipſarum per ſe
ciarum certamen, *in qvod qvi deſcenderant, vel deſcendere para-
nt*, Πυθαῦλαι *audiebant, ut præter alia ex* cap. 25. lib. 11. adverſa-
orum Turnebi *patet, &* Tibicines qvi Pythia cantarent, *ut* Ho-
tius *eos nominat*, in arte Poëtica. *Voluerunt autem Amphictyones,
ς ἀγωνιςὰς, ad exemplum veterum Pythiorum, in memoriam pugnæ
pollinis cum Pythone, ejusmodi παιᾶνα modulari, qvem νόμον πυθικὸν
pellabant: cujus partes qvinqve à* Strabone lib. 9. *recitantur:* ἀνά-
κρουσις, ἄμπειρα, κατακελευσμός, ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, *&* σύριγγες. *Qva-
m ſignificationem, ex ſententia* Timoſthenis, *(præfecti claſſis Pto-
mæi ſecundi) ita exponit* Strabo, loco citato, *ut* ἀνάκρουσις *notet car-
nis* προοίμιον: ἄμπειρα, *primum certaminis initium & periculum,
o ſe Apollo ad prælium expediens, & telorum jaculationem tentans,
gnæ locum idoneum captavit:* κατακελευσμὸς, *ipſa pugna, ad qvam
rtim ſeipſum exhortatus, partim acclamatione illa Parnaſſiorum,*
παιὰν, ἰὴ παιάν, *roboratus fuit:* ἴαμβοι καὶ δάκτυλοι, *à temporum nu-
ro, & Jambi qvidem propter* λοιδορίαν, *qva Pythonem provocavit:
αμβίζειν enim* λοιδορεῖν *eſt: Dactyli verò propter feſtinandi ſtudium:
ριγγες deniqve mortem Pythonis imitabantur, vitam cum ſibilis
ibusdam exhalantis.* Scholia græca *ita enumerant has partes:*
ειραν, ἴαμβον καὶ δάκτυλον, Κρητικὸν, *id eſt*, ἀμφίμακρον, *propter Jo-
m patrem, cui pes ille ſacer erat*, μητρῷον, *propter Terram matrem,
qva oraculum egrediebatur, &* σύριγμα. *Addebatur interdum
citharæ cantum etiam ſaltatio, in totidem actus diſtributa, qvo-
n primus dicebatur* πεῖρα, *in qva Deus cati militis præ ſe fert pru-
tiam, omnia cùm circumſpiciens tùm deſignans: ſecundus*, κατα-
λευσμὸς, *qvum hoſtem provocat: tertius* ἴαμβ☉, *qvo pugnatur;
ibus enim prœliator pes eſt ac ſangvinarius: ſimulq́ inflantur tubæ,
(σαλπιγκτικὰ vocant κρούσματα): item ὀδοντισμὸν, i. e. dentium arietationem
fremitum, qvalem Python edidit, qvum ſagittis impeteretur: qvartus
...δεῖος, victoriã habet, propterea qvòd aliàs uſitatũ eſſet victis hoſtibus
victi-*

victimas cædere, ac Dijs libare, qvod eſt λείϐειν ϗ σπένδειν: qvintus κατα
χόρευσις, qvi ἐπινίκια continebat, in qvo certis tripudij legibus terram
qvatiebant: ſicut hæc Scaliger lib. 1. Poët: cap. 23. ex cap. 10. lib. 4
Pollucis, & cap. 19. lib. 9. antiq. lect. Cœlij Rhodigini Præceptoris
ſui, enumerat. Qvæ omnia nobis, qvibus & Muſicæ & ſaltationis ve-
terum ratio incognita eſt, obſcuriora videntur.

Cæterùm, in prima Pythiade qvæ in annum 3. Olympiadis 48, h. e
in annum mundi 3364, ante Chriſtum verò 584. incidit, Victores re-
nunciati celebrantur à Pauſania (lib. 10.) κιθαρῳδίᾳ qvidem, Cephal
len Lampi F. αὐλῳδίᾳ verò Echembrotus Arcas: αὐλοῖς deniqve Saca
das Argivus, qvo placatus Apollo, cum αὐλητᾶις ſeu tibicinibus rediſ
ſe creditus eſt in gratiam, qvum anteà, propter Marſyæ & Sileni, qv
Deum ipſum provocare auſi fuerant, certamina, malè eos odiſſet, u
habet Pauſanias in Corinthiacis. Idem etiam ſeqventes duas Pythia
das vicit. Tunc autem etiam Athletis indicta ſunt certamina, o
mniaq́ ea introducta, qvæ in Olympijs tum in uſu erant; v. g. Δρόμος
ſeu ςάδιον, ſtadij ſeu curriculi certamen, qvo per intervallum 62
pedum, vel qvod idem eſt, 125 paſſuum Geometricorum, certatoribu
decurrendum erat: qvod genus certaminis initio Olympiadum Iph
tearum ſolum receptum fuerat. Item Πένταθλον ſeu qvinqvertium
qvod Olympiade 18. inſtitutum, qvinqve certamina conjuncta cont
nebat, πυγμὴν, πάλην, ἅλμα, δίσκον & δρόμον, continebat: Item πά
ſeu Lucta ſeorſim, eadem Olympiade introducta. Item πυγμὴ ſeo
ſim, id eſt Pugilatus ſeu Cæſtuum ludus, ex Olympiade 23. Rurſ
ex 32. Olympiade, Παγκράτιον, qvod aliqvi cum πεντάθλῳ confundun
qvum tamen Παγκράτιον, non qvinqve, ſed duo tantum certamina co
tineat, πυγμὴν καὶ πάλην, teſtibus Ariſtotele lib. 1. Rhet. cap. 5.
Plutarcho lib. 2. Symp. qvæſt. 4. cum qvibus conſentit Cœli
Rhodiginus lib. 7. cap. 51. Item ἵπποι κέλητες, eqvi ſellarij ſeu d
ſultorij, vngeſattelte Reitpferde. Solum τέθριππον, id eſt qv
drigas, ſeu currule certamen, qvod Olympias 25. novum videra
Pythias prima non habuit. Pueris verò, pro ſimplici Stadio & Luc
qvæ certamina Olympiade 37; pro πεντάθλῳ, qvod 38: pro πυγμῇ, q
41, introduxerant Elei; Δολιχοδρόμον, id eſt longius curriculum
qvo ſex ſtadia decurrebantur, & δίαυλον, id eſt ſtadium geminatum
de qvo ad Olymp. ιγ. b. 6. diximus, prima hac Pythiade Amphictyon
propoſuerunt.

Pythiade II. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis XLIX,
eſt annum Mundi 3368, ante Chriſtum, 580, ſubmotis præmijs, v. g. an
tri

tripodibus & alijs, ἀγῶνα *hunc* Πύθιον, *qvi ex inſtitutione Eurylochi* χρηματίτης *fuerat*, ςεφανίτην *deinceps eſſe voluerunt, hoc eſt*, Corona-rium, *ita ut præmium in poſterum, tantum Corona eſſet, & qvidem ex Lauro, ad exemplum Olympici, cujus præmium erat Corona ex Olea-ſtro, ut dictum eſt. Atq; ab hac ſecunda Pythiade aliqvi numerandi initium fecerunt, & eam primam putarunt. Statim autem hac ſe-cunda Pythiade*, αὐλῳδίαι, *id eſt* cantiones ad tibias, *fuerunt repu-diatæ, qvòd* οὐκ εὔφημον ἄκουσμα *eas judicarent, qvum* σκυθρωπότατα, ἐλεγεῖα *&* θρῆνοι, *ad tibias accinerentur: qvod vel ex Echembroti, qvi* αὐλῳδίᾳ, *ut vidimus, Pythiade prima vicerat, præmio, æneo videlicet tripode, Herculi Thebis dedicato, probari poteſt, qvem hanc inſcriptio-ne inſignivit:* Ἐχέμβροτος Ἀρκὰς ἔθηκεν Ἡρακλεῖ, νικήσας τόδε ἄγαλμα Ἀμφικτυόνων ἐν ἄθλοις, Ἕλλησι δ' ἀείδων μέλεα καὶ ἐλέγους. *ut* Pauſan: *ci-tat.* Pyth. ιβ. *agitur de occaſione tibiarum, ex planctu Gorgonum, & ſibilo ſerpentum. Addiderunt autem prioribus certaminibus* ἱππέων δρόμον, *ſeu* τέθριππον, *id eſt* currule certamen, *ex Olympiade 25. Vi-ctor renunciatus eſt Cliſthenes Sicyoniorum tyrannus.*

Pythiade VIII. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis LV. hoc eſt annum Mundi 3392, ante Chriſtum 556, inſtituti ſunt κιθαρισταὶ, οἱ ἐπὶ τῶν κρουσμάτων τῶν ἀφώνων, *id eſt*, qvi aſſis fidibus canerent, *vo-ce humana non addita. Coronam retulit Agelaus Tegeates.*

Pythiade XXIII. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis LXX. hoc eſt, annum Mundi 3452. ante Chriſtum 496. acceſſit ad cætera lu-dicra, ὁπλιτῶν δρόμος, *id eſt*, curſus armatorum, *ex Olympiade LXV. de hoc lauream reportavit Timanetus Phliaſius.*

Pythiade XLVIII. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis XCV. hoc eſt, annum Mundi 3552, ante Chriſtum 396, Συνωρίδι *ſeu* bi-*gis certari cœptum, ex Olympiade 93. qvo tempore Execeſtidæ Phocenſis bigales vicêre.*

Pythiade LII, qvæ incidit in annum tertium Olympi: XCIX, hoc eſt in annum Mundi 3568. ante Chriſtum 380. pullis ad currum junctis certatum eſt, ex proximè præcedente Olympiade XCIX. vicitq; pullo-rum qvadriga Orphondas Thebanus.

Pythiade LXI. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis CVIII. hoc eſt, annum mundi 3604. ante Chriſtum 344. Pancratium Pueris propoſitum. Vicit Laidas Thebanus.

Pythiade LXIII. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis CX. hoc eſt, annum Mundi 3612. ante Chriſtum 336, πῶλον κέλητα *produxe-runt, qvo vicit Lycormas Lariſſæus.*

b *Pythia-*

Pythiade LXIX. qvæ incidit in annum tertium Olympiadis CXVI. hoc eſt, annum Mundi 3636. ante Chriſtum 312. σωωρὶς πωλικὴ, Pullorum bigæ *introductæ; vicitq́; Ptolemæus Macedo.*

Ingenioſa etiam certamina fuiſſe videntur, qvum Plinius lib. 7. cap. 37. *ſcribat :* Grammatica enituit Apollodorus, cui Amphictyones Græciæ honorem habuêre.

Etſi autem in vulgatis editionibus Pauſaniæ *legitur, hæc proxima tria certamina, ut Pancratium inter pueros, Pullum* κέλητα, *& Pullorum* σωωρίδα, πολλοῖς ἔτεσιν ὕϛερον τῶν Ἠλείων, *recepta fuiſſe: Locum tamen hunc (qvæ calamitas optimo huic Scriptori nimis freqvens eſt, corruptum eſſe, res ipſa facilè oſtendit. Pancratium enim Puerorum qvod Amphictyones Pythiade LXI. hoc eſt anno tertio Olympiadis CVIII primùm introduxerunt, Eleis centum qvinqvaginta octo annis pòſt, Olympiade ſcilicet CXLVIII. inſtitutum, breviq́; pòſt rejectum fuit. A* πῶλον κέλητα, *qvem Pythias LXIII. anno tertio Olympiadis CX. habe re incepit, Olympias CXXXI. annis 82. ſeriùs demum accepit.* Πώλων deni σωωρίδα, *qvã Pythias LXIX. anno tertio Olympiadis CXVI. introduxi Olympias demũ CXXIX. annis L. pòſt, primùm vidit: uti hæc omnia* ip Pauſanias in Eliacis prioribus *diſertè deſcribit. Et ſanè qvorſum op erat, certamina ſeriùs in Pythijs qvàm in Olympijs recepta, hæc tria ta tùm peculiariter enumerare? qvum præcedentia omnia ſeriùs introduct fuerint. Qvilibet videt* Pauſaniam *poſt recitata, exemplo Olympioru in Pythijs introducta certamina, poſteà etiam ea commemorare volu ſe, qvæ absqve exemplo Olympiorum, ante Olympia, in Pythijs recep fuerunt. Neceſſariò inde,* πολλοῖς ἔτεσι πρότερον *legendum eſſe app ret; & ita corruptela ſcribarum turpiſſima detegitur; Pauſaniaq́; lo integritati reſtituitur. Ideò autem hæc* ex Pauſania *nunc attulim ut qvo tempore hæc vel illa certamina fuerint addita ſciamus; id qv ad lectionem Hiſtoriarum, & aliorum Scriptorum non parum p derit.*

Ut autem eò major hæc ſolennitas Pythica eſſet, & religioſiùs lebraretur: magnum victimarum numerum ſolebant cædere. Et Jaſone ſcribit Xenophon lib. 6. hiſt. græcæ, *qvòd adhuc in an qvis Pythijs, qvum aliqvando ea inſtarent, ſingulis oppidis den ciârit, ut boves, oves, capras, ſuesq́; alerent, ſeq́; ad ſacrificium thium præpararent; imò & coronam auream ei civitati, qvæ præ teris bovem nitidiſſimum Deo paviſſet, promiſerit; & qvidem bo*

n

on infra mille, reliqvorum verò pecorum plura qvàm 10000. in Pythijs illis coëgerit.

Ne verò etiam certaturi confusè agerent, aut aliàs ἀταξία introduceretur: neceſſe erat, ut certaturi maturè ſua intra certum tempus profiterentur Amphictyonibus nomina. Qvod qvum aliqvando qvidam αὐλῳδὸς neglexiſſet, & ſeriùs ad profitendum nomen ſuum veniſſet; Calliſtratus Amphictyonum tum curator, eum, qvamvis civem & amicum, à ludis lege rejecit, ut notat Plutarchus lib. 7. Symp. qvæſt. 5.

Adeò etiam tenaces ſuorum ſtatutorum fuerunt Amphictyones, ut nullum eorum labefactari paterentur, exemplo majorum ſuorum, qvi antiqva adhuc Pythia adminiſtrarunt. Illi enim Heſiodo, qvamvis Poëtæ præſtantiſſimo repulſam dederunt, qvòd carmina qvidem decantaſſet, ad lyram autem vel citharam accinere non didiciſſet. Neq. Homero palmam propter celebritatem dediſſent, ſi fortè in certamen Muſicum deſcendere voluiſſet, ſi non & fides acchordare potuiſſet, ad qvod propter oculorum calamitatem ineptum eum fuiſſe Pauſanias *cenſet* lib. 10. *Non minùs etiam qvàm citharæ vel lyræ uſum, ipſam vocis elegantiam probabant: qvod Eleutheris exemplo patet, cui palmam Pythicam dederunt vocis cauſa, tametſi cantilenam non ſuam decantàrit, ut ibidem* Pauſanias *habet. Recentiores verò, qvàm rigidè ſtatuta obſervarint, vel Calliſtrati exemplo, modò ex* Plutarcho *allegato, planum eſſe poteſt. Qva in parte Amphictyones incorruptiores manſiſſe videntur* Ἑλλανοδίκαις, *qvorum duo aliqvando, iniqvi judicij à cæteris Collegis convicti & condemnati fuère, ut* Pauſanias in Eliacis poſterioribus, lib. 6. *teſtatur.*

Etſi autem, ut antè dictum, Laurea corona præmium Victori datum fuit: non tamen ſemper idem præmium manſit. Apollo enim initiò Eſculo; pòſt Lauro Victores coronavit. Hinc Ovidius lib. 1. Metam. *de Pythijs, ita:*

Neve operis [*Pythonis interempti*] famam poſſet delere vetuſtas;
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hîc juvenum qvicunqve manu, pedibusve, rotave
Vicerat, Eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat: longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qvalibet arbore Phœbus.

b 2 *Eury-*

Eurylochus æneos tripodas & id genus alia præmia ſanxit : pro qvibus tamen mox, ut dictum eſt, Laurus iterum fuit recepta, & qvidem apud poſteros cum μήλοις ſeu pomis. *Laurum autem vel ideò hiſce ludis peculiarem fuiſſe* Pauſanias *autumat* in Phocaicis, *qvòd Daphnen Ladonis filiam ab Apolline adamatam & in Laurum mutatam fama vulgavit, hoc eſt, qvòd Laurum Apollo è Theſſalia in Phocidem translatam, ad Ladonis ripas plantavit.*

Tempus anni, qvo hæc ſolennitas tetraëterica celebrata eſt, fuit dies ſextus Menſis Θαργηλιῶνος, *ut apud Athenienſes vocabatur, vel* Βυσίου, *ut apud Delphos : qvi menſis ex parte cum Aprili, ex parte cum Maio Romanorum ferè coincidit. Cauſa fuit, qvia* τῇ ἕκτῃ τοῦ ἱσταμένου τοῦ Θαργηλιῶνος, *Apollo natus credebatur : qvamvis Athenis* τὰ Θαργήλια *ſeptimo demum die* τοῦ Θαργηλιῶνος *celebrari fuerint ſolita, ut ſcribit* Plutarchus lib. 8. Symp. qvæſt. 1: *unde & Apollinem,* ἑβδομαγενῆ, *qvòd ſeptimo die* Θαργηλιῶνος *natus fuerit, dictum cenſet. Qvæ tamen appellatio inde nata videtur, qvòd ex* Scholiaſtæ *ſententia, Apollo* ἑπταμηνιαῖος, *id eſt, ſeptimo à conceptione menſe editus fuerit. Sed hac de re prolixè contendere, operæprecium non eſt. Erant autem* τὰ Θαργήλια *feſtum Athenienſium, Apollini ſacrum, cui Deo primitias frugum qvæ provenerant,* κακοζηλίᾳ *ſacrorum gentis Judaicæ (ferè ut Romani Palilia egerunt) offerebant, & qvidem in olla conſecrata, qvæ hac de cauſa* θάργηλος *vocabatur, coctas, choreis ſimul additis. Ratio nominis fuit qvòd eo menſe, qvi ab hoc feſto* τῶν Θαργηλίων, τοῦ Θαργηλιῶνος *nomen accepit,* θερμαίνει γῆν ὁ ἥλιος, *hoc eſt, qvòd Sol, qvem Apolline mythologicè notarunt, terram vere jam adulto (non præcipitato, ut vult* Jo. Scal. de emend. temp.) *calefacit.*

Inde apparet, oblationem τῆς ὀπώρας *à Muſis factam, non eſſe accipiendam de pomis ejus menſis maturis, Niſi velimus, Apollinem ſeptimo ſtatim die poſt Pythonem domitum, primam ſolennitatem celebraſſe, qvæ fortuitò in tempus* ὀπώρας *ceciderit : Deinceps verò in honorem Apollinis, in hunc menſem* Θαργηλιῶνα *fuiſſe translatam : qvod veriſimile videtur. Atq; inde eſt, qvòd poſteriores, cum Laurea, Poma qvoqve præmium eſſe voluerunt.*

Locum horum ludorum ad Delphos in Phocide fuiſſe, γενικῶς *in ſuperioribus dictum eſt. Et notandum, qvum reliqvi ludi à Pindaro hac periodo celebrati, in Peloponneſo peragerentur, ſolos Pythios extra Peloponneſum fuiſſe celebratos. In ſpecie verò ſciendum, habita fuiſſe ad Delphos Pythia in campo aperto & plano Apollini dedicato, inter oppidum*

dum Delphos, & Cirrham(qvod loci illius navale eſt) ſitò, ut teſtatur
auſanias lib. 10.

-Ut autem in loco Olympiorum, Nemeorum & Iſthmiorum: ita & in
c circo Pythiorũ locus fuit, qvi Taraxippus *appellabatur, eò qvòd ad*
m Eqvi currentes ſubita conſternatione corriperentur, indeq́ aurigis
xa gravis aliqvando infligeretur. Qvæ illius ταραξιππίας in hoc loco
uſa fuerit, proditum non eſt, ut qvidem de Olympiis, Nemeis &
hmiis, de qvorũ Taraxippo partim in Olympiis jam dictũ fuit, partim
o loco in ſeqventibus agetur. Sanè Pauſanias *nec ipſi ἱπποδρόμῳ, i. e.*
alitati & naturæ curriculi eqvorum, (ita enim ἱππόδρομος intelli-
ndus eſt, non autem de dæmone qvodam hujus nominis, ut inſulsè ali-
i ſentiunt) ut qvidem in Nemeis ſaxum rutilum eqvis terrorem in-
iſſe legimus: nec manibus herois alicujus, uti in Olympiis, ubi Oenomai
Pelope circumventi & interempti; & Iſthmiis, ubi Glauci Siſyphi filii
eqvabus in ludis funebribus diſcerpti, manes metuebantur: nec ulli
parenti cauſa hanc ταραξιππίαν ſe tribuere poſſe fatetur, in Phocai-
s & Eliacis poſt:

Etſi autem ad Delphos propriè, Pythia peragi ſunt ſolita: inveni-
us tamen & Sicyonios hujus nominis ἀγωνίσματα, autore Cliſthene ha-
iſſe; qvod Scholiaſtes Pindari *infrà* ad Nemeorum θ. *ex* Halicar-
iſſeo *annotat. Et Megarenſium Pythiorum* ſuprà ad Ol. ζ. e.6. & O-
imp. ιζ. E. 2. *mentio facta fuit. Qvin & Macedonas Apollini ad tem-*
um Pythium, Pythia agitaſſe, Cœlius Rhodiginus, *neſcio qvo teſte*
tiqvitatis, lib.9.cap.19. *ſcribit. Imò non tantùm ad exemplum Py-*
iorum Delphicorum, hæc Sicyonia & Macedonica celebrata leguntur:
d ipſa etiam Delphicorum Pythiorum ſolennitas, non ad Delphos, ſed A-
enis habita aliqvando fuit, à Demetrio Poliorcete (Stadſtürmer), qvo
l. tempore anguſtiæ apud Delphos ab Ætolis inſidebantur, ut Plutar:
eo ſcribit, in Demetrio, *qvi tamen rem hanc anteà inauditam Deme-*
ium auſum fuiſſe addit.

Illud ſub finem horum de Pythiis περιλεγομένων, prætereundum non
e viſum eſt, qvòd Pindarus noſter in ipſa celebratione Pythica, Pythia-
ſcilicet XIIX. hoc eſt anno 3. Olympiadis LXV, ut Suidas *annotat, (qvũ*
i perperam Pythiadem XIII, hoc eſt, annum 3. Olympiadis LX, notent
natus fuerit: qvod non abſq; ſingulari omine laudum Apollinis, &
Pythiorum concelebrationis accidiſſe, Plutarch. l. 8.
Symp. qvæſt. 1. *interpretatur.*

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΠΥ-
ΘΙΟΝΙΚΑΙ.

ΕἸΔΟΣ Α.

ἹΕ΄ΡΩΝΙ ἈΙΤΝΑΙΩι, ΣΥΡΑ-
κϰσίῳ, Ἅρματι.

GEneralis totius claſsis ſecundæ εἰδῶν inſcriptio, Πύθια, vel
Πυθιονῖκαι, ex προλεγομένοις intelligi poteſt. Specialis verò
hujus εἴδϰς ἐπιγραφὴ eſt: ἱέρωνι Αἰτναίῳ Συρακϰσίῳ, ἅρματι.
De Hierone *ad Olymp. α.* dictum eſt. Hunc autem Poëta, ut in
Olympiis, ita & hîc, Primò loco inter Victores celebrat; tam
etſi ordo hic τῶν εἰδῶν ab ipſo Poëta obſervatus non fuerit. In hanc verò
τάξιν qvadruplicem, εἴδη hæc, ab *Ariſtophane Grammatico* digeſta creduntur,
& ſanè pro ſuo ipſius arbitrio. Εἶδος enim in victorias XXVI. & XXVII.
Pythiadis, qvibus Κέλητι Hiero vicerat, qvod in hac τάξει tertium locum ha
bet, meritò huic præponendum erat, qvod ad ἅρματος victoriam Pythiad
XXIX. partam compoſitum eſt. Imò in univerſum, ordinem temporis in hiſ
ce Pythiis obſervatum non fuiſſe, oſtendit hæc tabella.

εἶδος	ſcriptum ad Pythiadem
1.	29.
2.	incertam.
3.	26 & 27.
4.	31.
5.	31.
6.	24.
7.	28.
8.	35.
9.	28.
10.	22.
11.	28.
12.	24 & 25.

Et hac de re monet *Scholiaſtes ad εἶδος. ς. Pythiorum.*

Verùm nihil obſtat, qvò minus nunc Ariſtophanis ordinē retineamus, qvum
non tàm de ordine ſcriptorum εἰδῶν, qvàm de intellectu eorum nobis ſit ne
gotium. Vicit autē Hiero, ut dictum, Pythiade XXIX. juxta inſcriptionem
Ἅρματι, i. e. *curru*, videlicet τεθρίππῳ. Additur autem, Αἰτναίῳ, qvia Hiero, n
tantùm obtenta victoria illa Olympica, qvæ primo εἴδει Olympiorum cele
bratur, Olympiade LXIII. hoc eſt anno tertio Pythiadis XV. verùm etian
hac Pythica reportata, ſeſe non Syracuſanū modò, cujas & erat, profeſſus eſ
& proclamari voluit, ſed etiam Ætnæum, ab Ætna civitate, aliàs Catana q
prope Ætnam Siciliæ montem condiderat & amplificaverat ipſe. *Strabo.l.6.*

Summa & diſpoſitio hujus εἴδους.

- *Exordium, à laudibus Citharæ, quam commendat*
  - *1. à materia, vel aliàs precioſa dignitate, quum vocat χρυσέαν.*
  - *2. ab Inventore Apolline & cultricibus Muſis.*
  - *3. ab uſu in*
    - *choreis.*
    - *concentibus Muſicis, quorum Cithara dux eſt.*
  - *4. ab effectu, quia*
    - *fulminis vim, ſeu iram Jovis avertit.*
    - *bruta delinit & dulcedine ſopit, exemplo Aquilæ.*
    - *Martem ferocem demulcet.*
    - *etiam Dæmonas placat, ſi Apollinis & Muſarum gratiam habeat.*
  - *5. à contrario vel repugnanti, quia nemini inviſa, niſi Iovi inviſis, qualis eſt Typhos*
    - *in tartaro jacens.*
    - *Deorum hoſtis.*
    - *centiceps.*
    - *in Cilicia quidem educatus, ſed jam ſub Ætna proſtratus: quæ ibi deſcribitur.*
- *Propoſitio*
  - *eſt*, Hiero, & Aetna ejus urbs, laudem merentur.
  - *exornatur εὐχῇ, ut Poëta Hieronem & Ætnam laudans, Iovi placeat.*
- *Confirmatio*
  - *Propoſitioni ſubjecta, quoad laudes Aetnæ, quæ*
    - *habet argumenta*
      - *1. quia Jovis adminiſtratoris montis Ætnæ, vicinitate fruitur.*
      - *2. quia condita à Rege κλεινῷ.*
      - *3. quia nuper condita, Pythica ſtatim proclamatione inclaruit.*
    - *acuitur ſpe futurarum victoriarum & laudum, per σύγκρισιν cum Navigationibus vento ſecundo inchoatis.*
  - *cæteris membris interſperſa, quoad laudes Hieronis*
    - *1. quia condidit Aetnam urbem, monti*
      - *cognominem.*
      - *vicinam.*
    - *2. quia victoriam Pythicam obtinuit, ἅρματι, eaq; urbem ſuam glorioſam fecit.*
    - *3. à virtute bellica inſigni, ubi*
      - *eum cum Philoctete comparat, εὐκτικῶς.*
      - *in hiſtoriam Philoctetæ digreditur.*
    - *4. ab εὐτεκνίᾳ & bona ſpe filii Dinomenis*
      - *Patris victorias æmulaturi.*
      - *Patri in regno cũ laude ſucceſſuri.*
    - 5. 6. } ☧

Ἀποστροφὴ *triplex.* vide ☧

Epilogus. vide ☧

- ♄
  - 5. à forma conſtitutæ ab eo Reipublicæ
    - liberæ.
    - juſtè adminiſtratæ.
    - bonis legibus munitæ.
  - 6. à victoria navali de Carthaginenſibus & Tyrrhenis ad Cumam, qvam præfert vel ſaltem æqviparat victoriis
    - Athenienſium, ad Salaminem.
    - Lacedæmoniorum ad Cithæronem

- ♃ Ἀποστροφὴ εὐκτικὴ triplex
  - 1. ad Apollinem, qvem
    - benevolentiæ captandæ cauſa, vocat
      - Lycium.
      - Deli dominum.
      - Phœbum.
      - præſidem
        - Parnaſſi.
        - Fontis Caſtalii.
    - invocat
      - ἵνα, ut
        - hymno huic propitius annuat.
        - Siciliæ faveat et præcipuè Ætnæ ci (ta
      - διά, qvia à Diis omnia exoranda, qvoad
        - ſapientiam,
        - fortitudinem,
        - eloqventiam.
  - Huic ſubnectit votum, pro Hierone
    - laudando
      - dignè.
      - verè.
    - futuro deinceps perpetua
      - felicitate.
      - opulentia, & recto eius uſ
      - oblivione dolorum, ex mo calculi.
      - memoria & lætitia de vir te bellica in diſſidio à lone fratre.
  - 2. ad Muſam, ut Dinomenem Hieronis filiū
    - ob ſimilem victoriam, hymnis ſuis celebrari ciat; qvum non alienum ſit, filium eadem ctoria & gloria cum Patre gauder
    - laude beet ob felicitatem Ætnæ qvā iterū laudat
      - à libera Republica.
      - à bonis legib9 exēplo Laconū, qvos cōmendat
        - ab avitis legibu ſtrictè ſerv
        - à maioribus
          - Ægi
          - Pāph
          - Hera
          - d
        - à fructu δυο μίας, qvòd
  - 3. ad Iovem, vide ☉

- ☿
  - Amyclas & Laconiam fortunati poſſederint.
  - Tyndaridarum omnium vicinitate & cohabitatione gaviſi fuerint.
  - Bello inſignes evaſerint.

- ☉ 3. ad Jovem, pro
  - felicitate perpetua
    - Hieronis } Magiſtratus
    - Dinomenis. } Magiſtratus
    - Subditorum.
  - Hierone, ut Iovis gratiâ
    - Filio ad omnem virtutem dux ſit.
    - Senex pacatam ei Rempub. tradat.
  - perpetua ſecuritate domus ejus ab hoſtibus, præcipuè
    - Carthaginenſibus. & Tyrrhenis.

Epilogus
- abrumpit laudes Hieronis & Aetnæ.
- commendat βραχυλογίαν, quia
  - minùs reprehenditur.
  - minùs faſtidium facit.
  - minùs invidiam concitat.
- habet ἀποστροφὴν ad Hieronem
  - illuſtratam προκαταλήψει, per Inverſionem argumenti de Invidia, modò allati.
  - continentem προτρεψιν ad virtutẽ Regiam
    - quæ cõſiſtit in
      - Studio honeſtatis.
      - Iuſtitia.
      - Veracitate, cuius neglectus eſt turpis propter
        - ipſam perſonam Regis.
        - multos teſtes.
      - Liberalitate, ad quã hortatur
        - ab utili Laudum ſpõtè ſeqvẽtium qvod declarat Similià Velis.
        - à Turpi φιλοκερδείας.
    - propter Conſeqvẽs à Poëtis & Oratorib.
      - Laudem virtutũ poſt mortem, exemplo Crœſi.
      - Vituperiũ vitiorũ poſt mortem, exemplo Phalaridis.
- ἀνακεφαλαιωδῶς & συγκριτικῶς præmia certaminum enumerat, qvorum
  - primùm εὖ παθεῖν, fortunatum eſſe, & victorem proclamari.
  - alterum, εὖ ἀκούειν, laudari & celebrari.
  - optimum & præſtantiſſimũ, utrumque.

Ratio verò metrica ita habet:

ϛροφ: & ἀντιϛρ.	ἐπῳδ.
1. —∪—— —∪——	1. —∪∪ —∪∪ —∪
2. —∪∪ —∪∪ —	2. —∪—— —∪—
3. —∪—— —∪∪—	3. —∪∪ —∪∪ —∪
4. —∪—— —∪∪— ∪∪—— —	4. —∪—— —∪∪— ∪∪—
5. ———∪ ———∪ —	5. —∪—— —∪——
6. ——∪∪ —∪∪— ——∪∪	6. —∪—∪ ∪∪—
7. —∪—— —∪∪— ∪∪—	7. ——∪∪ —∪∪— ——∪∪
8. —∪—— —∪—— —∪—	8. —∪—— —∪∪—
9. —∪∪ —∪∪ —	9. ∪∪—— —∪∪
10. —∪—— —∪∪— ∪∪—	10. —∪—— —∪∪— ∪∪——
11. ——∪∪ —∪∪—	11. —∪∪— ——∪— —
12. —∪—∪	12. —∪—— —∪——
	13. —∪∪ —∪∪ —
	14. ∪∪—— —∪∪—
	15. ∪∪∪— ——∪— —

Στροφὴ & ἀντιϛροφὴ, δυωδεκάκωλοι ſunt. Primùm κῶλον eſt Dim- trum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. II. Dimetrum hypercatalectum Dactylicum, πενθημιμερές, cujusmodi ſolet poſterior medietas Pentametri eſſe III. D

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΠΥΘΙΟΝΙΚΑΙ.

ΕἼΔΟΣ Α΄.

ἹΕΡΩΝΙ ἈΙΤΝΑΙΏ, ΣΥρακουσίῳ, ἅρματι.

ϛροφ. α. κώ. ιβ.

Χρυσέα φόρμιγξ, Ἀπόλλω-
νος καὶ ἰοπλοκάμων
σύνδικον Μοισᾶν κτέανον.
τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά:
πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν,
ἀγησιχόρων ὁπόταν τῶν φροιμίων
ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα:
καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυνὸν σβεννύεις

ἀενά

II. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. IV. Trimetrum hypercatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. V. Dimetrum hypercatalectum, ex duobus Epitritis qvartis. Malè Scholia *vocant Antiſpaſticum. VI. Trimetrum acatalectum, ex duobus Jonicis à majore, Choriambo interjecto. VII. ut qvartum, niſi qvòd eſt catalectum, hoc eſt, Trimetrum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo & Jonico à minore. VIII. Trimetrum catalectum, ex tribus Epitritis ſecundis. IX. ut ſecundum. X. ut ſeptimum. XI. Dimetrum acatalectum, ex Jonico à majore & Choriambo. Vulgò dicitur προσοδιακόν, qvòd in προσόδοις, id eſt,* ſupplicationibus, qvæ Diis inter ſacra fiebant, *huiuſmodi verſus adhiberentur. XII. Monometrum acatalectum, ex Ditrochæo.*

Ἐπῳδὸς πεντεκαιδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt Trimetrum, catalectum, Dactylicum. II. Dimetrum catalectum ex duobus Epitritis ſecundis. III. ut primum. IV. ut ſeptimum & decimum* ςροφῆς. *V. ut primum* ςροφῆς. *VI. Dimetrum catalecticum, ex Ditrochæo & Jonico à minore. VII. ut ſextum* ςροφῆς. *VIII. ut tertium* ςροφῆς. *IX. Dimetrum catalectum, ex Ionico à minore & Choriambo. X. Trimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. XI. Dimetrum hypercatalectum, ex Choriambo & Epitrito tertio. XII ut primum* ςροφῆς, *& qvintum* ἐπῳδοῦ. *XIII. ut ſecundum & nonum* ςροφῆς. *XIV. Dimetrum acatalectum, ex Ionico à minore & Choriambo. XV. Dimetrum hypercatalectum, ex Pæone qvarto & Epitrito tertio.*

PINDARI PYTHIONICÆ.

ODA I.

HIERONI ÆTNÆO, SYRACUſio, curru *victoriam adepto.*

α.

O *Aurea cithara, Apollinis & violaceum-capillitium-habentium*
conveniens Muſarum poſſeſſio:
qvam audit qvidem inceſſus ſaltantium *lætitiæ apex:*
obtemperant verò & *concentores ſignis* intonationis tuæ
choros-ducentium qvando hymnorum
præludia facis leniter-percuſſa:
& cuſpidatum fulmen extingvis

 perpe-

ἀενάου πυρός. Εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις,

ἀντιστροφὴ α. κῶ. ιβ.

ἀρχὸς οἰωνῶν: κελαινῶ-
πιν δ' ἐπί οἱ νεφέλαν
ἀγκύλῳ κρατὶ (βλεφάρων
ἁδὺ κλαῖστρον) ἐγκατέχευας. Ὁ δὲ κνώσσων,
ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
ῥιπαῖσι κατασχόμενος. Καὶ γὰρ βια-
τὰς Ἄρης, τραχεῖαν ἄνευθε λιπὼν
ἐγχέων ἀκμὰν, ἰαίνει καρδίαν
κώματι. Κῆλα δὲ, καὶ
δαιμόνων θέλγει φρένας, ἀμφί τε Λα-
τοΐδα σοφίᾳ, βαθυκόλ-
πων τε Μοισᾶν.

ἐπῳδ. α. κῶ. ιε.

ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
Ζεὺς, ἀτύζονται βοὰν
Πιερίδων ἀΐοντα,
γᾶν τε καὶ πόντων κατ' ἀμαιμάκετον.
Ὅς τ' ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ κεῖ-
ται, Θεῶν πολέμιος,
Τυφῶς ἑκατοντακάρανος: τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψεν πολυώ-
νυμον ἄντρον: νῦν γε μὰν
ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι,
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
στέρνα λαχνάεντα: κίων
δ' οὐρανία συνέχει,
νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες
χιόνος ὀξείας τιθήνα:

perpetui ignis. Dor-
mit verò ſuper ſceptro Jovis Aqvila, ve-
locem alam utrin-
qve demittens,

a.

rex avium: obſcu-
ram verò ei nebulam ſuper
aduncè-roſtratum caput (palpebrarum
dulce clauſtrum) offundit. Illa verò ſvaviter-dormiens,
delectatione *perfuſum tergum* incurvando *attollit, tuis*
jaculationibus occupata. Qvin etiam violen-
tus Mars aſperam ubi-ſepoſuit
haſtarum cuſpidem, delectat cor
tuo *cantu. Tela verò* tua *etiam*
Deorum mulcent animos, cùm La-
toidæ ſapientia conjuncta*; & qvæ-profundè-ſuc-*
cinctos-ſinus-habent Muſarum.

A.

Qvoscunq; verò non amat
Jupiter, illi *conſternantur vocem*
Pieridum ubi-audierint,
tàm in terra qvàm in mari impetuoſo.
Qvalis eſt ille *qvi in horrendo tartaro ja-*
cet, Deorum hoſtis,
Typhos inqvam *centiceps: qvem olim*
Cilicium enutrivit famo-
ſum antrum: nunc verò
& qvæ ſupra Cumam ſunt *mare-coërcentia littora,*
& Sicilia ſuperimpoſita, *ejus premit*
pectora hirſuta: columna
verò cœleſtis eum *cohibet,*
nivoſa Ætna, per-totum-annum
nivis acutè-gelidæ nutrix.

στροφὴ β. κώ. ιϛ.

Τᾶς ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
τȣ πυρὸς ἁγνόταται
ἐκ μυχῶν παγαί: ποταμοὶ
δ᾽ ἁμέραισι μὲν προχέοντι ῥόον καπνοῦ
αἴθων᾽: ἀλλ᾽ ἐν ὄρφναισι, πέτρας
φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντȣ πλάκα σὺν πατάγῳ.
Κεῖνο δ᾽ Ἁφαίστοιο κρουνοὺς ἑρπετὸν
δεινοτάτȣς ἀναπέμ-
πει: τέρας μὲν θαυμάσιον προσιδέ-
σθαι: θαῦμα δὲ καὶ παριόν-
των ἀκȣ̃σαι,

ἀντιστρ. β. κώ. ιϛ.

οἷον Αἴτνας ἐν μελαμφύλ-
λοις δέδεται κορυφαῖς,
καὶ πέδῳ: στρωμνὰ δὲ χαράσ-
σοισ᾽, ἅπαν νῶτον ποτικεκλιμένον κεντεῖ.
Εἴη Ζεῦ, τὶν εἴη ἁνδάνειν,
ὃς τοῦτ᾽ ἐφέπεις ὄρος, εὐκάρποιο γαί-
ας μέτωπον, τȣ̃ μὲν ἐπωνυμίαν
κλεινὸς οἰκιστὴρ ἐκύδανε πόλιν
γείτονα: Πυθιάδος
δ᾽ ἐν δρόμῳ κάρυξ ἀνέειπέ νιν ἀγ-
γέλλων Ἱέρωνος ὕπερ
καλλινίκȣ

ἐπῳ. β. κώ. ιη.

ἅρμασι. Ναυσιφορήτοις
δ᾽ ἀνδράσι πρώτα χάρις
ἐς πλόον ἐρχομένοις, πομ-
παῖον ἐλθεῖν οὖρον: ἐοικότα γὰρ
κἀν τελευτᾷ φερτέρȣ νό-

c.

Cujus eructantur inacceſſi i. e. furentiſ-
ſimi *ignis, liqvidiſſimi*
ex cavernis fontes: fluviiq; igniti erumpentes
interdiu qvidem profundunt fluxum fumi
candentem: noctu verò, ſaxa
punicea evoluta flamma in profun-
dum defert maris æqvor cum fragore.
Illa autem Vulcani belua gurgites
horrendiſſimos eje-
ctat: adeo ut *prodigium qvidem mirabile aſpe-*
ctu ſit: *mirandum verò etiam* ab iis *qvi-illac-trans-*
ierunt, auditu,

b.

qvomodo Ætnæ inter nigrifron-
des ligatus-ſit Typhos *vertices,*
& inter *fundamina* Inſulæ: *lectus verò* durus *vibi-*
ces-imprimens, totum dorſum inclinatum pungat.
Contingat mihi ô *Iupiter, tibi contingat* inqvam me *pla-*
qvi hunc adminiſtras montem, fertilis ter- (*cere,*
ræ frontem, cui monti *cognominem*
inclytus coloniæ-deductor claram-fecit urbem
vicinam: Pythiadis
ſiqvidem in curriculo præco proclamavit ipſam, nun-
cians ſpectatoribus *de Hierone*
ſplendido-victore

B.

Curribus. Qvi verò navibus-vehuntur
viris prima gratia ſeu felicitas eſt,
navigationem auſpicantibus, ſibi *ſecun-*
dum venire ventum: veriſimile enim
etiam-in fine feliciorem redi-

tum

στου τυχεῖν. Ὁ δὲ λόγος
ταύταις ἐπὶ συντυχίαις δόξαν φέρει,
λοιπὸν ἔσεσθαι στεφάνοι-
σιν, ἵπποισίν τε κλυτὰν,
καὶ σὺν εὐφώνοις θαλίαις ὀνομαστάν.
Λύκιε, καὶ Δάλοι' ἀνάσσων
Φοῖβε, Παρνασῶ τε κράναν
Κασταλίαν φιλέων,
ἐθελήσαις ταῦτα νόῳ
τιθέμεν, εὔανδρόν τε χώραν.

στρο. γ. κώ. ιβ.

Ἐκ Θεῶν γὰρ μαχαναὶ πᾶ-
σαι βροτέαις ἀρεταῖς:
καὶ σοφοὶ, καὶ χερσὶ βια-
ταὶ, περίγλωσσοί τ' ἔφυν. Ἄνδρα δ' ἐγὼ κεῖνον
αἰνῆσαι μενοινῶν, ἔλπομαι
μὴ χαλκοπάραον ἄκονθ' ὡσεί τ' ἀγῶ-
νος βαλεῖν ἔξω παλάμᾳ δονέων,
μακρὰ δὲ ῥίψαις, ἀμεύσασθ' ἀντίους.
Εἰ γὰρ ὁ πᾶς χρόνος ὄλ-
βον μὲν οὕτω, καὶ κτεάνων δόσιν εὐ-
θύνοι, καμάτων δ' ἐπίλα-
σιν παράσχοι:

ἀντιστρο. γ. κώ. ιβ.

ἦ κεν ἀμμνάσειεν οἵαις
ἐν πολέμοισι μάχαις
τλάμονι ψυχᾷ παρέμει-
ν', ἁνίχ' εὑρίσκοντο Θεῶν παλάμαις τιμὰν,
(οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει,)
πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχον. Νῦν γε μὰν
τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων,
ἐστρατεύθη. Σὺν δ' ἀνάγκᾳ μιν φίλον

tum eos *conſecuturos. Atq; hæc ratio*
hoſce propter eventus opinionem affert,
deinceps qvoq; *futuram-eſſe* Ætnam urbem *coro-*
nis reportatis, *eqvisq;* victoribus *inclytam,*
& in dulciſonis conviviis celebrem.
O *Lycie, & Delo imperans*
Phœbe, Parnaſiq; fontem
Caſtalium amans;
velis hæc qvæ cano *animo*
recondere, beneq;-viris-inſtructam regionem hanc fa-(cere.

γ.

A Diis enim conatus o-
mnes humanis virtutibus veniunt:
& divinitus *ſapientes, & manibus for-*
tes, eloqventesq; naſcuntur. Virum autem ego illum
laudare in-animo-habens, ſpero me
non ærea-cuſpide-munitam ſagittam velut ex-
tra certamen jacturum, manu vibrantem,
ſed procul ejaculatum tranſeundo-ſuperaturum adverſa-(*rios.*
Utinam enim omne tempus felici-
tatem qvidem ſic ut precor, & *divitiarum elargitionẽ di-*
rigat, dolorum verò morbi *oblivi-*
onem præbeat:

g.

Certè in-memoriam-ei-revocaturum-eſſet, qvalibus,
in bellis, pugnis
toleranti animo perſeveranter-inter-
fuerit, qvando adepti-ſunt Hiero & fratres *Deorum au-*(*xiliis honorem,*
qvalem nemo Græcorum decerpit)
divitiarum ſuarum *coronamentum ſuperbum. Nunc verò*
Philoctetæ morem imitatus (ciliando
militavit. Ex neceſſitate verò ei, tanqvam *amico* recon-

καί τις ἐὼν μεγαλά-
νωρ, ἔσανεν. Φαντὶ δὲ Λαμνόθεν ἕλ-
κει τειρόμενον μεταλλάσ-
σοντας ἐλθεῖν

ἐπῳ. γ. κῶ. ιε.

ἥρωας ἀντιθέους Ποί-
αντος ὑὸν τοξόταν:
ὃς Πριάμοιο πόλιν πέρ-
σεν, τελεύτασέν τε πόνους Δαναοῖς,
ἀσθενεῖ μὲν χρωτὶ βαίνων:
ἀλλὰ μοιρίδιον ἦν.
Οὕτω δ' Ἱέρωνί τις ὀρθωτὴρ πέλοι,
τὸν προσέρποντα χρόνον, ὧν
ἔραται, καιρὸν διδούς.
Μοῖσα, καὶ πὰρ Δεινομένει κελαδῆσαι
πείθεό μοι ποινὰν τεθρίππων.
Χάρμα δ' οὐκ ἀλλότριον νι-
καφορία πατέρος.
Ἄγ' ἔπειτ' Αἴτνας βασιλεῖ
φίλιον ἐξεύρομεν ὕμνον.

στροφὴ δ. κῶ. ιβ.

Τῷ πόλιν κείναν θεοδμά-
τῳ σὺν ἐλευθερίᾳ,
Ὑλλίδος στάθμας Ἱέρων
ἐν νόμοις ἔκτισσε. Θέλοντι δὲ Παμφύλου
καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰ-
εὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριῆς. Ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι,
Πίνδοθεν ὀρνύμενοι,
λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν βαθύδο-

etiam aliqvis exiſtens magnani-
mus blanditus-eſt. Ajunt verò è-Lemno ul-
cere vexatum abducendum *inveſti-*
gaturos eò *veniſſe*

G.

heroas divinos Pœ-
antis filium Sagittatorem,
qvi Priami urbem ever-
tit, finivitq́; labores Danais,
infirmo ſanè corpore incedens:
ſed ita fieri *fatale erat.*
Sic verò Hieroni aliqvis ſanitatis *reſtitutor adſit*
ſeqventi tempore eorum *qvæ*
optat, opportunam-facultatem tribuens.
O *Muſa, etiam apud Dinomenem ad-canendum*
obſeqvere mihi præmium qvadrigarum.
Gaudium enim non alienum à filio *vi-*
ctoria Patris.
Age, deinceps futuro *Ætnæ regi*
gratum meditando-excogitemus hymnum.

δ.

Cui urbem illam divinitus-fun-
data cum libertate
Hyllidis amuſſis Hiero
in legibus condidit inſtaurans. *Volunt autem Pamphyli*
atq; etiam Heraclidarum poſteri,
ſub collibus Taygeti habitantes, ſem-
per manere in legibus Ægimii
Dorienſes. Inhabitarunt verò Amyclas fortunati,
è-Pindo profecti, qvum Peloponneſum occupaſſent,
albis-eqvis-inſidentium Tyndaridarum celeber-

ξοι γείτονες, ὧν κλέος ἄν-
θησεν αἰχμᾶς.

ἀντιστρο. δ. κῶ. ιβ.

Ζεῦ, τέλει: αἰεὶ δὲ τοιαύ-
ταν, Ἀμένα παρ᾽ ὕδωρ,
αἶσαν, ἀστοῖς καὶ βασιλεῦ-
σι, διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀνθρώπων.
Σύν τοι τίν κεν ἁγητὴρ ἀνὴρ
υἱῷ τ᾽ ἐπιτελλόμενος, δᾶμόν τε γέ-
ρων τράποι σύμφωνον ἐφ᾽ ἡσυχίαν.
Λίσσομαι νεῦσον Κρονίων, ἅμερον
ὄφρα κατ᾽ οἶκον ὁ Φοί-
νιξ, ὁ Τυρσανῶν τ᾽ ἀλαλατὸς ἔχη,
ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν,
τὰν πρὸ Κύμας:

ἐπῳ. δ. κῶ. ιε.

οἷα Συρακοσίων ἀρ-
χῷ δαμασθέντες πάθον,
ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν:
ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ᾽ ἁλικίαν,
Ἑλλάδ᾽ ἐξέλκων βαρείας
δουλείας. Ἐλέομαι
πὰρ μὲν Σαλαμῖνος, Ἀθηναίων χάριν,
μισθόν: ἐν Σπάρτᾳ δ᾽ ἐρέω
πρὸ Κιθαιρῶνος μάχαν:
ταῖσι Μήδειοι κάμον ἀγκυλότοξοι:
πὰρ δέ γε τὰν εὔυδρον ἀκτὰν
Ἱμέρα, παίδεσσιν ὕμνον
Δεινομένευς τελέσαις,
τὸν ἐδέξαντ᾽ ἀμφ᾽ ἀρετᾷ,
πολεμίων ἀνδρῶν καμόντων.

rimi cohabitatores, eorumq́ gloria floruit haſtæ i. e. virtutis bellicæ.

d.

) Jupiter perfice qvæ peto *: ſemperq́ talem Amenæ juxta aqvam* habitantibus
fortunam, civibus & Regibus, largire, ut *dijudicare-poſſit recta ratio hominum.*
Tua utiqve ope, cùm ductor ad virtutem *vir*
filio exortus, tum populum ſubditum *ſenex tradat* ei *concordem ad tranqvillitatem.*
Supplex-oro, annue Saturnie, pacifica
ut in domo Phœnix, Tyrrhenorumq́ ardor-bellicus ſe *contineat,*
navibus-ſuis-noxiam cladem intuitus,
qvæ ante Cumam ei venit:

D.

qvalia Syracuſiorum à *duce victi paſſi-ſunt,*
velocibus à navibus:
qvi ipſis in mari disjecit juventutem militarem,
Græciam extrahens è *gravi ſervitute. Amplectar*
apud Salaminem qvidem Athenienſium beneficium,
mercedem: & in Sparta dicam
ante Cithæronem commiſſam *pugnam:*
qvibus Medi afflicti-ſunt curvorum-arcuum geſtatores:
veruntamen ad pulchrè-aqvoſam ripam
Himeræ, filiis hymnum
Dinomenis ubi prius *perfecero,*
qvem accipere-promeriti-ſunt per virtutem,
hoſtibus viris profligatis.

d 3 Oppor-

στροφ. ε. κώ. ιβ.

Καιρὸν εἰ φθέγξαιο, πολλῶν
πείρατα συντανύσαις
ἐν βραχεῖ: μείων ἕπεται
μῶμος ἀνθρώπων. Ἀπὸ γὰρ κόρος ἀμβλύνει
αἰανὴς ταχείας ἀπάδις.
Ἀστῶν δ' ἀκοὰ, κρύφιον θυμὸν βαρύ-
νει μάλιστ' ἐσλοῖσιν ἐπ' ἀλλοτρίοις.
Ἀλλ' ὅμως (κρέσσων γὰρ οἰκτιρμῶν φθόνος)
μὴ παριεὶς καλὰ, νώ-
μα δικαίῳ πηδαλίῳ στρατόν, ἀ-
ψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλ-
κευε γλῶσσαν.

ἀντι. ε. κώ. ιβ.

Εἴ τι καὶ φλαῦρον παραιθύσ-
σει, μέγα τοι φέρεται
πὰρ σέθεν. Πολλῶν ταμίας
ἐσσί: πολλοὶ μάρτυρες ἀμφοτέροις πιστοί.
Εὐανθεῖ δ' ἐν ὀργᾷ παρμένων,
εἴπερ τι φιλεῖς ἀκοὰν ἀδεῖαν ἀ-
εὶ κλύειν, μὴ κάμνε λίαν δαπάναις:
ἐξίει δ' ὥσπερ κυβερνάτας ἀνὴρ
ἱστίον ἀνεμόεν.
Μὴ δολωθῇς ὦ φίλε κέρδεσιν εὐτρα-
πέλοις. Ὀπιθόμβροτον αὔ-
χημα δόξας,

ἐπῳδ. ε. κώ. ιε.

οἷον ἀποιχομένων ἀν-
δρῶν δίαιταν μανύει,
καὶ λογίοις, καὶ ἀοιδοῖς.
Οὐ φθινεῖ Κροίσου φιλόφρων ἀρετά.
Τὸν δὲ ταύρῳ χαλκέῳ καυ-

τῆρ

ε.

Opportunè ſi dixeris, multarum
ſummas complexus oratione
in brevi: minor ſeqvitur
reprehenſio hominum. Nam ſatietas prolixitatis *obtundit*
ingrata celeres i. e. promptas auditorum *mentes.*
Civium verò fama occultè animum mole-
ſtat maximè bona ob aliena.
Veruntamen (melior enim miſerationibus Invidia)
non prætermittens honeſta, guber-
na juſto clavo populum, ve-
racemq; ad incudem fabricando - qva-
ſi - forma lingvam.

ϛ.

Si qvid enim *qvantumvis leve à - te - profe-*
ctum fuerit, magnum utiqve circumfertur
à te. Multorum adminiſtrator
es: multi teſtes ſunt *ambobus fide - digni.*
Tu *verò generoſo in propoſito permanens,*
ſi modò vel - tantillum aves famam dulcem ſem-
per de te *audire, ne defatigeris admodum ſumptibus:*
ſed expande tanqvam navis *gubernator vir*
velum ventoſum.
Ne decipiaris ô amice lucris urbanè - nu-
gacibus. Nam *poſt - mortem - homines - ſeqvens glori-*
atio laudis,

Ε.

Sola defunctorum viro-
rum vitæ - rationem indicat,
tam per - Oratores, qvàm per - Poëtas.
Non interibit Crœſi comitatem - ſapiens virtus.
At in tauro æneo hominum *uſtula-*

torem,

τῆρα, νηλέα νόον
ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾶ φάτις:
οὐδέ μιν φόρμιγγες ὑπω-
ρόφιαι κοινωνίαν
μαλθακὰν, παίδων ὀάροισι δέχονται.
Εὖ δὲ παθεῖν, τὸ πρῶτον ἀέθλων:
εὖ δ' ἀκούειν, δευτέρα μοῖ-
ρ'. Ἀμφοτέροισι δ' ἀνὴρ
ὃς ἂν ἐγκύρσῃ, καὶ ἕλῃ,
ςέφανον ὕψιςον δέδεκται.

Commentarius.

X Ρυσέα φόρμιγξ] Partes hujus εἴδους præcipuè ſunt qvinqve: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Apoſtrophe triplex, & Epilogus. Exordium continet laudes citharæ, I. à materia, dum vocat χρυσέαν, vel aliàs etiam à precioſitate, pulchritudine, & dignitate, ſicut ſæpè τὰ τίμια vocantur χρύσεα, ut *Olymp. α.* χρύσεαι ἵπποι, *aureæ*, id eſt, *generoſæ eqvæ*. Sic χρυσῆ ἀφροδίτη: Aureum ſeculum: liber aureus, &c. & *Pyth. γ. ςρ. δ.* ὑγίεια χρυσέα. II. ab Apolline Inventore, & Muſis cultricibus. III. ab uſu in Choreis & Concentibus Muſicis, qvorum dux Cithara eſt. IV. ab effectibus, Qvia fulmen exſtingvit, ſeu Jovis iram avertit: Qvia bruta etiam delinit & dulcedine ſopit, qvod declarat exemplo Aqvilæ: Qvia Martem etiam ferocem ita demulcet, ut relicto bello ejus κώμαις ſe oblectet: Qvia deniq; etiam Dæmones placat, ſi Apoll[...] & Muſarum gratiam habeat. [...] contrario vel repugnanti, Qvia [...] mini eſt inviſa, niſi infelicibus [...] qvi Jovi ſunt inviſi, qvalis eſt [...] phos, qvem ibi deſcribit, qvòd ja[...] in Tartaro: qvòd ſit Deorum ho[...] qvòd ſit centiceps: qvòd in Cili[...] qvidem fuerit natus & educatus, [...] verò ſub Ætna monte poſitus in S[...] lia; qvòd ſit Vulcani filius; qvò[...] gnes ex Aetna evomat &c. Si[...] etiam Aetna deſcribitur, ab exc[...] tate, dum κίων οὐρανία dicitur: à [...] bus, qvas in ſummitate per tot[...] annum habet: ab ignibus, qv[...] crateribus eructat; qvi de die m[...] fumidi ſunt, de nocte verò rutil[...] flamma apparent, & ſæpè ſax[...] gentia cum magno fragore in [...] ejaculantur. Cæterùm etiamſi [...] ita ſe habeant in genere: In ſp[...] tamen ſciendum, Hieronem Pi[...] ro, pro hymno, qvem in victori[...] Ol[...]

torem , ſævum mente
odioſa Phalarin tenet ubiqve fama:
neqve ipſum citharæ dome-
ſticæ in *conſortium*
ſuave puerorum vocibus-teneris admittunt.
Cæterùm bona fortuna uti, primum eſt *præmiorum:*
benè verò audire, ſecunda felici-
tas. In *utraqve autem vir*
quicunq; inciderit, & ea acceperit,
is *coronam ſummæ dignitatis accepit.*

-mpicam ſcripſerat, Citharam au-m (mit güldenen ſchilden beſchla-.) promiſiſſe, nondum autem tenus dediſſe, ut ex *Artemone Scho-*-*es* annotat. Tacitè ergò men-ne & commendatione Citharæ eæ, promiſsi Hieronem admo-. (höre *Hiero* / wie ſchöne klingt dei-*urea cithara.*) Qvo fine etiam -à in Epilogo, de veracitate & li-alitate fuſiùs, qvàm de cæteris vir-bus Regiis agit.

-. 1. Ἀπόλλων] Apollo enim à -rcurio pro boum furto Citharam -nus accepit. *Brubach. Romana*, -*ntin. & Commelin: editiones* ha-t poſt Ἀπόλλων comma: *Cra-drina* verò cum *Philippo & Loni-*-, comma ſtatim poſt Φόρμιγξ -it. Rectiùs.

-. 2. ἰοπλοκάμων μοισᾶν] Muſis -m propter artificium pſallendi, -hara tribuitur. Dicuntur ἰοπλό-*κοι, violaceum ſeu nigricans capil-*-*m habentes*, qvale olim pulchri-inis fuit, qvum hodiè albeſcens flaveſcens pleriſq; arrideat. *Su-prà Ol. ϛ.* Evadne ἰοβόστρυχος eâdem ſenſu fuit dicta.

α. 3. σύνδικον κτέανον] *Scholiaſtes* reddit συνῳδὸν, *conſonum. Apollonius* σύντροπον, *conveniens, aptum, æqvum:* qvandoqvidem ἡ δίκη ſæpè pro τρόπῳ accipitur. *Homerus Odyſſ.* ϟ. *v.*43. αὕτη δὴ δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι. Et *Od.* ω. ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων, ſo pflegens die alten zumachen. & *infrà* ἀντ. γ. τὰν Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπων, *Philoctetæ morem imitatus*, Sicut & θέμις *pro more* accipitur. *Il.* ι. ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν. Loqvitur de Coitu. Eſt ergo σύνδικον κτέανον, *apta vel conveniens poſſeſſio:* æqvuum enim eſt, Muſas inſtrumentis Muſicis occupari. Aliàs σύνδικος eſt *patronus cauſæ*. Inde συνδικία, *cauſæ patrocinium*.

α. 4. τᾶς ἀκούει μὲν βάσις] *Scholiaſtes* βάσιν reddit ῥυθμὸν harmonicum: alii chordarum κροῦσιν; Rectiùs *Philippus, Lonicerus, Aretius, & Heinſius*, de inceſſu rhythmico in choreis interpretātur: ibi enim pes τῶν χορευτῶν, motum ad citharæ numeros accom-

c modat,

modat, & ita qvaſi citharæ obedit. Muß ſich nach jhr richten. Extra numeros enim ſaltare, ruſticum. Eſt ergò πᾶς ἀκȣ́ει, pro ἡ ὑπακȣ́ει.

α. 4. ἀγλαΐας ἀρχά] Appoſitio referenda ad βάσις: itaq; non opus eſt copula, qvam interſeruit *Lonicerus*, *Te qvidem baſis & lætitiæ principium audit* ἡ ἀρχὴ, hoc loco *principium* notat, vel *præcipuum*: ἀγλαΐα verò, *ſplendidum & lætitia atqve hilaritate plenum convivium* ſignificat. Sic *Pſalmo* 137. *In princip:o lætitiæ meæ*, pro in maxima parte lætitiæ. Simili ſenſu *Homerus*: μολπή τ' ὀρχηςύς τε, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.

α. 5. πείθονται δ' ἀοιδοὶ σάμασιν] id eſt, in concentibus Muſicis, Wenn allerley Inſtrumenta zuſammen geſtimmet werden, Cantores obtemperant tuis ſignis tonorum, wie es jhnen die Cithara gibt/ vnd anſtimmet/ ſo nehmens die andern auch, ita ut ad citharæ tonos, ſuam qvoqve vocem, & reliqva inſtrumenta accommodent, & ita Citharæ qvaſi duci obtemperent. *Lonicerus* reddit, *Qvando Cantores vel ſignis perſvadentur*, minùs benè. Ineptiùs *Aretius* de ſaltatoribus accipit. Τὰ σάματα, hoc loco *ſigna* ſunt, & προκελεύσματα τῆς προανακρȣ́σεως. Aliàs *ſepulcra & monimenta* notant.

α. 6 ἁγησιχόρων ὁπόταν προοιμίων] legendum, ἁγησιχόρων ὁπόταν τῶν Φροιμίων. Eſt autem τὸ Φροίμιον, Atticum pro προοίμιον: Sicut θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον: τȣ̃πος, pro τὸ ἔπος: τȣ̃νομα, pro τὸ ὄνομα. Componiturq; ex οἶμος vel οἴμη, qvorum utrumq; eſt *Via* & poſterius etiam *Cantus*. (*Odyſſ. θ v. 38.*) quæ Nomina genuinum Spiritum habent aſperum, uti etiam *Suidas, Chryſoloras & Gaza* ea aſpe rarunt, ſicut & inde deductum Verbum οἰμάω, *irruo*. *Euſtathius* aſpe ravit. Et aſperanda ea omninò eſſe vel Atticorum hoc Φροίμιον convin cit, qvi, dum Præpoſitio cum pr ma Syllaba in unam coit, ad expr mendum Spiritum, tenuem π, i aſperatam φ mutarunt, ſicut in Φρ δος, propter aſperationem τȣ̃ ὁδȣ̃ & in θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον: qvò ſi leniter fuiſſent iſta aſpiranda προίμιον debebat dici, ut τȣ̃πος pro τὸ ἔπος. Sed ita invalu conſvetudo poſteriorum, ut à libra riis decepti, hodiè οἶμος & οἴμ in omnibus penè libris fecerint. P tet autem ex jam dictis, non tant perè peccatum fuiſſe ab iis, qvi la nis literis *Prohœmium* ſcripſerun modò aliqvi non *Prohemium* vel *Pr hæmium* ſcripſiſſent. Significat a tem προοίμιον vel atticè Φροίμιο τὸ πρὸ τῆς ὁδȣ̃ vel ᾠδῆς, *præamb lum, vel Præcentionem,* (*Gell. & C* & non tantùm in Muſicis locum h bet, ſed de Oratorum etiam & Po tarum Exordiis dicitur. *Ariſtot. Rhet. cap. 14.* Hoc loco Synecdoc cè pro toto Hymno accipitur: ut *infrà Pythior.* ζ. α. 2. Sicut & *Thu dides lib. 3.* Hymnum Homeri in pollinem, vocat προοίμιον Ἀπό λωνος: ubi *Scholiaſtes* diſertè ad ὕμνȣς γὰρ προοίμια ἐκάλȣν. Sic *P ſan. in Phoc.* Ἀλκαῖος ἐν προοιμ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα. Et *in Bœot.*

Σκαιάδαν προοίμιον. Τὸ ἀγησι-χόρων, *Lonicerus* reddidit, *Choro ad-mirandorum*, tanqvam ab ἀγάο-μαι, *miror*. Rectiùs *Vulgata Verſio*, *Choris praeuntium*, vel ſi libet, *Cho-ros ducentium*, ab ἄγω *duco*. Vel fortaſſe veriùs ab ἀγέομαι, qvod Doricum & Aeolicum eſt pro ἡγέ-ομαι. Qvòd eò veriſimilius eſt, qvia α primæ Syllabæ producitur, & in Ἀγησίας, *Olymp.* ς. *α.* 7. & *ε.* 11. & in Ἀγησίδαμος, *Ol.* ι. 6. & *ε.* 2. & *Ol.* ια. *α.* 6.

α. 7. ἀμβολὰς] Syncope Poëti-ca pro ἀναβολάς. Eſt autem ἀνα-βολή vel ἀμβολή, *præludium*, *exor-dium*, *præambulum*, *ut* προοίμιον in propria ſignificatione. Inde pa-tet, προοίμιον hîc non *exordia*, ſed *ipſos hymnos* ſignificare; qvia abſur-dum eſſet reddere, *præludia prælu-diorum*, vel *proœmia proœmiorum*. Derivatur à verbo ἀναβάλλεσθαι, qvod non tantùm *Differre* & *Pro-craſtinare*, ſed & *Ordiri* & *Auſpi-cari* ſignificat. *Homer. Od.* θ. αὐτὰρ ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀεί-δειν. Vide *ad Nem.* ϐ. *α.* 5.

α. 7. ἐλελιζομένα] *impulſa*, *leviter agitata*, ita ut reſonet ἐλελι ἔλελι. Eſt enim Verbum ὀνοματοποιη-τικόν.

α. 8. καὶ τὸν αἰχματὰν κεραυ-νὸν] Hypallage, pro τοῦ αἰχματοῦ κεραυνοῦ ἀέναον πῦρ. ὁ αἰχμα-τὴς autem, qvi alibi *Bellator* eſt, hoc loco αἰχμὰς *ſeu cuſpides habentem* ſignificat, ut ſit αἰχματὰς κεραυνός, *fulmen cuſpidatum* ut *Vulgata* reddi-dit, hoc eſt Metonymicè, *Penetrans*. *Lonicerus* hoc ferè ſenſu reddidit *Di-rum fortiſſimumq;*. Intelligit autem Poëta Metonymia dithyrambica, *Iram Jovis placari Muſica*.

α. 8. σβεννύεις] *Cratandrina edi-tio* habet Indicativum, σβεννύεις. Re-liqvæ pleræqve habent σβεννύῃς, in Subjunctivo. Minùs benè. Neqve enim refertur hoc Verbum ad ὁπό-ταν, ut ſuprà τεύχῃς eò referebatur.

α. 9. ἀενάου πυρὸς] Metaphora ab Aqvis, id eſt, ἀσβέστου. Vel etiam Metonymia effectus, à rebus qvæ ad ignes liqveſiunt & fluunt.

α. 10. ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς] Tribuitur enim Aqvila Jovi, propterea qvòd o-mnium aliarum avium volatum in altum ſuperet, ideoq; ad Jovem qva-ſi volare putetur (vel videatur). Τὸ ἀνὰ σκάπτῳ, eſt vel *In ſceptro*, ut Lo-nicerus, vel *Supra ſceptrum*, ut Por-tus, non *Sub ſceptro*, ut *Vulgata* reddi-dit. Non malè etiam reddemus, *ſu-per ſceptro*.

α. 10. αἰετὸς] De Aqvila vide *A-riſt. lib.* 9. *hiſt. animal: cap.* 32. & *Pli-nium lib.* 10. *cap.* 3.

α. 11. ἀρχὸς οἰωνῶν] id eſt, *Dux*, ut *Vulgata*: vel *Princeps*, ut *Aretius*: vel *Rex avium*, ut *Philippus* & *Lonicerus* reddiderunt. Inter aves enim oſci-nes & auguratrices, Princeps fuit A-qvila, ex Augurum olim diſciplina. Malè *Portus*, qvi *Vulgatam* ver-ſionem accuratè aliàs repurga-vit, *Regina avium* reddidit, reſpi-ciens ad Genus Grammaticum vocis *Aqvila:* qvaſi verò tantùm Aqvila fœ-mina, non item Aqvila mas, inter a-ves regnare putetur: qvum veriùs ſit reſpectus faciẽdus ad ipſam ſpeciem, qvæ utrumq; ſexum in ſe continet, & in nonnullis vocib. ſub diſtinctis ter-minationibus & generibus, ſeorſim alterutrum ſexum expreſſum ha-

 bet

bet ut *Columbus, Columba* : in nonnullis ἐπικοίνως, ſub una terminatione, unoq; Genere, nunc Maſculino, nunc Fœminino, utrumqve ſexum comprehendit, ut ὁ αἰετός, *Aqvila, ſive mas ſit ſive fœmina*: ἡ χελιδών, *Hirundo, ſive mas ſit ſive fœmina.* Adde qvòd in Regno, qvale hîc inter aves fingitur, dignitatis cauſa Rex potiùs nominetur qvàm Regina: niſi ratio ſexus aliter neceſſariò juſſerit, cujusmodi accidit, qvando fœmina regno præeſt. Sic *Elizabetha illa laudatiſſima*, non Rex, ſed Regina erat Angliæ. Hîc verò ſexus ratione nulla neceſſitas oritur. Qvòd ſi ideò dicatur, Reginam potiùs qvàm Regem dicendam eſſe Aqvilam, qvia Avium genus Grammaticum, fœmininum eſt: nec Apem illam coronatam, majoremq; cæteris & pulchriorem, *Regem Apum*; aut Vitem, *Regem Arborum*, appellare liceret.

α, 12. κελαινῶπιν νεφέλαν] *nebulam nigram vel obſcuram*, id eſt, Somnum, (Wanns einem in den Augen finſter wird / da man eitel Eclipſes ſihet) qvem per ἐπεξήγησιν mox nominat *Dulce palpebrarum clauſtrum*, propter πάθος dormientium (ideò ἀδὺ) & palpebrarum conniventiam. *Aretius* Nominativum facit Κελαινώψ, à qvo Accuſativum oporteret eſſe κελαινῶπα: ſicut κύκλωψ, κύκλωπα: Verus Nominativus eſt, ἡ κελαινῶπις, à Maſculino ὁ κελαινώπης, *nigram faciem habens*, was finſter vnnd trübe ausſihet.

a. 2.3. ἀγκύλῳ κρατί] *in curvum caput, in curvè roſtratum caput.* Synecdoche. ὁ κράς, vel etiam τὸ κράς κρατός, *caput* eſt. Non ergò hoc loco eſt Syncope pro κάρατι, à Nominativo τὸ κάρα, ut volunt *Lonicerus* & *Aretius*; qvum Nomen hoc perpetuò Neutri generis ſit, nunquam Maſculini: tametſi recentiorum aliqvos contra Veterum conſvetudinem in Fœminino uſurpaſſe *Euſtathius* annotat. Interim in Neutro hoc talem Syncopen fieri poſſe, non negamus, ut δορί pro δόρατι &c. Saltem non neceſſarium dicimus qvum Nominativus regularis exte ὁ vel τὸ κράς.

a. 4. κλαΐστρον] Aliqvi κλεῖθρον (à κλείω *claudo*) *ſera*, vel κλεῖστρον cujus exemplum ex *Luciano* affer tur. Non malè tamen retineb mus κλαΐστρον, vel κλᾷστρον, v qvod *Heſychius* habet κλᾷθρον niſi fortè menda ſubſit, pro κλᾷ θρον: qvæ omnia à Dorico κλᾴ pro κλείω deducuntur.

a. 4. κατέχευας] Legendum videtur ἐγκατέχευας, *infudiſti*, eſt, *infundere ſoles*. Aliàs Syllaba deeſt.

a. 5. ὑγρὸν νῶτον αἰωρεῖ] *tergi humidum*, id eſt, cum reliqvo to corpore, delectatione undiqve p fuſum, inter dormiendum incurv tum attollit. Metaphora dith rambica eſt in ὑγρόν. Qvomo *Scholiaſtes* ſuam interpretationem αἰωρεῖται, τὸν νῶτον ἐπὶ θάπ ρέπων, intelligi velit, non ſatis qvet. Neſcio qvomodo Aqvila t gum in alteram partem inclinet propterea dici poſſet ὑγρόν.

a. 6. τεαῖς ῥιπαῖσι] *tuis βολαῖς, ctibus, ictibus, vel jaculis*: eadem

rè N

Metaphora, qvâ infrà dicuntur λα. Intelliguntur autem utrobiq; θελκτικὰ τῆς μȣσικῆς πάθη, id ;, ut *Portus* benè exponit, Carmi-um, qvæ canuntur, ſoni harmonici, i aures animosq; ſuis illecebris, ut lìs feriunt & penetrant. Simili fe-tatione *Ol. α. D. & Ol. ϐ. ε.* βέλος o *vi Poëtica & Muſica* accipitur.

a. 6. κατασχόμενος] *Ald. & Pal.* καταγχόμενος.

a. 6. καὶ γὰρ] *Qvin etiam.*

a. 7. βιατὰς Ἄρης] Non tantùm *ars ipſe* notatur: ſed Metonymicè am *Viri Martiales & bellicoſi.* Ex-mplum de Achille habet *Homerus* ι. Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον όρμιγγι λιγείῃ. Eſt autem Empha-in βιατὰς, id eſt, *violentus, vi omnia ens, non illecebris & θέλκτροις*: ita præter tacitam ἀντίθεσιν, ſimul eti-ı innuatur, illa θελκτήρια Muſica βίᾳ potentiora eſſe.

a. 7. τραχεῖαν] legendum τρη-χεῖαν, aut aliàs α primæ producen-m. ut & Πυθ. δ. στρ. ζ. 3.

a. 8. ἐγχέων ἀκμάν] haſtarum ſpidem vel aciem, id eſt, Metony-icè bella vel bellorum ſtudia.

a. 8. ἰαίνει] *Calefacit, Tepefacit* i. e. tificat, delectat. In lætitia enim ediocris excitatur calor, ſicut in ſtitia frigus. *Plutarchus de primo g:*

a. 9. κώματι] τὸ κῶμα interdum *mnum* ſignificat: interdum *Veter-m*, interdum *Marcorem*: interdum *ecebras*: de qvarum ſignificatio-m varietate Lexicographi conſu-ntur. Hoc loco κῶμα *voluptatem* κώμῳ, id eſt cantu convivali, vel κωμιαστικῷ, in qva ſignificatione ndarus τὸν κῶμον alibi uſurpat.

a. 10. καὶ Δαιμόνων θέλγει φρέ-νας] Exemplum ſuppeditat Hiſtoria Saulis *1. Sam. 16.* ſi Sacra licet con-ferre prophanis. Nos in Eccleſia di-ceremus: ψαλτήριον καὶ δαιμόνων φυγαδεύει κακίας, ἀμφί τε εὐσεβείᾳ, καὶ πνεύματος ἁγίȣ σοφίᾳ.

a. 10. 11. ἀμφί τε Λατοΐδα σοφίᾳ] *cum ſapientia Apollinis & Muſarum*, id eſt ſi artificiosè concentum fuerit. In Λατοΐδα vel facienda eſt συνίζη-σις, q. Λατοίδα: vel primum tempus longum reſolvendum in duo brevia, ut etiam fit in ἀντ: ε, ubi συνίζησις admitti non poteſt, ut ſuo loco mo-nebitur. Et *Ald.* habet Λατοίδα.

a. 12. βαθυκόλπων τε Μοισᾶν] id eſt *profundos ſinus habentium*, vel *ſinus altos propter profundum cinctum ha-bentium*, Vel, *ſinus veſtium habitu cor-poris vegeto benè explentium*, id eſt in optimo & pulcherrimo vigore con-ſtitutarum. Qvod epitheton etſi de barbaricis fœminis loco vituperii à dedecente veſtitu uſurpari ab *Ho-mero Euſtathius* nimis infirmiter con-tendat: Certum tamen eſt, Poëtam hîc de elegantiæ nota illud accipere, qvum Muſis tribuat; ſicut & infrà *Iſthm.* ϛ' G. Muſas βαθυζώνȣς κόρας μναμοσυνάς eodem ferè ſenſu ap-pellat. Videntur potiùs Synonyma eſſe, qvorum unum ad cinctum, alte-rum ad ſinum circa cinctum, reſpe-ctum habeat: ferè eodem ſenſu, ac ſi qvis in eodem loco nunc montes nunc valles nominet, qvum ſimul ſint. Vide & *Ol. γ. γ. 9.*

A. 1. Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε Ζεύς] Hujus pronunciati Pindarici veriſ-ſimi, rationem affert *Plutarchus* περὶ δεισιδαιμονίας, qvia ejuſmodi ge-neris humani monſtra, Muſicæ con-

 temptri-

temptricia, ad auſcultationem ſibi adverſæ Muſicæ, διαγριαίνονται καὶ ἀγανακτοῦσι, magis efferantur fremuntq;: ideoq; ἀτύζονται, *conſternantur, & terrore percelluntur*, ſi qvando Muſica audienda eſt. Declaratq; exemplo Tigridum, qvæ audito tympano in rabiem agi ac territari, tandemq; præ furore ſemetipſas dilaniare dicuntur. Contra *Plato dicit*, Muſicam ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν, hominibus à Deo datam eſſe, οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὤτων, ſed ideò conceſſam, ut animi periodos & harmonias turbulentas & erraticas in corpore, Muſarum & Gratiarum penuria, per inſolentiam & improbitatem laſcivientes, iterum revolvat decenter & reducat: ut *ibidem Plut. allegat.* Et ut idem *Plutarchus lib. 9. qvæſt. 14.* ad hunc ipſum locum ait, qvod in nobis eſt turbulentum, lenit & mulcet, errantesq; nos qvaſi ἐξ ἀνοδίας leniter revocat & componit. Idem *Plutarchus de beata vita contra Epicurum*, hunc ipſum locum in laudem Muſices allegat. Cæterùm hîc Neutrum ὅσσα, pro Maſculino ὅσσους, Concretum pro Abſtracto ponitur. was Vater vnd Mutter kein gut thut / das thut ſonſt auch kein gut. Pro wer / & der.

A. 3. ἀΐοντα] Perperam *Cratandrina editio* habet ἀνιόντα. *Auguſtanus Codex*, πιερίδων δ' ἀϊόντας, etiam perperam.

A. 4. πόντον καὶ ἀμαιμάκετον] *in mari immenſo vel vaſto.* ὁ καὶ ἡ ἀμαιμάκετος, eſt *magnus, vaſtus, immenſus, vehemens, impetuoſus*; ab α particula ἐπιτατικῇ, & μαιμάω, i… eſt *vehementer cupio, Vehementi im*… *petu feror.*

A. 5. ὅς τε] ſc: ἀτύζεται, μὴ πεφ… λημένος Ζηνί.

A. 5. ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ] ὁ τάρτα… ρος, & τὰ τάρταρα, à ταράσσειν n… minari putatur, partim propter t… nebras & turbas aëris: partim pr… pter frigus, qvo tremere & horre… facit (*tenebræ exteriores*, ſampt he… len vnd Zeenklappen.) *Plutarchus* … *primo frigido*, Infernum Τάρταρον d… ci à frigore cenſet, allegatq; verſu… *Heſiodi*, qvi τάρταρον ἠερόεντα voca… id eſt, *obſcuro & frigido aëre oppletu*… (*Theog. v. 118.*) Atq; inde ſanè ve… bum ταρταρίζειν eſt, τὰ ῥιγοῦν… πάλλεσθαι καὶ τρέμειν, id eſt, *frigo*… *concuti & tremere.* Accipitur pro l… co cruciatuum infernalium, cuj… deſcriptiones paſsim apud Poët… exſtant. Porrò hîc cum Adjecti… fœminino jungitur Jonicè, ut & … ζ, ἰσθμὶς κλεινά, pro κλεινός: *Ol.* … ἰσθμὸς ποντία, pro πόντιος: & hoc l… co paulo pòſt, κίων οὐρανία, pro οὐρ… νιος.

A. 7. Τυφὼς ἑκατοντακάρανος … ὁ Τυφών, vel Τυφώς, vel Τυφωεύ… unus ex Gigantibus, de qvo ſuprà … *Olymp. δ. α. 11.* Sub qvovis aute… monte ignes emittente, Typhon… qvendam poſitum, id eſt materia… incendiis aptam ineſſe, ἀλληγο… κῶς dici poteſt. Τύφειν enim … *fumigare*, item *accendere, inflamma*… Pindarus hoc loco Aetnam Sici… montem eidem impoſitum fing… Vide *Olymp. δ. α. 11.* Ἑκατοντακάρ… νος autem hîc dicitur, id eſt *centice*…

Pyth

ib. η. πολυκάρανος, *multiceps*, ut odigioſior de Typhone ſit nar- tio, q. diceret, *Qvi tantum ignis e- nit, qvantum per centum fauces evo- poſſe videatur.* Sicut de bibulo di- ur: Der Kerl hat ſieben Keelen/i. e. um infundit, qvantum per ſeptem undi poſſet. Sic *Ol. δ.* ἑκατογκε- ίλας eodem ſenſu appellatur. Cæ- ùm qvum aliàs in Τυφῶς & cæ- is, υ plerumq; corripiatur; & *hîc Olymp. δ.* producitur. *Pyth. η. A.2.* ripitur.

V. 8. κιλίκιον θρέψεν πολυώνυ- ἄντρον] Antrum illud Ciliciæ a- Arimos, ut *Homerus Iliad. β.* ex- mit, in qvo natus & educatus Ty- s putatus; & eo nomine ipſum rum πολυώνυμον, id eſt, non *mul- um nominum vel appellationum*, ut chus apud *Sophoclem* dicitur, *An 4. 3.* ſed πολυθρύλλητον, *celebre famoſum* factum fuit. Vide *Stra- em lib. 13.* ubi de loco Arimorum virit. *Mela lib. 1.* in deſcriptione iciæ *ſpecum Typhoneum* nominat, ltra Corycium locat. Cæterùm oc colo, primus pes pro prima aba longa duas habet breves. λίκιον θρε- ∪∪∪ – –) Romana & tandrina editio habet θρέψεν, oſsit ultima Syllaba Poſitione duci: Reliqvæ pleræqve habent ψε, abſqve ν, ita ut nihilominus na Syllaba producta cenſeatur: d freqventiſsimum eſſe, ubi ad ε ν ἐφελκυστικὸν aliàs addi ſolet oteſt, ex plurimis locis noſtri æ patet. Vide *ad Ol. γ. γ. 8.*

V. 10. ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερ- ὄχθαι] ἡ Κύμη & aliàs in plurali ύμαι, urbs in Campania Italiæ, antiqviſsima omnium Sicularum & Italicarum à Græcis deductarum co- loniarum, condita à Chalcidenſibus & Cumæis, ex Cuma Aeolicarum urbium maximâ, colonia huc dedu- cta, unde nomen accepit, ut eſt apud *Strabonem lib. 5.* qvanqvam ἀπὸ τῶν Κυμάτων qvoſdam eam dictam cen- ſuiſſe *Idem ibidem* annotat, qvum vi- cinum littus ſcopuloſum, inſtar dor- ſi mari ſit objectum. ὄχθαι qvum propriè ſint *ripæ fluminum*, ſicut αἰ- γιαλοὶ *littora maris:* tamen hîc pro *littoribus* ponuntur, ut & *Odyſſ. ι.* ἁ- λὸς πολιοῖο παρ' ὄχθαις: & ſignifica- tio epitheto notatur, ἁλιερκέες. Sic autem dicuntur, vel Activè, *qvòd ma- re ſepiant*, & qvaſi murus ſint, ne mare in terras irruat: vel Paſsivè, *qvòd à mari undiqve cingantur & alluantur.* Eſtq; hoc littorum epi- theton partim omnium commune, partim Cumanorum littorum pro- prium, propter ea qvæ anteà de his littoribus ex *Strabone* retulimus. Etſi enim haſce ὄχθας ἁλιερκέας ὑπὲρ Κύμας, aliqvi de littoribus Siciliæ ultra Cumas verſus ortum & Meridiem ferè ſitæ, (*qvo reſpe- ctu paſſiva potius epitheti ſignificatio locum habebit*) hoc eſt de ipſa Sici- lia, qvæ ſtatim in textu nomina- tur, accipiunt, & Typhonem tan- tùm ſub Sicilia, inter fundamen- ta Inſulæ, & Aetnam cum reliqva planicie, compreſſum ſtatuunt: A- lii tamen de ipſis littoribus Cam- paniæ ſupra Cumas accipiunt, (*qvo reſpectu activa potius epitheti ſignificatio locum habebit,*) & Ty- phonem partim ſub Sicilia com- primi, partim eousqve extenſum

eſſe

eſſe ſtatuunt, ut partes ejus aliqvæ ſub Cumano littore contineantur. Qvam poſteriorem ſententiam facilè amplectemur, ſi ad naturam horum locorum, & mythologicam Typhonis ſignificationem attenderimus. Qvia enim iis locis Typhonem ſubjectum Poëtæ finxerunt, qvæ ignium fœcunda ſunt, ut anteà dictum: totus verò ille tractus, qvi à Cumis ad Siciliam uſqve pertingit, ignitus, & in profundo cavernas qvaſdam, & inter ſeſe & continenti conterminas habet, ut *Strabo lib. 5.* teſtatur: id qvod non tantum Aetna in Sicilia oſtendit, ſed & Inſulæ Aeoliæ, & Pithecuſæ, & loca Puteolis, Neapoli, Baiisq; propinqva, imò totus ager Cumanus, qvi ſulfuris, & ignis plenus eſt, idem arguit: ideò Typhonem hiſce locis totius hujus tractus ſubſtratum eſſe, non malè dicemus. Adde qvòd Σικελία in textu non per Appoſitionem ad ὄχθας ὑπὲρ Κύμας addatur: ſed per copulativam, & qvidem geminam eum iis connumeretur. (ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ὄχθαι Σικελία τε.) Τὸ Κύμας autem hoc loco Accuſativus eſt pluralis. At *Scholiaſtes*, qvi Κύμην vel Κύμαν, inſulam qvandam prope Siciliam facit, in genitivo ſingulari accipit. Qvod etſi ratione Syntaxeos cum Præpoſitione ὑπὲρ, [qvæ non cum Accuſativo tantùm, ſed & cum Genitivo interdum *Suprà* ſignificare qvodammodo poteſt,] fortè nihil turbat: tum tamen demum ei adſtipulabimur, qvum Cumam, inſulam Siciliæ vicinam, & ignibus fœcundam, nobis ex Hiſtoricis oſtenderit.

A. 12. 13. κίων ὠρανία νιφόεσσ' Αἴ-
να] Digreditur Poëta in deſcriptio
nem montis Aetnæ, hauddubiè i
gratiam Hieronis, qvi ad radic
hujus montis Aetnam urbem, qv
aliàs Catana dicitur, inſtaurâra
& montis hujus miracula probè n
verat. Tria autem in hoc mon
præcipuè ponit. Nives, Ignes,
Silvas. Qvod ad Nives attinet, ſu
eæ in ſummis verticibus: unde h
νιφόεσσα dicitur, & qvidem πάνετ
χιόνος ὀξείας τιθήνα, hoc eſt, q
qvovis anni tempore, tàm æſtat
qvàm hyeme nives geſtet: tam
Strabo lib. 6. & eum ſecutus *Pliniu*
2. c. 106. tantùm per hyemem ni
bus plenam ſcribit. Illud autem
dicium eſt, Aetnam in mediam
qve aëris regionem frigidam pe
nere, ut Alpes, & alii excelſi mon
ex qvibus præter alios Carpath
in confinio Hungariæ & Tranſ
vaniæ ipſi vidimus: ideoq; hîc
ἐπεξήγησιν, ὠρανία κίων dicitur, q
propter excelſitatem cœlum q
fulcire videatur. Ignes in locis
lò inferioribus eructantur: de
bus in textu multa. Silvæ den
inferiores partes occupant, ut
bo loco citato, teſtatur. De Aetna
tem videatur cùm *Strabo loco al*
to, tum *Plinius lib. 2. cap. 106. &*
cap. 8. Thuc. l. 3. ſub finem. Saltem
pauca annotabimus qvæ *Solinu*
bet *cap. 11.* qvum huic loco fiden
ciant. *Mirum eſt,* inqvit, *qvòd i*
ferventis naturæ pervicacia, m
ignibus nives profert, & licet vaſt
undet incendiis, apicis canicies
tua, brumalem detinet faciem.
invictâ in utroqve violentiâ, nec
frigore mitigatur, nec frigus calor
ſolvitur.

A. 14

Α. 14. πάντες] Alii ad συνέχει re-
'unt: alii rectiùs ad τιθήνα.

Α. 15. χιόνος ὀξείας] propter fri-
s acre. *Dionyſius Lambinus* ad hoc
emplum ab *Horatio l. 1. Od. 9. Gelu*
acutum dici obſervavit. *Turneb. lib.*
adverſ. cap. 26. fine.

Α. 15. τιθήνα] Metaphora: *nutrix*,
a propter τὸ πάντοτε ibi eſſe ni-
, q. alere & nutrire eas videtur.

Β. 1. τᾶς ἐρεύγονται] Hactenus de-
ptio ſummorum verticum: nunc
diarum partium. Hunc autem
um *Virgilius 3. Æn.* imitatus eſt.
autem aliàs Græcos Poëtas ple-
ıqve ſuperavit: ita hîc Pindaro in-
or à *Phavorino* judicatus fuit, ut
eri poteſt apud *Gellium lib. 17.*
10. & *Macrobium lib. 5. Saturn.*
17. Qvanqvam *Jovianus Ponta-*
, in Antonio dialogo, ſectione 4.
gilium contra Phavorinum de-
dit.

. 2. ἀπλάτου πυρὸς] ὁ καὶ ἡ ἄ-
ατος, cui πελᾶσθαι vel πελάζεσθαι
ım non eſt, *Inacceſſus*, *Vehemens*,
ns, Furens &c. à verbo πλάω,
d per Syncopen factum eſt ex
άω, appropinqvo. Sic *Sophocles Ai-*
a. 2. ſ. 2. αἶσα ἄπλατος, ubi per-
ım aliqvi legerunt ἄπλαστος.
elligit autem μανίαν μεγάλην
cis.

. 2. ἁγνόταται] ἁγνόταται πα-
, ſunt fontes puriſsimi, ſeu liqvi-
imi, hoc eſt ignibus ſcatentes, uti
n vernacula dicimus, voll lauter
ers / pro *multi ignis*: & qvidem
αι, ut mox etiam ποταμοὶ, propter
am & perennitatem. *Ariſtoteles*
q; *de Mundo c. 4.* vocat πυρὸς πη-
, *&c. 6.* dicit, qvòd ignes Aetnæ
nt χειμάρρου δίκην.

Β. 3. ἐκ μυχῶν] id eſt, ἐκ κοιλωμάτων, ex cavernis ſeu receſsibus, qvos in monte Aetna κρατῆρας appellarunt, ut ex Græcis & Latinis ſcriptoribus patet, *Strabone lib. 6. Plinio l. 3. cap. 8. Solino c. 11.* Qvorum duos præcipuos *Solinus* facit, & alterum 20. ſtadiorum ambitu *Plinius* definit: tametſi plura nonnunqvam ora aperiri, *Strabo* affirmat. *Lonicerus* reddidit, *ex angulis*: *Philippus*, paulò propiùs, *ex fundo*: *Vulgata* rectiùs, *ex penetralibus*: *Portus*, eodem ſenſu, *ex viſceribus.*

Β. 4. ἀμέραισι μὲν προχέοντι] Idem etiam *Strabo l. 6.* de Aetna ſcribit: *Noctu qvidem*, inqviens, *clari à verticè fulgores eduntur: interdiu fumo & caligine obtinetur.* Cæterùm & hîc ι in ἀμέραισι, cui ν ἐφελκυστικὸν addi poterat, productum eſt, vel ν illud addendum, ut & in ſeqventi κώλῳ, in ὄρφναισι.

Β. 5. πέτρας] *Lonicerus* Genitivum eſſe cenſet, & reddit, *ex petra*: τὸ φέρει autem cum *Philippo* pro φέρεται accipit, redditq; *Proruit*, *Philippus* verò *Fertur.* Sed τὸ φέρει Activè poni, & Accuſativum πέτρας regere, nemo non videt.

Β. 6. 7. ἐς βαθεῖαν πλάκα] ἡ πλάξ, *tabula* eſt, *æqvata planicies.* Hoc loco *Æqvor* i. e. moles maris qvoad ſuperficiem æqvata. Poteſt aliàs etiam πλάξ de terræ æqvore uſurpari. *Eurip. Hecuba*, Χεῤῥονησίαν πλάκα.

Β. 8. Κεῖνο Ἁφαίστοιο ἑρπετὸν] τὸ ἑρπετὸν propriè eſt *Reptile*, uti etiam *Vulgata*, & eam ſecutus *Portus*, reddidit. Sæpè etiam ut hoc loco, pro *qvacunq; Belua vel Bruto* accipitur, ut *Odyſſ. δ.* ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ἑρπετὰ γίνονται. Dicitur ergò hîc Typhos *Vulcani*

belua,

belua, ut *Philippus* reddidit, vel ut Vulcani ſoboles putetur, propter Ignium eructationes, tametſi alios ejus parentes Poëtæ faciunt; *Heſiodus Theog.* Tartarum & Terram: *Homerus in hymno Apoll.* Junonem: vel aliàs Vulcano charus aut addictus, propter eandem cauſam. *Lonicerus* τὸ ἑρπετὸν de ipſo incendio, qvod per Typhonem notatur, accipit. *Deſid. Haraldus* qvoq; *ad Arnob.* ipſum Ignem intelligi cenſet.

ϵ. 9. κρουνοὺς δεινοτάτους] *gurgites horrendos*, & qvaſi puteos.

ϵ. 10. προσιδέσθαι] *Pal. C.* πυθέσθαι. *Auguſt.* ἰδέσθαι; utrobiq; Syllaba una deficiente.

b. 1. 2. ἐν μελαμφύλλοις δέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ] Tmeſis eſt pro ἐνδέδεται κορυφαῖς καὶ πέδῳ, interligatus inter κορυφὰς αἴτνας, id eſt Synecdochicè *ipſam Aetnam* habentem κορυφὰς μελαμφύλλους, qvæ Typhoni ſuperimpoſita eſt: & inter πέδον id eſt *ſolum & fundamina Siciliæ*, qvæ inſtar lecti valdè duri ei ſubſtrata ſunt. Atq; hoc ſenſu perſpecto, ſpontè concidit Qvæſtio, qvam *Scholiaſtes*, & *Lonicerus* movent, Qvomodo nimirum in verticibus alligatus dicatur Typhos, qvi aliàs ſub Aetna jacet. Neqve enim Præpoſitio ἐν, ad κορυφαῖς per ſe refertur, ſed ad δέδεται, à qvo per tmeſin reſecta eſt.

b. 1. μελαμφύλλοις] id eſt πολυδένδροις, Metonymicè: qvò denſiores enim Silvæ ſunt, eò apparent nigriores, & obſcuriores.

b. 3. στρωμνὰ] τὸ πέδον Siciliæ Typhoni ſubſtratum, Metaphoricè appellat στρωμνὰν, id eſt *lectum ſubſtratum*, ſed valdè durum, utpote qvi ſaxis aſperis oppletus χαράσσων, hoc
eſt notas & characteres ſeu vibice[…]
imprimens (es drücket jhm grewlich[…]
Schmielen) totum tergum vehe[…]
menter pungat. Atqve hoc ſuppli[…]
cium Typhonis eò refert, ut tacit[…]
indicet, Muſicæ oſores, ſicut æqv[…]
cum Typhone Diis inviſi ſunt: ita eti[…]
am eodem cum illo ſupplicio digno[…]
eſſe. *Lycophron. v. 688.* γιγάντων ν[…]
σος, ἣ μετάφρενον θλάσουσα κ[…]
Τυφῶνος ἀγρίου δέμας φλογμ[…]
ζέουσα.

b. 5. Εἴη Ζεῦ τὶν εἴη ἁνδάνειν[…]
Poſtqvam hactenus Poëta ſuppl[…]
cium Typhonis θεῶν πολεμίου perſ[…]
cutus eſt, & ſimilia ſupplicia Mu[…]
cæ oſores, utpote Diis inviſos, m[…]
nere, tacitè innuit: Nunc Hymnu[…]
Hieroni cantaturus, Jovem inv[…]
cat, ut ſe ſuumq; hymnum propiti[…]
acceptet, ne in eorum numero […]
μὴ πεφίληκε Ζεύς, inveniatur. qv[…]
dicat: Hujus Typhonis ſupplic[…]
territus, ego Muſicæ amator oro, […]
contingat &c. Eſt ergò in his ce[…]
cipienda Propoſitio, cujus ſenſus […]
eſt: *Hiero, & Aetna ejus urbs, laud[…]
merentur.* Hanc Propoſitionem […]
ornat Poëta εὐχῇ pro ſeipſo, ut H[…]
ronem & Aetnam laudans, Jovi p[…]
ceat, ob cauſam jam dictam. Qv[…]
autem duo ſint Subjecta; duplic[…]
qvoqve hujus Propoſitionis C[…]
firmationem ponit: unam, qvæ l[…]
des Aetnæ continet, ſtatim Pro[…]
ſitioni & εὐχῇ dictæ ſubjectam: […]
teram, qvæ laudes ipſius Hiero[…]
habet, paſſim cæteris membris […]
terſperſam. Prior Confirmat[…]
qvæ laudes Aetnæ continet, t[…]
præcipuè habet argumenta, I. C[…]
Jovis adminiſtratoris montis […]

æ, vicinitate fruitur. II. Qvia
ondita à Rege κλεινῷ. III. Qvia
uper condita, Pythica ſtatim pro-
amatione inclaruit. Atqve hæc
gumenta, præcipuè tertium, a-
iit ſpe futurarum victoriarum &
udum, per σύγκρισιν cum Navi-
itionibus vento ſecundo inchoa-
. Poſterior Confirmatio, qvæ
udes Hieronis habet, qvum cæ-
ris membris paſsim interſperſa ſit:
gumenta ejus ſeorſim ſuo qvæqve
co videbimus. Τὸ τὶν poſt Ζεῦ ſta-
n eſt ponendum, cum *Romana* &
atandrina editione: tametſi reliqvæ
rperam poſt alterum εἴη ante ἀν-
νειν contra rationem metri collo-
nt.

b. 5. ἀνδάνειν] ſcilicet ἐμέ. Tam-
i *Philippus* ἱέρωνα ſubaudiat.

b. 6. τοῦτ' ἐφέπεις ὄρος] Fuit e-
n Jupiter ad Ætnam cultus. Sic
ymp. δ. α. 10. αἴτναν ἔχειν dici-
, & *Olymp. ς. ε. 7.* Αἰτναῖος co-
ominatur. Aliàs Aetna Vul-
no ſacer eſt, ut loqvitur *Solinus*
.11.

b. 6. εὐκάρποιο γαίας μέτωπον]
ξήγησις τοῦ ὄρους, ſcilicet Aetnæ,
i inſtar frontis ex terra εὐκάρπῳ
eſt Sicilia prominet. De Siciliæ
tem εὐκαρπίᾳ ſeu fertilitate *ad*
mp. α. α. 2. dictum eſt. De feraci-
e Vini ex cineribus Ætnæ, vide
abonem lib. 6.

. 7. τοῦ ἐπωνυμίαν πόλιν] *Monti*
nominem urbem, Aetnam ſcilicet,
æ & Catana: de qva *Strabo lib. 6.*
Catana Naxiorum eſt Colonia. Pri-
os autem incolas Catana amiſit, de-
tis eò aliis ab Hierone Syracuſano-
n tyranno, & nomen Catanæ in Æ-
tnam mutantis, cujus eum conditorem etiam Pindarus his verbis facit: Ζαθέων Ἱέρων ὁμώνυμε πατὴρ, κτίστορ Αἴτνης. *Sed poſt mortem Hieronis, Catanæi reverſi, inqvilinos expulerunt, & ſepulcrum tyranni diruerunt. Ætnæi ergò loco cedentes, Inneſam in montanis Ætnæ condiderunt, locoq; nomen Ætnæ indiderunt, diſtanti à Catana ſtadiis LXXX, ejusq; oppidi autorem Hieronem pronunciavêre.* Nota ἐπωνύμιος, idem qvi ἐπώνυμος. Vide *Olymp. ι. D. 4.*

b. 8. κλεινός] Hac vocula tacitè Propoſitio qvoad unum ſubjectum cõtinetur, *Hieronem eſſe laude dignum.*

b. 8. οἰκιστὴρ] id eſt *Conditor, Ædificator*, vel etiam *Coloniæ deductor; & Inſtaurator:* qvæ ſignificatio huc benè qvadrat. Neqve enim Hiero primus Catanam vel Aetnam condidit: ſed multis annis ante Hieronem, Catana Naxiorum fuit colonia, ut dictum eſt. *Lonicerus* reddidit, *Indigena*, vel *Habitator.* Sed talis non eſt οἰκιστὴρ vel οἰκιστής ab οἰκίζω, ſed οἰκητής, ab οἰκέω, *habito.* Eſt autem hîc primum argumentum laudum Hieronis, Qvia inſtauravit Aetnam urbem, Aetnæ monti cognominem & vicinam. Sunt autem, ut *Ariſtoteles 4. Eth. cap. 2.* docet, μεγαλοπρεπῶν ſumptus, urbes condere, vel inſtaurare, templa ornare, & ſimilia; adeoqve in parte laudis Regum non minima.

b. 9. Πυθιάδος ἐν δρόμῳ] *In curriculo Pythiadis,* non qvidem pedeſtri ſeu ſtadio, ſed eqveſtri ſeu curruli: ideoq; ad differẽtiam mox ſubjungit ἅρμασι. Eſt a. hîc ſecundum argumẽtum laudum Hieronis, Qvia victo-

f 2 riam

riam Pythicam obtinuit ἅρμασι, eaq́; urbem ſuam glorioſam fecit. Cujus etiam victoriæ gratia, hoc εἶδος Poëta conſcripſit. Qvòd autem in plurali ponit ἅρμασι, qvum unicus circumagi ſolitus fuerit Currus: reſpicit vel ad habitum vincendi curribus, unde καλλίνικον ἅρμασι vocat, hoc eſt, *qvi Curribus benè novit vincere*: vel ad pluralitatem victoriarum ἅρμασι reportatarum, cujus rei exemplum *in proximo* εἴδει habebimus.

b. 10. κάρυξ ἀνέειπέ νιν] Erat enim uſitatum apud veteres, certaminum victores & eorum patrias per Præconem proclamari: ut paſſim liqvet.

B. 1. ναυσιφορήτοις δ' ἀνδράσι] Vide Adagium, *Ventis ſecundis*. Vide & *Nem. α. B. 1.*

B. 3. ἐς πλόον ἐρχομένοις] Lego ἐρχομένοις. Neqve enim ἄρχεσθαι ἔς τι, ſed ἔρχεσθαι ἔς τι, dicitur: Neq; Tmeſis eſſe poteſt, pro ἐσάρχεσθαι, qvod non eſt in uſu: ſed pro ἐσέρχεσθαι, qvod uſitatum eſt. Ac licet ἔσπλοον legere vellemus: obſtaret tamen conſtructio verborum Incipiendi cum Genitivo: Niſi malimus legere ἐσπλόου. Sed neq; ſic ſignificatio congruet. Eſt enim ἔσπλοος *aditus & introitus portus*, ubi è ſicco in naves ingrediuntur; accipiturq́; de loco, non de actione. Adde qvòd *infrà Nem α*. Scholia qvoq; hunc locum citantia habeant ἐρχομένοις. Sicut etiam habet *Aug. codex*.

B. 4. Ἐοικότα γὰρ] id eſt, *Veriſimile*, ut *Vulgata*: vel *Probabile eſt*, ut Aretius. Non autem, *Gratum eſt*, ut Philippus: neq; etiam *Decorum eſt*, ut Lonicerus. Opponitur Neceſſario.

B. 5. κἀν] pro καὶ ἐν: non pro καὶ ἐάν, ut alibi qvidem: ideò etiam accentu caret.

B. 6. ὁ δὲ λόγος] id eſt *hæc oratio*, ut reddidit *Vulgata*: vel *hic hymnus*, ut *Philippus & Lonicerus*. Sicut & *Scholiaſtes*, ἐμὸς ἐγκωμιαστικὸς λόγος interpretatus eſt. *Portus* reddidit, *Ipſa ratio*, (die Vernunfft gibt es) minus benè. Qvòd ſi verò diceremus, *Hæc ratio*, id eſt, hæc fauſti auſpicii navigationis ad fauſtum reditum proportio; ſicut τὸν λόγον Geometræ qv[...] de Proportionibus tractant, accipi[...] unt, ut *Euclid. l. 5. def. 3.* minim[...] poſſet improbari: qvandoqvidem reverà talem λόγον (geometricè lo[...] qvendo) hîc Poëta inſtituit, ad feli[...] citatem & celebritatem novæ urbis & deinceps qvoq; ſubſeqventem ſi[...] milem fortunam.

B. 7. συντυχίαις] *eventibus*, [...] qvidem convenientibus cum dict[...] λόγῳ, ſeu dicta proportione, cum au[...] ſpicio felicis navigationis.

B. 7. δόξαν φέρει] i. e. ut *Schol*[...] exponunt, ἐπίδοξόν ἐστι: vel ut *Portu*[...] Opinionem affert. Minus benè *Vu*[...] *gata*, *Philippus & Lonicerus*, *Gloria*[...] *affert vel addit*.

B. 8. λοιπὸν ἔσεσθαι κλυτὰν ν[...] ὀνομαστάν] *Lonicerus*, *Philippus & Vu*[...] *gata* referunt ad δόξαν, in ſignific[...] tione *Gloriæ* acceptam, eamq́; e[...] ponunt deinceps futuram incl[...] tam & celebrandam. *Aretius*, lo[...] gè ineptiùs ad Hieronem & ſim[...] les victores refert, & exponit, *Pr*[...] *babile eſſe, eos, qvi certamina ingr*[...] *ſi incipiunt vincere, deinceps etiam* *laudabiles fore*. Cui interpre[...]

tio

ni, vel ſolum Genus, κλυτὰν &
ματὰν refragatur. Veriſsimus
iſus eſt: Probabile eſſe, Ætnam
per inſtauratam mox victoria
eronis nobilitatam, deinceps eti-
futuram κλυτὰν καὶ ὀνομαστὰν ſi-
libus victoriis. Sed deceptũ fuiſſe
etam in hoc veriſimili (non ne-
ſario,) ex iis patet, qvæ paulò an-
ex *Strabone* de expulſis Hieroneis
alimus.

8. στεφάνοισιν] præmii ſc. loco re-
tatis. Metonymia pro ipſis vi-
riis.

9. ἵπποισίν τε] ad certandum ſc.
rincendum aſſvefactis. In ἵπποισι
ante ππ corripitur, cujus rei ex-
pla etiam alibi exſtant.

10. σὺν εὐφώνοις θαλίαις] in-
dulciſona convivia, in qvibus ſci-
r hymni εὔφωνοι in laudes egre-
rum virorum ad exhilarandos &
virtutem excitandos convivas
untur. Rectiùs qvàm apud no-
tes, cantilenæ amatoriæ & fu-
s.

. 11. Λύκιε, καὶ Δάλοι' ἀνάσσων
βε] Poſt Confirmationem lau-
Ætnæ, triplicem Poëta ponit
στροφὴν, unam ad Apollinem, al-
m ad Muſam, tertiam ad Jovem.
rima ἀποστροφῇ ad Apollinem,
iò benevolentiæ captandæ cauſa
at Lycium, Deli dominum, Phœ-
, Præſidem Parnaſsi & Caſtalii
tis. Deinde invocat Deum, ut
nno huic propitius annuat, Sici-
; faveat, & εὔανδρον, id eſt, forti-
& bonis viris abundantem eam
at. Addit rationem, Qvia divi-
s omnia ſunt impetranda, qvoad
entiam, Fortitudinem & Elo-
ntiam. Huic primæ ἀποστροφῇ
annectit Votum, partim pro Hiero-
ne, dignè & verè, & ita qvidem ut
calumnias malevolorum laudibus
ſuis ſuperet, laudando: partim pro
eodem fruituro deinceps perpetua
felicitate; opulẽtia, & recto ejus uſu:
oblivione dolorum ex morbo: me-
moria & lætitia de virtute bellica
contra Anaxilaum, qvem qvantum-
vis ægrotans in ordinem redegit,
non minùs qvàm Philoctetes ægro-
tus Trojam expugnavit. Qva occa-
ſione in Philoctetæ hiſtoriolam di-
greditur, eamq; ὁμοιωτικῶς ad Hiero-
nem accommodat.

B. 11. Λύκιε] *Lycius* cognominatus
fuit Apollo, vel qvia in Lycia paſsim
fuit religioſè cultus: vel ἀπὸ τοῦ λύκου,
qvòd Lupum qvendam in Argos im-
miſerit, qvi Taurum confecit, qvo o-
mine Argivi certis de cauſis moti,
Danaum regnum ambientem, qvem
Lupo notatum ominabãtur, Regem
fecerunt, qvi poſteà Lupi effigiem in
honorem Apollinis, qvem λύκιον co-
gnominavit, unà cum templo & ſta-
tua ejuſdem Argis dedicavit. *Pauſan.
Cor.* Vel qvòd Matri ejus, dum ipſe
naſceretur, Lupus apparuerit: unde
λυκηγενὴς dictus etiam fuit: *Il. δ. v. 101.*
εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι λυκηγενέϊ κλυτο-
τόξῳ: tametſi *Macrobius lib. 1. Sat.
cap.* 17. alias rationes hujus epitheti
afferat. Vel ἀπὸ τοῦ Λυκείου, à Ly-
ceo, templo ſibi ſacro, qvod Athe-
nis à Lycio Pandionis filio nomen
acceperat, teſte *Pauſania in Atticis.*
Sed hoc etymon potiùs refertur ad
appellationem Λύκειος per ει. Vel
deniqve, qvòd qvum aliqvando Lu-
pi ovilia admodum vaſtarent, indi-
carit Apollo in loco qvodam aridum
lignum, qvod tamen ex qva arbore

 fuerit,

fuerit, ignorabatur, cujus corticem carnibus permixtum, qvum Argivi Lupis ex oraculo appoſuiſſent, illi ſimul atqve guſtarunt, interierunt: qvam ob cauſam & λυκοκτόνος θεός à *Sophocle in Electra* appellatur. Sed hoc Etymon pertinet magis ad appellationem Λυκαίος. Vide *Pauſaniam in Cor.* Cæterum υ in Λύκιε, pro longa ponitur. Niſi fortè legendum Κύνθιε. Qvo nomine Apollo appellatur, à Cyntho Deli monte.

B. 11. Δάλοι' ἀνάσσων] Non tantùm enim in Delo natus celebratur, ſed & dominium Deli, inſulæ maris Ægæi accepiſſe dicitur, cum matre & ſorore: unde ipſe Delius, Soror, Delia fuit cognominata.

B. 12. Φοῖβε] Hoc nomen Apollini datum eſt, qvia ὁ Φοῖβος aliàs eſt *purus & clarus*: item μαντικός.

B. 12. Παρνασσῶ τε κράναν Κασταλίαν φιλέων] Eſt enim fons Caſtalius Muſis ſacer, qvarum præſes Apollo eſt: Et qvidem in radicibus Parnaſsi montis prope Delphos. *Pauſan. lib. 10. Strabo lib. 9.* Unde nomen habeat πηγὴ Κασταλία, paucis attingit *Pauſ. l. 10.*

B. 15. τιθέμεν] *Scholiaſtes* legiſſe videtur τελέμεν, qvi exponit, ἐθελήσαις ταῦτα ἃ εὔχομαι, τῷ σῷ νόῳ πράττειν καὶ συμπεραίνειν. Qvem ſecutus *Lonicerus* reddidit, *Velis qvæſo hæc qvæ precor, & viris inſignem regionem tua conſummare voluntate.* Qvum potius reddendum fuiſſet, *Tua providentia conſummare vel perficere talem.*

B. 15. εὔανδρόν τε χώραν] ſcilic[...] τιθέμεν. Hoc enim ἀπὸ κοινοῦ r[...] petendum eſt; vel τελέμεν ſi cu[...] *Scholiaſte* legerimus, qvi exponi[...] εὔανδρον ἀποτελεῖν τὴν χώραν. N[...] ſi velimus legere, εὐανδρεῖν, id e[...] *generoſis viris locupletare.* A q[...] εὐανδρέομαι in uſu eſt, id eſt, *bo[...] viris locupletor vel abundo*, apud *P[...] tarch*: ubi etiam eſt πολυανδρ[...] σθαι, *multis viris locupletari, vel [...] undare.* Sed videtur obſtare qvòd activum εὐανδρέω tantu[...] Neutraliter invenitur, id eſt, *Bo[...] viris abundo*: ſicut πολυανδρέω, *m[...] tis viris abundo*: ὀλιγανδρέω, *p[...] citate virorum laboro*: μονανδρ[...] *unicum virum habeo.* Sed rur[...] conſtat, ſæpè ejuſmodi Abſolut[...] Activè ſignificare. Ita non o[...] eſſet, ἀπὸ κοινοῦ repetere, τὸ [...] μεν, vel τελέμεν. Per χώραν [...] tem, ſecundum ſubjectam mat[...] am, intelligitur *Sicilia*, & in ſpeci[...] *Ætna urbs Hieronis.*

γ. 1. ἐκ Θεῶν γὰρ] Ratio cur Ap[...] linem invocet.

γ. 4. περίγλωσσοι] id eſt, πο[...] γλωσσοι, vel εὔγλωσσοι. Nam [...] ρι auget & intendit ſignifica[...] nem.

γ. 4. ἄνδρα κεῖνον] ἱέρωνα.

γ. 5. ἔλπομαι μὴ χαλκοπα[...] ον ἄκονθ' ὡσεὶ τ' ἔξω] Syntaxis [...] ἔλπομαι, μὴ βαλεῖν ἄκοντα χ[...] κοπάραον, ὡσεὶ τ' ἔξω ἀγῶν[...] *ſpero me Sagittam non velut extra [...] tamen jacturum*, id eſt, nihil in[...] venienter, & à ſcopo alienum, [...] etiam falsò de Hierone dicturu[...] Jch hoffe/ Jch wil die Barte nich[...] weit werffen. Per ἄκοντα, intel[...]

Hym[...]

...mnum, ut & alibi per ſimiles vo-
ı, *Ol. α. D. ς.* & *ϐ. ε. 6. &c.* & ſu-
i in genere Muſicam, per ῥιπὰς
κῆλα. Vocat χαλκοπάραον,
od Doricum eſt pro χαλκοπά-
ν, qvaſi χαλκᾶς παρειὰς ἔ-
τα, id eſt, *æratam cuſpidem haben-*
, id eſt, penetrantem, & qva-
ı animis ſtimulos relinqventem.
icerus ut & *Philippus*, τὸ μὴ re-
ad χαλκοπάραον: qvaſi remo-
ne hujus epitheti vellet indicare
ta, ſe non intelligere materia-
ſagittam, ſed metaphoricam.
ùm hac curioſitate opus non
qvum & alibi *Pindarus* ſuos Hy-
os *Sagittis in pharetra ſub cubito*
tis, exprimat, *Olymp. ϐ.* non ad-
per ſimile epitheton remotio-
: qvandoqvidem per ſe patet,
tam Poëticas potiùs, qvàm li-
as, æratas aut ferratas Sagit-
tractare. Adde, qvòd enun-
io, qvæ hîc debet eſſe Negativa,
o, me non extra ἀγῶνα jacula-
m, contra mentem Poëtæ fie-
Affirmativa, *Spero me Sagit-*
extra ἀγῶνα jacturum. ὁ ἀ-
hîc non tàm Certamen, qvàm
n & arenam certaminis notat.
itq; Poëta, ſe hoc Hymno de
ibus Hieronis, partim cum a-
oëtaſtris, partim cum calumni-
ibus & malevolis in arenam de-
ere, & haud ſegniter certare
.

. 8. μακρὰ δὲ ῥίψαις] *Si verò*
Sagittam emiſero, id eſt, Si lau-
Hieronis qvàm longiſsimè ex-
ro; Spero me ſuperaturum
ς. Per hos autem intelligit

partim ſuos æmulos & obtrectatores Poëtaſtros; partim Hieronis malevolos. Τὸ δὲ hîc producitur, propter Liqvidam ſeqventem.

γ. 8. ἀμεύσασθαι] ἀμεύειν & ἀμεύεσθαι, eſt *Tranſire*, *tranſitu ſuperare*.

γ. 9. ὄλϐον] *felicitatem*, qvoad victorias præcipuè.

γ. 10. οὕτω] ſicut hactenus ſcilicet.

γ. 10. κτεάνων δόσιν εὐθύνοι] Activè, id eſt, *elargitionem divitiarum*, qvam ſcilicet ipſe Hiero facit, dirigat & gubernet. Tacitè arguit Hieronem, qvòd non rectè divitiarum elargitionem ſemper faciat, ſed interdum inutiliter eas in indignos profundat: monetqve ut citharam auream promiſſam tandem ſibi exhibeat, & ita fidem ſuam liberet.

γ. 11. καμάτων ἐπιλάσιν] Non intelligit labores bellicos, qvorum eum potiùs, propter gloriam partam, meminiſſe vult, ut mox ſeqventia indicant: Sed dolores, qvibus laborabat Hiero ex morbo Calculi, & λιθουρίας ſeu δυσουρίας: qvo laboraſſe Hieronem teſtatur *Ariſtoteles*, *in Politia Syracuſanorum*: Sicut Gelonem fratrem ὑδέρω mortuum *idem* affirmat, *in Politia Geloorum*, ut notat *Scholiaſtes*.

g. 1. ἀμμνάσειεν] ſcilicet ὁ χρόνος, *revocare ei in mentem poſſet*, per hymnos ſcilicet meos, qvos ei dedicaturus eſſem accepta cithara aurea. Eſt Syncope Poëtica & Æolica pro ἀναμνάσειεν.

g. 2. οἵαις

g. 2. *οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις*] Eſt hîc argumentum tertium laudis Hieronis, à virtute bellica inſigni, qvam qvantumvis Calculo infeſtatus exercuit, & potentia ſua hoſtibus terrori fuit, adeò ut ultrò pacem petere cogerentur. Atqve occaſione morbi comparat Hieronem calculoſum hoſtium victorem, cum Philoctete crus ſaucio, Troiæ everſore: breviterq; ut dictum eſt, in hiſtoriolam Philoctetæ digreditur, eamqve σκπτικῶς ad Hieronem qvoad eventum accommodat.

g. 3. *παρέμεινε*] i. e. *Perſeveranter interfuerit*, ſi proprietatem Verbi ſpectemus. *Lonicerus*, *Philippus & plerig;* reddiderunt *Suſtinuerit*, ſenſum ſatis exprimentes. q. *οἵας μάχας ὑπέμεινε*. Cenſet *Scholiaſtes* intelligi hîc bellum qvoddam, qvod de regno inter Hieronem & Gelonem fratrem geſtum, ſed benè poſteà ex utraqve parte compoſitum fuerit. Verùm nihil obſtat, qvò minùs hæc etiam de Anaxilao, vel Therone, vel Carthaginenſibus & Tyrrhenis poſſint accipi, de qvibus paulò poſt dicetur, præſertim qvum in plurali ponatur *οἵαις ἐν πολέμοισι μάχαις*.

g. 3. *εὑρίσκοντο*] Hiero ſcilicet & Gelo reliqviq; fratres; vel Hiero & Anaxilaus vel Thero: compoſito ſcilicet diſsidio.

g. 4. *θεῶν παλάμαις*] *ἡ παλάμη auxilium* h. l.

g. 4. *τιμὰν*] *Dignitatem ſc. regiam, & commoda precioſa*, dum ſcilic. compoſitis diſsidiis, qvisqve ſua tutò & qvietè tenuit. *ἡ τιμὴ* enim interdum *commodum eximium, & cum veneratione acceptandum* ſignificat. *Heſiod. α. ἔργ*: *ἔμμορέ τοι τιμῆς, ὅς γείτονος ἔμμορεν ἐσθλοῦ*.

g. 5. *δρέπει*] Metaphora.
g. 6. *πλούτου στεφάνωμ' ἀγέρωχο*
ἐπεξήγησις τῆς τιμᾶς, de qva mo
dixit. Eſt enim revera qvieta &
ta fruitio, divitiarum q. coronam
tum. *ὁ καὶ ἡ ἀγέρωχος*, eſt *ἄγαν γέρ*
ἔχων vel *ἔχουσα*, *inſolenter honore*
habens, vel ſibi tribuens, Superbus.
g. 7. *Φιλοκτήταο δίκαν ἐφέπ*
Philoctetæ morem imitatus. Sicut
Philoctetes crus ſaucius Trojam
pugnavit: Ita Hiero calculoſus
ſtes devicit. *Auguſt. codex* habet ἐφ
πων, qvod metrum rejicit.
g. 8. *σὺν δ' ἀνάγκᾳ*] *Coactus*
ceſsitate, qvia ſcilicet viribus ſe
parem intellexit. Eſt hîc nervus
gumenti de Hieronis potentia. *S*
liaſtes ἀνάγκην de *νόσῳ* incom
dè interpretatur.
g. 8. *φίλον*] ut ſcilicet facer
conciliaret Hieronem ſibi *φίλ*
g. 9. *καί τις ἐὼν μεγαλάνωρ*
telligitur vel Gelo frater Hier
de qvo anteà: vel Anaxilaus Rh
norum tyrannus, qvi qvum Lo
Epizephyrios bello petere v
Hieronis potentia & autoritat
territus, & minas ejus reveritu
micum ſibi eum reconciliare co
fuit, ut ex *Epicharmo* annotat *S*
aſtes. Poteſt etiam intelligi de
rone, de cujus diſsidio, vide *ſupr*
β. A. 2.
g. 10. *ἔσανεν*] Nota *σαίνειν*
Accuſativo, cujus Syntaxeos e
pla etiam apud alios inveniunt
g. 10. *φαντὶ δὲ Λαμνόθεν*] Pr
us Hiſtoriolæ intellectu, hæc n
tur: Philoctetes, filius Pœantis,
aliqvando cum Patre in Oeta m
armenta deerrantia inqvireret
tè in Herculem Pyræ impoſitu

it, rogatusq; ab eo, ignes pyræ ımiſit, & pro præmio accepit ſa- tas Herculis, obſtrictus tamen ju- urando, ne ulli hominum locum ulturæ Herculis indicaret. Poſt qvot annos, qvum Philoctetes val- ab amicis urgeretur; ratus ille jus- andum violatum non iri, ſi ſal- verbis non indicaret, licet qvo- iqve alio modo muto proderet; n interrogantibus in montem Oe- exſpatiatus, Pede locum oſten- nullo verbo addito. Verùm per- i pœnas ſatis graves dedit. Nam lò pòſt, ſagitta una ex Pharetra tuitò ut videbatur, excidens, cu- le crus ſauciavit, & quia, ut cæte- omnes, veneno Hydræ Lerneæ cta eſſet, vulnus inſanabile effe- Qvumq; jam ad bellum Troia- n proficiſceretur; reliqvi Græci, a fœtorem vulneris, & ejulatus minis ferre non poterant, in Le- o inſula eum reliqverunt. Sed eà vaticiniis Heleni edocti, fata- ſe, Ilium non niſi ſagittis Hercu- api poſſe: ablegarunt ad eum in nnum, ἥρωας ἀντιθέους, Ulyſſem eptolemum, qvi partim arte, par- vi Philocteten navi impoſitum Sagittis Herculis, in caſtra Græ- um deduxerunt: breviq; pòſt, Sa- is illis fatalibus Paride interem- , Ilium expugnatum fuit. Vi- *rachinias & Philocteten Sophoclis.* otat verò *Scholiaſtes ex Diony-* Philoctetem poſteà à Machaone tati reſtitutum fuiſſe. Qvò iciens Poëta, hanc Hiſtoriolam κῶς ad Hieronem calculoſum mmodat, ut & ipſi aliqvis ve- ὀρθωτὴρ *ſeu Machaon*, καιρὸν *ſeu opportunam ei facultatem afferens eorum* ὧν ἔραται, *ſanitatis ſcilicet.*

g. 10. Λαμνόθεν] refertur ad μεταλλάσοντας, *inveſtigantes & inqvirentes eum ex Lemno abducendum.* Qvanta diligentia & prudentia opus habuerint, videri poteſt in *Philoctete Sophoclis.* Cæterùm in μεταλλάσοντας, in ſcanſione unum λ qvaſi obliteratur, qvod & *ſuprà B. 9.* & *Pyth.* ϛ. *B. 9.* fit in ἵππποισι, ubi alterum π: & *Pyth.* δ. ιά. 4. in αἰόλλει, ubi alterum λ obliteratur.

G. 5. ἀσθενεῖ χρωτὶ] propter crus ſauciatum.

G. 6. μοιρίδιον ἦν] Ex vaticinio Heleni, filii Priami.

G. 7. οὕτω] id eſt, *pari felicitate, cum Philoctete,* qvoad virtutem bellicam & præcipuè qvoad reſtitutam ſanitatem.

G. 7. ἱέρωνι Θεὸς ὀρθωτὴρ] Legendum ἱέρωνί τις ὀρθωτὴρ, id eſt, *Veniat ei aliqvis Curator & Reſtitutor ſanitatis*, ut Philoctetæ Machaon. Vel legendum, ἱέρωνι Θεὸς σωτήρ.

G. 7. πέλοι] Perperam aliqvi in Indicativo legunt πέλει.

G. 9. ὧν ἔραται] præcipuè τῆς ὑγιείας.

G. 10. Μοῖσα, καὶ πὰρ] Secunda ἀποστροφὴ, ad Muſam, ubi Synecdochicè Qvamvis Muſam, aut etiam omnes Muſas; vel in ſpecie Clio intelligit. Invocat autem eam, primò, ut Dinomenem Hieronis filium, ob ſimilem victoriam τεθρίππων, hymno Pindari celebrari fa-

ciat: qvum non alienum ſit, Filium eodem genere victoriæ cum Patre gaudere & celebrari. Secundò, ut aliàs qvoqve eundem famâ inſignem faciat, propter felicitatem Ætnæ, hæreditario olim jure ad eum pertinentis. Declarat hanc felicitatem Ætnæ, partim à libertate, partim à juſtitia & bonis legibus, ad normam Reipublicæ Laconum conſcriptis: qvos commendat, 1. ab avitis legibus ſtrictè ſervatis: 2. à majoribus & Legumlatoribus inclytis, Aegimio, Pamphylo, & Heraclidis, ex quibus fuit Lycurgus Spartanorum Legislator optimus. 3. à felicitate, qvæ iſtam εὐνομίαν ſeqvuta eſt, Qvòd ſcilicet Amyclas & totam Laconiam fortunati incoluerint: qvòd Tyndaridarum vicinitate & cohabitatione gaviſi ſint: qvòd bello inſignes fuerint: Ominaturqve Aetnæos, qvi iiſdem Legibus utuntur, eadem felicitate fruituros.

G. 10. καὶ παρ Δεινομένει] Eſt in his qvartum argumentum laudum Hieronis, ab εὐτεκνία, & bona indole filii Dinomenis, Patris virtutem & victorias æmulaturi, & aliqvando ei in regno ſucceſſuri. *Auguſt: Codex*, καὶ περὶ Δεινομένην, incongruè.

G. 10. κελαδῆσαι] *ſonare*, id eſt, hymnum canere.

G, 11. πείθεό μοι] *Perſvadearis mihi, obſeqvaris mihi*, ut poſsim canere apud Dinomenem. Non activè, *Perſvade mihi*, ut reddit *Lonicerus*.

G. 11. ποινὰν] Nota ποινὰν hoc loco ſignificare non *Pœnam*, ut vulgò uſurpatur: Sed *Pretium vel M*[...] *cedem vel Præmium meritum*, [...] verdienten Lohn/ *honorem debitum* [...] Sic *Pyth*. β. α. 11. hymnum ἄποιν[...] ρετῆς vocat. Vide νήποινος *Pyth*. γ. 15, ubi *expers* ſignificat.

G. 12. χάρμα δ' οὐκ ἀλλότρι[...] Γνωμικῶς & Nominativè, *Victori*[...] *Patris non eſt inconveniens gaud*[...] *filio*. id eſt, meritò de victoria [...] tris gaudet filius. *Lonicerus* per[...] ram abſqve gnome Accuſativè ac[...] pit, & ad κελαδῆσαι refert, red[...] qve, *Lætitiamq; à victoria Pa*[...] *minimè alienam, concinam*. [...] præterqvam qvòd νικαφορία D[...] vè accipitur, etiam inverſio fac[...] eſt. Neqve enim Poëta vult c[...] cinere lætitiam à victoria Patris [...] lienam: ſed γνωμικῶς dicit, *Victor*[...] *paternam non eſſe inconveniens g*[...] *dium filio*.

G. 14. ἄγε] ὦ μοῖσα, ſc[...] cet.

G. 14. ἔπειτα αἴτνας βασι[...] τὸ ἔπειτα non refertur ad ἐξε[...] μένῳ, ſed ad βασιλεῖ, ſubintell[...] ſimul Participio ἐσομένῳ vel [...] σομένῳ: qvaſi dicat, Dinome[...] πειτα — βασιλεῖ, *deinceps* — *R*[...] id eſt, poſt mortem Hieronis Pa[...] Aetnæ Regi, per hæreditariam [...] ceſsionem, futuro. Verùm f[...] lit omen Poëtam; Nam Cat[...] ab Hierone expulſi, ſtatim [...] mortem ejus poſtliminiò rev[...] inqvilinos expulerunt, ſepulcr[...] Hieronis diruerunt, ut ſuprà ex [...] *bone* allegavimus.

δ. 1. τῷ] ſcilicet Δεινομένει, [...] τι — βασιλεῖ Αἴτνας. Eſt aute[...]

s qvintum argumentum laudum
ieronis, à Forma conſtitutæ à ſe
eipublicæ Aetnææ, & qvidem Li-
ſtæ, juſtè adminiſtratæ, bonisqve
exemplum Lacedæmoniorum le-
bus munitæ.

δ. 1. πόλιν κείναν] Aetnam. *Aug.*
lex πόλιν κλεινάν.

δ. 1. θεοδμάτῳ σὺν ἐλευθερίᾳ]
n divinitus id eſt, *feliciter fundata*
ſtabilita libertate.

δ. 1. Ὑλλίδος ςάθμας ἐν νόμοις] *in*
ibus amuſsis Hyllidis, id eſt, Doricæ
Laconicæ. Intelligit leges Rei-
b. Spartanæ primùm ab Aegimio,
poſteà à Lycurgo latas, qvem un-
cimum ab Hercule *Scholiaſtes* fa-
ςάθμαν autem ὑλλίδα nomi-
t, ab Hyllo Herculis filio, qvi reli-
orum Heraclidarum dux fuit in
etenda Peloponneſo, tametſi in-
fecto Hyllo ab Echemo Arcadiæ
ge, conatus iſte ea vice irritus
t. Heraclidæ autem Dores ſe
feſsi ſunt, & qvum poſt aliqvot
nos in Peloponneſum redirent,
nq; feliciter occuparent, præci-
a eorum pars Lacedæmonem te-
it. Inde hîc à priſco ipſorum du-
Hyllo, Leges Laconicæ dicun-
νόμοι ςάθμας Ὑλλίδος, id eſt,
ρικῆς, & qvia præcipua pars He-
lidarum Dorienſium, Spartam
cupavit, Λακωνικῆς vel Sparta-
Idq; vel ideò fecit Hiero, qvia
onia qvam in Aetnam deduxit,
Megarenſibus Siciliæ, Gelois &
racuſanis Dorienſibus fuit, ut no-
Scholiaſtes.

δ. 4. ἔκτισε] pro ἀνέκτισε, *recon-*
it, inſtauravit.

δ. 4. 5. Παμφύλου ἔκγονοι] Pam-
phylus filius Ægimii, duxit Orſo-
biam Daiphontæ & Hyrnethus fi-
liam, qvæ ſtirpe paternâ, ſexta; ma-
ternâ verò, ſeptima ab Hercule fu-
it, hac genealogia.

Hercules.

Cteſippus	Hyllus
Thraſyanor	Cleodeus
Antimachus	Ariſtomachus
Daiphontes.	Temenus
	Hyrnetho.

Orſobia, nupta Pamphylo
Aegimii Filio.

Hic poſteà cum Doro & Dymante fratribus Spartam commigravit, & celebrem de ſe familiam Pamphyliam ibi reliqvit, qvæ hîc Παμφύλου ἐκγόνων nomine: ipsâ verò, Synecdochicè, tota Spartanorum civitas notatur. Vide *Pauſan. in Lac.*

δ. 6. ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου] *ſub collibus, & clivis præruptis Taygeti montis Laconiæ,* id eſt, paſsim in tota Laconia habitantes. Dicitur ὁ Ταΰγετος, ἡ ταϋγέτη, τὸ ταΰγετον.

δ. 7. τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ Δωριῆς] in ſtatutis antiqvis Aegimii. *Portus* qvum in Scholiis raptim ſcriptis annotat: *Latinum interpretem reddidiſſe, Legibus Doricis, ſed hoc ſenſu Δωρικοῖς ſcribendum eſſe:* dicit qvidem qvid non ſit; qvid autem τὸ Δωριῆς ſit, ſilentio præterit. Eſt autem δωριῆς Atticum ex δωριέες: vel δωριῆς, ut *Aldus* habet, ex δωριεῖς: qvod & *Palat. C.* aſcripſit.

δ. 8. ἔχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι] id eſt, hiſce legibus uſi Heraclidæ & poſteri Pamphyli, feliciter tenuerunt Amyclas oppidum Laconiæ, i.e. Synecdochicè totam Laconiam.

δ. 9. Πίνδοθεν ὀρνύμενοι] Inhabitarunt enim initio Heraclidæ parvam qvandam regionem inter Locros Ὀζόλας, qvi ad latus occidentale Parnaſsi habitabant, eorumqve vicinos Aetolos, & inter Locros Epicnemidios, qvi orientales erant, ad Cnemidem montem, horumqve vicinos Aenienſes. Conſtabat ea regio qvatuor urbibus, unde & *Τετράπολιν*, & omnium Dorienſium matrem nominarunt. Urbes erant, Erineos, Bœum, Pindus, & Cytinium. Pindus ſuprà Erineon ſita eſt, præterfluitq; eam ejusdem nominis fluvius. Harum Rex Aepalius aliqvando ejectus, ab Hercule in integrum reſtitutus fuit: eiqve gratiam retulit, poſt mortem Herculis, Hyllo natu maximo ex Deianira filio adoptato. Atqve hac ratione regiuncula hæc occiſo Hyllo, cæteris Heraclidis ceſsit. Hinc poſteà profecti Heraclidæ ſunt, qvum in Peloponneſum redirent: de qva re ſuo loco plura. Ponitur ergò hîc Pindus pro tota *τετραπόλει*, Synecdochicè. Vide *Strabonem lib. 9.* *Ὀρνύμενοι*, Sind *ex Pindo* ausgefallen / Vel, haben *ex Pindo* den ausfall gethan.

δ. 10. λευκοπώλων Τυνδαριδᾶν] i. e. *Caſtoris & Pollucis* Τυνδάρεω *filiorum, albis pullis vel eqvis inſidentium.* Talibus enim uſi dicuntur.

δ. 10. βαθύδοξοι γείτονες] *valdè glorioſi vicini.* Tyndaridæ enim

ex Laconia in Argos vicinum co[...]
migrarunt: Vel potius, *γείτονε*[...]
id eſt, *σύνοικοι*, *cohabitatores ej*[...]
dem civitatis, Spartæ ſcilicet, i[...]
qva nati & educati fuerunt. qv[...]
dicat: Lacones *εὐνομίᾳ* ſua ita p[...]
cuerunt Tyndaridis, ut lubenti[...]
mè iis cohabitarint, qvum eſſ[...]
propter Legum bonitatem *βα*[...]
δοξοι. Qvod accipiendum eſt d[...]
crebra apparitione *Τυνδαριδῶν* [...]
ſterioribus ſeculis. Dum enim [...]
huc in vivis eſſent, nec Aegimius [...]
it, nec Lycurgus.

δ. 11. ὧν] Παμφύλου ἐκγόνων,
Ἡρακλειδᾶν.

δ. 12. ἄνθησεν] *floruit, viguit, in*[...]
menta accepit.

δ. 12. αἰχμᾶς] ſcilicet *ἕνεκεν*, [...]
pter cuſpidem, id eſt, Metonym[...]
propter virtutem bellicam.
potiùs, *κλέος αἰχμᾶς*, *gloria* [...]
tutis bellicæ.

d. 1. *Ζεῦ, τέλει: αἰεὶ δὲ το*[...]
ταν] Tertia ἀποστροφή, ad Jov[...]
qvem invocat *primò*, pro feli[...]
te perpetua Regum apud Amen[...]
hoc eſt, Hieronis, & Dinomeni[...]
lii, tanqvam Magiſtratus; & [...]
um illius loci, tanqvam Subd[...]
rum: qvæ qvidem felicitas ſi[...]
ſit felicitati Laconum, de qva [...]
lò antè dixit: adeò ut qvivis [...]
mentis judicare poſsit, Aetn[...]
qvi ſimiles cum Lacedæmoniis [...]
ges habuerunt, ſimilem qvoqve [...]
illis fortunam expertos fuiſſe. [...]
cundò, Pro ipſo Hierone, u[...]
vis gratia, Filio ad omnem [...]
tutem dux ſit, eidemqve S[...]
pacatam Rempublicam trad[...]
Tertiò, Pro perpetua ſecurit[...]
tc[...]

tius familiæ & poſteriratis Hiero-
s ab hoſtibus, præcipuè Pœnis ſeu
arthaginenſibus, & Tyrrhenis:
i vel ſolo cladis navalis ad Cu-
am acceptæ intuitu, Reges Syra-
ſarum metuere debebant.

d. 1. τέλει] ſc: πάντα ἃ αἰτῶ. Alii
λει, qvaſi ex τέλεις, à verbo Poëti-
τελείω, pro τελέω.

d. 1. 2. τοιαύταν αἶσαν] Qvalem
licet Heraclidæ habuerunt ex ſua
νομία.

d. 2. Ἀμένα παρ' ὕδωρ] Regibus
civibus juxta aqvam Amenæ ha-
tantibus, id eſt, Aetnæis vel Cata-
eis. ὁ Ἀμένας enim, qvem *Strabo*
. 5. vocat Ἀμένανον, (niſi locus
rtè corruptus) eſt fluvius per Cata-
m ſeu Aetnam tranſiens. Habet
c fluvius hoc peculiare, ut interdũ
r aliqvot annos aqvis deſtitutus,
inceps iterum fluat. (*Strabo loco
ito.*) Cauſa videtur eſſe in Terræ-
otibus, qvorum alii fontes obſtru-
it, & alveum aliò derivant: alii pri-
nos fontes iterum aperiunt. Qva
re vide *Ariſtotelem in Meteorol.*

d. 3. βασιλεῦσι] Hieroni ſcilicet,
Dinomeni ejus filio, reliqvisq;
cceſſoribus.

d. 4. διακρίνειν ἔτυμον λόγον ἀν-
ώπων] ut recta ratio hominum di-
dicet vel intelligat, id eſt, ut qvivis
næ mentis cognoſcat, ſcilicet τὴν
σαν τοῖς ἀστοῖς καὶ βασιλεῦσι παρ' Ἀ-
ένα τοιαύταν fuiſſe, qvalis ſc. fuit
eraclidis: ob eandem εὐνομίαν.

d. 5. σύν τοι τίν κεν] id eſt, *Tecum
nè, vel tua utiqve ope.* Priùs τοι eſt
nè vel Utiqve: poſterius τίν eſt Do-
cum pro σοὶ qvod regitur à Præpo-
ione σύν. *Auguſt.* σύν τοί τις κεν.
a ſenſus fit indefinitus.

d. 5. ἁγητὴρ ἀνὴρ υἱῷ τ' ἐπιτελλόμενος] id eſt, *Dux filio Dinomeni exortus vel factus, vel exiſtens,* ad omnem ſcilicet virtutem. Ἐπιτέλλεσθαι enim eſt *oriri*, non tantùm modo ſtellarum orientium, ſed etiam *modo exiſtendi qvocunq;, vel fiendi. Apollonius l. 2. Arg.* βρυχὴ δ' ἐπιτέλλει ὀδόντων. Qvi reddunt, *Filio mandans vel præcipiens*, longiùs à ſenſu aberrant: tametſi ἐπιτέλλεσθαι alibi *præcipere* ſignificet, ut & ἐντέλλειν. Similiter, qvi ἁγητὴρ ἀνὴρ, tantùm reddunt *Rex Hiero*, emphaſin illam, qva Pater filio Dux ad virtutem prædicatur, & qvam Poëta hîc urget, non attingunt.

d. 6. 7. δᾶμόν τε γέρων τράποι] Ita habet unica *Cratandrina* editio, qvas qvidem ego vidi, & rectè, id eſt, *ut tua ope Hiero, poſtqvam ductor Filio ad omnem virtutem extitit, & ſenex evaſit, Populum Aetnæum ei tradat,* ἐφ' ἡσυχίαν σύμφωνον, *ad concordem tranqvillitatem*, id eſt ut tranqvillè & concorditer ſub ejus imperio vivant, & inter ſe, & cũ Rege. Τράποι hîc ponitur pro ἐπιτράποι vel ἐπιτρέποι, ut etiam reddit *Scholiaſtes. Reliqvæ omnes editiones* habent γεραίρων, qvod Latini Interpretes reddunt, *Populum honorans, vel decorans, vel regens:* ſenſu planè alieno, & ratione metrica turbata. Hyperbaton ſyntacticum forte iis impoſuit, ut & ſimplex τράποι, pro compoſito ἐπιτράποι. Syntaxis eſt, Ἱέρων, ἐπιτελλόμενος ἁγητήρ τε, γέρων τε, τράποι δᾶμον υἱῷ ἐφ' ἡσυχίαν σύμφωνον.

d. 7. σύμφωνον ἐφ' ἡσυχίαν] *Aug:* σύμφωνον ἐς ἡσυχίαν, non malè.

d. 10. *ἄμερον κατ' οἶκον ἔχῃ*] Innuitur, anteà Hieronem ab iis laceſſitum fuiſſe, ſed defenſorem ſui & vicinorum, victorem evaſiſſe.

d. 10. *ὁ Φοίνιξ*]id eſt, *Carthaginenſis*, & Synecdochicè *Carthaginenſes*, (qvi erant colonia Phœnicum præcipuè ex Tyro : unde & *Pœni* , *&* *Tyrii coloni* dicti fuerunt. *Virgil. 1. Æneid.*

d. 10. *ὁ Τυρσανῶν ἀλαλατὸς*] Tyrrhenorum, qvi duce Tyrrheno filio Atyos Regis Lydorum, coloniam in Hetruriam ſeu Tuſciam deduxerunt. *Herod. Clio.* *ὁ ἀλαλατός* eſt *clamor militum clamantium ἀλαλά*, tumultus militaris. Notat implicitè *ἀκοσμίαν* barbarorum, magno cum clamore ad bellum euntium. Sic *Homerus*, qvi Græcos paſſim tacitos ad conflictum prodeuntes introducit, de Troianis dicit *Il. δ.* *ὣς τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει.*

d. 11. *ναυσίστονον ὕβριν ἰδὼν*] id eſt *navibus ſuis lacrymabilem & noxiam cladem cum ignominia conjunctam, intuitus.* *Lonicerus* reddit, *ut per ſingulas domos Phœnix Tyrrhenorumq; turba ſentiat naves contriſtantem vim, obſervans ante Cumas qvalia perpeſſi ſint, &c.* minùs benè. refert enim *ἔχῃ* ad *ὕβριν*, & poſt *ὕβριν* comma ponit, refertq; *ἰδὼν* tantùm ad ſeqventia, contra genuinum ſenſum. *Scholiaſtes* adhuc ineptiùs, τὸ *ἰδὼν*, refert ad Κρονίων.

D. 1. Συρακουσίων] Lego Συρακοσίων.

D. 1. *ἀρχῷ*] *Hierone*, unà cum cæteris fratribus, de qvibus mox dicetur.

D. 3. *ὠκυπόρων ἀπὸ νηῶν*] Hiero-
nis ſc: id eſt in prælio navali.

D. 4. *ὅς σφιν ἐν πόντῳ*] Eſt i-
his ſextum argumentum laudum
Hieronis, à victoria navali de Ca-
thaginenſibus & Tyrrhenis ad C-
mas, qvam qvia totius Græciæ libe-
tati profuit, *συγκριτικῶς* præfe-
vel ſaltem æqviparat victoriis, Ath-
nienſium ad Salaminem; & Lac-
dæmoniorum ad Cithæronem. Vi-
Pyth. β. α. 4.

D. 4. *ἁλικίαν*] *Juventam & flore-*
militarem, die beſte junge Man-
ſchafft.

D. 5. *ἑλλάδ' ἐξέλκων βαρείας δ-*
λείας] Intelligit non tantùm nati-
nem Græcam, qvæ in Sicilia & C-
mis erat, qvam Carthaginenſes
Tyrrheni exſcindere cupientes, C-
mæos primum adorti, ſed pugna n-
vali ab Hierone magna clade affe-
ſunt: Verùm etiam totam reliqva-
Græciam intra & extra Peloponn-
ſum. Eo enim tempore, qvo Xe-
xes inſtructiſsimo exercitu inva-
rus erat Græciam, *Amilcar* R-
Carthaginenſium ſolicitatus à Xe-
xe per legatos fuit, ut dum Me-
Græciam impeterent, ipſe intereà
Sicilia & Italia omnes eos qvi cu-
Græcis facerent, opprimeret.
milcar igitur Xerxi gratificaturu-
& occaſionem ſimul aliam, peter-
Terillo Himeræ tyranno à Thero-
ejecto, nactus, magnum exer-
tum ex Phœnicibus, Libybus, Ib-
ris, Ligybus, Eliſycis, Sardois
Cyrniis & ut hîc additur, Tyrrh-
nis, ad trecenta millia, contra Gr-
cos in Sicilia & Cumis, eduxit. V-
rùm contigit, ut Hiero, cum Gel-

ne

: & reliqvis fratribus, itemq; The-ne, qvi ducentis navibus, bis mil- eqvitibus, & decies mille pediti-s inſtructi erant, eodem die Amil-rem vinceret, qvo Græci Xerxen Salaminem, ut videre eſt apud *rodotum lib. 7. & Scholiaſten ex E-ro.* Atq; ita reverà à Græcia ſer-utem amolitus eſt. Parta hac toria Hiero & reliqvi fratres, Tri-das aureos in templis dedicarunt, c notatos epigrammate:

Φημὶ, Γέλων᾽, Ἱέρωνα, Πολύζηλον, Θρασύβουλον
Παῖδας Δεινομένευς, τοὺς τρί-ποδας θέμεναι,
βάρβαρα νικήσαντας ἔθνη: πολ-λὴν δὲ παρασχεῖν
Σύμμαχον ἕλλησι χεῖρ᾽ ἐς ἐλευ-θερίην.

D. 6. *αἱρέομαι*] Videtur legen-n, *ἐλέομαι*, ut ſit Futurum ſecun-n, ſicut & mox *ἐρέω*, id eſt, *am-ſtar, acceptabo, magnifaciam.* Ich s vor andern herfür ziehen.

D. 7. *παρ μὲν Σαλαμῖνος Ἀθη-ων χάριν*] *Athenienſium benefi-m*, ut rectè *Lonicerus* reddidit, to-ilicet Græciæ exhibitum, qvan-ad Salaminem inſulam, Duce emiſtocle, pugna navali Xerxis ias profligarunt, & ita juxta o-ulum, *civitatem Atticam in muris eis ſalvam retinuerunt.* De hac oria vide *Herodotum lib. 8.*

D. 8. *μισθὸν*] Vel eſt *ἐπεξήγησις χάριν*, ut intelligatur illa *χάρις ναίων, μισθὸς* fuiſſe, tum Græcis, ræcipuè Athenienſibus, tum Me-ſeu Perſis. *Græcis qvidem*, ut res ta, vel benè meritum, cui juſta etur merces, & gratum præmiũ; *dis verò*, ut debita, pro temeritate & injuriâ, merces: Vel ſimpliciter refertur ad *ἐλέομαι* & *παρ Σαλαμῖνος*, ſenſu tamen item alterutro, de qvo dictum, ita ut *τὸ χάριν* hîc ponatur Adverbialiter, *propter Athenienſes, in gratiam Athenienſium*, benè ſcilicet non tantùm de tota Græcia, ſed & de meipſo meritorum, qvi ſcilicet mihi propter laudes ipſorum, mille drachmis, à Thebanis popularib. meis, qvi tempore belli Perſici cum Xerxe contra Athenienſes & Græcos reliqvos faciebant, *Herod. l. 9. & Cteſias in fragm. Pers:* mulctato, duplum hoc eſt bis mille drachmas reſtituerunt. *Æſchines epiſt. 4.* Vide & *ad Iſthm. a. α. 3.*

D. 8. *ἐν σπάρτα δ᾽ ἐρέω περ Κιθαιρῶνος μάχαν*] *Dicam etiam in Sparta, vel apud Spartanos, qvibus ſcilicet leges ſuas Ætnæi acceptas ferunt, pugnam illam celebrem ad Cithæronem montem, in confinio Atticæ & Bœoticæ ſitum.* Intelligit nobilem pugnam ad Thermopylas, non longè à Cithærone, qvam Leonides Anaxandridæ filius Dux Lacedæmoniorum, cum Xerxis copiis habuit, in qva unius Leonidæ virtus ita enituit, ut Achillis ad Ilium, & Miltiadæ ad Marathonem. Nam initiò cum trecentis Lacedæmoniis, qvindecim millia Perſarum profligavit, vix duobus aut tribus Lacedæmoniis cæſis: rurſus qvum Xerxes viginti millia Perſarum emiſiſſet, hos qvoqve cecîdit: tertia vice qvinqvaginta millia Perſarum, itidem ad internecionem delevit: qvapropter finem belli Xerxes feciſſet, Græciamq; nunqvam invaſurus fuiſſet, niſi duorum

Trachi-

Trachiniorum proditorum ductu, per Oetæ montis tramites, Hydarnis ducis Xerxis copiæ ad 40000 fuiſſent circumductæ, qvibus oppreſsi Lacedæmonii, cùm Duce occubuerunt, Xerxesq; in Græciam irrupit. Vide *Herodotum lib. 7. Cteſiæ fragmenta. Pauſaniam in Lac. Thuc. l. 2.* Τὸ πὰν, qvod hîc poſt ἐρέω annexum erat, metrica ratio ſupervacuum arguit.

D. 10. παῖσι] ſc: μισθῷ πὰρ Σαλαμῖνος, καὶ μάχᾳ πρὸ Κιθαιρῶνος. Zeugma.

D. 10. Μήδειοι] *Medei vel Medi*, qvo nomine in hujus belli deſcriptione, etiam Perſæ apud Hiſtoricos Græcos veniunt.

D. 10. κάμον] *laborarunt*, haben noht gelitten/haben einen harten ſtand ausgeſtanden.

D. 10. ἀγκυλότοξοι] *curvos arcus habentes*, ſeu geſtantes, & ſagittas emittentes: qvi mos Orientalibus ferè omnibus antiqvitus fuit.

D. 11. 13. πὰρ δέ γε &c. τελέσαις] id eſt, *ſi prius Dinomenis filiis ad Himeram habitantibus hymnum perfecero*: qvibus indicat, ſe celebrationem victoriæ Hieronis de Carthaginenſibus, majoris facere, qvàm celebrationem victoriæ Athenienſium, & Spartanorum de Perſis, qvamvis per ſe illuſtrium. Τὸ γε, *Roman. & Cratandr.* rectè habent, reliqvæ pleræqve omiſerunt perperam.

D. 12. Ἱμέρᾳ] ὁ Ἱμέρας fluvius Siciliæ.

D. 12. παίδεσσιν Δεινομένευς] Ita lego cum *Aldo*. Non intelligitur autem hîc Dinomenes ille, cujus anteà fuit facta mentio, ἐπ: γ, Hieronis filius: ſed iſtius Dinomenis avus, pa-
ter Hieronis hujus, & ejus fratrum
Gelonis, Polyzeli, & Thraſybuli, q
& ipſi, hîc Δεινομένευς παίδων nom
ne veniunt, utpote victoriæ illius
Carthaginenſibus conſortes.

D. 14. τὸν ἐδέξαντο] *qvem h*
mnum vel jus hymni acceperunt: id e
accipere promeruerunt.

D. 14. ἀμφ' ἀρετᾷ] *cum virtu*
propter virtutem.

D. 15. πολεμίων ἀνδρῶν καμόντ
Hoſtibus Carthaginenſibus & T
rhenis profligatis.

ε. 1. Καιρὸν εἰ φθέγξαιο] Epi
gus hujus εἴδους, in qvo Poëta I. l
des Hieronis abrumpit. II. Co
mendat βραχυλογίαν ſeu oratio
brevitatem, ſi ſcilicet paucis mul
dicuntur, qvia minùs reprehendi
qvia minùs auditoribus faſtidiu
parit: qvia minùs invidiam co
tat, qvæ aliàs laudes alienas facil
qvitur. III. habet ἀποστροφὴ
Hieronem, illuſtratam προκατα
ψει, qvaſi dicere poſſet Hiero, Er
qvia invidia laudis comes eſt, lau
virtute mihi non parabo, ut i
diam declinem. Reſpondet Po
per Inverſionem, & qvaſi ἐπανόρ
σιν argumenti de Invidia modò
ti, à συγκρίσει Invidiæ cum Co
miſeratione, cui iſta præferend
vultq;, ne Invidiæ, qvæ gloriam
qvitur metu, virtutum ſtudium
mittat vel abjiciat, qvum melio
Invidia, qvæ ſemper felicitatem
naturalem ſive moralem præſu
nit, qvàm Commiſeratio, qvæ i
licitatem. Hortatur autem eu
virtutem & μεγαλοπρέπειαν Re
qvæ conſiſtit, I. in ſtudio Hon
tis, hoc eſt, ſeriæ προαιρέσεως ſe
dum rectam rationem agendi. I

titia : cum injuria enim aliorum,
γαλοπρέπεια, tyrannis eſt. III.
veracitate, qvæ niſi adſit, omnes
tutes obſcurantur. Hujus negle-
im etiam in leviculæ rei promiſſo,
iggerat à Turpi, tum propter per-
iam ipſius Regis, qvem nihil mi-
s decet qvàm Mentiri : tum pró-
r multitudinem eorum qvi circa
gem ſunt, qvi & contra eum qvi
omiſſum fecit, & pro eo qvi pro-
ſſum accepit, teſtari poſſunt. IV.
iberalitate, ſine qva μεγαλοπρέ-
α eſſe non poteſt. Ad hanc au-
hortatur partim ab utili laudum
ntè ſeqventium; qvod declarat
ili à Velis : partim à turpi φιλο-
δείας. Utitur autem ad perſva-
dam ei μεγαλοπρέπειαν, ratio-
à conſeqvente, qvia ſcilicet, Poſt
rtem apud Oratores & Poëtas
is ſeqvitur Virtutes, qvod decla-
exemplo Crœſi : Vituperium vi-
qvod illuſtrat exemplo Phala-
s. V. ἀνακεφαλαιωδῶς καὶ
γκριτικῶς præmia certaminum
merat, qvorum primum eſt εὖ
θεῖν, id eſt fortunatum eſſe, & vi-
rem proclamari : alterum, εὖ ἀ-
ιν, laudari à Poëtis & celebrari :
ium, optimum & præſtantiſſi-
m, utroq; frui. Idq; Hieroni con-
ſſe, tacitè innuit.

. 1. Καιρὸν] Adverbialiter, pro
ὰ καιρὸν, *Opportunè, ad juſtum*
lum.

. 2. πολλῶν πείρατα] id eſt *mul-*
m rerum ſummas, terminos, &
ſi periodos. *Lonicerus* ineptè de
ſonis intelligit, redditqve *Mul-*
m ſummas res geſtas & virtu-

3. ἐν βραχεῖ] ſc. λόγῳ.

ε. 4. μῶμος] *Reprehenſio.* Interdum pro Deo qvodam, qvi omnia reprehendere noverit, accipitur.

ε. 5. ἀιανής] ὁ ἀιανός vel ἀιανής eſt *moleſtus, ingratus*, à particula αἶ vel αἴ, qvæ Lamentationis eſt. Sic infrà Iſthm. α. G. 6. λιμὸς ἀιανής dicitur. Aliqvi reddunt, *Perpetuus, Diuturnus*, ab ἀιέν, vel ἀιών.

b. 8. ποτὶ καὶ τὸν ἴκοντα] Pertinent hæc ad ἔβαλον. Malè aliqvi diſtingvũt poſt ἔβαλον, hæc verba, ποτὶ καὶ τὸν ἴκοντα, ad παρελέξατο referentes, & τὸ νεφέλα Nominativè accipientes: cui errori occaſionem fecit, qvòd Dores iota ſubſcribendum omittunt, ut & ſuprà in διδύμα. Sic autem reddunt, ut eos ſecutus *Lonicerus* habet, *Nam accedentem nebulam illexit, ſecumq; concumbere fecit. Rem itaq; vanam, ſecutus eſt iners homo.* Verùm neq; νεφέλα hîc Nominativus eſt, licet ι ſubſcripto careat, ſed Dativus: neqve παραλέχομαι Tranſitivam ſignificationem habet, ſed Neutralẽ: neq; ad παρελέξατο in Tranſitiva ſignificatione acceptum, ſubſeqvens Nominativus ἀνὴρ rationem habet ullam. Omiſſa itaq; diſtinctione poſt ἔβαλον, facienda ea eſt poſt ἴκοντα: & planus erit ſenſus. *Qvandoqvidem cum nube concubuit, deceptionem dulcem ſectatus inſcius vir.* Auſonius, *Perjurum Lapitham Junonia ludificat nubs.*

b. 12. ἄντε] *hancq;*, ſcilicet νεφέλαν.

b. 12. δόλον] εἰς δόλον.

b. 13. καλὸν πῆμα] Vide Adag. *d pulchro ligno vel ſtrangulare. Heſiod: d Pandora*, ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες

b. 14. τετράκναμον δεσμόν] τρο-χὸν ſcilicet πτερόεντα vel πτερόεν-τα, quem τετράκναμον, hoc eſt, τε-τράρραβδον facit, *quatuor radio* (ſpåchen) *habentem*, qvorum ſcilice duo brachiis, duo pedibus alligandi inſervirent; qvod huic Rotæ ſuffice re potuit: Qvum aliàs rotæ Curru les ejus temporis ἐξάκνημοι fuerin inter homines, Diis verò ὀκτάκνημοι attributæ fuerint, ut Junoni *Il.* ε ...tante *Scholiaſte.*

b. 15. B. 1. ἔπραξε ὅγε] Ipſe Ixio peccando ſibi conciliavit, & prome ritus eſt: & qvidem ἔπραξε, nó ἐπο-ησε, qvia materiam & opus rotæ ip non fecit; peccatrice autem πράξει pœnam hanc ſibi accerſivit.

B. 12. ἐν ᾗ πεσὼν] Τμῆσις pro ἐμ-πεσών.

B. 3. τὰν πολύκοινον ἀνεδέξατ' ἀγ-γελίαν] *vulgatam de ſe accepit famam* ut aliqvi exponunt. Veriùs, *publ cam illam ad multos imò omnes pert nentem in ſe ſuſcepit proclamationem* de qva ſcilicet initio hujus narratio nis dictum eſt. ἡ ἀγγελία enim act vam potiùs qvàm paſsivam ſign ficationem habet. Legendum au tem eſt omiſſo ε, ἀνδέξατ' ἀγγελία

B. 4. ἀνε

B. 4. ἄνευ δέ οἱ χαρίτων] *ſine gra-tiis*, id eſt, ἄχαριν, *agreſtem & mon-ſtroſam ſobolem*, qvam & homines & Dii abominabantur. *Scholiaſtes* ex-ponit, ἄνευ συνȣσιασμȣ̃, qvum verus συνȣσιασμὸς non fuerit, ſed ψεῦδος νεφελικόν: additq;, τὸ χαρίζεσθαι pecu-liari ſignificatione idem qvod συνȣσιάζειν notare, qvod ex *Theopompo*, qvi introducit Lycabettum dicen-tem, παρ' ἐμοὶ τὰ λίαν μειράκια χαρίζεται τοῖς ἡλικιώταις] *Ariſtophane* in *Eqvitibus* [πολλῶν γὰρ ἤδη πειρατάνθων αὐτὴν, ὀλίγοις χαρίσασθαι, li-cet metaphoricè ibi loqvatur de κωμῳδοδιδασκαλίᾳ] & *Sappho* [μικρά μοι παῖ ἔμμεναι φαίνεαι κ᾽ ἄχαρις: ibi perperam legitur λιθόχαρις: qvi locus etiam à *Plutarcho in* ἐρωτικῷ ci-tatur] probat. Qva de re etiam vi-deri poteſt, *Pollux lib. 5. cap. 15. Ari-ſtarchus* tamen potiùs reſpectu Nu-bis hoc accipiendum cenſuit, qvæ nullam χάριν, nullam voluptatem inde percepit.

B. 6. μόνα καὶ μόνον] μόνα reſpe-ctu aliarum Nubium, qvarum nulla præter hanc dicitur genuiſſe: vel eti-am, deſerta ab omnibus, nullius ob-ſtetricatione uſa. Μόνον verò id eſt *unicum*, μονογενῆ, qvum nullam a-liam ſobolem præterea pepererit.

B. 6. ἐν ἀνδράσι] *Auguſt.* ἐν ἀνθρώποισι, ſcholio pro textu arrepto.

B. 8. τράφοισα] Accentus Aolicè retractus, pro τραφοῖσα, qvod *Ald.* habet, & Doricum eſt pro τραφȣ̃σα. Aor. 2. part. Act. à τρέφω.

B. 8. Κένταυρον] Filium hunc Ixionis & Nubis ſic nominarunt à modo generationis, ἀπὸ τȣ̃ κέντειν (qvo *Homerus Iliad.* ψ. *v.* 337. utitur) ſive κεντεῖν τὴν αὖραν, i. e. νεφέλην ἀερίαν. Hic autem Κένταυρος humana, licet monſtroſa ſpecie fuit prædìtus: filii vero ejus ex eqvabus Magneſiis geniti, & horum poſteri, ἱπποκένταυροι propriè fuerunt di-cti, qvòd ſuperiori parte qvidem, τὰ τȣ̃ πατρὸς Κενταύρȣ, id eſt *huma-nam*: inferiore verò, τὰ ματρόθεν, id eſt, *eqvinam* figuram repræſentarent. Iidem tamen ipſi, Patris nomine Κένταυροι paſsim appellantur.

B. 9. ἵπποισι μαγνητίδεσσιν ἐμίγνυτο] Hîc in ἵπποισι, ι antè ππ corripitur, ut & alibi monuimus. Porrò *Galenus lib.* 3. *de uſu part.* hunc locum carpit, ut abſurdum, qvando-qvidem ȣ̓σία ἀνθρώπȣ τε καὶ ἵππȣ παντάπασιν ἄμικτος videatur, διὰ τὴν βραχύτητα τȣ̃ αἰδοίȣ. *Verba ejus ſunt*: Πίνδαρος δ' εἰ μὲν ὡς ποιητὴς προσίεται τὸ τῶν Κενταύρων μυθολόγημα, συγχωρητέον αὐτῷ. Εἰ δ' ὡς σοφὸς ἀνὴρ, καί τι περιττότερον τῶν πολλῶν ἐπίςασθαι προσποιȣ́μενος, ἐτόλμα γράφειν, —— ὃς

ἵπποισι μαγνη-
τίδεσσιν ἐμίγνυτ' ἂν πο-
λιοσφύροις: ἐκ δ' ἐγένοντο ςρατὸς
θαυμαςὸς, ἀμφοτέροις
ὅμοιοι τοκεῦσι, τὰ ματρὸς μὲν
κάτω, τὰ δ' ὕπερθεν, πατρός: ἐπιτιμητέον αὐτῷ τῇ προσποιήσει τῆς σοφίας. Ἵππος μὲν γὰρ ὄνȣ, καὶ ὄνος ἵππȣ, δύναιτ' ἂν καὶ δέξεσθαι τὸ σπέρμα, καὶ διασώσασθαι, καὶ τελεσφορῆσαι πρὸς ζώȣ μικτȣ̃ γένεσιν. ὅυτω δὲ καὶ λύκος Κυνός, καὶ Κύων ȣ̓ λύκȣ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλώπεκος, ὥσπερ ȣ̓̃ν καὶ ἀλώπηξ Κυνός. Ἵππος δ' ἀνθρώπȣ, τάχα μὲν ȣ̓δ' ἂν ὑποδέξαιτο τοῖς κόλποις τῆς ὑςέρας τὸ σπέρμα: μακροτέρȣ γὰρ αἰδοίȣ δεῖ. εἰ δ' ȣ̓̃ν καταδέξαιτό ποτε, δια-

 φθεί-

διαφθείρειεν ἂν, ἢ εὐθὺς, ἢ ὐκ εἰς μακράν. Ἀλλ᾽ ὦ Πίνδαρε, σοὶ μὲν ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν ἐπιτρέπομεν, εἰδότες, τὴν ποιητικὴν μοῦσαν οὐχ ἥκιστα τῶν ἄλλων τῶν οἰκείων κόσμων καὶ τοῦ θαύματος δεομένην: ἐκπλῆξαι γὰρ οἶμαι καὶ κηλῆσαι τοὺς ἀκροατὰς, οὐ διδάξαι βούλεσθαι. ἡμεῖς δ᾽, οἷς ἀληθείας οὐ μυθολογίας μέλει, σαφῶς ἴσμεν, οὐσίαν Ἀνθρώπου τε καὶ Ἵππου παντάπασιν ἄμικτον ὑπάρχουσαν. Verùm occurri *Galeno* facilè poteſt, Qvia *à Poëta, nec fides tanqvam ab Hiſtorico, nec rationes tanqvam à Phyſico exigendæ ſunt.* Qvòd ſi objiciat, Concinniùs tamen iſta fingenda fuiſſe, ut veriſimilis, non autem abſurda fictio videretur: reſpondebimus, *Galeni rationem qvam Poëta opponit, de hominibus integris & juſtè proportionatis accipiendam: Poëtam verò hîc non talem hominem deſcribere, ſed agreſtem & monſtroſum, in qvo fictitio, id qvod Galenus reqvirit, facilè liceat fingere.* Qvòd ſi talis ἀκρίβεια in Poëtis adhiberetur; omnes explodendi eſſent; qvod nemo ſanus dixerit. Similis cenſus ſunt ea qvæ in textu Galenico mox ſeqvuntur, de Hippocentauris, hujus Centauri filiis.

Β. 11. Ἐν Παλίου σφυροῖς] Τὸ σφυρὸν eſt *malleolus pedis*, Knöchel. Hoc loco Metaphoricè *inferiores partes montis, radices ſeu convalles* notat. Additur autem hoc de Pelio monte, ut intelligatur Magneſia Theſſaliæ, qvum fuerit & alia Magneſia in Aſia, de qva hîc non eſt ſermo. *Galenus* loco citato legit, ἐμίγνυτ᾽ ἂν πολιοσφύροις, ut ſit epitheton *Eqvarum albos pedes habentium*, qvales pro generoſis habentur.

Β. 13. ὁμοῖοι] *Galenus* habet ὅμοιον qvod perinde eſt.

Β. 13. Τὰ ματρόθεν μὲν] *Galenus* legens, τὰ ματρὸς μὲν, ſenſum potiùs retinuit, qvàm metrum obſervavit. Syntaxis autem elliptica ita ſe habet, ἀμφοτέροις ὁμοῖοι τοκεῦσι, κατὰ τὰ ματρόθεν μὲν, id eſt, *qvoad partem eqvinam*, κάτω: κατὰ τὰ πατρὸς δὲ, id eſt, *qvoad partem humanam*, ὕπερθε.

Β. 14. ὕπερθε] *Galenus* legit ὕπερθεν, ſenſum potiùs qvàm metrum attendens.

γ. 1. Θεὸς ἅπαν] Claudit hanc Narrationem Gnome, de Providentia, Potentia, & Juſtitia divina. Providentiam notat, qvando ἐλπίδας & τέκμαρ Deo tribuit: Potentiam reſpectu ipſius Dei, qvando ἀνύεται dicit: reſpectu creaturarum declarat exemplo Aqvilæ omnium avium perniciſsimæ, maximeq; in altum evolantis; & Delphinis, inter Piſces velociſsimi; qvos tamen ipſos aſſeqvi, imò prævertere poſsit: Juſtitiam deniqve, in ſuperbis dejiciendis, humilibus verò evehendis.

γ. 1. ἐπὶ ἐλπίδεσσι] id eſt ἐπὶ διανοίᾳ καὶ βουλῇ, *pro conſilio & voluntate ſua.* Vide Adag. *Dii omnia poſſunt.*

γ. 2. τέκμαρ] id eſt, *exitum finem.* Sicut & *infrà Nem. ια. G. ζ.* τὸ τέκμαρ *pro exitu* accipitur. Et *Ariſtoteles 1. Rhet.* dicit. τὸ τέκμαρ καὶ πέρας ταυτόν ἐστι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν.

γ. 4. αἰητόν] ita lego cum *Aldo.*

γ. 6. δελφῖνα] *Plin. l. 9. c. 8.* Velociſsimum omnium animalium, non ſolùm marinorum, eſt Delphinus;

nus, ocior volucre, ocior telo &c. *Vide Nem.ϛ.G.9.*

γ. 5. παραμείβεται] id eſt, *prævertit*. Malè Lonicerus, *permutat*.

γ. 6. ἔκαμψε] Actio ſolita, ut & in παρέδωκε.

γ. 7. ἐτέρῳσι] ſc: οὐχ ὑψίφροσιν, ἀλλὰ ταπεινοῖς.

γ. 8. ἐμὲ δὲ χρεὼν] Επανόρθωσις & προκατάληψις, de qva modò diſtum.

γ. 9. δάκος ἀδινὸν] τὸ δάκος, proprie eſt *animal morſu aut ictu venenato noxium*, cujusmodi ſunt colubri, aſpides, viperæ. Hoc loco Metonymicè & Metaphoricè eſt morſus ſerpentinus ſeu viperinus, hoc eſt virulentus. ἀδινὸν autem, qvod Lonicerus reddidit *Imbellem*, Philippus *Lugubrem*, Portus ex verſione vulgata *Triſtem*: Rectiùs reddemus, *Freqventem*, *Crebrum*, *Nimium*. Qvia enim admodum prolixè hactenus ſcelera & pœnas Ixionis commemoravit: jam tandem finem faciendum eſſe cenſet, ne nimis prolixa commemoratio, Maledicentiæ nomine cuiqvam veniat, aut Poëta Ixioni inſultare videatur. *Scholiaſtes* reddit κακόν, non commodè: ſed τοῦ ἀποκειμένου ἀπρὶξ ἐχόμενον, qvia hæc eſt natura τῶν κακηγόρων, ut ἄλλω καὶ ἀδιαλείπτως maledicant, nec unqvam ſuum maledicendi cacoëthes expleſſe ſatis ſe exiſtiment. *Deſ. Harald. ad Arnob.*

γ. 10. ἑκὰς ἐὼν] *procul adhuc exiſtens*, id eſt, Novi hoc de Archilocho, licet olim diu ante me natum, fuerit factum.

γ. 11. ἐν ἀμαχανίᾳ] Sunt qvi hunc locum ita accipiant, qvaſi velit Poëta, Archilochum, Lyricum illum ante Pindarum celebrem, anteà in anguſtiis paupertatis conſtitutum, ditatum poſteà fuiſſe per κακαγορίαν. Verùm rectiùs, & τῇ συνεπείᾳ textus convenientiùs, ita exponemus, ut ſit argumentum improbatæ Maledicentiæ, ab effectu, ἀμαχανίᾳ ſcilicet, anguſtiis & miſeria, qvam exemplo Archilochi declarat, qvi qvamvis per odioſa convicia ditatus fuerit, & ita beatus nonnullis videri potuerit; tamen ἐν ἀμαχανίᾳ ſeu anguſtiis rerum ſuarum utplurimum manſit. Neqve enim felices potuerunt eſſe ejusmodi divitiæ, neq; cum bona fama conjunctæ, utpote inhoneſta ratione partæ. Tacitè autem hæc in Bacchylidem αἰνίττεται, qvi coram Hierone Pindarum ſæpius calumniabatur, & eò rem deduxerat, ut Pindaro præferretur. Porrò poſterioris huius interpretationis veritas, etiam ex ἀντιθέσει apparet, ubi divitiæ felices prædicantur eæ, qvæ per ſapientiam & per conſeqvens honeſtè ſunt partæ, & nunqvam poſſunt eſſe ſine bona fama: qvales hîc Archilochicis illis opponit.

γ. 13. πιαινόμενον] *impingvatum*, id eſt, ditatum. Sicut Germani dicunt, ein fetter Bawer/i.e. ein Reicher. τὸ πι hoc loco producitur, qvum alibi, ut *Pyth. δ. z. 7.* corripiatur.

γ. 14. σὺν τύχᾳ] *cum fortuna*, vel potiùs *cum eventu*, cum contingentia πότμου σοφίας. ἡ τύχη enim à τυγχάνειν eſt.

γ. 14. πότμου] prior hîc corripitur.

g. 1. Τὺ δὲ σάφα νιν ἔχεις] Επάνοδος ad Confirmationem laudum Hieronis, ad qvas occaſione

Divi-

Divitiarum, qvarum ſub finem Digreſsionis meminerat, redit. Adducit autem pro Confirmatione Propoſitionis argumentum qvartum, à divitiis & facultate ditandi alios, qvandoqvidem Hiero dominus eſt multorum oppidorum & populorum. Tacitè autem innuit, ſe qvoq; ab eo ditari poſſe, licet neminem calumnietur, modò ipſe Hiero Bacchylidi aures non præbeat. Fortaſſe adhuc deſiderat citharam auream de qva in præcedente ᾠδῇ. Hoc argumentum illuſtrat συγκρίσει divitiarum Hieronis cum aliorum, dicitq;, ſtolidum eſſe eum, qvi Græcorum priſcorum qve-.. iam, qvoad divitias, & harum comitem Gloriam, Hieroni præferri poſſe cenſeat. Qvintum huic ſubnectit, à juventute animoſa & bellicoſa, in pugnis cum eqveſtribus tum pedeſtribus. Sextum deniq;, à Prudentia ſenili omnibus ſpectata. Hæc ſex argumenta Confirmationis, concludit προσφωνήσει amica, χαῖρε.

g. 1. σάφα νιν] *manifeſtè, certò, indubitò, ſine controverſia.* Lonicerus *Clarè:* ſed inſeruit *Utrumq;*, intelligens de divitiis & ſapientia, perperam. Nam *divitias* qvidem Hiero largiri potuiſſet, *Sapientiam* nō item. Per νιν ergò hoc loco intelligitur τὸ πλουτεῖν σὺν τύχᾳ πότμου σοφίας, id eſt, *divitiæ per ingenium & ſapientiam, adeoq; per hymnos & alia poëmata honeſtè partæ.* Tales, vult dicere, tu potes liberaliter ſuppeditare, nec opus eſt, alios calumniando, divitias à te exſpectare. Atq; hæc ſententia, textui convenientior eſt, qvàm altera illa, qva talem aliqvi extorqvent ſyllogiſmum: *Qvi ſapientia & opibus*

clarus eſt, veras poſſidet divitias: Hier
ſapientia & opibus clarus eſt: Ergò Hie
ro veras poſſidet divitias. Qvum ge
nuinus ſenſus ſit, *Divitias per ſapien*
tiam honeſtè partas, eſſe præſtantior
per calumnias partis, & illas ab Hier
ne eſſe exſpectandas; qvod ſe facere ta
citè innuit: *has verò non item,* qvib
adverſarios ſuos inhiare cenſet.

g. 1. ἐλευθέρᾳ φρενὶ] *animo lib*
rali, qvi veras & honeſtas ſui laud
liberaliter remunerat: calumnias v
rò & inſectationes aliorum non it

g. 2. πεπαρεῖν] *Scholiaſtes* red
πορίζειν καὶ παρασκευάζειν, παραχε
& πεπαρεῖν νιν, πλουσίως ἀποδεῖξα
Heſychius reddit ἐνδεῖξαι καὶ σημει
σαι. Unde autem deſcendat, nem
indicat. *Portus*, qvi de lectione d
bitat, ſi verè legatur πεπαρεῖν, cen
eſſe Aoriſtum 2. Infin. poëticum p
παρεῖν, à verbo πείρω, *figo, transfi*
Sed nihil hoc ad rem præſentem
cere, ipſe ſtatim fatetur. Suſpicat
ergò πεπορεῖν legendum eſſe, qv
& *Auguſt.* ſupernè ſcripſit, ut ſit A
2. Poëticus, pro πορεῖν, à πορέω *præb*
ſuppedito. Cui ſignificationi co
modè competunt ea, qvæ ex *Schol*
ſte annotavimus. Qvòd ſi tàm
omninò πεπαρεῖν retinendum eſſ
qvandoqvidem & *Heſychius* agr
ſcit; fortè non falsò diceremus, e
Aoriſtum ſecundum, vel Futur
primum aut ſecundum, à verbo
παίρω, ſignificante πορέω, vel π
ζω: tametſi propter rariorem uſ
Lexicographis, cum aliis multis, n
innotuerit.

g. 3. πρύτανι] ὁ πρύτανις, Athe
dicebatur *qvivis ex numero qvinq*
ginta virûm, qvorum officium erat ſe
tum cogere, & eos qvi coram Sen
aliq

*aliqvid petituri erant, introducere ac ſi-
ſtere, qvin & ſacra qvædam procurare.* Erant autem οἱ πρυτάνεις potentes, & ſumma dignitate, rerumqve magnarum adminiſtratione inſignes. Unde & ὁ πρύτανις idem eſt qvod βασιλεύς, ut apparet ex *Ariſtotele lib. 5. Polit.* item πολλῶν καὶ μεγάλων κύριος, ut *lib. 5. Polit. cap. 5.* idem exponit. Qvo ſenſu etiam hîc *Pindarus* accipit, qvi ut ſenſum apertiorem faciat, ſubjungit, κύριε πολλᾶν ἀγυιᾶν καὶ στρατοῦ.

g. 5. εὐστεφάνων ἀγυιᾶν] ἡ ἀγυιά, *ia, vicus,* Eleis id qvod Atticis στενωπός, *angiportus, Pauſ. El. pr:* Item *Oppidum* hoc loco. Derivant aliqvi ab ἄγειν τὰ γυῖα, qvod per ἀγυιάς incedamus. (*Heſych:*) Suidas ab ἀ privativo & γυῖον, qvod ſignificet vicum non habentem multos anfractus platearum, ſed in longum eas exporrectas. *Scholiaſtes Pindari* ab ἄγω derivari cenſet *Olymp.* θ, ſicut αἴθυια ab αἴθω: μυῖα à μύω. Undecunq; dicatur, notat hoc loco *Oppidum:* qvod ex epitheto patet, qvo ἀγυιαὶ εὐστέφανοι dicuntur, id eſt εὖ τετειχισμέναι, *benè muratæ & vallatæ.* Eſt enim τὸ τεῖχος, qvaſi στέφανος τῆς πόλεως. *Lonicerus* reddidit, *Sublimium vicorum.*

g. 5. καὶ στρατοῦ] repetendum ἀπὸ κοινοῦ, πολλοῦ στρατοῦ. Hat viel Lande und Leute. ὁ στρατός autem non ſemper ſignificat *exercitum militarem,* ſed interdum etiam *populum numeroſiorem,* vel etiam *fortem & bellicoſum,* licet in expeditione non ſit, ut hoc loco. Sic *ſuprà Olymp. ε. a. 9. & ια. A. 5.* ibiq;.

g. 6. κτεάτεσσί τε] *Aug.* κτεάνοισί τε, ſenſu & metro eodem.

g. 6. περὶ τιμᾷ] Poëtis περὶ cum Dativo conſtructum, ſæpè pro κατά cum Accuſativo uſurpatur, ut hoc loco, pro κατὰ κτέατα καὶ τιμάν.

g. 10. εὐανθέα δὲ] Tacitè inſtituit comparationem ſeqvẽtium laudum Hieronis à propriis factis petitorum, cum laude præcedente à divitiis, qvæ non ſunt hominis propriæ, ſed magis fortunæ. Has ergo ſeqventes laudes vocat στόλον εὐανθέα, *claſſem amœnam qvaſi & floridam,* ob laudum præſtantiam, ſi cum præcedente conferatur. Τὸ δὲ *Portus* cum *Vulgata* reddit *Igitur,* ſine ratione.

g. 12. κελαδέων] Fut: 2.

g. 12. νεότατι μὲν ἀρήγει] id eſt, *Juventuti tuæ ô Hiero qvoad laudes auxiliatur &c.* id eſt laudes ſuppeditat. *Theocr:* ποιεῖν τι δεῖ, ἕως γόνυ χλωρόν. Porrò ad νεότατι μὲν, infertur poſteà, βουλαὶ δὲ πρεσβύτεραι.

g. 13. θράσος] hîc in *bonam* partem accipitur: *Infrà Pyth. ε. d. 6. in malam.*

g. 13. ὅθεν] id eſt, ἀπὸ τοῦ θράσεος ἐν νεότατι.

g. 15. τὰν δόξαν] qvam ſcilicet jam habes. Hoc innuit articulus, non indefinitè, ſed rem certam ſignificans.

G. 1. ἱπποσόαισιν] ὁ ἱπποσόας, *eqvorum concitator, Eqves,* à σόω, qvod à σέω eſt, *Concito, agito.*

G. 2. πεζομάχαις] Legendum πεζομάχαισι, cum *Ald. & Pal. C.* ὁ πεζομάχας, qvi pedes pugnat. *Aug.* habet πεζομάχοισι.

G. 4. πρεσβύτεραι] i. e. σοῦ πρεσβυτέρου.

G. 4. ἀκίνδυνον] *tutum, ſecurum,* ne ſcilicet reprehendar, aut falſitatis arguar, extra omnem dubitationis

aleam, aut controverſiam ac contradictionem omnem poſitum.

G. 4. ἔπος] *materiam dicendi*, vel etiam *ipſum Carmen*.

G. 5. ποτὶ πάντα] Legendum ποτὶ ἅπαντα λόγον ἐπαινεῖν, id eſt *ad omnem rationem laudandi*. Et ſic etiam *Aldus* habet.

G. 7. Τὸ δὲ μὲν κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολὰν] Seqvitur ſexta pars hujus εἴδους, Commendatio præſentis Carminis, qva utitur, ut Carmen ſuum Hieroni acceptius faciat, qvum aliàs Bacchylidea Pindaricis præferre ſoleret. Commendat autem εἶδος hoc I. à merito præmii; qvod declarat συγκρίσει cum merce Phœnicia. Ut enim illa ſuo precio digna eſt: ita huic qvoq; præmium ſuum convenit. II. à loco facturæ; qvod eadem συγκρίσει cum merce Phœnicia declarat. Ut enim *illa carior eſt*, qvia transmarina: ita & *carmen hoc carius eſſe convenit*, qvia Thebis trans mare Jonium, in Siciliam miſſum. III. à pari, vel etiam à minore ad majus; Si tibi arriſit carmen meum Καστόρειον: æqvè, vel multò etiam magis hoc tibi arridebit.

G. 7. κατὰ Φοίνισσαν ἐμπολάν] ἡ ἐμπολά vel λή, *Merx*: à πωλέω *vendo*, cujus ω in ο mutatur, ut & in ἐμπολέω, ἐμπολάω, ἐμπολεύς &c. Ea hoc loco Φοίνισσα dicitur, qvandoqvidem Phœnices olim mercimoniorum & negociationum nomine erant celebres, & merces advehebant charas æqvè atqve caras, & lucroſas, & pro mercibus precium accipiebant. Vult ergò Poëta, Hieroni εἶδος ſuum, ad exemplum ἐμπολᾶς Φοινίσσας, debere eſſe *& charum*, id eſt gratum & acceptum: *& carum*, id eſt præmio condigno afficiendum. Et proinde ſibi ipſi lucroſum. Se enim ideò offerre, ut præmium accipiat. Fortè alludens ad Citharam auream, de qva in præcedente εἴδει. Vide Adagium, *Simul da & accipe*. &, *Phœnicum pacta*.

G. 8. ὁσπὲρ πολιᾶς ἁλός] id eſt, *trans mare Ionium*, & partem Adriatici.

G. 9. Τὸ Καστόρειον] Annotat *Scholiaſtes*, initium hujus μέλους Καστορείου hoc fuiſſe; Σιώες, ὅ, ἂν λέγω, ζαθέω Ἱέρων ἐπώνυμε. Additq; inter alia carmen fuiſſe τὸ Καστόρειον, qvod ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltantibus accinebatur, inventum à Caſtore & Polluce unde & nomen acceperit. *Epichar mus* verò, ut idem notat, à Minerv inventum, & διοσκούρεις ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltantibus, tibia accentum fuiſſe voluit. *Heſychius*, à *Caſtore ſe fibro*, qvi ſuam qvandam ſaltandi for mam habere creditur, appellatur cenſet. Undecunq; dicatur, conſta τὸ Καστόρειον carmen apud Laceda monios fuiſſe, (unde etymon *à Caſtore Pollucis fratre Spartano*, veri milius eſt altero *à Caſtore ſeu fibro* qvod tibia cani ſolebat inter arma tos, in primo congreſſu cum hoſt poſt τὸν ἐμβατήριον ῥυθμὸν, vel πα ᾶνα, (qvem Rex ipſe exordiebatu ad qvorum utrumqve certis mo bus incedebant: ut eſt apud *Plutar chum in Lycurgo*, & *Pollucem lib. cap. 10.* Additq; *Plutarchus*, aſpectu Spartanæ aciei, ex hac cauſa, ſim & honeſtum & formidabilem fuiſ qvum ipſi motu ad tibiam compo to hoſtem aggrederentur, & neq phalangem à ſeſe divellerent, neq animis perturbarentur, ſed carmi

ad prælium placidi hilaresq́: adducerentur. Sunt,qvi Καςόρειον, ad πυῤῥίχlω, ſaltationem illam ἐνόπλιον, accini ſolitum ſtatuant: qva dere, ut & de πυῤῥίχῃ ipſa,plura habet *Scholiaſtes*, hoc ipſo loco; *Athenæus lib. 14. & Scaliger lib.1. Poët. cap.10.* Pindarum ergò, tale aliqvod carmen Hieroni transmiſiſſe,ex hoc loco apparet: idq́; videtur intelligere, & Hieroni promittere, qvando *Olymp. α.d.4.* ita ſcribit: ἐμὲ δὲ ςεφανῶσαι κεῖνον (Ἱέρωνα) ἱππικῷ νόμῳ (fein Reuteriſch) Αἰοληΐδι μολπᾷ χρή. Neqve obſtat,qvòd ἱππικῷ νόμῳ additur, qvandoqvidem ἐνίπλια παίγματα etiam eqveſtria fuere, ut *Olymp. ιγ.* patet de Bellerophonte,qvi qvum Pegaſum conſcendiſſet, ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζε. *D. 2.* Sic *Iſthm. α. A.7.* ſcribit, ſe Herodotum Thebanum καςορείῳ ὕμνῳ donare velle.

G. 10. ἐν Αἰολίδεσι χορδαῖς] *fidibus Aeoliis*,ut exprimit *Horatius lib. 2. od. 13.* qvod *ſuprà Ol. α. d. 6.* dixit, Αἰοληΐδι μολπᾷ, id eſt, *modo Aeolio*, harmonia Aeolica. Vide *Nem. γ. d.13.*

G. 11. θέλων]id eſt,εἰ θέλεις, *ſi vis, ſi approbas.* Wann du den magſt.

G. 11. ἄθρησον] ἀθρέω eſt *video, aſpicio,conſidero.* Eſt igitur hîc ἄθρησον χάριν, *aſpice gratiam, fac periculum gratiæ cum judicio*, id eſt vide an tibi placeat hymnus hic ad citharam?

G. 11. ἑπτακτύπȣ φόρμιγγος] *citharæ ſeptiſonæ*, id eſt ſeptem χορδαῖς inſtructæ, vel ſeptem diſtinctos κτύπȣς ſeu ſonos ex percuſsione edentis. Vide *Prætorium Syntagm. Mus. Tom.1. de Muſica Inſtrum. c.11.* Sanè natura oſtendit ſeptem eſſe voces Muſicales, qvibus ſine omni mutatione uti poſſumus, qvas recentiores qvidam Muſici (rejectis uſitatis illis ſex, Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, qvibus multiplici mutatione opus eſt) ita appellant,Bo,Ce,Di,Ga,Lo,Ma,Ni. ſicut aliàs ſeptem literis repetitis, omnes voces notantur, A. B. C. D. E. F.G. Qvo reſpectu, rectiſsimè φόρμιγξ, imò qvodvis inſtrumentum Muſicum perfectum,qvod κρȣ́σμασι tractatur, ἑπτακτύπου appellationem ſortitur, qvòd voces illas naturales ſeptem ſubinde edat. *Nem. ε. ς. 10.* ἑπτάγλωσσον φόρμιγγα eodem ſenſu vocat.

G. 13. Γένοιο δ᾽ οἷος ἐσσὶ,]Succedit ſeptima pars hujus εἴδȣς, Παραίνεσις ad Hieronem, qva eum monet, ut obtrectatores & Calumniatores caveat, adductis rationibus qvatuordecim. I. à propria ipſius indole, & vita antè acta. Eſto,inqvit, qvalis es natura, abhorrens ſcilicet à Calumniatoribus. II. ab effectu, & ſtulto eorum judicio, qvi Obtrectatoribus aures præbent: qvod declarat παροιμία, à judicio Puerorum de Simia. III. ab utili ſtudii calumniatores vitandi, exemplo Rhadamanthi, qvi ideò beatus eſt, qvòd obtrectatores non audierit. IV. à natura Calumniatorum, qvi fraudibus delectantur,& ſuſurrando atq́; clanculariè omnia agunt. V. à noxio Calumniæ,qvia Calumniatores ſunt ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις,id eſt, *tàm huic, qvi eos audit, qvàm illi, qvi calumniis petitur.* VI.à natura Calumniatorum doloſa & vulpina. VII. ab inutili Calumniæ, qvia Calumniatores, nec ei qvicqvam proſunt qvi audit: nec mihi nocent,qvem premunt: qvum inſtar ſuberis reti alligati,

idq; ſuſtinentis, innocentia mea non ipſe modò emergam, ſed & alios ſuſtineam. VIII. Ab inhoneſto, & ſimul ab inutili Calumniatorum, qvorum conſilia à viris bonis repudiantur. IX. ab effectu noxio, qvia qvantumvis eorum conſilia à bonis repudientur; tamen ſermonibus & conſiliis perplexis adulando implicant qvosvis. X. ab innocentia ſua, qvòd non ſit particeps ſtudii calumniandi, ſed amicos ſinceros amet, adverſariis verò fortiter occurrere velit. Aeqvum ergò cenſet, alios qvoq; erga ſe ſimiliter affectos eſſe. XI. ab utili virorum à calumniis alienorum in qvacunqve Republica, qvod μεριστμῷ formarum Reipublicæ præcipuarum declarat, Monarchiæ videlicet, Democratiæ, & Ariſtocratiæ. XII. ab impietate Calumniatorum Deo adverſantium, qvi qvos Deus honorat, ignominia afficiunt: qvos extollit, deprimunt. XIII. à deſperata eorum pœnitentia. XIV. à pœnis ipſorum, qvòd ſibi ipſis maximè noceant: qvales homines meritò ſunt culpandi. Wer jhm ſelbſt ſchadet / den heiſſet man billich einen Ertzböſewicht. *Prov.* 24. *v.* 8. Hæc autem vel in genere contra qvosvis calumniatores protulit: vel in ſpecie contra Bacchylidem, de qvo anteà, & Aridæum Theronis Agrigentinorum tyranni filium, qvi Pindaro infenſus, eũdem Hieroni, qvum Geloni fratri, & Theroni Aridæi patri bellicam operam ſociam contra Amilcarem Hiero navaret, calumniando minùs gratum fecerat, ut *Scholiaſtes* annotat.

13. γένοιο δ' οἷος ἐσσὶ] Legendum, γένοι' οἷος ἐσσί. Librarii paſſim imperitè inſeruerunt τὸ δὲ. Cujus rei exempla aliqvot collegit *Canterus lib. 5. c. 11.* Et paulò pòſt unum adhuc habebimus. Variat autem hîc diſtinctio, & cum diſtinctione interpretatio. Alii ita diſtingvunt: γένοι' οἷος ἐσσὶ μαθὼν (καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ) καλός: & interpretantur, *Sis bonus, qvalis di*[...] *dicisti eſſe*, Vel: *Maneas bonus, qvalem te eſſe ſcis*, & ſic reliqva παρενθέσ[...] includuntur. Alii ita: γένοι' οἷος ἐσ[...]σὶ μαθών. Καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν ἀεὶ καλός. *Sis, qvalem te eſ*[...] *ſcis.* Et ſic ſeqventia novam ſenten[...]tiam, inchoant. Alii deniqve: γ[...]νοι' οἷος ἐσσὶ, μαθὼν, Καλός τοι πίθω[...] παρὰ παισὶν αἰεὶ καλός, *Sis qvalis* [...] *natura ſcilicet & indole, ſciens vel ed*[...]*ctus illud proverbium, qvòd Simia &* [...] Et ſic illa, Καλός τοι πίθων &c. [...] continuo contextu, tanqvam pr[...]verbium allegata, habentur. Q[...] poſtrema diſtinctio & interpretat[...] optima eſt.

G. 13. καλός τοι πίθων] Et huj[...] proverbii ſenſus cum diſtinction[...] variat. Si ita diſtingves, καλός [...] πίθων παρὰ παισὶν αἰεὶ καλός: ſe[...]ſus erit; *Simia pulchra*, (qvæ tame[...] qvantumvis cæterarum pulcher[...]ma, turpis eſt) *apud pueros ſemper* [...]*betur pulchra.* Subinde qvippe in[...]minant, καλὸς πίθων, καλὸς πίθω[...] hübſche äffchen / hübſche äffchen. [...] ita, καλός τοι πίθων παρὰ παισ[...] αἰεὶ καλός: Senſus erit, *Simiolus* [...]*mel pueris æſtimatus pulcher, ſem*[...] *deinceps ab iis etiam adultis habe*[...] *pulcher.* Vide adagium *Pithon* [...]*moſus.* Vult ergò Pindarus: S[...] qvòd ſi qva Simia pulchra habe[...] pueris; eadem poſteà, licet tur[...]

ſin[...]

ma, propter aſſvetudinem, etiam dultis habeatur pulchra. Sic etiam, ſemel adulatoribus aures dederis, eorum nugas probaveris; deineps ex habitu qvodam ſemper eos udies & probabis. Cave ergò ſtulum ejuſmodi & puerile judicium, ne ſemel eo irretiaris provide. el etiam Simiis comparari poſſunt alumniatores. Pueris ii qvi eos ovent.

δ. 1. ὁ δὲ ῥαδάμανθυς] Filius Jois & Europæ, ob juſtitiam, & judiia peragendi celeritatem, Judex aud inferos, cum aliis (ut Minoë, Eaco, Triptolemo) conſtitutus. Vie Adagium, *Judicium Rhadamanhi: & Platonem lib. 12. de leg. in Minoë Gorgia.*

δ. 2. πέπραγεν] α producitur.

δ. 6. ψιθύρων] Hos *Paulus Rom. 1.* 29. ψιθυριστὰς vocat.

δ. 8. διαβολιᾶν] Teuffeleyen. τὸ α roducitur, propter concurſum pluium brevium.

δ. 8. ὑποφάτιες] ἑρμηνευταί. οἱ ὑποφάτιες, *oblocutores*, opponi videntur τοῖς προφήταις, ex ſententia *Aretii*, non ineptè, ut videtur. ἡ φᾶς, *ſermo, fama.* φατίζω, *loqvor.*

δ. 9. ὀργαῖς] id eſt, τρόποις, ut & libi apud *Pindarum* & *Sophoclem.*

δ. 12. ἐνάλιον πόνον] Legendum εἰνάλιον πόνον, *marinum laborem*, id eſt, *iſcationem. Aug. codex* malè habet, ἐνάλιον πόντον.

δ. 13. σκευᾶς ἑτέρας] per σκευὰν ἑτέραν, intellige *Retis piſcatorii funiculum inferiorem, cui plumbeæ maſſæ pendenſæ ſunt*, ut profundiora gravitate permeet, ne piſces ſub reti elabantur; dum interim ſuperior, ſuberibus annexis in ſuperficie retinetur, ne ſupra rete piſcibus detur effugium.

δ. 13. ὀχοίσας] *Aretius* refert ad φελλός. Malè. Pertinet enim ad σκευᾶς. Et eſt Præſens Partic. Act. Fœm. Doricè pro ὀχοῦσας, ab ὀχέω, *geſto, porto, ſuſtineo. Ald. Pal. C. & Aug.* habent ἐχοίσας.

δ. 13. βαθύ] υ producitur θέσει.

δ. 14. φελλὸς ὡς] Vide Adagium: *Tanqvam ſuber.*

δ. 15. ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας] *ſuper ſeptum*, id eſt, ſuperficiem maris ſalſi. *Lonicerus* ineptè reddit, *perſpicuitate*, ex *Scholiaſte*, qvi tamen non ponit διαφάνειαν, ſed ἐπιφάνειαν. Abſurdè *Aretius* ἕρκος refert ad φελλός, qvaſi ſit Syntaxis, φελλὸς, ἕρκος ὑπὲρ ἅλμας.

d. 1. ἀδύνατον δ' ἔπος] Et hîc τὸ δ' perperam inſertum eſt. Turbat enim metrum. Niſi *cum Aug.* legamus, ἀδύνατα δ' ἔπος: Sicut & alibi ſub forma plurali in α, forma ſingularis in ον accipienda eſt. Ita poteſt δ' interponi.

d. 4. σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν] τὸ ἄγαν, primam brevem pro longa ponit.

d. 6. οὐ οἱ] τὸ οἱ refertur ad σαίνων, vel δόλιον ἀστόν.

d. 9. φίλον εἴη φιλεῖν] Vide Adagium, *Polypi.*

d. 8. λύκοιο δίκαν] *Aretius* refert ad hoſtes: *Ego* ad ipſum Pindarum. Vide ipſum *Aretium*, cui non puto aſſentiendum. *Lupi* vim contrà injurias illatas *apertam*, opponit *Vulpis* aſtutiis *diſſimulatis* in inferendis injuriis.

d. 8. ὑποθεύσομαι] pro ὑποθήσομαι, ab ὑποθέομαι: Sicut à πλέω, πλεύσω. Unterlauffen.

d. 9. ὁδοῖς σκολιαῖς] i. e. *non una & ſimplici ratione, ſed qvacunq;.*

d. 10. ἐν πάντα δὲ νομὸν] Doricum pro ἐς πάντα ἢ νομὸν. Qvod non animadvertens *Portus* legendum cenſet, ἂν πάντα ἢ νομὸν, pro ἀνὰ, ita ut idem ſignificet qvod κατὰ: vel ἐν παντὶ ἢ νομῷ. Sed utrumq; perperam.

d. 11. προφέρει] Aliqvi reddunt *antecellit*: qvo ſenſu argumentum eſt ab Honeſto. Aliqvi, *emolumento eſt, conducit, utilis eſt*: qvo ſenſu ab Utili eſt, ut anteà monuimus. Sed poſterius locum potiùs habere, Syntaxis evincit, προφέρει ἐν [pro ἐς] πάντα νομόν: non ἐν παντὶ νομῷ.

d. 12. παρὰ τυραννίδι] i. e. *in ſtatu Monarchico.*

d. 12. χὠπόταν ὁ λάβρος στρατός] i. e. *in ſtatu Democratico.* Lego autem λάβρος cum *Ald. & Pal. C.* qvorum hic ſcripſit λάυρος, *u* pro β poſito, qvod ſuperioribus ſeculis uſitatum fuiſſe, multis oſtēdi poteſt. Qva ſcriptione qvum & alii codices haudubiè pro more uſi fuerint: deceptos credo imperitos lectores, ut pro λάυρος, legerint & repoſuerint λαδρος: præſertim qvum hoc ipſum λαδρος, ſignificatione à λάβρος vel λάυρος non diſcrepet.

d. 13. χὤταν πόλιν οἱ σοφοὶ] i. e. *in ſtatu Ariſtocratico.* De his aũt tribus formis Rerumpub. vide *Politicorum ſcripta.* Eſt autem χὠπόταν & χὤταν, ex Contractione, & ι ſubſcribendum Doricè eſt omiſſum. Perperam ergò *Plantin: & Commel:* habent χ᾽ ὁπόταν & χ᾽ ὅταν, qvaſi eſſet ex apoſtropho, qvum metri ratio reclamet.

D. 1. τἀκείνων] Hîc contrà lego τὰ κείνων, uti & in *Plant. & Comm.* invenio, qvod & metro reſpondet. Nam τἀκείνων, ex contractione, primam haberet longam.

D. 2. ποτὲ δ᾽ αὖθ᾽ ἑτέροις] Lego ποτ[...] δ᾽ ἑτέροις. Τὸ ἑτέροις autem eſt, οὐκ ἐ[...] κείνοις, Sed jam aliis.

D. 2. ἔδωκε] aut κε pro longâ pon[...] tur, aut legēdum ἔδωκεν. Sed ſunt ex[...] empla multa, ubi ν ἐφελκυστικὸν a[...] di poteſt, & tamen etſi additum no[...] ſit, ſyllaba producitur.

D. 5. οὐδὲ ταῦτα νόον] Lego, οὐδὲ τα[...] τάγε νοῦν ἰαίνει φθονερῶν.

D. 5. στάθμας δέ τινος] *qvi trahitur, i[...] mœrore afficitur, & invidia abripitu[...] lance ſeu libra cuiusdam abundante,* i[...] qvi fortunæ alterius invidet & obl[...] qvitur.

D. 7. ἕλκος ὀδυναρὸν] Vide *Virg.* [...] *Livore, & Ovid. l. 2. Metam* de Invid[...]

D. 8. μηχανᾶται] Ita *unica Crata[...] drina* editio ex iis qvas vidi habet. [...] liqvæ omnes μηχανῶνται, qvod [...] ipsũ συνθετικῶς locũ habere pote[...]

D. 9. φέρειν δ᾽ ἐλαφρῶς] Epilog[...] non ad victoriam Hieronis, ſub cuj[...] velo hoc εἶδος ſcripſit, ſed ad παρα[...] νέσιν præcedentem, adeoq; ad defe[...] ſionem ipſius Poetæ præcipuè re[...] tus, in qvo initiò dicit, Patientia [...] ferendis calumniis opus eſſe: dein [...] precatur ſibi bonorum viroru[...] converſationem amicam.

D. 10. ἐπαυχένιον ζυγὸν] Metaph[...] ra à bobus.

D. 11. ζυγὸν, ἀρήγει] Lego ζυ[...] μ᾽ ἀρήγει, vel ζυγόν σ᾽ ἀρήγει, ut in [...] cunda qvidem perſona proferat, [...] prima tamen intelligatur, ut ſæpè [...]

D. 11. ποτὶ κέντρον] Proverbium, c[...] us etiam *Actor. 9.* mentio fit. Sum[...] metaphora à bobus, qvi ſtimulo p[...] cuſsi, ſi recalcitrant, plures plagas [...] cipiunt. Vel etiam ab iis qvi ſtim[...] à qvo pes læſus eſt, iterum pede f[...] unt, graviorem ſibi læſionem acc[...] ſentes. Vide Adagium, *Contrà ſtim[...] calces.*

D. 13. ἀ[...]

D. 13. ἄδοντα] Lego ἀδόντα, qvum metrica ratio primam brevem expoſcat, id eſt, *Placentem*, uti & *Philippus* rectè reddidit: non autem *Canentem*, ut reliqvi, qvi cum *Ald. & Ml. C.* ἄδοντα, cum injuria rationis metricæ legunt. *Senſus autem totius Epilogi eſt*: Feram adverſariorum injurias patienter: neqve volo aulicam vitam & aulicos honores, qvos mihi fato denegatos video, invito numine affectare. Interim ſufficiet mihi, privatam vitam agere, ſi modò famam ab obtrectatoribus tutam retinuero, ita ut viris bonis placere poſsim, qvantum qvantum interea Bacchylides aulico ſtrepitu gaudeat, & ſuo ſplendore iſto miſero, ſibi beatus videatur.

ΕἸΔΟΣ Γ'.

ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι ἹΕΡΩΝΙ ΚΕΛΗΤΙ.

Tertium qvoqve hoc εἶδ☉ eidem Hieroni Syracuſanorum Regi inſcriptum eſt, qvi Pythiade XXVI. & XXVII. κέλητι vicit; qvum Rex Syracuſarum poſteà demum fieret, circa Olympiadem LXXVI, anno ſc. 3. Olymp. 76. *Diodor.* cui Pythias XXVIII σύγχρον☉ eſt, utpote in annum tertium Olympiadis LXXV. num videlicet alterum ante Olympiadem LXXVI. incidens. Qvam ob ſam ſeriùs hoc εἶδ☉ à Poëta ſcriptum, & vix ante XXIX. Pythiadem exitum, *Scholiaſtes* ominatur, qvandoqvidem expreſsè βασιλέα nominat. De o ſanè non admodum contendemus, modò obtineamus, τὸ βασιλεὺς non nper *Regem electum aut confirmatum*, *& jam in plena regni gubernatione ſetem* ſignificare: Sed ſæpè etiam *regia ſtirpe natum, qvi jus aut ſpem ſucceſsio regni habet*: ut de latiore ſignificatione, pro *principe ſeu homine primario*, *lice &c.* jam non dicamus. Ita enim Poëta & *Olymp.* α, qvod victoriam ympiade LXXIII. & ita undecim circiter annis antè, qvàm Rex Syracuſarum fieret, reportatam celebrat, Βασιλῆα eundem appellat. Niſi fortè & c colligere velimus, εἶδ☉ illud undecim vel pluribus annis poſt illam vioriam Olympicam ſcriptum fuiſſe: qvod non facilè dixerimus. Etſi autem c qvoqve εἶδ☉ inter ἐπινίκια Pythica habetur, & pars etiam ejus Victom Hieronis celebrat: reverà tamen id principaliter agit, ut Hieronem λιθία laborantem & Calculi doloribus excarnificatum conſoletur. Ideò eti ſtatim à Voto orditur, qvo Chironem vel Æſculapium Medicum, redivim precatur, qvi Hieronis morbo opem medicam afferret. Sed qvia tan hoc votum videt irritum eſſe; ad Conſolationes tandem accedit.

Summa autem & Diſpoſitio hujus εἴδους *ita ſe habet*:

Σωίο-

Σύνοψις τȣ̃ γ εἴδȣς Πυθίων.

Partes hujus εἴδȣς:

- Exordium, *habens votum, Utinam reviviſceret Chiron Medicus, præceptor Æſculapii.*
- Digreſsio *in Æſculapii*
  - *magiſterium, Medicum.*
  - *parentes*
    - *Apollinem.*
    - *Coronidem, quæ*
      - *Æſculapium concepit ex Apolline.*
      - *poſteà concubuit cum Iſchye Arcade.*
      - *tandem à Diana interempta fuit.*
  - *nativitatem. Ereptus fuit ab Apolline ex cadavere matris interemptæ.*
  - *educationem; à Chirone*
    - *educatus.*
    - *medicinam edoctus.*
  - *vitæ genus; Factus Medicus*
    - *ſanavit*
      - *ulcera.*
      - *vulnera.*
      - *contuſiones.*
      - *læſiones*
        - *æſtus.*
        - *frigoris.*
      - *dolores quoſcunque*
    - *adhibuit*
      - *incantationes.*
      - *potiones.*
      - *pharmaca.*
      - *ſectiones.*
  - *mortis*
    - *cauſam, Abuſum. Voluit.n.mortuos reſuſcitare.*
    - *qualitatem. Ex fulminis ictu.*
- Ἀιτιολογία voti, *ut Chiron*
  - *vel ipſe curaret*
    - *bonorum virorum*
    - *quorumcunque morbos*
    - *Hieronis λίθιασιν.*
  - *vel pro ſe ſubſtitueret aliquem filium*
    - *Apollinis.*
    - *Jovis.*
- Propoſitio *triplex.*
  - 1. Precor ſanitatem Hieroni. *Qui laudatur*
    - *à territorio Ætnæo.*
    - *ab hoſpitalitate.*
    - *à potentia regni Syr.*
    - *à clementia.*
    - *à juſtitia.*
    - *iterum ab hoſpitalita*
  - 2. Gratulor victoriæ *Pythicæ Hieronis, quam reportavit equo Pherenico.*
  - 3. Hiero patiēter & æquè debet ferre ſuam calamitat
- Confirmatio. ☧
- Epilogus. ⊙.

♃ Confirmatio Propoſitionis tertiæ
- 1. Orabo pro te Deos meos domeſticos
  - Rheam.
  - Pana.
- 2. Ea eſt conditio humana, ut uni bono, duo adhæreant mala.
- 3. Ferre calamitatem Sapientis eſt. Qvod illuſtrat
  - ἀνλθέσει ſtultorum.
  - Simili prudentum, veſtibus melioribus viliores tegentium.
- 4. Compenſatur tua calamitas dignitate regia.
- 5. Nemo calamitatum expers. Qvod declarat exemplis Pelei & Cadmi, qvorum uterq;
  - licet feliciſſimꝰ, qvia
    - in nuptiis
      - Muſas audiit canentes.
      - Deos habuit hoſpites & convivas.
      - Vidit Iovē, Neptunū & Plutonem in regia majeſtate ſedētes.
      - Dona accepit à Diis.
    - ex gravibus calamitatibus domeſticis divinitus ereptus & ſervatus.
  - tamen calamitates denuo expertꝰ eſt
    - Cadmus, ex trib. filiab.
    - Peleus, ex filio Achille.
- 6. Cordati hominis eſt, agnoſcere Dei beneficia, & eis frui.
- 7. Fortuna humana eſt incōſtās. Qvod declarat
  - Simili Ventorum.
  - Exēplo Divitiarū.

☉ Epilogus in qvo
- ſuo exemplo docet, qvomodo Hiero debeat fortuna uti.
  - Cuiusvis conditionis hominibus me vellem accommodare.
- Si valdè dives eſſem
  - Deum autorem fortunæ colerē pro viribus.
  - Liberalitate mihi nomen parerem apud Poëtas immortale.
- dignitatem Poëticarum laudū exaggerat
  - exemplo
    - Neſtoris
    - Sarpedonis.
    - Virtutis cujuscunq; celebratæ.
  - à raritate
    - Artificum celebrantium.
    - Celebrari promerentium.

Ratio verò metrica ita habet:

στροφ: & ἀντιστρ.				ἐπῳδ.		
1. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	∪ ∪ –		1. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	∪ ∪ –
2. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	∪ ∪ –		2. – ∪ – –	– ∪ – –	– ∪ –
3. – – ∪ –	– – ∪ –			3. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	
4. – – ∪ ∪	– ∪ ∪ –			4. ∪ ∪ – –	– ∪ –	
5. – ∪ ∪	– ∪ ∪	–		5. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	∪ ∪ – –
6. ∪ ∪ –	∪ ∪ –			6. – ∪ ∪	– ∪ ∪	–
7. – – ∪ –	– – ∪ –			7. – – ∪ –	– – ∪ –	
8. – – ∪ ∪	–			8. – ∪ ∪	– ∪ ∪	–
9. – ∪ – –	– ∪ ∪ –			9. – – ∪ –	– – ∪ –	
10. ∪ ∪ – –	– ∪ –			10. – ∪ ∪	– ∪ ∪	–
11. – ∪ ∪	– ∪ ∪	–		11. – – ∪ ∪	– ∪ ∪ –	
12. – ∪ – –	– ∪ – –	– ∪ –		12. – ∪ – –	– ∪ ∪ –	
13. – ∪ ∪ –	∪ ∪ – –	– ∪ – –		13. ∪ ∪ – –	– ∪ – –	
				14. ∪ ∪ –	∪ ∪ –	
				15. – – ∪ –	– – ∪ –	

Στροφ.

ΕἸΔΟΣ Γ'.

ΤΩ͂Ι ΑΥΤΩ͂Ι ἹΕΡΩΝΙ ΚΕΛΗΤΙ.

στροφ. α. κῶ. ιγ.

Ἤθελον Χείρωνά κε Φιλλυρίδαν
(εἰ χρεὼν τοῦθ᾽ ἀμετέρας ἀπὸ γλώσ-
σας κοινὸν εὔξασθαι ἔπος)
ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Οὐρανίδα γόνον εὐ-
ρυμέδοντα Κρόνου,
βάσσαισί τ᾽ ἄρχειν Παλίου,
φῆρ᾽ ἀγρότερον,
νοῦν ἔχοντ᾽ ἀνδρῶν φίλον· οἷ-
ος ἐὼν ἔθρεψέν ποτε
τέκτον᾽ ἀνωδυνίας

ἄμερ

Στροφαὶ & ἀντιστροφαὶ ſunt τρισκαιδεκάκωλοι. Primum κῶλον eſt trime-
um catalecticum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. II. ut
rimum. III. Dimetrum acatalectum, ex Epitritis tertiis. IV. Dimetrum
atalectum, ex Jonico à majore, & Choriambo. V. Dimetrum hypercatale-
um, ex duobus Dactylis, hoc eſt, Dactylicum πενθημιμερές. VI. Dimetrum aca-
lectum Anapæſticum. VII. ut tertium. VIII. Monometrum hyperca-
lectum ex Jonico à majore. IX. Dimetrum acatalectum ex Epitrito ſecun-
, & Choriambo. X. Dimetrum catalectum, ex Jonico à minore & Epitri-
ſecundo. XI. ut qvintum. XII. Trimetrum catalecticum, ex Epitritis ſe-
ndis. XIII. Trimetrum acatalectum, ex Choriambo, Jonico à minore, & Epi-
ito ſecundo.

Ἐπῳδοὶ verò πεντεκαιδεκάκωλοι ſunt. Primum κῶλον eſt ut primum
οφῶν. II. ut duodecimum στροφῶν. III. ut nonum στροφῶν. IV. ut
cimum στροφῶν. V. Trimetrum, acatalectum, ex Epitrito ſecundo, Chori-
bo, & Jonico à minore. VI. ut qvintum στροφῶν. VII. ut tertium
οφῶν. VIII. ut qvintum στροφῶν. IX. ut tertium στροφῶν. X. ut qvin-
m στροφῶν. XI. ut quartum στροφῶν. XII. ut nonum στροφῶν. XIII. Di-
trum acatalectum, ex Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. XIV. ut ſextum
οφῶν. XIV. ut tertium στροφῶν

ODA III.

EIDEM HIERONI EQVO-deſultorio.

α.

VElim Chironem Phillyriden,
(ſi fas-eſſet hoc noſtra à lin-
gva publicum optare verbum)
vivere defunctum,
Cœlo-ſati Sobolem la-
tè-potentem Saturni,
vallibusq; denuò *imperare Pelii,*
beſtiam qvidem *agreſtem* corpore, ſed
mentem habentem hominum amantem: qva-
lis exiſtens educavit olim
effectorem indolentiæ i. ſanitatis

ἅμερον γυιαρκέος Ἀσκλαπιὸν
ἥρωα, παντοδαπᾶν ἀλκτῆρα νούσων.

ἀντιστρο. α. κῶ. ιγ.

Τὸν μὲν εὐίππου Φλεγύα θυγάτηρ
πρὶν τελέσσαι ματροπόλῳ σὺν Ἐλει-
θυίᾳ, δαμεῖσα χρυσέοις
τόξοισιν ὑπ' Ἀρτέμιδος,
εἰς Ἀΐδαο δόμον, ἐν
θαλάμῳ, κατέβα,
τέχναις Ἀπόλλωνος. Χόλος
δ' οὐκ ἀλίθιος
γίνεται παίδων Διός. Ἁ
δ' ἀποφλαυρίξαισά μιν
ἀμπλακίαισι φρενῶν,
ἄλλον αἴνησε γάμον, κρύβδαν πατρὸς
πρόσθεν ἀκερσεκόμᾳ μιχθεῖσα Φοίβῳ.

ἐπῳδ. α. κῶ. ιε.

Καὶ φέροισα σπέρμα θεοῦ καθαρὸν,
οὐκ ἔμειν' ἐλθεῖν τράπεζαν νυμφίαν,
οὐδὲ παμφώνων ἰαχὰν
ὑμεναίων, ἅλικες
οἷα παρθένοι φιλέοισιν ἑταῖραι
ἑσπερίαις ὑποκου-
ρίζεσθ' ἀοιδαῖς. Ἀλλά τοι
ἤρατο τῶν ἀπεόν-
των. Οἷα καὶ πολλοὶ πάθον.
Ἔστι δὲ φῦλον ἐν ἀν-
θρώποισι ματαιότατον,
ὅστις αἰσχύνων ἐπιχώ-
ρια, παπταίνει τὰ πόρσω,
μεταμώνια θη-
ρεύων ἀκράντοις ἐλπίσιν.

manſvetum membris-ſufficientis Æſculapium
heroëm, qvorumvis propulſatorem morborum.

a.

Qvem boni-eqvitis Phlegyæ filia, (*te cum Lu-*
priusqvam negocium *confeciſſet circa-matres-verſan-*
cina, domita aureis
ſagittis à Diana,
in Plutonis domum, in
thalamo, deſcendit,
technis Apollinis. Ira
enim non irrita
eſt filiorum Jovis. Illa
verò contempto ipſo Apolline
errore mentis,
aliis aſſenſit nuptiis, clam patre
antea intonſo commixta Phœbo.

A.

Qvumq́ ferret ſemen Dei purum,
non expectavit dum-veniret menſa ſponſalis,
neqve omniſonorum clamor
hymenæorum, coætaneæ
uti virgines ſolent ſociæ
veſpertinis juveniliter-lu-
dere cantibus. At
amavit abſen-
tia. Qvaliter etiam multi alii *affecti-fuerunt.*
Eſt verò genus inter ho-
mines vaniſſimum,
qvicunqve contemnens indige-
na, circumſpicit-ad remota,
vana con-
ſectans irrita ſpe.

στροφὴ β. κῶ. ιγ.

Ἔσχε τοιαύταν μεγάλαν ἀυάταν
καλλιπέπλου λῆμα Κορωνίδος. Ἐλ-
θόντος γὰρ εὐνάσθη ξένου
λέκτροισιν ἀπ' Ἀρκαδίας.
Οὐδ' ἔλαθε σκοπόν. Ἐν
δ' ἄρα μηλοδόκῳ
Πυθῶνι τόσσ' εἰσάϊε
ναοῦ βασιλεὺς
Λοξίας, κοινῶνι παρ' εὐ-
θυτάτῳ γνώμαν πιθών;
πάντα ἴσαντι νόῳ.
Ψευδέων δ' οὐχ ἅπτεται: κλέπτει τέ μιν
οὐ Θεὸς, οὐ βροτὸς, ἔργοις οὔτε βουλαῖς.

ἀντιστρο. β. κῶ. ιγ.

Καὶ τότε γνοὺς Ἴσχυος Εἰλατίδα
ξεινίαν κοίταν, ἄθεμίν τε δόλον,
πέμψεν κασιγνήταν μένει
θύοισαν ἀμαιμακέτῳ,
ἐς Λακέρειαν. Ἐπεὶ
παρὰ Βοιβιάδος
κρημνοῖσιν ᾤκει παρθένος.
Δαίμων δ' ἕτερος,
ἐς κακὸν τρέψαις ἐδαμά-
σατό νιν. Καὶ γειτόνων
πολλοὶ ἐπαῦρον. Ἁμᾶ
δ' ἔφθαρεν πολλὰν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν.

ἐπῳ. β. κῶ. ιε.

Ἀλλ' ἐπεὶ τείχει θέσαν ἐν ξυλίνῳ
σύγγονοι κούραν, σέλας δ' ἀμφέδραμε
λάβρον Ἀφαίστου; τότ' ἔει-

ε.

Habuit hujuſmodi magnam calamitatem
benè-veſtitæ faſtus Coronidis. Ve-
nientes enim cubuit hoſpitis
in *ſtratis, ab Arcadia.*
Non autem latuit Speculatorem. In
enim ovium-mactatarum-receptrice
Pythone hæc-omnia ſenſit
templi ibidem *rex*
Loxias, qvum *conſiliarium apud rectiſſi-*
mum, opinionem de Coronide *ratam feciſſet,*
omnia ſcilicet apud *ſcientem intellectum.*
Mendaciis enim non attingitur: decipitq; ipſum
nec Deus, nec homo, nec *factis nec conſiliis.*

b.

Itaqve *& tunc ſentiens Iſchyis Elatidæ*
peregrinum concubitum, nefariumq; dolum,
miſit Sororem Dianam *animi-ardore*
furentem impetuoſo,
in Lacersam. Nam
ad Bœbiadis
ripas habitabat virgo.
Dæmon verò alter malus ſcilicet,
ad malum qvi-impulerat, perdi-
dit eam. Et vicinorum
multi participes-fuerunt. Simul
enim perdidit, multamq; in *monte ignis ex uno*
ſemine proſiliens vaſtavit ſilvam.

B.

At poſtqvam ſtrue collocarunt in lignea
cognati puellam, fulgorq; circumcurrit
creber Vulcani, tunc di-

xit

πεν Ἀπόλλων, οὐκ ἔτι
τλάσομαι ψυχᾷ, γένος ἀμὸν ὀλέσθαι
οἰκτροτάτῳ θανάτῳ,
ματρὸς βαρείᾳ σὺν πάθᾳ.
Ὣς φάτο· βάματι δ' ἐν
πρώτῳ, κιχὼν παῖδ', ἐκ νεκροῦ
ἅρπασε. Καιομένα
δ' αὐτῷ διέχαινε πυρά.
Καὶ ῥά μιν Μάγνητι φέρων
πόρε Κενταύρῳ, διδάξαι
πολυπήμονας ἀν-
θρώποισιν ἰᾶσθαι νόσους.

στροφὴ γ. κώ. ιγ.

Τοὺς μὲν ὦν, ὅσσοι μόλον, αὐτοφύτων
ἑλκέων ξυνάονες, ἢ πολιῷ
χαλκῷ μέλη τετρωμένοι,
ἢ χερμάδι τηλεβόλῳ,
ἢ θερινῷ πυρὶ περ-
θόμενοι δέμας, ἢ
χειμῶνι: λύσαις ἄλλον ἀλ-
λοίων ἀχέων
ἔξαγεν: τοὺς μὲν μαλακαῖς
ἐπαοιδαῖς ἀμφέπων,
τοὺς δὲ προσανέα πί-
νοντας, ἢ γυίοις περάπτων πάντοθεν
φάρμακα, τοὺς δὲ τομαῖς, ἔστασεν ὀρθούς.

ἀντ. γ. κώ. ιγ.

Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
Ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μι-
σθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶν φανείς,
ἄνδρ' ἐκ θανάτου κομίσαι,
ἤδη ἁλωκότα. Χερ-

σὶ δ'

xit Apollo: Nondum
ſuſtinebo animo, genus meum perdi
miſerandiſſima morte,
matris gravi cum calamitate.
Sic dixit. Greſſuq; in
primo, qvum-apprehendiſſet puerum ex cadavere
eripuit. Ardens
autem ipſi diffiſſa-eſt pyra.
Et ſanè eum Magneſio afferens
tradidit Centauro, ut-doceret eum
multinocuos homi-
nibus ſanare morbos.

γ.

Eos igitur, qvotqvot acceſſerunt, ſponte-enatorum
hulcerum participes, aut fulgido
ære membra vulnerati,
aut ſaxo eminus-jacto,
aut æſtivo calore depo-
pulati corpus, aut
frigore-hyberno: liberans alium ex *ali-*
is doloribus
eduxit: alios qvidem mollibus
incantationibus curans,
alios verò convenientia bi-
bentes, aut membris circum applicans undiqve
pharmaca, alios verò ſectionibus, reſtituit ſanos.

g.

Verum lucro etiam Sapientia irretiri-ſolet,
Pervertit enim *& illum ingenti mer-*
cede aurum in manibus apparens,
virum è morte ut-reduceret,
jam captum i. e. mortuum. *Mani-*

σὶ δ' ἄρα Κρονίων
ῥίψαις δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰν
στέρνων καθέλεν
ὠκέως: αἴθων δὲ κεραυ-
νὸς ἐνέσκηψε μόρον.
Χρὴ τὰ ἐοικότα παρ
δαιμόνων μαστευέμεν θναταῖς φρεσὶ,
γνόντα τὸ πὰρ ποδὸς, οἵας εἰμὲν αἴσας.

ἐπῳ. γ. κῶ. ιε.

Μὴ φίλα ψυχὰ βίον ἀθάνατον
σπεῦδε. Τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν.
Εἰ δὲ σώφρων ἄντρον ἔναι'
ἔτι Χείρων, καί τί οἱ
φίλτρον ἐν θυμῷ μελιγάρυες ὕμνοι
ἁμέτεροι τίθεν: ἰ-
ατῆρά τοί κέν μιν πίθον,
καί νυν ἐσλοῖσι παρα-
σχεῖν ἀνδράσι θερμᾶν νόσων,
ἤ τινα Λατοΐδα
κεκλημένον, ἢ πατέρος:
καί κεν ἐν ναυσὶ μόλον, Ἰ-
ονίαν τέμνων θάλασσαν,
Ἀρέθουσαν ἐπὶ
κράναν παρ' Αἰτναῖον ξένον,

στροφὴ δ. κῶ. ιγ.

ὃς Συρακόσσαισι νέμει, βασιλεὺς
πραῢς ἀστοῖς, οὐ φθονέων ἀγαθοῖς,
ξείνοις δὲ θαυμαστὸς πατήρ.
Τῷ μὲν διδύμας χάριτας,
εἰ κατέβαν, ὑγίει-
αν ἄγων χρυσέαν,
κῶμόν τ' ἀέθλων Πυθίων.

bus igitur Saturnius fulmen
jaculatus per utrumqve, reſpirationem
pectorum abſtulit
celeriter: ardensq́ ful-
men inflixit mortem.
Oportet convenientia à
Diis qværere mortalibus mentibus,
cognoſcentē qvod ante pedes eſt, *qvalis ſimus conditionis.*

G.

Ne anime mi vitam immortalem
affecta. Sed poſſibilem exerce artem.
Si verò prudens antrum ſuum *inhabitaret*
adhuc Chiron, & aliqvod ei
incitamentum in animo dulciloqvi hymni
noſtri ponerent: Me-
dicum, utiqve ipſi perſvaderem,
ut *& nunc* aut ſeipſum *bonis præ-*
beret viris calidorum morborum,
aut aliqvem Latoidæ
dictum, aut Patris ejus, i. e. Jovis, filium:
& ſanè in navibus proficiſcerer, I-
onium ſulcans mare,
Arethuſam apud
fontem, ad Ætnæum hoſpitem,

δ.

qvi Syracuſas gubernat, Rex
clemens civibus, non invidens bonis,
hoſpitibus autem admirandus pater.
Cui qvidem geminam gratiam,
ſi abſoluta navigatione *deſcendiſſem,* & *ſanita-*
tem afferens auream,
celebrationemq́ certaminum Pythiorum,

ἄγλαν ςεφάνοις,
τοὺς ἀριςεύων Φερένι-
κ☉ ἕλε Κίῤῥᾳ ποτέ:
Ἀςέρ☉ οὐρανίου
(φαμὶ) τηλαυγέςερον κείνῳ φά☉
ἐξικόμαν κε, βαθὺν πόντον περάσαις.

ἀντι. δ. κῶ. ιγ.

Ἀλλ' ἐπεύξαϑαι μὲν ἐγὼν ἐθέλω
Ματρὶ, τὰν κȣ̃ραι παρ' ἐμὸν πρόθυρον
σὺν Πανὶ μέλπονται θαμὰ
σεμνὰν Θεὸν ἐννύχιαι.
Εἰ δὲ λόγων συνέμεν
κορυφὰν Ἱέρων
ὀρθὰν ἐπίςα: μανθάνων
οἶϑα προτέρων:
Ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα σὺν
δύο δαίονται βροτοῖς
Ἀθάνατοι. Τὰ μὲν ὦν
οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν,
ἀλλ' ἀγαθοὶ, τὰ καλὰ τρέψαντες ἔξω.

ἐπῳ. δ. κῶ. ιε.

Τὶν δέ μοῖρ' εὐδαιμονίας ἕπεται.
Λαγέταν γάρ τοι τύραννον δέρκεται,
εἴ τιν' ἀνθρώπων, ὁ μέγας
πότμ☉. Αἰὼν δ' ἀσφαλὴς
οὐκ ἔγεντ', οὔτ' Αἰακίδᾳ παρὰ Πηλεῖ,
οὔτε παρ' ἀντιθέῳ
Κάδμῳ: λέγονται μὰν βροτῶν
ὄλβον ὑπέρτατον οἳ
σχεῖν: οἵτε καὶ χρυσαμπύκων
μελπομενᾶν ἐν ὄρει
Μοισᾶν, καὶ ἐν ἑπταπύλοις

qvæ-eſſet-ſplendor coronis,
qvas vincens Phereni-
cus equus *accepit Cirrhæ aliqvando:*
ſtella cœleſti
(*opinor*) *ſplendidius illi lumen*
venirem utiqve, profundo mari trajecto.

d.

Sed vota facere eqvidem volo
Matri, qvam puellæ juxta meum veſtibulum
cum Pane celebrant freqventer
venerandam Deam nocturnæ.
Si verò ſermonum intelligere
ſummam ô *Hiero*
veram potes: edoctus
ſcis ex hominibus *prioribus:*
qvòd *unum ad bonum damna unà*
gemina diſtribuant mortalibus
Immortales. Illa verò
non poſſunt Stulti decenter ferre,
Sed Boni, meliora qvi-obvertere-ſolent extrà.

D.

Tibi verò ſors felicitatis contingit.
Ducem-populorum etenim tyrannum reſpicit,
ſi qvenqvam hominum, magnum
Fatum. Vita verò omnis-calamitatis-expers
non fuit, neqve Æacidem apud Peleum,
neqve apud divinum
Cadmum: dicuntur tamen mortalium
felicitatem ſummam qvi
habuiſſe: qviq; & aureis-reticulis-redimitas
canentes in monte Pelio
Muſas, & in ſeptem-portas-habentibus

ἄϊον Θήβαις, ὁπόθ' Ἁρ-
μονίαν γᾶμε βοῶπιν:
ὁ δὲ Νηρέος εὐ-
βούλου Θέτιν παῖδα κλυτάν.

στροφ. ε. κῶ. ιγ.

Καὶ Θεοὶ δαίσαντο παρ' ἀμφοτέροις:
καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον
χρυσέαις ἐν ἕδραις: ἕδνά τε
δέξαντο: Διὸς δὲ χάριν
ἐκ προτέρων μεταμει-
ψάμενοι καμάτων,
ἔστασαν ὀρθὰν καρδίαν.
Ἐν δ' αὖτε χρόνῳ,
τὸν μὲν ὀξείαισι θύγα-
τρες ἐρήμωσαν πάθαις
εὐφροσύνας μέρος αἱ
τρεῖς. Ἀτὰρ λευκωλένῳ γε Ζεὺς πατὴρ
ἤλυθεν ἐς λέχος ἱμερτὸν Θυώνᾳ.

ἀντιστρο. ε. κῶ. ιγ.

Τοῦ δὲ παῖς, ὅν περ μόνον ἀθανάτα
τίκτεν ἐν Φθίᾳ Θέτις, ἐν πολέμῳ
τόξοις ἀπὸ ψυχὰν λιπών,
ὦρσεν πυρὶ καιόμενος
ἐκ Δαναῶν γόον. Εἰ
δὲ νόῳ τις ἔχει
θνατῶν ἀλαθείας ὁδόν:
χρὴ πρὸς μακάρων
τυγχάνοντ' εὖ πασχέμεν. Ἄλ-
λοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ
ὑψιπετᾶν ἀνέμων.
Ὄλβος οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.
Ὃς πολὺς εὖτ' ἂν ἐπιβρίσας ἕπηται:

audierunt Thebis, qvando Har-
moniam Cadmus *duxit oculorum-pulchritudine-inſi-*
alter verò Peleus *Nerei pru-* *(gnem:*
dentis Thetin filiam inclytam.

ε.

Et Dii epulati-ſunt apud utrosqve:
& Saturni filios Reges viderunt
aureis in thronis: muneraq;-ſponſalia
ab illis *acceperunt: Jovis verò gratia*
ex prioribus mutata-fortuna-ere-
pti malis,
firmarunt cor rectum.
At poſteriore tempore
illi qvidem Cadmo *acutis fili-*
æ abſtulerunt malis
lætitiæ partem
tres. Sed albas-ulnas-habenti Iupiter pater
venit in cubile amabile Thyonæ.

ϛ.

Hujus autem Pelei *filius, qvem unicum immortalis*
peperit in Phthia Thetis, in bello
ſagittis anima amiſſa,
concitavit igni concrematus
editum *à Danais planctum. Si*
verò mente qvis habet
mortalium veritatis viam:
decet illum *à Beatis*
aſſecutum qvamcunqve ſortem *benè ferre. Ali-*
ás verò alii flatus ſunt
altè-volantium ventorum.
Divitiæ non ad longum duraturæ *hominum veniunt.*
Qvæ magnæ ſi qvando cum-magno-pondere me *ſecutæ-*
fuerint: *par-*

ἐπῳδ. ε. κῶ. ιε.

σμικρὸς ἐν σμικροῖς, μέγας ἐν μεγάλοις
ἔσσομαι. Τὸν δ' ἀμφέποντ' αἰεὶ φρασὶ
δαίμον' ἀσκήσω, κατ' ἐμὰν
θεραπεύων μαχανάν.
Εἰ δέ μοι πλοῦτον Θεὸς ἁβρὸν ὀρέξαι
ἐλπίδ' ἔχω κλέος εὑ-
ρέσθαι κεν ὑψηλὸν πρόσω.
Νέστορα καὶ Λύκιον
Σαρπηδόν', ἀνθρώπων φάτις,
ἐξ ἐπέων κελαδεν-
νῶν, τέκτονες οἷα σοφοὶ
ἅρμοσαν, γινώσκομεν. Ἁ
δ' ἀρετὰ κλειναῖς ἀοιδαῖς
χρονία τελέθει.
Παύροις δὲ πράξασθ' εὐμαρές.

Commentarius.

6. δεξιτερῷ μόνον] Tranſiens
ı per Anaurum flu: in luto fini-
n calceum amiſerat.

10. ἴς ἀνθρώπων] Vult *Lonice-*
inc evincere, accipi hoc loco
ρωπΘ in genere fœminino,
qvum parere non ſit virorum ſed fœ-
minarum. Verùm etſi non diffite-
mur, reperiri aliqvando ἄνθρωπΘ
in fœminino genere: neceſſariò ta-
men propter *Parere* hîc quoqve fœ-
mininum eſſe pernegamus. Sicut
non eſt neceſſe, Paſſer propterea fœ-
minini generis eſſe, qvia dici poſsit,
Paſſer parit ova, qvod tantùm fœmel-
larum eſt: aut Aqvila propterea ma-
ſculini, qvia dici poſsit, *Aqvila im-
prægnat Aqvilam*, qvum imprægna-
re tantùm marium ſit. Iſta enim
ἐπικοίνως certum genus Grammati-
cum habent.

ε. 11. 12. πολιᾶς γαστρὸς] ἡ γαστήρ, Venter: è *cano*, i. e. è gravido ventre.
Solet enim gravidarum & jam par-
tui vicinarum venter propter exten-
ſionem, canum colorem oſtendere.
Scholia Pal. C. exponunt πιμίας.

ε. 14. καταμιάναις] τὸ σὸν κάλλΘ ſcilicet: vel etiam ἐμέ, beſchimtze mich
nicht mit lügen.

e. 2. διδασκαλίαν χείρωνΘ] Ante-
qvam Patriam & Parentes nominet,
Informationis Chironis meminit, ut
occurrat poſtremo poſtulato Peliæ,
qvo mendacium vetabat. q. d. *Tali
ego magiſtro ſum uſus, qvi me mentiri
non didicit, ſed honeſtiſſimè educavit.*

e. 3. νέομαι] *redeo*, utpote ante 20.
annos ex hac ipſa urbe exportatus.

e. 4. παρ χαρικλῆς] Ita *Cratan-
drina* habet. Reliqvæ χαρικλοῖς,
qvod Doricum eſt pro χαρικλοῦς. ἡ
Χαρικλώ, filia Apollinis, Uxor Chi-
ronis fuit.

e. 4. Φιλύρας] qvæ fuit mater
Chironis, ut *Pyth.* γ. vidimus.

e. 4. ἵνα] Adverbium in loco, *Ubi.*

e. 6. ἐκτελέσαις] *Commelin:* habet
ἐντελέσαις, forte typographica in-
curia.

 e. 7. οὔτ'

e. 7. ὄτ' ἔργον] Lego ſine apoſtropho. ὄτε ἔργον.

e. 8. ὀντράπελον] ita habent omnes editiones. Etiam *Ald.* & *Pal.C.* Legendum autem eſt εὐτράπελον. Intelligitur autem hîc non εὐτραπελία illa, qvæ Virtus eſt, & *Urbanitas* Latinis dicitur, de qva *Ariſtoteles lib. 4. Eth. cap. 8.* Sed *Scurrilitas*, & *obſcæna vel aliàs indecora dicacitas*, qvam etiam *Apoſtolus Epheſ. 5. v. 4.* prohibet. Qvia enim facilè eſt ex hac virtute in ὑπερβολὴν prolabi, & ſæpè etiam ὑπερβολὴ illa pro μεσότητι habetur; nomē μεσότητος, τῇ ὑπερβολῇ fuit inditum. Eadem ſignificatione ſuprà *Pyth. α. e.* 10. κέρδη εὐτράπελα fuerunt dicta. Vide epiſtolam *Geminii*, ſive *Zvinglii*, ut eſt in editione anni 1526. affixam editioni Cratandrinæ.

e. 9. κείνοισιν] De perſonis accipiendum, qvas propter dignitatem ſexus Maſculino genere effert, qvum & Chiron ipſe ſimul intelligatur. Syllepſis generis. *Lonicerus* itaq; rectè reddidit, *Apud illos*: *Philippus*, eodem ſenſu, *Ibi*, *i. e. apud illos*: Malè verò *Portus*, *In illis annis*.

e. 10. ἀρχαίαν κομίζων] *regnum repetens & in me ſuſcipiens.* *Scholiaſtes* vult eſſe ἐπένθεσιν Jonicam (Ipſe nominat παραγωγὴν) pro ἀρχάν: ſicut aliàs ἀναγκαίη pro ἀνάγκη uſurpatur. Idem tamen annotat, *Chærin* legiſſe ἀρχὰν ἀγκομίζων: qvod magis arridet. Malè *Lonicerus* οἴκαδ' ἀρχαίαν cōjungit, & *Antiqvam domum* reddit.

e. 11. πατρὸς ἐμοῦ] Hinc ſtatim apparet, eum eſſe Æſonis filium, cujus ſcilicet imperium fuerat.

E. 1. Πελίαν ἄθεμιν] *Aretius* inde colligit Jaſonem hæc non ad ipſu[m] Peliam, ſed ad populum anteqvam veniret Pelias, dixiſſe. Rectiùs dic[i]tur, Jaſonem ad Peliam ignotum verba hæc feciſſe.

E. 2. πιθήσαντα] à πιθέω *obtempe[ro]* *Cōmelin*: & *Plantin.*: habent πει[θ]σαντα, metro reclamante.

E. 2. λευκαῖς φρεσὶν] *Stolidis anim[o]* *Levi animo.* Metaph. à ſpumis aq[va]rū albicantibus, levibus & nauci.

E. 3. ἁμετέρων] Alii in acc. ſin[g.] legunt ἁμετέραν.

E. 4. ἀρχεδίκαν] ſc. ἀρχάν, *juſtè* [ob]*tentum & poſſeſſum regnum à meis* [pa]*rentibus*. Atq; ita habet *Cratandri[na]*. *Chæris* legit ἀρχεδικᾶν in genit[ivo] plurali, qvod & *Ald.* & *Pal.C.* habe[nt] & refertur ad τοκέων, qvi paren[tes] mei fuerunt ἀρχεδίκαι, *juſti poſſ[eſſo]ris regni.* Qvam lectionem pler[æqve] editiones ſeqvuntur, *Romana* utra[q]ve expreſſura, habet ἀρχεδικᾶν.

E. 7. 8. κᾶδος δνοφερὸν] *Luc[tum]* *atrum*, id eſt, funus triſte. q. d. Si[mu]larunt me recens in lucem editu[m] ſtatim mortuum fuiſſe.

E. 7. ὡσεὶ] *Neander* legit ὡσοὶ; &[c.] marginem ponit, eſſe pro ὡσεὶ.

E. 9. μετὰ κωκυτῶ] *Pal. C.* μ[...] κωκυτοῦ. Et *Scholia ejus*, μικ[...]

E. 10. κρύβδαν] Lego κρίβδα[ν]

E. 11. σπαργάνοις ἐν πορφυρέ[οις] *in faſciis purpureis.* τὸ σπάργανον *f[aſcia]* *oblonga, qva infans involvitur.*

E. 13. τράφεν] Æolicum pro [τρα]φέν, qvod & exempla qvædam [ha]bent. Utrumqve Doricum eſt [pro] τραφῆν.

ϛ. 2. ἴστε] Non eſt Imperativus, [co]*gnoſcite*, ut reddiderunt, *Philippu[s]* [&] *Lonicerus*: ſed Præſens Indicativi, ἴσατε, *Scitis*, *cognoſcitis*, ab ἴσ[ημι]

Ut

titur autem plurali, qvia fingit oëta, qvaſi concurſus hominum, ut ri ſolet factus ſit, ad qvos jam con- rſus Jaſon, ſeqventia verba pro- qvitur.

ſ. 2. λευκίππων] *albos vel etiam idos eqvos habentium*, eqveſtrium, Rittermeßig.)

ſ. 5. ἰκόμαν] ι corripitur: anteà oducebatur.

ſ. 6. Φὴρ θεῖος] i. e. *Chiron*. Φήρ, ōd Æolicum eſt pro θήρ, qvatenus ntaurus: θεῖος, qvatenus vel Κρο- ς eſt, vel honeſta & divina diſci- um edocuit. ὁ Φήρ tamen etiam *ſſalꝰ* eſt: οἱ Φῆρες, & Φέρες, *Theſſali*.

ſ. 6. ἰάσονα] ἀπὸ τῆς ἰάσεως, qvam a docuit. Eſt etiam μεταγραμ- μισμὸς, Ἰάσων ex Αἴσων.

ſ. 8. εἰσελθόντα] Lego ἐσελθόντα.

ſ. 9. ἔγνων ὀφθαλμοὶ] Lego, ἔ- ὀφθαλμός. Agnovit autem n, vel ex certis qvibuſdam indiciis hirone acceptis, vel qvia aliqvo- apud Chironem eum clam viſit.


1. κασιγνήτῳ] τοῦ Αἴσονος ſcili- Intellectus gratia videatur hæc ealogia. *Vide ſignum* ♂.

2. κείνου γε κατὰ κλέος] id eſt, *ito Jaſonis reditu*.

2. ἐγγύς] id eſt, ἐγγύθεν.

3. κράναν ὑπερηΐδα] ἡ ὑπερηΐς ὑπερεία, Fons Theſſaliæ prope ras, unde Pheres, qvi urbi de ſe nen dedit, advenit. Dictus ut ui volunt ab Hyperete, nepote ixi. In Scanſione, facienda eſt ίζησις.

4. ἐκ δ' Μεσσάνας Ἀμυθάν] Meſſe- rbs Peloponneſi prope Laconiã, s tum temporis Amythaonis. ὁ θάν, aliàs dicitur Ἀμυθάων, ut ß. λ. ubi trium Crethei filiorum entio.



ſ. 5. Ἄδματος] Pheretis filius.

ſ. 5. Μέλαμπος] filius Amythaonis, in qvem Opuſculum ſcripſit *Heſiodus*, qvod tamen ad nos non pervenit.

ſ. 6. εὐφρέοντες ἀνεψιόν] *benevolè excipientes patruelem*: vel etiam, *benevolum ſibi reddentes patruelem*, ut ſit idem qvod εὐφραίζοντες. Verbum εὐφρέω aliàs cum Dativo conſtruitur.

ſ. 11. τάνυεν] *extendit*, detinuit eos, morari fecit, manere fecit, hat ſie auffgehalten.

 ſ. 14. ἐυζω-

ſ.14. εὐζώας] Des wohllebens.

S.2. σπουδαῖον] ſerium.

S.3. συγγενέσιν παρεκοινᾶθ'] Ita lego, poſtulante metro, & ſuffragante *Pal. C.* à παρακοινάομαι, de cujus ſimplici κοινάω, Participium κοινάσαντες paulò antè habuimus. *Neander* vult eſſe Doricum pro παρεκοινῶτο, qvum Dores ω in α ſoleant mutare. Sed perperam. Non enim à κοινόω dicitur ἐκοινόετο, ἐκοινῶτο, ſed ἐκοινοῦτο.

S.6. μέγα ἐρι] Lego μεγάρονδ' ἐσσύμενοι, &c. Vel ſi retinendum μέγαρον, ultima brevis hic in fine ſententiæ producitur, ut & alibi vidimus.

S.6. ἐσσύμενοι] *Lonicerus* reddit, *Univerſi.* Ratio interpretationis non apparet. Eſt enim ἐσσύμενοι, per μετάθεσιν, pro σεσυμένοι, *Properantes, moti*: à σεύω, i. e. *moveo.* Accentus qvoque Poeticè retractus eſt.

S.7. ἔσω] Lego εἴσω.

S.9. ἐρασιπλοκάμου] i. e. *capillitii ſtudioſæ*, vel *pulchrum capillitium habentis.*

S.10. πραῢν δ' Ἰάσων] Jaſon tanqvã Actor cauſam orditur, ſed qvàm molliſſimè, partim bonitati cauſæ cõfiſus, partim ſenium Peliæ veneratus, partim conſangvinitatem reveritus: ita tamen, ut diſertè qvid velit exponat, & ne ζυμὰν ἀνίαν vel aliàs νεώτερόν τι Pelias renuendo exſuſcitet, graviter dehortetur. Qvòd autem abſqve vehementia, molliſsima oratione regnum repetierit, exprimit Poëta qvatuor præcipuè notis. I. appellat ὄαρον, id eſt, *colloqvium amicum & leniter prolatum;* qvo nomine aliàs notatur *Colloqvium blandum juvenis & puellæ amantium.* II. epitheto πραῢν hanc ſignificationem auget.

III. Addit πολυστάζων, ſucceſsivis ver-
bis tardiuſculè & placidè *qvaſi ſtillan-*
do proferens, ſine animi vehementi-
lingvæ præcipitantia, verborum-
jactantia. IV. Omnia hæc proloc-
tus eſt μαλθακᾷ φωνᾷ. Effectus h-
rum omnium fuerunt, σοφὰ ἔπη. T-
tum hoc κῶλον *S.10, Pal. C.* omiſit.

S.13. Ποσειδᾶνος πετραίου] N-
ptunus Πετραῖος cognominatus
pud Theſſalos, qvòd Tempe, petr-
illas Theſſalicas Peneo fluvio per-
as fecerit, qvi anteà per urbem illi-
loci fluens multa incommoda c-
urbi tum reliqvis terris attulit. U-
de *Callimachus*: φεύγε δὲ καὶ Πηνει-
ἑλισσόμενος διὰ Τεμπέων. Alii i-
ſic cognominatum cenſent, qv-
dormienti aliqvando in petra q-
dam ſemen exciderit, qvod à ter-
acceptum, Eqvum primum pro-
xerit, qvem Σκύφιον vocarunt.
de ipſe Neptunus, ἵππιος alibi
gnominatur, ut annotat *Scholiaſt-*

ζ.1. σὺν μὲν θνατῶν] Ordi-
à gnome, qvæ cum Præcepto,
furtum facies, conſentit.

ζ.3. τραχεῖαν] Eſt Doricum
Jonico τρηχεῖαν, qvod arguit α
ductum, ut & *Pyth. α.* à 7. habuim-
Aliàs ſi commune τραχεῖαν eſſe-
corriperetur.

ζ.3. πρὸς ἔπιβδαν] ἡ ἔπιβδα p-
priè eſt ἡ μεθέορτος, vel ἡ ἐπιμ-
τῆς ἑορτῆς ἡμέρα, Nachfeſt / N-
kirchmeß / Nachhochzeit / &c. Ho-
co eſt *tempus poſterius minus felix*
prius felicius ſeqvens. Q. d. Poſtq-
aliqvandiu injuriis gaviſi ſunt
mines, & tanqvam dies feſtos
qvitiæ egerunt: inſtat tempus
gaudium illud male finiatur.
nimpt endlich einen böſen ausg-

Es findet ſich endlich im außkericht/
as man verzettelt. In fine videbitur
ijus toni. In der Zahlwoche findet
chs was man erworben. Volunt
rammatici, dici ἐπίβδαι, qvaſi ἐπι-
αι, ab ἐπὶ & δαίς, per ἐπένθεσιν τοῦ
, Cretico & Laconico more: ſicut
βδη, *malum punicum*, pro σίδη. *Ne-*
der reddidit *Pœnitentiam.*

ζ. 5. ὑφαίνειν] ἐμφατικῶς com-
une totius familiæ commodum
xturæ comparat, qvæ interturban-
r, niſi fila filis certa ratione re-
ondeant, & inter ſe coëant. Et
xturam iſtam non abrumpi, ſed ex
raqve parte pro virili continuari
nceps qvoqve cupit.

ζ. 6. εἰδότι τοι ἐρέω] & proinde
evior ero.

ζ. 7. μία βοῦς] καταχρηστικῶς,
ο μία γυνή. Simili ratione pro-
biali, Germani interdum de ho-
nibus vel genere vel conditione
ribus, interdum & de rebus ina-
atis ſimilibus, dicunt, ſie ſind ei-
wurffs/ tanqvam de Canum aut
carum fœtibus. Vide *ad Nem.* 1.
o. Intelligit autem Enaream, ut
olia volunt. Alii Laodicen filiam
pei, Oti & Ephialtæ ſororem, ma-
m eorum fuiſſe volunt, ex Aeolo,
n illo ventorum Rege, ſed Elidis
nino.

ζ. 7. Κρηθεῖ] *meo avo paterno.*

ζ. 8. θρασυμήδει Σαλμωνεῖ] *tuo*
materno. Σαλμωνέα autem θρα-
μήδεα vocat, qvòd auſus fuerit ſu-
pontem qvendam æneum ve-
s, fulmina Jovis imitari, ipſe po-
verò fulmine extinctus. *Virgil.*
en.

ζ. 9. τρίταισι δ' ἐν γοναῖς] Hæc
genealogia patent, excluſa ſtir-
pe; qvam ſupputationem graduum Jus Canonicum retinet.

ζ. 12. μοῖραι δ' ἀφίσταντο] Variat hîc cum Lectione interpretatio. Qvi ἀφίστανται legunt, reddunt vel in Media διαθέσει: *Parcæ prohibent pudorem tegere &c.* qvem ſenſum reliqvis prætuli. Vel in Paſſiva: *Felicitas abſcedit, ſi qva ſimultas inter conſangvineos exiſtat, adeò ut pudorem tegant.* Qvem ſenſum etiam retinet *Aretius.* Qvi verò ἀφίσταντο legunt in Imperfecto, reddunt. *Abeſſet felicitas, ſi qvod odium eſſet inter cognatos ſine pudore:* ut *Philippus* & *Lonicerus.* Accipiunt hi Imperfectum Indicativi pro Optativo vel Subjunctivo, more Græcis uſitatiſſimo. Qvi deniqve ἀφίσταιντο legunt, uti olim *Charis*, & hodiè *Brubachiana* editio, reddunt, *Parcæ hoc avertant, ſi qva ſimultas exiſtat inter conſangvineos, ut ideò pudorem tegas;* ut *Portus* habet, licet *in Commeliniana editione*, qvam adornavit, ἀφίστανθ', (*ται aut το, incertum,*) retinuerit: ſenſu non qvidem planè alieno; Cur tamen eam non acceptemus, cauſæ ſunt, I. Qvia ἀφίσταμαι in Paſſiva διαθέσει, *Avertendi*, aut *Deficere faciendi*, id eſt activam aliqvam ſignificationem non habet, ſed Neutralem potiùs *Deficiendi*, *Abſcedendi*, *Deſiſtendi*, *&c.* II. Qvia etſi hoc præſens Optativi, Mediæ διαθέσει tribuere vellemus: Accentus tamen ratio non congruit. Oporteret enim eſſe ἀφισταῖντο. Neqve enim accentus retractatione opus eſt ut in δυναίντο, qvum Activum ἀφίστημι ſit in uſu.

ζ. 14. αἰδῶ καλύψαι] *Pudorem abſcondere*, id eſt, ſine pudore & reve-

rentia agere: pudoris & reverentiæ ſignum nullum oſtendere.

z. 1. νῶϊν] Synizeſis.

z. 1. χαλκ[ό]τορις] Ita omnes editiones habent, præter *Romanam, & Ald.* qvæ χαλκοτόρις habent, & rectè. ὁ χαλκοτόρος, *æs* hoc eſt, *arma ænea perforans*, qvod hoc loco enſibus tribuitur: à τορέω, *terebro, perforo.* ὁ χαλκότορος verò paſsivam ſignificationem habet, *ære*, id eſt *haſta vel enſe æneo perforatus vel inflictus*, ut χαλκότορος ὠτειλὴ, *vulnus ære vel fero inflictum.* Solent enim arma ænea à Poëtis appellari, qvòd olim ante uſum ferri, ex ære fabricarentur, licet hodiè & dudum mos ille ceſſarit.

z. 5. ἀγρούς τε] Conſiſtebant enim divitiæ veterum maximè in re agraria & pecuaria. Vult ergò relinqvere Peliæ bona omnia mobilia & immobilia: ſolum verò ἀξίωμα regium repoſcit.

z. 5. ἀπούρας] Syncope pro ἀπουρίσας ab ἀπουρίζω, qvod eſt Ionicum pro ἀφορίζω. Sic *Soph. Oed. Tyr.* z. 1. ἄπουρον, pro ἀπούρισον, qvod non intelligentes reddiderunt, q. ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id eſt, *à montibus patriæ remotum*, ſubaudito verbo δός, vel ποίησον: Alii legere maluerunt ἔπουρον, q. ἐπ' οὖρον, *in ventum*, eadem ellipſi τοῦ δός &c.

z. 7. νέμεσαι] *Romana & Brubachiana editiones* perperam habent νύμες: reclamante Proſodia, qvæ Syllabam deſiderat, & refragante Etymologia qvæ verbum hoc nō agnoſcit: tametſi *Lonicerus* Verbum νύμω adfingendum cenſet, & inde νύμες format pro νύμεις, per ἔκθλιψιν & συγκοπὴν διφθόγγου, ut loqvitur. Sed malè.

z. 7. [παίνων] αὔξων, ι corripi
tur: ſupra πυθ. 6. b. 13. producebatu

z. 8. πονεῖ] *angit dolore afficit.* E
müſet mich nicht.

z. 9. πορσύνοντα] *Amplificanti*
Augentia, πορσύνω, *Do, Prebeo, Par*
Colo, Honoro &c.

z. 10. σκᾶπτον μόναρχον] *Sceptru*
id eſt, *imperium Monarchicum.*

z. 11. Κρηθείδας] id eſt, *Æſon, fili*
Cretbei, Pater meus.

z. 13. λαοῖσι] Lego λαοῖς.

z. 14. ἄνευ ξυνᾶς ἀνίας] Oh
fernere weitleufftigkeit vnd vngelege
heit / damit ich dich vnd mich lie
wolte verſchonet wiſſen.

Z. 1. λῦσον] *ſolve*, id eſt, redde, r
ſtitue.

Z. 1. μήτι νεώτερον] damit ich ni
andere mittel muß für die Hand
men. νεώτερον vocat, reſpectu ſui
nimi, qvi hactenus nihil aliud præ
amicam transactionem attentavi
deinceps autem, ſi Pelias eam
nuat, ad alia media hactenus non c
gitata, ſed recens ex re nata deli
randa, confugere opus habeat. T
metſi etiam alius ſenſus eſſe poſ
ut jam dicetur.

Z. 2. ἀναστήσῃς] Et hîc lectio
riat, eaq; triplex invenitur: Aliqv
nim legunt ἀναστήσῃς; eſtq; 2. ſi
Aor. 1. Sub. Act. Aliqvi ut *Pal.*
ἀναστήσῃ: eſtq; 2. Sing. Aor. 1. S
Medii. Utraqve autem lectio eod
recidit; *Ne exſuſcites aliqvod recen*
malum ex hiſce. Aliqvi deniqve
gunt ἀνασταίη: eſtq; 3. ſing. Opt. A
Cujus lectionis ſenſus nonnihi
præcedente diſcrepat: Ne νεώτερ
hoc eſt, ut *Scholiaſtes* exponit, νεω
ρισμὸς, *rerum novarum* i. e. *à me*
exſpectatarum molitio, malum inde
ſuſcitet.

Z. 3

Z. 3. ἀκᾶ] *Neander* vult eſſe Do-
icum pro ἠκῆ, qvod tamen non ex-
at. Eſt autem pro ἀκῆ. *qvietè, pla-
dè.* tanqvam à Nominativo ἀκή.
ἀκὴν adverbium in uſu eſt.

Z. 4. ἀνταγόρευσε] eſt Doricum
ἀντηγόρευσε, augmento retento:
od α productum arguit.

Z. 4. 5. ἔσσομαι τοιȣ̃τος] Lego,
ομαι τοῖος, hoc eſt, ἄνευ ζωᾶς ἀ-
ς ταῦτα λύσω, μή τι νεώτερον ἐξ
τῶν ἀναστήσω κακόν. Item *nolo*
λκοτόροις ξίφεσιν ἢ ἀκόντεσσιν *te-
m iſta dividere &c. Accepto etiam,*
ὸδ μῆλα ἀγέλας τε πάντας μοι ἀ-
εις *&c.* Ut autem tota Jaſonis o-
io fuit juvenilis, aperta, & ſola ve-
ate ſuffulta: Ita tota hæc Peliæ eſt
ilis, doloſa, & fallax: aſtutè ar-
menta omnia præterit: Celat ani-
dolorem, & diſſimulat metum:
ncedit ſtatim ſimpliciter, qvod ta
n mox ſub velo pietatis, uti ea
npeſtate videri poterat, ſed fictæ,
conditiones aſtutè reſtringit: at-
ita Juvenem laborum impertæ-
n, gloriæq; cupidum facilè capit:
ratq; vel in navigatione eum in-
turum, vel à barbaris occiſum

Z. 8. κυμαίνει] Metaphora à flu-
us marinis. *In vigore eſt, æſtuans
umens.*

Z. 8. δύνασαι δ' ἀφελεῖν μᾶνιν
νίων] Iſta omnia fingit Pelias: q.
*ſuccenſent noſtro generi Dij inferi,
l animam Phrixi è Colchide non
ximus: egoq; hujus rei causâ ſæpè
mnis admonitus, oraculum Delphi-
ſciſcitatus ſum, qvid hac in re fie-
ſſit aut debeat: reſponſumq; acce-
el meipſum vel cui imperium tra-
ro, hoc effectum dare, ſimulq; vel-
lus aureum repetere debere. Qvia
verò ego jam ætate grandior, ad iter
ejusmodi longinqvum & opus hoc diffi-
cillimum, parum idoneus ſum: par eſt,
ut tu, qvi imperium poſcis, hoc iter
huncq; laborem in te ſuſcipias: ſi modò
iram Inferorum placatam cupis.* Atq;
hoc præ cæteris peculiare habet Pin-
darus, qvòd *prætextum religioſum de
anima Phrixi reducenda,* inter cauſas
ablegati à Pelia Jaſonis commemo-
rat: qvum reliqvi ferè tantùm *vel-
leris aurei repetitionem* allegent.

Z. 10. ἐὰν ψυχὰν κομίξαι] Uſi-
tatiſsimum fuit veteribus, ut ad
hunc locum *Scholiaſtes*, & *ad Odyſſ. ι.
Didymus & Euſtathius* annotant, ut in
peregrinis terris mortuos ter incla-
marent. Credebant enim, hac qvaſi
ψυχαγωγία, ſe animas interfecto-
rum aut aliàs mortuorum, ad pa-
triam terram reducere. Volebant
etiam ſignum eſſe ipſorum memo-
riæ perpetuò conſervandæ. Ideò U-
lyſſes *Odyſſ. ι.* dicit poſtqvam apud
Ciconas, LXXII. ſocios amiſiſſet,
ſe prius nave non diſceſsiſſe, πρίν
τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον
ἀῦσαι. *Theocr.* εἰδυλλ: *13.* τρὶς μὲν
Ὕλαν ἄϋσεν. Eodem fine Athenien-
ſes iis, qvi in mari periiſſent, Ceno-
taphia erexerunt. Vide *Hartungum
dec. 3. c. 8. num. 24.*

Z. 12. δέρμα κριȣ̃ βαθύμαλλον]
res ita habet: Athamas filius Æoli,
frater Crethei & Salmonei, uxorem
qvam *Pindarus in Hymnis* appellavit
Δημοδίκην, ut *Scholiaſtes* notat. *Hip-
pias*, Γοργῶπιν: *Pherecydes*, Θεμιστώ:
Sophocles in Athamante Νεφέλην;
qvod nomen pleriqve retinent.
Ex hac Nephele genuit Hellen &
Phrixum. Defuncta Nephela,
alte-

alteram cui nomen Ino, duxit. Illa Phrixum deperiens, de ſtupro ſollicitavit. Qvod qvum honeſtus adoleſcens recuſaret, illa animum Novercæ indies magis magisq; in Phrixum & Hellen oſtendit. Qvumq; repulſam hanc alia ratione ulciſci non poſſet: inſigne ſcelus commenta eſt. Perſvaſit nimirum ruſticis fœminis, ut ſemina terræ mandanda clam torrerent. Qvod qvum feciſſent, terra ſata nulla produxit. Ignarus hujus cauſæ Athamas, & ob ſterilitatem terræ inſolitam animo perculſus, qvoſdam, qvi ex Apolline cauſam & remedium qværant, Delphos mittendos deſtinat. Inò re cognita, legatos muneribus corrupit, perſvaſitq;, ut dicerent: Apollinem Hellen & Phrixum ſibi victimas poſcere: eos enim ſterilitatis cauſam eſſe. Qvod qvum crederet Athamas, & eos immolare pararet: Deorum miſericordia, arieti cui vellus erat aureum, impoſiti, per aërem trans Pontum in Colchidem vecti ſunt. Helle tamen inſolita vectura, metu percuſſa, in Pontum delapſa, nomen ei de ſe dedit, *Helleſpontus*. Phrixus verò incolumis ad Colchos pervenit, & arietem Jovi Φυξίῳ, id eſt, *per fugam liberatori*, immolavit, gratias agens qvòd novercæ inſidias effugiſſet: & pellem ejus auream in templo ejusdem ſuſpendit. Duxit verò Chalciopen Æetæ Colchorum Regis filiam: & qvatuor liberis progenitis ibidem mortuus eſt. Etſi autem ea qvæ de Ariete diximus, fabuloſa ſunt: allegoricè tamen & mythologicè veritas ſubeſt. Vecti enim fuerunt in nave cujus inſigne erat Aries aureus, & qvidem ut aliqvi volunt, duce Crio Præceptore. κρι[...]
autem *aries* eſt. *Vellus aureum* qv[...]
attinet, diverſæ ſunt de eo ſententi[...]
Sunt qvi *grandem auri vim* unà av[...]
ctam velint: qvam Græciæ Jaſon [...]
ſtituerit. Sunt qvi *artem Chymica*[...]
præcipuè qvatenus de metalloru[...]
aliorum in aurum μεταμορφώσ[...]
agit, membranis inſcriptam; à Ph[...]
xo in Colchidem tranſportatam[...]
easq; ab Jaſone in Græciam rela[...]
fuiſſe cenſeant, inter qvos eſt *Suid*[...]
Sunt deniqve qvi fluvios Colch[...]
rum auriferos affirment, & aur[...]
arenas velleribus exceptas & col[...]
ctas, indeq; opes Æetæ immenſas [...]
iſſe velint, qvas Jaſon cum ſo[...]
ſpoliarit. Atqve hi videntur r[...]
propiùs tetigiſſe. Nam & *Strabo*[...]
11. teſtatur eſſe aqvas Colchi aur[...]
ras, & barbaros alveolis perfora[...]
(φάτναις) pellibusq; lanoſis are[...]
aureas excipere & colligere: ind[...]
occaſionem fabulæ de aureo vell[...]
ortam fuiſſe. Cæterùm ſolent [...]
qvi Principum τὸ χρυσόμαλλον[...]
vellus aureum, pro Symbolo con[...]
derationis, & virtutis inſignibus [...]
die uſurpare. ὁ βαθύμαλλος [...]
tem eſt *denſas & promiſſas lanas*[...]
bens. ὁ μαλλός, *vellus, lana prom*[...]
Romana, Cratandrina & Brubach[...]
perperam habent unum λ, βα[...]
μαλον.

Z. 13. ἐκ πόντου] qvi poſteà[...]
ctus fuit ἑλλήσποντος, ab Hell[...]
eum prolapſa & ſubmerſa.

η. 1. ἐκ τῶν] Legendum ἐκ[...]
cum *Ald. & Romana editione*, [...]
ſeqvuntur *Plantiniana* & *Comm*[...]
niana.

η. 1. ἀθέων βελέων] id eſt[...]
λευμάτων ἢ λόχων. ἄθεα vocat [...]

m propter inceſtam libidinem, qva um irretire voluit: partim & qvi- em præcipuè, qvia Apollinis Del- hici oraculum corrupit, & in no- m Phrixi & Helles prolatum nxit.

η. 3. ἐπὶ Κασταλίᾳ] ἡ Κασταλία, ons Delphorum, de qvo *Pauſanias* .10. Hoc loco ergò ipſi Delphi no- ntur.

η. 4. εἰ μετάλλατόν τι] *an aliqvid eſtigari poßit*, qvid ſcilicet, & qvo- odo in hac cauſa agendum.

η. 5. ὀτρύνει με] Ita potiùs lego n *Ald.* qvàm cum aliis σε.

η. 6. ἑκὼν] *Volens, ſpontaneus*, id ſpontè, aus gutem willen / non òd debito ullo tenearis, qvum im- ium tibi ſim traditurus: ſed ut è tibi, & imperio, totiq; noſtræ fa- iæ ſit, cui qvum benè conſultum iam; te hoc prius expedire ve- .

. 7. τέλεσσον] Lego τέλεσσον, ut *Ald.* habet.

. 9. προήσειν] qvaſi *ultrò ad pe- projecturum eſſe*, tanqvam præ- m pro averſa ira Deorum infe- m. Callidè omnia.

. 11. Ζεὺς ὁ γενέθλιος] *Jupiter litius*, ſeu *generis autor*. Eſt enim er Æoli, proavi Jaſonis & Peliæ, ceſte Hippotæ Trojani filia, un- *Æolus Hippotades* cognominatur. hæc vera ſunt de *Æolo Ventorum* non de *Elidis domino*. Potiùs ut aliis videtur, γενέθλιος di- r, *qvòd ei curæ ſit liberorum pro- tio, & poſteritatis conſervatio.* ſi dicat Pelias: *Jupiter qvi po- ati noſtræ benè vult, ſit teſtis no- uobis &c.* τὸ ἀμφοτέροις enim ad μάρτυς, non ad γενέθλιος eſt re- ferendum.

η. 14. αὖτις Ἰάσων] Lego, αὐτὰρ Ἰάσων.

h. 1. ἐόντα] ἐνεστῶτα, *inſtantem, certò decretum & conſtitutum.* Lo- nicerus perperam reddit, *navi undi- qve exiſtente & apparente*; qvum per πλόον, non *navis*, ſed *navigatio* no- tetur; & τὸ φαινέμεν, non *apparen- di*, ſed *indicandi* ſignificationem habeat; & τὸ παντᾷ, non ad ἐόντα, ſed ad φαινέμεν pertineat. Qvod non animadvertens *Portus* reddi- dit, *ad denunciandum ubiqve exi- ſtentem navigationem: exiſtentem au- tem ubiqve*, exponit, per *minimè dubi- am*: niſi poſt *ubiqve* diſtingvere malis. Rectiùs Philippus: *ut ubiqve denun- ciarent inſtitutam navigationem.* Le- go autem pro ἐόντα, ἑκόντα, id eſt, *licitam, & cuivis ſtrenuo conceſſam na- vigationis ſocietatem*, da mit hat kön- nen kommen / wer da gewolt.

h. 2. παντᾷ] *ubiqve*. Refertur ad φαινέμεν, ut dictum. Si verò cum Rom. *Brubach. & Cratandr.* le- gimus πάντα: eſt pro πάντως, *omni- no, certò*, in alle wege: & refertur ad ἐ- όντα vel ἑκόντα.

h. 2. Κρονίδαο] o ultimæ Syllabæ pertinet ad ſeqvens κῶλον.

h. 4. Ἀλκμάνας] id eſt, *Hercu- les.* Sed hunc aliqvi ſcribunt reli- ctum in Myſia. *Apollonius* eum re- migij imperitum, & robore nimio præditum, remos fregiſſe ſcribit. Sunt & qvi navem eo loco altiùs im- merſam eſſe affirment, qva ſedit Hercules, ideoq; eum alicubi reli- ctum. *Orpheus* ait, caſu relictum, qvum Hylam qværeret in monta- nis Myſiæ à Nymphis raptum; ad-

ditq;, fatis prohibitum fuiſſe ne Hercules ad Colchos perveniret.

h. 4. ἑλικοβλεφάρου] ὁ ἑλικός, *volubilis*, item *niger* Euſtathio. Inde ἑλικοβλέφαρος, *volubiles*, vel etiam *rotũdos aut nigros oculos habens*. Synecdochicè hîc per βλέφαρα *Oculos* intelligendo. *Euſtathio* ἑλικῶπις & ἑλικοβλέφαρος, idem eſt. Notatur autem per Conſeqvens ex pluribus, *Pulchra vel amabilis*.

h. 5. Λήδας] *Caſtor & Pollux*.

h. 5. ὑψιχαῖται] *alticomi*, comas altè geſtantes, id eſt, *proceri*, denen die Haare hoch ſtehen.

h. 6. Ἐννοσίδα γένος] alter enim *Euphemus*, filius Neptuni fuit: alter *Periclymenus*, Nelei filius, nepos ejusdem.

h. 7. αἰδεσθέντες ἀλκὰν] *robur ſuum reveriti*, id eſt, pudorem ſibi putantes, ſi tanto robore præditi, ſocietati huic ſe non adjungerent. Vel ut *Philippus* reddidit: *Qvos pudebat non venire propter robur*. *Lonicerus* reddens, *inſignes robore*, ſenſum Poëtæ non aſſeqvitur.

h. 14. Ὀρφεὺς] qvi etiam expeditionem hanc Argonauticam carmine deſcripſit.

H. 1. χρυσόρραπις] *aureum caduceum geſtans*.

H. 2. ἄτρυτον] *indomitum*, *inſuperabilem*, vel difficulter ſuperandum aut exhauriendum; à τρύω, *tero*, *attero*.

H. 3. Ἐχίονα] filium Mercurij, fratrem Eryti, de qvibus *Apollonius lib. 1.* οὐδ' Ἀλόπῃ μίμνον πολυλήιοι, Ἑρμείαο υἱέες, εὖ δεδαῶτε δόλους, Ἔρυτος καὶ Ἐχίων:

H. 4. κεχλαδόντας ἥβα] Ao-
riſt. 2. Part. Act. à Verbo κεχλα-
δάω, qvod Syracuſanorum more
augmentum Præteriti præfixum ha-
bet, pro χλαδάω vel χληδάω, qvo
eſt τρυφάω, *luxurior*, *floreo*, *veg-*
tus ſum. Vel aliàs augmentum
Præteriti, Poëticè Aoriſto præ-
xum, in Participio retentum eſt. A
notat hîc Scholiaſtes, eſſe *Alcm-*
nicam loqvendi rationem, qvando i
ter duo vel plura Nomina, V
bum vel Participium plurale a
Duale, de utroqve vel omnibus
qvens, interponitur. ut, τὸν μὲν
χίονα, κεχλαδόντας ἥβα, τὸν δ'
ρυτον. Sic apud *Alcmanem*:
στωρ τε, πώλων ταχέων δματῆρ
ἱππόται σοφοὶ, καὶ Πολυδεύκης
δνός. Sed tamen & apud *Homer*
talis forma invenitur. verbi grat
Iliad: ε. ἧχι ῥοὰς Σιμόεις συμβά
λετον, ἠδὲ Σκάμανδρος. Vide
frà *ad Nem.* ι. *G.* & *Iſthm.* ε.
6. 7.

H. 4. Ἔυρυτον] Lego Ἔρυτον.
ta enim habet *Apollonius lib. 1.*
ita metrum etiam poſtulat. Fui
lius Mercurij ex Antianira, filia
νέτου. *Scholiaſtes*.

H. 5. ἀμφὶ Παγκαίου θέμεθλ
Aliqvi Παγγαίου. Eſt autem Π
γαῖος mons Thraciæ ad Neſtu
aurifodinis celebris. *Strabo lib.*
& *Plinius lib. 4. cap. 11.*

H. 7. γελανεῖ] Doricè pro
λωεῖ. ὁ γαλωνής, idem qvod
λωός.

H. 8. Ἔντυεν] hat ſie ausger
oder ausſtaffiret. ἐντύω eſt *inſt*
apparo, *adorno*.

H. 8.

H. 8. βασιλεὺς ἀνέμων Βορέας] ex, id eſt, princeps ventorum, propter validitatem.

H. 9. Ζήτην Κάλαΐν τε] filios oreæ ex Orithyia. Enumeravit ita oëta aliqvos ſaltem expeditionis rgonauticæ ſocios. Reliqvi vieri poſſunt vel apud *Orpheum*, vel pud *Apollonium Rhodium*, vel *Valeum Flaccum.* ὁ Ζήτης autem dicitur, qvaſi ζαήτης, vehementer ſpians: Κάλαϊς verò, qvaſi καλῶς ἄς.

H. 11. πεφρίκοντας] Partic: præf: πεφρίκω, id eſt *horreo*: qvod & ſum Syracuſano more à Præterito edio πέφρικα, ex φρίσσω, formam eſt.

H. 12. παμπειθῆ] *Omnia omnis perſvadentem. Pal. C.* παμπλη-, qvod *Scholia ejus* exponunt βαὺ, μέγαν.

H. 13. πόθον] Hinc *Homero Od. υ. 70.* Ἀργὼ πασιμέλουσα dici vitur.

H. 13. ἥρᾳ] Qvia ut eſt *Od. μ. v.* . Junoni, φίλος ἦεν Ἰήσων.

θ. 1. ναὸς Ἀργοῦς] ἡ Ἀργώ, nas illius nomen, qva Jaſon Colidem petiit, dictæ, vel à velocita-: ὁ ἀργὸς enim inter cætera *Ve-*: eſt: vel ab Argo artifice: vel ab givis, qvia in ea *Argivi delecti vivecti, petebant pellem inauratam atis*, ut loqvitur *Cicero lib. 1. Tuſc. eſt.*

θ. 2. παρὰ ματρὶ μένειν] Vide lagium, *Apud matrem manere.* les autem μαμμόθρεπτοι olim dibantur. Mutterſöhnichen / Großutterſöhnlein / die das Milchfläſchn nicht weit von ſich laſſen.

θ. 3. πέσσοντα] *coqventem*, πέσσω ex πέπτω: ſicut ὄσσω ex ὄπτω.

θ. 3. ἐπὶ θανάτῳ] *pro morte*, vel *per mortem etiam*, conditionaliter: vel ut *Lonicerus* reddidit, *Morte*: qvo & ipſo conditionem expreſſit. Und ſolte ſie es auch gleich das Leben koſten. Præpoſitio enim ἐπὶ, cum Dativis Nominum Precium aut Conditionem qvalemcunqve ſignificantium, commodè per *Pro* vel etiam *Per* interdum redditur: ut *Iliad.* Φ. μισθῷ ἐπὶ ῥητῷ, *pro mercede condicta. Herodianus lib. 1.* ἐπὶ μεγίστοις μισθοῖς ἡδονὰς ἐθηρᾶτο. *Iliad.* κ. δώρῳ ἐπὶ μεγάλῳ. *Philo lib. 1. de vita Moſis:* ἐπὶ μεγίσταις δωρεαῖς. Perperam igitur *Philippus & Portus* reddiderunt, *Poſt mortem.*

θ. 4. φάρμακον] ἄρτυμα, *condimentum*: h. e. Gloriam.

θ. 6. Ἐς δὲ Ἰωλκὸν] Hactenus Poëta prioris Propoſitionis ſpecialis de initio, occaſione & cauſis expeditionis Argonauticæ, tractationem abſolvit: Nunc ad poſteriorem accedit, de ipſa navigatione, periculis & eventu ejusdem. Huius poſterioris Propoſitionis tractatio tribus præcipuè membris abſolvitur: Abitu, Rebus geſtis, & Reditu. *Vide C.* In Abitu deſcribit Initium, Progreſſum, & Terminos. Circa initium indicat, qvomodo I. Jaſon Dux ſocios omnes numerando recenſuerit & collegerit, eosdemq́; ob virtutem laudarit. II. Mopſus vates in navem eos coëgerit. III. Socii ancoras ſuper roſtrum navis appenderint. IV. Jaſon aurea patera accepta libans invocârit Jovem,

C

Σύνοψις tractationis poſterioris Propoſitionis ſpecialis de hiſtoria Argonautarum.

- *Navigationis*
  - *Abitus*
    - *initiū*
      - *Jaſon dux ſocios omnes*
        - *enumeravit.*
        - *laudavit.*
      - *Mopſus vates in navem eos coëgit.*
      - *Socij ancoras ſuper roſtrum appenderunt.*
      - *Jaſon libans invocat Jovem, pro*
        - *veloci impetu*
          - *ſluctuum*
          - *ventoru*
        - *auſpicatis*
          - *noctibus.*
          - *diebus.*
          - *viis maris.*
        - *felici reditu.*
      - *Socij conſternantur portento, & tamen ſignum boni eventus interpretantur.*
      - *Mopſus auſpiciorum fauſtitate urget navigationem.*
    - *progreſſus*
      - *indefeſſa remigatione heroum.*
      - *Noto ſecundo aſpirante.*
    - *termini*
      - *primus, ad Pontum Axenum, ubi Neptuno*
        - *templum condunt.*
        - *tauros Thracios immolant, p*
        - *evitandis Symplegadibus.*
      - *ſecundus, evitatis Symplegadibus, per Phaſin ad Colchos.*
  - *Res geſtæ*
    - *Argonautæ Æetæ domum adierunt, & vellus aureum petierun*
    - *Venus Jaſonem veneficiis, ad expugnandam Medeam ven cam inſtruxit.*
    - *Medea*
      - *reverentiam Parentum exuit.*
      - *Græciæ deſiderium & Jaſonis amorem concipit.*
      - *Jaſoni*
        - *pericula ſubeunda & evitanda aperit.*
        - *pharmaca contra dolores applicat.*
        - *matrimonium promittit.*
    - *Æetes bobus flammivomis*
      - *ſulcans jugerum deſcribit.*
      - *Jaſonem ad arandum provocat,*
      - *reportando aureo vellere.*
    - *Jaſon*
      - *boves*
        - *jugo firmiter alligat.*
        - *ſtimulo in ordinem redigit.*
      - *ignes evomitos veneficiis Medeæ eludit.*
      - *aream imperatam arat, cum Æeta*
        - *tacito dolor*
        - *admiration*

S

- *Res geſtæ*
  - *Socii gratulantur Jaſoni, eumq; coronant.*
  - *Æetes vellus aureum indicat cuſtoditum à Dracone, non putans, eum ab Iaſone ſuperatum iri.*
  - *Jaſon interfecto qvoq; dracone abſtulit*
    - *Vellus aureum.*
    - *Medeam, cuius artib. Pelias poſtea interiit.*
- *Reditus*
  - *accepto aureo vellere & Medea, redierunt per varia maria errantes.*
  - *in itinere*
    - *in Lemno certaminibus interfuerunt.*
    - *cum Lemniadibus concubuerunt, ex qvarum una Euphemus genuit filium, cujus poſteri ex agro Lacedæmoniorum in Calliſtam commigrarunt, unde Battus & Battiadæ; adeoq; Cyrenæi ſunt oriundi.*

tim pro veloci impetu fluctuum
ventorum; partim pro auſpicatis
ſtibus, diebus, & viis maris; par-
ı deniqve pro felici reditu. V. Ju-
er tonitru votum Jaſonis ratum
erit. VI. Socii portento conſter-
i, & tamen boni eventus ſignum
erpretati fuerint. VII. Mopſus
tes, auſpiciorum fauſtitate, navi-
ionem urſerit. Circa progreſſum,
t navigationem hanc, indefeſſa
roum remigatione, & exoptata
ti aſpiratione, continuatam fuiſ-
. Terminos deniqve conſtituit
s: unum ad oſtium Ponti Axeni;
Neptuno delubrum condide-
t, & pro evitandis Symplegadi-
tauros Thracios eidem immola-
t: alterum ad ipſos Colchos, ad
s evitatis ſymplegadibus per
ſin fluvium pervenerunt.
. Qvod Res geſtas attinet, recen-
; qvomodo Argonautæ velleris
i cauſa Colchos poſtularint, &
æ domum adierint. II. Venus Ja-
m amuletis contra veneficia
leæ inſtruxerit, ut & animum
is expugnaret, ſibiq; conciliaret,
bores inſtantes ſuperaret. III.

Medea reverentiam Parentum exuerit: Græciæ deſiderium conceperit: Jaſoni, cuius amore exarſerat, pericula ſubeunda aperuerit, & qvomodo ſuperanda ſint illum docuerit: pharmaca item contra dolores eidem applicuerit: & matrimonium promiſerit. IV. Æetes bobus flammivomis ſulcans jugerum deſcripſerit, & Iaſonem ad arandum provocârit, pro aureo vellere, qvod poſtularat, reportãdo. V. Jaſon divino auxilio fretus, boves illos jugo firmiter alligarit, ſtimuloq; in ordinem redegerit, igniumq; evomitorum vim, veneficiis Medeæ eluſerit, tandemq; jugerum imperatum arârit, non ſine Æetæ tacito dolore, & admiratione. VI. Socii Jaſoni gratulati fuerint, & coronis herbaceis eũ ornarint. VII. Æetes, præſtita aratione, vellus aureum indicârit: qvod tamen, qvia à Dracone cuſtoditum erat, ablatũ iri non credebat. Huic membro ſubjicit Poeta præciſione narrationis, ad cuius finem properandum, & ad rem propoſitam, de Arceſilao ſcil. ſibi redeundum dicit: ſeq; talium ἐπαινόδων artificem prædicat. VIII. itaq;

breviter ſubjicit, qvomodo Jaſon Dracone hoc interfecto & vellus aureum abſtulerit, & Medeam volentem abduxerit, cujus artibus poſteà Pelias interiit, atqve ita oraculi ſibi dati fidem nimis veram expertus fuit. Poſtremò deniqve de Reditu commemorat, qvòd Argonautæ cum vellere aureo & Medea, domum repetierint, per diverſa maria errantes: & in itinere qvum ad Lemnum appuliſſent, certaminibus in funere Thoantis inſtitutis interfuerint, cumq; Lemniadibus concubuerint: ex qvarum una Malache Euphemus filium genuit, cujus poſteri ex agro Lacedæmoniorum in Calliſten commigrarunt: unde Battus & Battiadæ, adeoq; Cyrenæi ſunt oriundi. Atqve ita artificioſè ad Arceſilaum redit, & breviſsimè laudes eius ratione maiorum attingit, & ad tertiam Propoſitionem ſibi aditum facit.

θ. 6. Ἐς δ' Ἰωλκὸν] Lego ἐς δ' Ἰωλκὸν vel ἐς δ' Ἰαωλκὸν, ut apud *Homer. Il. β. & Nem. δ. γ. 11. & Iſth. η. δ. 21.*

θ. 7. κατέβα ναυτᾶν ἄωτος] Aliqvi, ut eſt *in Aldina*, κατέβαν αὐτῶν, *Deſcenderunt flos illorum*, συνθετικῶς. Erit autem in hac lectione τὸ κατέβαν. 3. plur. Aor. 2. Ind. Act. pro κατέβησαν, ad primæ ſingularis, κατέβην vel Doricè κατέβαν, ſimilitudinem formata, Poëticè & Bœoticè.

θ. 8. λέξατο] pro κατελέξατο, *recenſuit, numeravit.*

θ. 10. ὀρνίχεσσι καὶ κλάροισι] Qva auguriorum fuerit ratio, paſſim ex autoribus conſtat. (*Peucer. de divinat. Cicer. de div. Liv. l. 1. Dec. 1.*) Pro Sortibus verò annotat *Scholiaſtes*, uſos olim fuiſſe menſis ſacris, in qvas mittebant talos certos, qvibus ſi jactum darent eum qvem præno-minaverant, rem ſperatam eventu-ram credebant: ſin minus, non iten[...] Eſt autem ὀρνίχεσσι Creticè & Dor[...]cè pro ὀρνίθεσσι, qvi Dativus eſt Po[...]ticus pro ὄρνισι. *Athen. lib. 9.* ὄρνιθ[...] autem Metonymicè hîc *pro Aug[u]riis* ponuntur.

θ. 11. θεοπρεπέων] Ita omnia, q[uæ] vidi exempla habent. Videtur lege[n]dum θεοπροπέων, *vaticinans*, ſeu [ut] *Scholiaſtes* reddit, μαντευόμενος. [...]*nicerus* reddidit *Sortibus vaticinioru[m]* quaſi θεοπροπέων eſſet Genitiv[us] pluralis Jonicus pro θεοπροπῶν, [à] Nominativo θεοπρόπη, qvi tamen [in] uſu non eſt. (Sed θεοπροπία) Vati[ci]natus autem intelligitur, felicem [...]re ſuſceptam navigationem.

θ. 12. Μόψος] filius Ampycis [La]cedæmonii. Præter hunc autē vate[s] alios adhuc duos ſecum habuer[unt] Argonautæ, Idmenum Abantis [&] Amphiaraum Oiclis filium.

θ. 12. ἄμβασε] ἀνεβίβασε, *aſcend[ere] fecit* h. e. *Navigare fecit.* Sæpè en[im] ἀναβαίνειν abſolutè poſitum, *mare [a]ſcendere, ſeu navem itineris cauſa ing[re]di, & navigationem auſpicari* ſignifi[cat]. *Ili. α.* οἱ δ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑ[γρὰ] κέλευθα. *Odyſſ. ξ. v. 252.* ἀναβάντες [...] Κρήτης εὐρείης. *Heſiod. 2.* ἔργ. [...] δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα, *mare n[avi]gabile eſt.* Idem Latini faciunt. *Ci[c.] lib. 2. ad Q. Fr. ep. 2.* Velim qvam[pri]mū bona & certa tempeſtate con[ſcen]das, ad meq; venias. *Et lib. 9. ad [Att.] ep. 17.* Pompejum à Brunduſio [con]ſcendiſſe. Vice verſa ἀποβαίνειν, [...] *Deſcendere è navi finita navigation[e]* [u]ſurpatur, ut *Odyſſ. ξ. v. 346.* αὐτο[ὶ δ' ἀ]ποβάντες &c. Sic & καταβαίνειν.

θ. 13. ἐμβόλου] ὁ ἔμβολος vel τὸ [...]

ϐολον, *roſtrum navis cuneiforme*: item *lignũ in roſtro, cui ancora appenditur*, Aliàs *Cuneus*: item *Clavus qvi rota træfigitur*, Lõhne.

th. 3. ζῶα] qvia ſecundũ *Aratum*, Διὸς μεςαὶ τε θάλασσαι ϗ λιμένες.

th. 3. 4. καὶ ὠκυπόρους ῥιπὰς] Ad verbum ἐκάλει ponuntur duplices Accuſativi, alteri Perſonæ, ζῶα &c. alteri rerum, ῥιπὰς, νύκτας, κελεύθους, ἤματα, μοῖραν; qvemadmodũ *ad Verba Petendi* ſolet fieri. τὸ Καὶ itaq; qvod ante ὠκυπόρους eſt, ſeqventes accuſativos, non cum antecedẽte ζῶα, copulat, ſed inter ſeſe connectit, cum copulativis reliqvis.

th. 5. νύκτας τε] ſc. εὐφρόνας, ut & κελεύθους.

th. 6. ἄματά τε] Ita pleræq; editiones habent: *Romana* verò & *Brubachiana* & *Pal. C.* per aſperum ſpiritum habent ἅματα.

th. 12. ἀμπνοὰν ἔστασαν] *reſpirationẽ ſteterunt*, i. e. conſternati ſunt & attoniti, adeò ut reſpirare opus habuerint: q; facilius ex pavore illo animos collegerunt, qvo magis ſigna hæc divinitus edi perſvaderentur.

th. 14. πειθόμενοι] Lego πιθόμενοι.

Θ. 1. περασκόπος] Eſt Nomin. ſing. *Lonicerus* ineptè cenſet, poſſe etiã Accuſat: pluralem eſſe Doricè formatũ, ſermonem de Jaſone accipi. Sed vox tamen ipſe minus probat.

Θ. 4. τραχειᾶν] Scholiaſtes videtur legiſſe, ταχειᾶν, qvod & retinui, ſuffragante *Pal. C. Lonic.* reddidit *à omnib. argumentiſis*, incerta ratione.

Θ. 5. σὺν νότου δ' αὔραις] Secundũ id hæc ſunt accipienda. Non enim rectà à Meridie in Septẽtrionem navigarunt, ſed obliqvè, ita ut ſimul ad ortum vergerent.

Θ. 5. ἐπ' ἀξείνου ςόμα] ad oſtiũ vel ingreſſum Ponti, qvi Boſporo Thracio, ad qvem Byzãtium eſt, cum Propontide, & hæc Helleſpõto cum mari Ægeo connectitur. Subintelligitur Subſtantivum πόντου, vel ὅρμου. Pontus a. hic ἄξενος dicitur. q. *Inhoſpitalis*, partim διὰ τὸ δυσχείμερον, partim propter ἀγριότητα accolarũ qvi hoſpites mactabãt, ut *Strabo l. 7. teſtatur.* & *Æſchylo* ἐχθρόξενος eſt, & *Sophocli Oed. Tyr. 2. 1.* ἀπόξενος ὅρμος. Poſteà qvum accolæ domiti à Græcis & Romanis fuiſſent, Εὔξενος appellari cœpit, ut infrà *Nem. δ. γ. 1.* Vide *Melam l. 1. c. 19, & Plin. l. 6. c. 1.* Hinc *Ovi. Tri:* 4.

Frigida me cohibent Euxini littora põti:
Dictus ab antiqvis Axenus ille fuit.

Θ. 9. Φοίνισσα ἀγέλα] i. e. ut *ſuprà ἀντ. ζ.* dixit, ξανθὰ ἀγέλα, *Grex rufus vel flavus*, à potiore. Solebant aliàs Neptuno cædi nigri boves, ut dictum *ad Ol. ιγ. G. 11.* Hîc itaq; vel ex grege Φοίνικι ſeu ξανθῷ ſelecti tauri nigri Neptuno cæſi ſunt: vel ſimpliciter qvales ſeſe obtulerũt mactati, qvum delectui locus non eſſet.

Θ. 10. ὑπάρχεν] *erat ibi, fortè ibi aderat:* vel potiùs *prior aderat, ante ipſorum adventum jam aderat.* Vide *Nem. δ. B. 11.*

Θ. 10. θεόκτιστον] i. e. *à natura factũ*, ut rectè *Neander* reddidit, nõ arte humana elaboratũ. *Ald. & Pal. C.* νεόκτιστον: qvod & ipſum ferri poteſt.

Θ. 11. λίθινον] legendum λίθον vel potiùs λίθου, ut ſit Genitivus materiæ, *è lapide, è ſaxo.* Sic *Iſthm. η.* μυρσίνας ςέφανον. *Iſthm. α. ϐ. 3.* Φιάλαισι χρυσοῦ. *Iſthm. ς. α. 2.* μέλη Μοισᾶν.

Θ. 11. θέναρ] τὸ θέναρ eſt *ſuperficies plana qvidem, non tamen perfectè, ſed nonnihil concava*, (qvalis eſt Vola manus, qvæ & ipſa θέναρ dicitur.) qvæ

qvo commodiùs poſsit recipere victimas. Vide *Iſth. δ. δ.* 3. *Lonic.* ab hac voce, vel verbo θένειν, *ferire*, unde τὸ θέναρ derivat, *Euclidi* vult appellari ὑποθένουσαν lineam, angulo alicui oppoſitam, qvaſi *ſubſecantem* vel *ſuccidentem*: qvum tamen ὑποτείνουσαν id eſt, *ſubtendentem*, eam dici, ab ὑποτείνειν, *ſubtendendo*, qvilibet qvi Euclidea leviter aſpexit, non ignoret.

Θ. 12, ἐς κίνδυνον βαθὺν] *ad profũdum vel ingens periculum.* Intelligit Symplegadas, de qvibus mox.

Θ. 12. ἱέμενοι] i. e. ut *Scholiaſtes* exponit προθυμίαν ἔχοντες, *Cupientes, Animo ſuo cogitantes*: ab ἵεμαι, *Cupio.* Et ſic habet *Romana, Brubachiana & Cratandrina*, quas & *Neander* ſeqvitur. *Plantiniana & Commeliniana* habent ἰέμενοι, qvaſi ab εἶμι *vado.* Sed malè. Sic autem nobiſcum legiſſe videtur & *Philippus*, qvi reddidit, *Acceſſuri*, hoc eſt, qvum vellent jam accedere: & *Lonicerus*, qvi, *dum incidiſſent*: & Vulgata verſio, qvam *Stephanus* retinuit, & *Portus* ſecutus fuit, qvæ habent *Tendentes*.

Θ. 13. λίσσοντο] Mactatis ſc. tauris nonnullis; licet expreſsè non dicatur.

Θ. 13. δεσπόταν ναῶν] id eſt, Neptunum.

ι. 1. 2. συνδρόμων πετρᾶν] Intelligit Inſulas duas petricoſas in faucibus Ponti, qvarum altera Europæ, altera Aſiæ adjuncta eſt, aſperam exhibentes navigantibus per fauces Byzantias navigationem, dum fluctus ſæpè ad earum petras alliderent naves: qvod qvantumvis cavere multi allaborarẽt, ſæpè tamen opinione citiùs abrepti & alliſi fuerunt, adeò ut non tàm ipſi cum navibus abripi,

qvam petræ ad ipſos accedere vid
rentur: unde & ipſæ inter ſeſe col
di creditæ fuerunt, qvum optico p
tiùs ſphalmate ita putatum fuer
Parvo enim diſcretæ intervallo,
ginti ſcilicet ſtadiorum, ex adver
intrantibus geminæ cernebantu
paulumq́; deflexa acie, coëuntiu
ſpeciem præbebant: ut videri pot
apud *Strabonem lib.* 1. 3. & 7. *Pli*
um lib. 4. *cap.* 13. & *lib.* 6. *cap.* 12. A
propterea συμπληγάδες dictæ f
runt, à συμπλήττειν ſeu *collidend*
item πλαγκταὶ, non à πελάζειν
annotat *Aretius*, ſecutus fortaſſe
dymum ex ſententia *Cratetis Odyſſ*
qvaſi πελάζουσαι τὰ κύματα i. e
ctibus naves ad ſe attrahentes: ſed
tiùs à πλάζεσθαι *ab errando*, prop
Φαινόμενον illud, de qvo jam dictu
Eadẽ ratione hîc σύνδρομοι πέ
appellantur. Paſsim & Κυάνεαι, à
lore appellatæ fuerunt. Has Po
dicit, ante adventum Argonautar
ζωὰς ſeu vivas fuiſſe, propter op
onem de συμπληξίᾳ: ſimul ac
tem Argonautæ tranſierunt, em
tuas; innuens tacitè, Argona
compertos fuiſſe, eos revera nõ
currere, ſed apparẽter ſaltem, r
nemq́; hujus Φαινομένου ὀπτικοῦ
ciſſe, qvam videlicet ob cauſam p
hæ collidi viderentur, qvum ta
immotæ manerẽt: atqve ita eos
tem illis intuliſſe, id eſt, opinio
ex animis hominum de motu ea
exemiſſe.

ι. 1. κινηθμὸν] *motum*, à κινέω
κηληθμός à κηλέω.

ι. 3. ζωαὶ] id eſt, *vivæ*. ὁ ζωός
Supervacuũ eſt ergò τὸ ζωαὶ hîc
ſtantivè accipere, & reddere *Vit*
qve Metonymicè interpretar

ive vel *Viventes*, ut facit *Lonicerus*, vem ſeqvi videntur *Aretius & Ne-* *er.*

ι. 3. κυλινδέσκοντό τε] Non qvòd ſæ revera volverentur aut promo-rentur, ſed qvòd fluctus naves ad ſas appellere & allidere ſolerent.

ι. 7. ἐς Φᾶσιν] ὁ Φᾶσις fluvius Col-orum, in pontum Euxinum ſeſe onerans: *Ubi ad oſtium Urbs ejuſdem minis eſt ἡ Φᾶσις. Strabo lib. 11.* Col-us autem vel Colchis eſt regio Scy-iæ Aſiaticæ ad Pontum Euxinum, sq; littus Orientale, qvæ hodie oſcorum Regi paret, & *Mengrelia* pellatur.

. 8. 9. κελαινώπεσσι Κόλχοισι] *Col-s aſpectu nigris & trucibus:* qvi fa-& vultu truculentiam prodebant. qvi tamen verè de nigro faciei co-e accipiunt, qvum Scythæ illorum orum fuerint colonia Ægyptio-n & Æthiopum, ut vult *Scholiaſtes.* de *Strab. lib. 11.*

. 9. βίαν μίξαν] *violentiam vel vim miſcuerũt*, id eſt velitationes cum inſtituerunt, poſtulantes aureum lus. Vel ut *Lonicerus* benè vertit, *n eis fecerunt*: vel Philippus, *Vi ag-ſi ſunt Colchos.*

. 11. πότνια] ſubſtantivè hoc loco ſt, δέσποινα.

. 11. ὀξυτάτων βελέων] i. e. ἐρώ-, Scharffe ſchöſſe. *Pal. C.* ὠκυ-των.

12. ποικίλαν ἴϋγγα] ἡ ἴϋγξ eſt avi-a qvædam variis coloribus præ-& μακροτράχηλος, lingvam gam & plerunqve exertam ha-ns, caput & collum ſubinde in di-ſas partes circumagens. Latinis *qvilla ſeu Verticilla*, Drehehals/ ndehals, Vide *Ariſtotelem lib. 2.* *hiſtor. animal. cap. 12.* Sunt qvi eandem eſſe velint, qvam aliàs σείσουραν vel σεισοπυγίδα, Latini *Motacillam* nominant, Bachſteltze. Sed deſcriptio ei non congruit. Solent hac ave uti veneficæ ad irritamina & incantamenta amoris, alligata alis pedibusq; ad rotam, qvam certis ἐπαοιδαῖς admurmuratis circumagunt: atqve hac ratione amorem ſui vel alicuius alterius, animæ alicujus ſe inſinuare poſſe credunt: unde hîc μαινὰς ὄρνις appellatur. Aliqvæ viſceribus hujus aviculæ eadem ratione u-tuntur. Vide *Theocrit. in Φαρμακ. Scholiaſtes* fabulam addit; fuiſſe Iyngem filiam Echus, ſecundum alios Pythus, qvæ à Junone, propterea qvòd animum Jovis erga Jò inflammaſſet, in avem hanc converſa fuerit: unde adhuc ei vis qvædam illecebroſa inſit. Per Metonymiam poſteà *Deſiderium occultum imo animo inſidens* notat: cujus exemplum *Nem. δ.* habebimus. Vide Adagium, *Iynge trahi.* Wenn einen der Agtſtein zeugt. *Petrus Victorius lib. 24. cap. 3.*

ι. 13. τετράκναμον] Qvi ita legunt, ad ἴϋγγα referre eos oportet, qvam τετράκναμον dici cenſent, qvòd qvatuor κνήμας qvaſi habeat, duas ſcilic. alas, & duos pedes, & ita qvatuor radiis rotæ affigi poſſit. Fortè etiam, qvia quatuor digitos pedis habet, duos antrorſum, duos retrorſum. Vide *Ariſtotelem l. 2. hiſt. an c. 12. & l. 4. de part. anim. cap. 12.* Rectiùs cum *Plantiniana & Commeliniana* legemus τετρακνάμον', hoc eſt, τετρακνάμονι, & cum κύκλῳ conjungemus: qvod etiam *Scholiaſtes* non diſſimulat.

ι. 13. Ὀλυμπόθεν] Lego οὐλυμπόθεν.

dd ι. 1 μαι-

i. 1. μαινάδ' ὄρνιν] propter vim ciendi furioſum amorem. *Lonicerus* reddidit, *Bacchi avem*, ſine ratione.

i. 1. 2. Φέρε πρῶτον ἀνθρώποισι] dum ſcilicet Jaſonem ejus uſum edocuit.

1. 2. λιτάς τ' ἐπαοιδὰς] *preceſq́ incantatrices*, τὸ ἐπαοιδὰς hoc loco Adjectivum eſt.

i. 3. ἐδιδάσκησεν] Legendum ἐκδιδάσκησεν, cum *Ald. & Pal. C.* qvi tamen perperam habet ἐκδιδάσκοισεν.

i. 4. ὄφρα Μηδείας τοκέων] *Lonicerus* reddidit: *ut Medeæ* [Genit:] *parentibus reverentiam eximat.* Malè. Eſt enim, *Ut Medeæ* [Dativo] *reverentiam parentum eximat.*

i. 7. δονέοι μάστιγι πειθοῦς] *flagello Svadæ verſaret*, id eſt, animo ipſius vehementiſsimum deſiderium infligeret, & eam q. cogeret.

i. 8. πείρατ' ἀέθλων] qvæ ſcilicet certamina Pater Jaſoni eſſet propoſiturus! qvouſqve ſeſe illa extenderent! qva ratione ea ſuſtinere & ſuperare poſſet!

i. 9. πατρώων] Legendum πατρωΐων.

i. 10. σὺν δ' ἐλαίῳ] τὸ σὺν hîc ponitur abſolutè ſine caſu q. adverbialiter, i. e. *Simul verò.* Non regit caſum ἐλαίῳ, qvi materiam notat.

i. 11. ἀντίτομα στερεᾶν ὀδυνᾶν] *contra ſecantia, contra aciem adverſam ſuam obvertentia*, i. e. ἀντιπαθῆ, contrarias vires habentia remedia. στερεαὶ ὀδύναι ſunt *ſævi & vehementes dolores. Spigelius* cenſet legendum ἀντίτονα, *reſiſtentia.* Vide *Nem.* δ. ἀντίτεινε, *reſiſte.* Conjectura felix.

i. 12. καταίνησάντε] *collaudarunt, approbarunt*, i. e. pacti ſunt inter ſe communes nuptias dulces contrahere. *Lonicerus* reddidit. *Qvum jam viſu[m] eſſet illis aliqvod operæ pretium, ut nu[-] ptiis mutuo complexu dulcibus conſ[o-] cientur*: hoc eſt, ut expoſuit: Ea ratio[-] ne Medea pharmacum apparavi[t] qvo poſſet in certaminibus ſuperio[r] evadere Jaſon, ut ſe duceret in uxo[-] rem; alioqvi tàm fidam ei ſeſe nõ e[x-] hibuiſſet. Verùm neqve τὸ καταιν[…] hanc ſignificationem habet: neq[…] Poëta hæc ſub conditione, vel [...] conditionem proponit: Sed ut eff[e-] ctum ultimum ἐπαοιδῶν, qvas Ven[us] Jaſonem edocuerat. Primus eni[m] fuerat ἀφαίρεσις αἰδοῦς τοκέων: ſecu[n-] dus, πόθος Ἑλλάδος ἢ Ἰάσονος: t[er-] tius, δεῖξις πειράτων ἀέθλων π[α-] τρωΐων: qvartus, φαρμάκων δόσ[ις:] qvintus, καταίνημα τοῦ τὸν γάμον κοι[νὸν] γλυκὺν ἐν ἀλλάλοισι μίξαι.

I. 1. ἀδαμάντινον] ſive ratione m[a-] teriæ, ſive ratione *firmitatis.*

I. 2. ἐν μέσσοις] Ἀργοναύταις [...] Κόλχοις.

I. 3. καὶ βόας, οἳ] Ita legendu[m]
καὶ βόας, οἳ φλόγ' ἀπὸ
πνέον γενείων καιομένοιο πυρὸς

Eſt hoc loco τὸ γενείων idem qvod [...] νύων, *maxillarum*: ſed ponitur hîc [...] γνάθων vel γναθμῶν, *buccarum* [...] qve inde occaſio errori data vide[tur] qvòd aliqvis ſupra γενείων, ſchol[…] ſcripſerit γναθμῶν: qvod librari[…] non rectè legentem, ξανθᾶν te[x…] inſeruiſſe veriſimile eſt.

I. 5. χαλκέαις δ' ὁπλαῖς] Er[…] Æetæ boves, non tantum πυρίπν[οοι] ſed & χαλκόποδες ſeu χαλκοσκελ[εῖς] unde *Antimachus in Lyda* ἡφα[ιστο-] τεύκτους eos appellavit, ut notat *S[cho-] liaſtes.*

I. 5. δέ[…]

I.5. ἀράσσεσκον] Lonicerus, *Incide-bant*: Philippus, *Arabant*: Portus ex Vulgari retinuit, *Proſcindebant*. Qvæ omnia utcunqve ferri poſſunt, qvum ἀράσσειν, σιδήρῳ τέμνειν, *Heſychio* interdum notet: modò non pro ἀροῦν ccipiatur. Rectiùs χαλκέαις ὁπλαῖς ἀράσσεσκον χθόνα eſt, *ungulis æreis umſtrepitu terram pulſabant*. Machen ein geraſſel. Id enim ἀράσσειν eſt.

I. 6. ἀμειβόμενοι] i. e. τοὺς πόδας ἀλλάσσοντες κατὰ τὴν πορείαν. *Scho-liaſtes.*

I. 6. 7. τοὺς ἀγαγὼν ζεύγλᾳ πέλασσε μοῦνος] *bos adducens jugo ap-propinqvare fecit* i. e. alligavit *ſolus*, etes ſcilicet Jaſoni laborem arati-is, pro vellere aureo proponens. yntaxis eſt: τοὺς ἀγαγὼν, μοῦνος πέλασσε ζεύγλᾳ, ita ut τὸ ζεύγλᾳ non m ἀγαγὼν, ſed cum πέλασσε ſit cō ctendum: & τὸ πέλασσε, *appropin-qvare fecit*, ſeu *alligavit* ſignificet: n Neutraliter *appropinqvavit*. Ita-e malè *Lonicerus* reddidit: *Solus ad ga adducens appropinqvabat*: pejùs Jaſone accepit.

I. 9. ἀναβωλακίας ὀργυιὰν σχίζε νῶτον γᾶς] ἡ ὀργυιά, *Herodoto* ſex pe-m ſpacium, ut *Budæus* ex eo tra-. *Plinio lib.* 16. *cap.* 40. Ulna, ſeu acium inter manus extenſas, juxta idam, eine Klaffter: ab ὀρέγειν τὰ ῖα: tametſi alibi *Plinius* etiam *Ju-rum* reddidit, in eadem tamē cum na ſignificatione: qvum aliàs (Ju-rum, ſit ager in longitudine ha-ns 240. in latitudine 120. pedes, ta *Qvintilianum lib.* 1. *cap.* 17. tum videlicet agri ſpacium, qvan-a uno jugo boum in die exarari poteſt, unde nomen habet *Plinio lib.* 18. *cap.* 3. Græcis aliàs πέλεθρον vel πλέθρον. Æetes itaqve σχίζε νῶτον γᾶς, *reſecuit ſulco dorſum*, id eſt, vaſtam aream terræ, ὀργυιὰν, id eſt, κατ' ὀργυιὰν, εἰς τὸ βάθος ſcilicet, ſecundum *Scholiaſten*, ad profunditatem uſqve ulnæ, (hat eine Furch klaffter tieff gezogen): & hoc Jaſonem imitari juſsit. Verùm qvum tàm profundus ſulcus hominis ſtaturam æqvet; & aratri rectorem boves in ſulco ſeqventem, extra ſulcum proſpicere hac ratione impoſsibile ſit, præſertim ubi ſulco vicinus ſulcus ducendus veniat: Æetes etiam non tam de profunditate ſulci, qvàm de aratione præfiniti ſpacii, & boum flammivomorum gubernatione certamen hoc inſtituerit: non ſatis congrua hæc interpretatio videtur. Qvòd ſi, ut *Jugerum* Latinis modò pro *ulna* modò pro πελέθρῳ accipitur: ita etiam ὀργυιά Græcis modò minus illud ſpacium, *Ulnam* videlicet notet, modò majus, hoc eſt, *Jugerum* ſeu πέλεθρον: non incommodè reddemus: *Sulco reſecuit dorſum terræ, jugerum*: ita ut ὀργυιὰν per ἐπεξήγησιν, ad νῶτον γᾶς referatur, (νῶτον γᾶς, ein rücken Landes) & non profunditatem ſulci, ſed areæ exarandæ qvantitatem denotet. Et ſanè, ſi audaciùs pronunciare liceret, fortè pro ὀργυιὰν, πέλεθρον poſitum, & iterum σχόλιον, ὀργυιὰν, pro textu πέλεθρον retentum fuiſſe, ut ſæpè factum fuit, dici poſſet: præſertim qvum & metrica ratio duas breves ante ultimam 9. κώλου poſtulet, ut ſit:

——— ἀναϐωλακίας δὲ πέλεθρον σχίζε, &c Sed judicet qvisqve hîc liberè. Aliàs ſi retinemus δ ὄργυ-eſt——pro ∪ ∪ –, per ἰσοδυναμίαν. Simili ſenſu *Philippus* reddidit: *Secuit dorſum terræ ſulcatæ per jugerum.* Τὸ ἀναβωλακίας verò eſt qvaſi *reglebationis*, id eſt, arationis qvæ glebas invertit, & ſurſum egerit. Eſt ergò ὀργυιὰ vel ſi ita legendum eſſet, πέλεθρον ἀναϐωλακίας, *jugerum arationi deſtinatum.* Sunt qvi Adjectivum eſſe velint, qvaſi à Maſculino ἀναβωλάκιος, & ad γᾶς referant, ut ſit γᾶς ἀναϐωλακίας, terræ in proſciſsione vel aratione, glebam ſurſum rejicientis remittentisve, ut exponit *Lonicerus Scholiaſten* ſecutus, à cujus ſententia *Portus* qvoqve cum Vulgata verſione non diſceſsit. Sed minùs, ut videtur, commodè.

I. 12. πελέσσας] Lego πελέσας.

I. 13. ἄφθιτον στρωμνὰν] στρωμνὰν appellat, hoc eſt, *ſtragulum*: intelligens Vellus arietis: qvandoqvidem ſuper κωδίοις, id eſt, *pellibus*, veteres dormiebant: unde & κῶμα *Somnus* eſt. Et pari ratione τὸ *Dormio*, qvaſi *Dermio* à δέρμασι dici, multi cenſent. Poſteriora ſecula uſum plumarum invenerunt: qvod inter delicias numerat *Plinius lib.* 10. *cap.* 22. ubi de Anſeribus, qvos Germanos *Ganzas* vocare ait, loqvitur. ἄφθιτον porrò nominat, qvia aureum illud vellus fuit. Aurum enim, propterea qvòd minùs corruptioni eſt obnoxium, Jove ſatum allegoricè dicebatur. Unde illa *Sapphus*: ὅτι Διὸς παῖς ὁ χρυσὸς, κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, &c. citante *Scholiaſte*.

ια. 1. θυσάνῳ] ὁ θύσανος *fimbria*, id eſt, vellera, lanæ, à θύσεσθαι ἄνω
ab attollendo ſurſum.

ια. 2. κρόκεον] id eſt, κροκοβαφ…
(gelbgeferbt / Safferfarbin) vel κρ…
κωτόν: ab ὁ κρόκος vel τὸ κρόκο…
Latinis qvoqve *Crocus* & *Crocum*…
Qvi ὑφαντὸν, id eſt, *textum*, exp…
nunt, (*Schol.*) παρὰ τῆς κρόκης v…
κερκίδος, *à trama*; minùs placent…

ια. 3. θεῷ πίσυνος] Vel in gene…
Deo confiſus: vel in ſpecie, *Vene*…
qvum & in Fœminino genere θε…
uſurpetur, & Veneris artibus Jaſ…
Medeam expugnarit, & λιτὰς ἐπα…
δὰς ab ea didicerit: qvam ſententi…
& *Lonicerus* ſeqvitur. Sunt, qvi…
vem: ſunt etiam, qvi *Martem* int…
ligant.

ια. 4. εἴχετ᾽ ἔργου] *occupabatu*…
pere, intentus erat in opus, τοῦ ἀ…
τριᾶν ſcilicet.

ια. 4. αἰόλλει] *perturbabat, moveb*…
lædebat. αἰόλλειν enim eſt ταράσσ…
Porrò hîc iterum vocalis brevis a…
conſonantem eandem geminat…
corripitur. Cauſa autem, qva…
ignes Jaſonem nihil turbarint, …
partim qvia ἀντιτόνοις στερεᾶν ὀδυ…
fuerat inunctus: partim, qvia cō…
Medeæ à vento averſus ſulcos du…
bat, cujus flatu ignes non retrò…
Jaſonem, ſed in anteriora propo…
bantur, & abſoluto ſulco uno, …
inverſo aratro, ut fieri ſolet, ſed…
bus retractis ad caput, alterum…
ciebat.

ια. 7. βοέας] vel ratione mate…
Bubulis, è pelle bubulâ: vel ratione…
jecti, *Qvibus boves alligari ſolent.*

ια. 7. δήσαις] Ita lego cum *Al*…
Pal. C. etiam metro poſtulante.

ια. 7. ἀνάγκας ἔντεσιν] *armis*…
inſtrumentis neceſsitatis, i. e. qvo…

uſus neceſſarius erat ad cogendos & alligandos domandosq; boves, pro ἀναγκαίοις: ſicut, *Filius perditionis*, pro *perditus*. Vel etiam βίας, id eſt, *coactionis*. Boves enim ad arandum & laborandum cogi oportet: & hujus coactionis inſtrumenta ſunt lora & reliqva vincula.

ια. 9. ἐριπλεύρῳ φυᾷ] *indoli vel naturæ valida latera habenti*, id eſt, bobus talibus, auff die ſtarcke zucht der art.

ια. 12. ἤϋξεν] Lego cum *Pal. C.* ὔξεν, ab ἰΰζω, φωνὴν ἄσημον *emitto, ſibilo, ingemo.*

ia. 1. ἕταροι] Legendum ἑταῖροι. *Romana & Brubachiana & Cratandrina* habent ἑτάροι, qvod ex ἑταῖροι fuit corruptum.

ia. 3. πόιας] Solebant enim non tantùm Victi Victoribus herbam dare, è loco certaminis evulſam, aut coronam ex herba qvavis obvia nectam. Qvo ſenſu *Plautus* ait *in Comœdia qvadam amiſſa*, de qva ut fragmentum extat, *Herbam do*: ſed & ſocii victorem ſui ordinis eo modo coronabant, ut hoc loco. Qvo ſenſu & ex *Meleagro Attij*, *Ioſephus Scaliger* hæc allegat *in Sexti Pompeij Feſti caſtigationibus*: Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent: Et qvisqve pro ſe cum corona clarum colluſtrat caput. Vide *Sext. Pomp. Feſt. in Herbam do.* Unde Adagium ortum, *Dare herbam.*

ia. 3. ἔρεπτον] pro ἔρεφον, *coronabant*. Aliàs ἐρέπτειν eſt *Veſci*, & propriè de brutis dicitur, q. εἰς ἔραν κύπτειν.

ia. 3. μειλιχίοις] *Pal. C.* ποικίλοις.

ia. 4. ἀγαπάζοντο] Doricè pro ἠγαπάζοντο, qvod primæ productio indicat.

ia. 4. 5. ἀελίου θαυμαστὸς υἱὸς] Aeetes.

ia. 7. Φρίξου μάχαιραι] id eſt ut exponit *Scholiaſtes*, ἡ τοῦ Φρίξου παρὰ τὸ ἐκδέρειν ἐνέργεια. Jovi enim Phyxio vellus illud dedicaverat, vel ut aliqvi volunt, Marti.

ia. 10. λόχμᾳ] Ellipſis τῆς ἐν. *in ſylva denſa.*

ia. 10. 11. γενύων δράκοντος] Ellipſis τῆς ὑπὸ, *à genis vehementiſſimis draconis*, id eſt, à Dracone habente tales genas. His enim mordens maximè dimicat.

ia. 13. πεντηκόντορον] ab ὄρω, *concito*, id eſt, *qvæ qvinqvaginta remis propellitur.* Non, *qvinqvaginta ordines remorum habentem*, ut perperam *Lonicerus* reddit. Mira Draconis magnitudo. Simile exemplum habet *Florus in epit. l. 18. Livij, & Gellius l. 6. c. 3.* de pelle Serpentis 120 pedes longa, qvem Attilius Regulus primo bello Punico apud Bagradam flumen baliſtis & catapultis ægrè peremit.

ia. 13. κράτει] ὑπερεβάλλετο, ἐνίκα, *ſuperabat.*

ia. 14. τέλεσαν ἂν πληγαὶ σιδήρου] id eſt, *qvæ multis ictibus multoq; labore fabricata eſt*, id eſt magnæ. Aliqvi, notante *Scholiaſte*, legerunt τέλεσε, ſed metro & Syntaxi repugnante.

IA. 1. Μακρά μοι νεῖσθαι] id eſt, διὰ μακρά μοι νεῖσθαί ἐστι. *Per longa intervalla vel jamdudum mihi redeundum eſt in viam.* Vel μακρὰ [ὁδὸς ſcilicet] μοὶ νεῖσθαι κατ' ἀμαξιτόν: *Longa eſſet via mihi eunda juxta*

 ἀμα-

ἁμαξιτὸν, id eſt, *curruum tranſitum, ſeu viam communem narrandi rerum geſtarum hiſtorias:* ideoq; abrumpendum mihi eſt, qvum & tempus me revocet. Facit Poëta Præciſionem totius Narrationis, qvæ ſi tota abſolvenda eſſet, longè adhuc extendenda reſtaret. Verùm ut tandem ad Arceſilaum redeat, præcidit, & ex hac prolixa Digreſsione de Argonautis, compendiaria qvaſi via ad Arceſilaum, & ejus originem redit: ſeq; Digreſsionum & Regreſsionum Artificem obiter profitetur.

ΙΑ. 4. σοφίας] ταύτης ſc: id eſt, τȣ̃ νεῖσθαι κατ᾽ οἶμον βραχὺν, καὶ ποιεῖσθαι ἐπανόδȣς.

ΙΑ. 6. ὄφιν ὦ ρκεσίλα] Ita ſimul & eventum hujus alterius certaminis breviſsimè exponit, & ad Arceſilaum redit. Qvod *Scholiaſtes* ὄφιν Ἀρκεσίλαν habet; id Librariorum incuriæ & ruditati tribuendum eſt.

ΙΑ. 7. σὺν αὐτᾷ] id eſt, *volentem, conſentientem, & operam opemq; ſuam Jaſoni ſubminiſtrantem.* Niſi fortè legere qvis velit, σὺν αὐτῷ, ſc: δέρμαλι λαμπρῷ: tametſi hoc, non clam ut Medeam, ſed ex pacto, & ſuperato Dracone, abſtulit: ut adhuc præferendum videatur σὺν αὐτᾷ, mit jrem willen vnd zuthuen. *Ovidius* lib. 7. Metamorph: ——————— *auro*

Heros Æſonius potitur, ſpolioq; ſuperbus
Muneris autorem ſecum ſpolia ampla reportat.

ΙΑ. 8. τὰν Πελίαο φόνον] ſc: γενομένην, *qvæ poſteà facta fuit cædes*, id eſt, *cauſa cædis Peliæ*, Metonymicè. Legerunt olim aliqvi una dictione, Πελιαοφόνον, id eſt, *Peliacidam.* Sanè non inconvenienter: tametſi *Charis* hanc lectionem improbârit, ut notat *Scholiaſtes*. Hiſce autem, licet breviſsimis, Poëta indicat oraculum Peliæ datum, de qvo ſuprà, hoc mod[o] fuiſſe impletum: & Peliam, qvan[tum]vis Jaſonem, qvem metuebat, [e] medio ſublatum vellet, & id operam daret; tamen fatali cæde occubuiſſe. Atq; ita Arceſilaum tacitè vult ad[monere], monitum de fatali exitu, ſibi qvoq[ue] prædicto, qvem evitare non poteri[t] niſi oraculi monitis, de qvibus ſuprà, pareat, qvantumvis in eos, qvos ſi[bi] adverſos ſenſerat, ſæviat: & proind[e] Demophilum exulem, pro qvo mo[nitor] intercedet, reducat. Qvod verò a[d] Phrixi animæ revocationem attine[t], nihil de ea Poëta meminit, vel qvi[a] non neceſſarium referre fuit, vel qv[ia] ut planè ficta cauſa ablegationis, [ἢ] poſt intellecta, facta non fuit. Qvo[] modo autem Medea fuerit πελια[ο]φόνος, videatur *Ovidius lib. 7. Me*tamorph.

ΙΑ. 9. ἔν τ᾽ ὠκεανȣ̃ πελάγεσ[σι] μίγεν] οἱ Ἀργοναῦται ſcilicet, μίγ[εν] id eſt, ἐμίγησαν, *mixti ſunt*, verſat[i] circumacti ſunt in Oceani (qvo no[]mine nunc omnes illæ aqvæ qvæ te[r]ris interfuſæ ſunt, id eſt *totum mare Mediterraneum* intelligitur) maribu[s] diverſis, adeò ut etiam in mari Lib[y]co ad Syrtes pervenerint, ut ſup[ra] habuimus. Qvomodo autem [ad] mare rubrum pervenerint, non a[p]paret. Videtur hîc Poëta aliàs acc[u]ratiſsimus aliqvantulum dormitar[e], qvod pace ejus dictum eſto; vel p[ro] ἐρυθρῷ aliter legendum.

ΙΑ. 11. Λημνιᾶν τ᾽ ἔθνει γυναικῶ[ν] Factum hoc ſecundum alios in Ab[i]tu. Poëta commemorat de Redit[u] ut commodam habeat ἐπάνοδον

po[ſ]

ɔoſteros Euphemi, ex qvibus deſcen-dit Arceſilaus.

IA. 13. κρέιων] Sunt duæ Sylla-bæ breves pro una longa. Significat autem hoc loco *ſpecimen judicio ſub-ectum*.

ιϐ. 1. σωευνάσθεν] Vix eos Or-heus cithara ſua ad naves revocare otuit. *Apollonius*.

ιϐ. 2. περ] alii παρ', ſed malè.

ιϐ. 4. ἆμαρ ἢ νύκτες] id eſt ſive ie concubuerint, ſive noctu vel no-ibus.

ιϐ. 4. τόθι] ἐν Λήμνῳ.

ιϐ. 4. γένος Εὐφάμου φυτευθὲν] um Euphemus ex Malache genuit eucophanem.

ιϐ. 5. λοιπὸν αἰεὶ τέλλετο] *ſemper liqvum aut ſuperſtes oriebatur*, id eſt i initium cœpit genus Euphemi, vod poſtea continua ſucceſsione, qve ad te Arceſilaum qvartum, rpetuò manſit.

ιϐ. 7. μιχθέντες] συνθετικῶς, id γένος Εὐφάμου, & reliqvi Mi-æ. De his ſuprà *in prolegomenis ius εἴδους*.

ϐ. 8. ἤθεσιν] id eſt, *Sedibus, terris*. ἤθεα Jonibus dicuntur *loca conſve-* Perperam ergò *Lonicerus* reddi-, *Moribus*. Fuerunt enim Minyæ epti à Lacedæmoniis in partem i, ut ſuprà ex *Herodoto* allega-nus.

ιϐ. 8. ἔν ποτε Καλλίσταν ἀπώκη-] id eſt, *coloniam ſuo tempore de-cerunt in Calliſten inſulam*, qvæ teà Thera, à duce coloniæ dicta , ut ſuprà meminimus. Hinc *limachus*: Καλλίστη τὸ πάροιθε: τὸ ύστερον οὔνομα, Θήρη. Eſt autem ricum pro εἰς, ut & *ſuprà Pyth*. ϐ. uimus. Ac licet aliqvi ἂν lege-rint: ſenſui tamen illa particula mi-nùs inſervit, & *Cbæris* eam dudum rejecit.

ιϐ. 10. ἔνθεν] ἐκ τῆς Καλλίστης vel Θήρας.

ιϐ. 10. ὔμμιν] *tibi tuisq; majoribus*. Legendum autem ὔμμι cum *Pal. C.* vel ὔμμι, ſine ν.

ιϐ. 10. Λατοΐδας] Legendum Λα-τοίδας, vel Synizeſis facienda.

ιϐ. 12. σὺν Θεῶν τιμαῖς] *cum ho-noribus & reverentia Deorum*, id eſt, cum conditione pietatis, & venera-tionis Deorum. Monet iterum taci-tè Arceſilaum, ut oraculorum divi-norum juſsis obtemperet, nec in ſub-ditos ſæviat.

ιϐ. 13. χρυσοθρόνου] id eſt, *in qva aureus Regis thronus eſt*, ut rectè *Loni-cerus* reddidit.

ib. 1. ὀρθόβουλον μῆτιν ἐφευρομέ-νοις] id eſt, *Poſtqvam vaticinij even-tum inveniſtis*, ut reddidit *Philippus*: vel *Qvi rectam conſulendi* [id eſt, ora-culi] *mentem adepti eſtis*, ut *Lonice-rus*: qvi ſenſus, de oraculo olim Bat-to dato, accipiendus erit, cui poſt ali-qvot demum annos Battus paruit, ut ſuprà dictum. Vulgata verſio habet: *Recti conſultricem prudentiam adeptis*: qvi ſenſus iterum conditionem Pru-dentiæ recta conſulentis, id eſt pieta-tis & reverentiæ erga Deos, & obe-dientiæ oraculis præſtandæ, incul-cat: taciteq; monet per contrarium ſenſum, ſi ὀρθόβουλον μῆτιν amiſerit, & oraculo morem non geſſerit, re-gno ipſum exutum iri. Qvæ omnia eo conſilio præmiſit, ut animum Ar-ceſilai tacitè præoccuparet, & ſtimu-los ei excitaret.

ib. 2. Γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπό-δα σοφίαν] Poſtqvam hactenus

Poëta

Poëta animum Arceſilai ſibi qvodammodo præparavit, nunc ad tertiam Propoſitionem, qvæ Principalis eſt, accedit. Ejus autem ſenſus eſt: *Arceſilaus Demophilum Cyrena ejectum reſtituere debet ſedibus patriis.* Hanc Propoſitionem initiò ænigmatico involucro velat: inde poſt qvintam demum rationem qvodammodò retegit, nominato Demophilo & commendato: tandem in Epilogo apertiorem ponit: inſerviens nimirum cauſæ, qvæ Arceſilao erat inviſa. Confirmat autem hanc Propoſitionem, ut pote Principaliorem, prioribus duabus operoſiùs, & qvidem argumentis novem, qvæ ferè omnia allegoricè & ænigmaticè tractat. Idcircò etiam mox initiò jubet Arceſilaum *Oedipi Sapientia uti:* qvod tamen tàm de præcedentibus, qvàm de ſeqventibus vult intellectum, ut poſteà dicetur. Ium. autem argumentum eſt ab honeſto & utili ſimul, à virtute ſcilicet & conſtantia Demophili, in omni fortuna ſui ſimilis, & viri in Repub. utilis. Hoc argumentum ſub allegoria ænigmatica adducit, omiſſa interpretatione, & applicatione ad Demophilum, qvam ipſi Arceſilao jam de ænigmatibus præmonito, conjectandam relinqvit. *Qvercus,* inqvit, *cæſa & dejecta, etſi fructus ferre ampliùs non poßit; naturæ tamen ſuæ generoſæ dat argumenta, ſive ad focum adhibeatur, in alendis ignibus; ſive ad ædificia aptetur, in geſtandis ſuperſtructis.* Talem autem vult cogitari Demophilum eſſe, in omni fortuna conſtantem, ſive agere ſive pati debeat, & ad omnia utilem. Poteſt tamen hoc primum argumen-

tum etiam ab ipſius Arceſilai perſo
na petitum accipi, ut poſteà videbi
mus. II. à facili, qvia poteſt ho
Arceſilaus, non ſecus ac Medicu
peritus vulnus molliter tractare, &
ſcitè ſanare. Comparat itaqve Ar
ceſilaum Medico: Demophilum Ex
lem ægrotanti aſſimilatum adhu
reticens. III. ab honeſto, & offi
cio Regis ſapientis: qvod declar
συγκρίσει motæ & ſedatæ reipu
per ἀντίθεσιν. *Rempub.* inqvit, *tu*
bare & vaſtare, cujusvis eſt: at ea
dem in ſedem ſuam reſtituere, civib
ſcilicet ſervatis, hoc arduum eſt,
Regis non cujusvis, ſed ſapientia di
nitus donati. Adhuc autem app
cationem ad Demophilum reſti
endum omittit: & interim Arce
laum cogitare vult, partim qvid h
ctenus fecerit, turbata Cyrene, &
jectis aliis, aliis verò exuſtis civibu
partim qvomodo eam in priſtina
tranqvillitatem reſtituere, cive
ejectos revocare velit. IV. ab U
li privato, laude videlicet & grat
rum actione, pro reſtituto Dem
philo. Sed verba iſta, ex qvibus
gumentum hoc promitur, ad præ
dens etiam argumentum referri p
ſunt, ut poſteà monebitur. V. ab
tili publico Cyrenes, recepto h
viro. Hoc argumentum παραινέ
ad ſtudium boni publici illuſtr
His qvinqve argumẽtis ſubjicit π
κατάληψιν, qva Interceſsione
hanc ſuam pro Demophilo exu
licet nondum expreſſam defend
partim autoritate ſententiæ Hom
ricæ, cujus obſervatio & gloria
conciliabit Arceſilao, & utilitat
Demophilo: partim ab honeſto,
tione ſui: *Muſa mea fiet celebri*

com

*commoda interceſſione eum tibi conci-
liavero.* Hinc porrò ſeqvitur VItum
argumentum à dignitate perſonæ
Demophili, cujus nomen jam tan-
dem exprimit. Hanc declarat &
exaggerat, partim à Juſtitia & ci-
vibus & aulæ Cyrenæorum ſatis
perſpecta: partim à prudentia ſenili
in ætate juvenili, non ſecus ac ſi
centum annorum experientiam aſ-
ſecutus eſſet: partim ab emendata
vita qvoad maledicentiam & con-
tumeliam: qva utraqve aliqvid an-
teà adverſus Arceſilaum commiſiſ-
ſe, vel commiſſi inſimulatum fuiſ-
ſe, qvodammodo fatetur: partim à
ſtudio pacis & concordiæ: partim
ab induſtria & gnavitate commiſſa
negocia maturè exſeqvendi. Atq;
hic Poëta obiter *Occaſionem* com-
mendat, ejusq; obſervantiſsimum
Demophilum prædicat. VII. à ni-
mio pœnæ duplicis, qvarum una eſt
officii honeſti privatio, qvam à
communi hominum opinione ex-
aggerat: altera Exilium, qvod cum
pondere cœli in humeris Atlantis
comparat. VIII. ab exemplo mai-
re ad minus: *Jupiter Titanibus ſe
cœlo exturbaturis tandem ignovit:*
d. Cur non & Arceſilaus Demo-
philo, qvi ſimile qvid commiſiſſe
dicitur, ignoſceret? IX. ab hone-
ſto iræ remittendæ. Qvod & ipſum
allegoricè proponit: *Nautæ non ſem-
per eundem ventum velis excipiunt,
sed cum ventis veliſicationes mutant*,
id est: Sic etiam Arceſilaus non ſem-
per debet iras alere, ſed tempeſtate
jam pacata, & civibus pœnitenti-
bus, clementiam in eos exercere.
Porrò qvæ cauſa fuerit exilii De-
mophili, ex iis, qvæ περιλεγομέ-
νων loco præmiſſa fuerunt, ſatis li-
qvet.

ib. 2. γνῶθι νῦν τὰν Οἰδιπόδα σοφίαν] Habent hæc reſpectum tàm ad antecedentia qvàm ad ſeqventia. Νῦν, inqvit, id eſt, *poſtqvam hactenus narrationem de προγόνω tuo Batto, de ducta in Theram, & inde in Cyrenen colonia, de Pelia & Jaſone, deq; cæteris Argonautis pertexui, & jam ad novam materiam tranſiturus ſum, attende, & qvantum Oedipodica ſagacitate conjectare potes, ominare, qvorſum mea narratio fuerit directa, & qvid ſeqventia ſibi velint.* Neqve enim hactenus iſta Arceſilao commemoravit, propter nudam hiſtoriæ cognitionem, qvam haud dubiè anteà habuit; ſed ut exemplum ei ob oculos poneret, Malè ceſsiſſe Peliæ, qvi ut oraculum infringeret, Jaſonem in Colchum extruſit, & eo ipſo qvo fatalem interitum amoliri voluit, eundem ſibi accerſivit: Similiq; ratione malè qvoqve ceſſurum Arceſilao, ſi ſeditione Cyrenaica jam pacata, contra oraculi monitum in ἀντιστασιώτας ſævire pergeret: qvod & eventum comprobaſſe ſuprà ex *Herodoto* audivimus. Seqventia qvoqve, qvibus Demophili cauſam agit, maxima parte ænigmatica ſunt: ex qvorum penſitatione, meritò Arceſilaus ad ea, qvæ ſub præcedentium involucris continentur, exqvirenda, anſam capere debebat. De *Oedipi ſapientia*, qvæ etiam in Proverbium abiit, ſatis aliunde conſtat.

ib. 3. εἰ γάρ τις ὄζους] Accommodavimus hæc modò ad Demophilum. Sunt tamen qvi ænigma hoc ἀμφίβολον etiam de ipſo Arce-

ſilao interpretentur. *Qvemadmodum,* inqviunt, *Qvercus etiam exciſa & ramis privata, tamen Qvercus manet, & ſpecimen ſui, fortitudinisq; inſigne exhibet: ſic & Arceſilaus, licet ſeditione petitus civium, fortiſſimè tamen reſtitit, & invictus permanens, oſtendit qvantum virtutis regiæ decus poſſit: adeoq; jacturam nullam dignitatis regiæ fecit.* (Lonicerus:) Qvod ſuo loco relinqvimus.

ib. 3. ὀξυτόμῳ] *Pal. C.* ὀξυτάτῳ.

ib. 6. Φθινόκαρπος ἐοῖσα] id eſt, *ſterilis jam exiſtens*, utpote exciſa. *Lonicerus* perperam reddidit, *Incorrupta commoditate.*

ib. 7. περ' αὐτᾶς] *de ſeipſa.* Iterum exemplum habemus, ubi Præpoſitio περὶ per Apoſtrophum τὸ ι amittit, qvod Grammaticorum Regulæ ſimpliciter negant, qvum Lyricis hoc parcè ſit conceſſum. Sic *Olym.* ς. *B.* 7. τάυτας πέρ' ἀτλάτε πάθας. Et Pyth: γ. γ. 12. περάπτω, pro περιάπτω, in Compoſitione. Conſtruitur ἡ ψῆφος cum περὶ: ψῆφος περὶ τέτε, *ſuffragium de hoc.* Aliqvi περ legunt, & conjungunt cum καὶ, ut ſit καίπερ φθινόκαρπος ἐοῖσα: Verùm qvia ἡ ψῆφος cum Genitivo Objecti, non abſolutè, ſed mediante Præpoſitione περὶ conſtrui ſolet, ut exempla paſſim docent. *Iſocr.* περὶ ἀντιδόσεως: περὶ αὐτε τὴν ψῆφον διοίσειν: tutiùs cum *Scholiaſte*, *Ald. & Pal. C.* περ' pro περὶ legemus. Vide *ad Pythi.* γ. γ. 12.

ib. 11. δεσποσύναισιν] ὁ καὶ ἡ δεσπόσυνος, & ὁ δεσπόσυνος, ἡ δεσποσύνη, *berilis, ad herum pertinens.* Sunt hoc loco κίονες δεσπόσυναι, *columna heriles*, columnæ ejus domini, qv jus habet dejiciendi qvercum & ad ædificia ſua aptandi. Utitur ho epitheto propter Demophilum, qv δεσποσύνοις, id eſt, *herilibus ſeu regii negociis* præ aliis utilis erat.

ib. 11. ἐρειδομένα] Videtur eſſ Tmeſis pro συνερειδομένα κιόνεσσι *infixa*, aptè impacta aliis trabibus & columnis.

ib. 12. 13. ἄλλοις δύστανον] *aliis l gnis difficilem*, qvem alia ligna ſuſt nere non poſſent.

IB. 1. ἰατὴρ ἐπικαιρότατος *Medicus oportuniſſimus*, morbo pr ſenti convenientiſsimus, Exilio v delicet Demophili. Non hîc op eſt Aeſculapio, vel Chirone: te op eſt: tu malo huic mederi potes. L nicerus, *Mihi*, inſerit, præter nece ſitatem.

IB. 2. Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος id eſt *ipſe Pæan ſeu Apollo autor M dicinæ, tibi peritiæ Medicæ honorifi dat teſtimonium.* Allegoricè inte ligit reductionem de exilio. Qva Apollo dicatur Παιάν, aliunde n tum eſt. Vide *Macrob. lib. 1. Satu cap. 17.*

IB. 3. χεῖρα] legendum χ ρα.

IB. 5. ῥάδιον μὲν γὰρ πόλιν σ σαι] Vide Adagium, *Difficilia q pulchra.* Elegantiſsimum hunc l cum, *C. Rittershuſius*, cujus obitu Literatis omnibus, qvibus rectè i notuit, luctuoſiſsimum, ea ipſa hor qva hæc ex ipſius αὐτογράφῳ h adſcribebam, ex literis *Clariſſ. D M. Georgij Mauricij*, non ſine dol re cognovi, ita reddidit d. 5. Janu rij Anno 1610.

Mo

Molli manu tractare oportet ulcera.
Rempublicam enim turbare cujus eſt libet,
Vel improbi ignaviq́;: Sed turbatam eam
In integrum, & ſuam qvietem priſtinam
Reponere, hoc opus, hic labor. Nec id valet
Præſtare qvisqvam, ſi Deus non rexerit
Conſulta Principum, Ducum extiteritq́; Dux,
Qvi vota eorum ad exitum ducat bonum.

iit Vir optimus & Laborioſiſsis Altorfi, d. 25. Maij, Anni 1613, io ætatis LII. cum Menſibus 8. m & ſic reddidit:

ᾳδιόν ἐςι πόλιν σεῖσαι καὶ ἀφαυροτέροισιν:
ἔσαι ἐπὶ χώρας δ' αὖ, μόνȣ ἐςὶ Θεȣ̃.

ronum firma, malis etiam, convellere regna:
Solius everſa eſt ſed reparare Dei.

ipſa ſententia Pindari digna qvæ omnium bene conſtituta Rerumpublicar. portis, literis is inſcribatur. Id qvod jamdu- *in laudatiſsima Lubecenſium Re-* factum audio. Utinam autem rdi ſuo inſcriberent, qvi in qva- Repub. præcellunt.

. 6. καὶ ἀφαυροτέροις] Datiſt, *Etiam imbecillioribus*, ut rectè dit *Philippus*: Non ſextus Ca- *Cum imbecillioribus*, ut reddidit *erus*. Ita autem lego *cum Pal. C.* lij α omittant.

IB. 9. εἰ μὴ θεὸς ἁγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται] *Niſi Deus ipſis Principibus gubernator fuerit*, id eſt, niſi divinitus ſapientia conſiliisq́; donentur Principes. Tacitè admonet Poëta Arceſilaum oraculi, qvod ſuprà vidimus, qvo inſtruebatur, qvomodo pacata Repub. uti deinceps poſſet. Cui, ut & Poëtæ admonitioni ſi morem geſsiſſet Arceſilaus, non denuò Cyrena exire coactus, nec à Barcæis poſteà in foro cæſus fuiſſet.

IB. 10. Τὶν δὲ τȣ́των ἐξυφαίνονται χάριτες] Expoſuimus modò hæc de Utili privato; *Tibi horum* (beneficiorum ſcilicet in Demophilum) *gratiæ texuntur*. Referunt tamen eadem aliqvi ad præcedentia, ut ſit ſenſus: *Tibi horum* (qvòd ſcilicet divinitus ſapientia donatus, motus civitatis ſedare poſsis) *gratiæ texuntur*, id eſt tu hoc nomine celebris es & bene audis. Aliqvi hîc initiũ προκαταλήψεως faciunt, qva Interceſsionem ſuam Poëta defendit, q. dt: Ipſæ Charites, humanitatis & mutuæ benevolentiæ Deæ, bonarumq́; literarum ſociæ hæc tibi parant, id eſt, faciunt, ut ego pro Demophilo apud tuam majeſtatem interpellem. (*Lonic:*) Sed tametſi ſenſus hic ferri poſſet: Syntaxis tamen (ἐξυφαίνονται τȣ́των) non qvadrat.

IB. 12. Τλᾶθι] *ſuſtine, perſevera* omne ſtudium ponere in Cyrene felici, id eſt conſerva felicitatem Cyrenes, reſtituto civitati hoc viro optimo. *Lonicerus* de ipſo Poëta accipit, & iterum ad Excuſationem refert: *Patere*, inqvit, *nec ægro animo fer, qvòd ego ſollicitem te pro Demophilo, idq́; propter curam, qva erga Rempub. & civitatem tuam tangor.*

γ. 1. Τῶν δ' Ὁμήρου] Exſtat locus *Iliad:* ο. ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἴσιμα εἰδῇ. Es iſt viel an einem geſchickten *Commiſſario* gelegen. Defendit ergò ſuam interceſſionem, ut rem honeſtam & licitam, autoritate *Homeri*, qvi tales ἀγγελίας laudat; & inde τιμὰν qvidem Arceſilao, utile verò Demophilo promittit. Ἐσλός, *bonus, qvi cauſam benè tractat, ut cedat in ſalutem clientis.*

ιγ. 3. τιμὰν] *Lonicerus* reddidit, *Precium in re qvavis.* Minùs benè.

ιγ. 4. αὔξεται καὶ Μοῖσα δι' ἀγγελίας ὀρθᾶς] id eſt *Muſa mea fiet celebris, ſi rectè hanc legationem literariam obiero. Scholiaſtes* vult eſſe Hypallagen, pro ἀγγελία ὀρθὰ αὔξεται διὰ Μοίσης vel μουσικῆς, id eſt ποιήσεως, qvaſi dicat. *Gratia Poëtica multum ponderis addit ejusmodi legationibus.*

ιγ. 6. καὶ τὸ κλεινότατον] Legendum, καὶ τὸ κλεεννότατον.

ιγ. 7. Βάττου μέγαρον] legendum tranſpoſitè, μέγαρον Βάττου. Intelligitur aula Cyrenaica.

ιγ. 7. δικαίαν] id eſt, δίκην, ſeu δικαιοσύνην; ſicut ἀναγκαία pro ἀνάγκη. *Scholiaſtes* etiam δικαιῶν legi poſſe cenſet, ut referatur ad πραπίδων. Sed verbi ἐπέγνω conſtructio cum Genitivo reclamat.

ιγ. 9. ἐν παισὶ νέος] id eſt *Omnium horarum homo.*

ιγ. 11. ἑκατονταετεῖ] Hyperbole. In hac ætate pleriqve ſunt deliri & ad conſilia inutiles. Pro πολυετεῖ.

ιγ. 12. ὀρφανίζει μὲν κακὰν γλῶσσαν] *Privat lingvam maledicam voce ſua clara,* vel facie ſua candida. Hypallage, pro ὀρφανίζει φαεννὰν ὄπα
κακᾶς γλώσσας, id eſt non *maledi-*
cus eſt, non malè tui meminit. Vid
adag. *Non impetam lingva.*

ig. 4. εὖ νιν ἔγνωκε] ὁ Δημόφι
λος ſcilicet τὸν καιρὸν, & qvod il
le πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέτρον ἔ
χει. *Scholiaſtes* rectiùs invertit:
καιρὸς ἔγνωκε τὸν Δημόφιλον, Oc
caſio benè eum novit, (Sie kennen ein
ander wohl) id eſt, eſt ipſi in freqven
uſu. Sic ſuprà *Olymp.* ς. *e.* 8. ἀδύλ
γοί μιν λύραι, μολπαί τε γινώσκο
ντι: norunt eum hymni & carmina,
eſt, freqventer carminibus celebr
tus eſt. Sic Olymp. ζ. *e.* 1. *&c.* ὁ
Ἄργει χαλκὸς ἔγνω μιν, τά τ' ἐν Ἀ
καδίᾳ ἔργα, ἀγῶνές τε Βοιώτιοι, Α
γινα, Πελλάνα τε νικῶντα &c.
ſic potiùs legemus μέτρον ἔχω
qvod retinui.

ig. 4. θεράπων δέ οἱ οὐ δράστας
πάδει] id eſt, ὁ Δημόφιλος ſeqvit
τὸν Καιρὸν, tanqvam θεράπων οὐ δρ
στας. *Scholiaſtes* iterum invertit
Καιρὸς ὀπαδεῖ τῷ Δαμοφίλῳ θε
πων οὐ δράστας. Verùm Occaſio
hæc minùs convenire videntur, q
potiùs nos fugit, qvàm ſeqvitur.
tamen de faventiſsima Fortuna
terpretemur, qvæ Occaſiones
qvaſi non cogitanti ſuppeditâ
ſenſus commodus eſt. Talis fui
lim Timotheus Cononis filius At
nienſium Imperator, initiò an
qvam ſuperbire inciperet, felic
mus, qvem propterea, qvòd ſæ
ſimè Occaſiones qvaſi ultrò ſe
offerrent, & victorias ei conci
rent, Athenienſes dormientem
Fortunam Urbes reti ipſius
plicantem, pinxerunt, ſumma
felicitatem hominis indicantes
ſcr

ſcribit *Plutarchus in Sylla.* Vult ita
Poëta deſcribere Demophilum, non
antùm induſtrium, ſed etiam feliciſ-
imum. Hoc ſenſu commodè lege-
nus:

——— ὁ γὰρ
καιρὸς πρὸς ἀνθρώπων βραχὺ μέ-
τρον ἔχων
εὖ νιν ἔγνωκε· θεράπων δέ οἱ οὐ
δράστας ὀπαδεῖ. ut ſit αἰτιολογία,
vare non ſit procraſtinator; videli-
et, non tantùm qvia ipſe induſtrius
ſt, ſed etiam qvòd Καιρὸς, qvi aliàs
itò tranſit, imò ſæpè non apparet,
pſum tanqvam famulus qvidam fi-
elis ſeqvitur, & ultrò ſe ei offert, nec
a fugit, ut aliàs ſolet. Das Glück
ibt jhm alles an die hand. ὁ δράστας
utem hoc loco idem eſt qvod δρα-
πέτας *fugitivus.* Uſus hujus vocis
arus eſt. Aliàs δράστης eſt *acer ad res*
erendas.

ig. 8. ἐκτὸς ἔχειν πόδα] Proverbi-
lis locutio. id eſt, *non verſari in ejus-*
modi negotiis. v. g. Si qvis vir erudi-
one & rerum uſu valens, impedi-
ur, qvo minus officio tali præficia-
ur, in qvo artem qvam didicit, exer-
eat; vel etiam ab officio detrudi-
ur.

ig. 9 κεῖνος Ἄτλας] *Atlas ille,* i. e.
Demophilus, cui exilium, æqvè atq; A-
lanti pondus cæli, grave eſt: vel qvi
am cœli pondus ſuſtinere videtur,
um in exilio eſt. Eſt ergò σύγκρι-
ις ponderis exilii, cum pondere cœli
vod ſuſtinet Atlas: Sicut ſenectutis
nus, Ætnæ gravitati comparatur:
on autem durationis vel temporis.
Multò minus, Atlantis labor cum
Titanum ſolutione confertur, de qva
eqvens periodus ſeorſim agit. Per-
eram igitur divinum Poëtam re-
prehenderunt olim aliqvi naſutuli,
ut *Scholiaſtes* notat, qvaſi inconveni-
enter Atlantis exemplum proferat,
ut qvi à labore οὐρανοφορίας libera-
tus non ſit; Poëta verò pro διαλλα-
γῇ hîc laboret. Argumentum ipſo-
rum inſcitiæ certiſsimum. Neqve
enim hîc Atlantem illum Maurum
intelligit: Sed Metaphora Metony-
mica Demophilum ita appellat, pro-
pter laborem parem qvoad pondus,
non qvoad durationem. *Loniceri* in-
terpretatio, vel explicatio, intricatio
potiùs eſt hoc loco.

ig. 11. ἄπο γᾶς, ἄπο τε κτεάνων] τὸ
ἄπο utrobiq; Acutum in priore ha-
bet, puta poſitum pro ἄποθεν.

ig. 12. λῦσε δὲ Ζεὺς ἄφθιτος Τιτᾶ-
νας] De delicto Titanum in Jovem,
& qvomodo ſuperati fuerint, vide
Heſiodum in Theogonia.

ig. 14. μεταβολαὶ] ſc. γίνονται.

ig. 14 οὔρου] γενικῶς, i. e. ἀνέμου:
venti cujuscunq;. Aliàs οὖρος eſt *ven-*
tus ſecundus.

IG. 1. ἀλλ' εὔχεται] Epilogus, Pro-
poſitionem apertiùs qvidem qvàm
anteà; ſed adhuc tamen implicitè re-
petens, expreſsè qvatuor argumenta
iterum ponit: qvia ſcilicet 1. hoc ma-
ximè deſiderat, & ſuppliciter petit:
2. qvia tu potes: qvod iterum breviſ-
ſimè Simili à Morbo per Medicum
expugnando declarat: 3. qvia diu
pœnam exilii ſuſtinuit: 4. qvia vitâ
jam emendatâ, neminem læſurus eſt.
Simul etiam movet affectus, partim
à voto Demophili, intimoq; deſide-
rio: partim ab exilii miſeria in gene-
re, (οὐλομέναν): partim ab huius ex-
ilii diuturnitate (ποτὲ): partim à
carentia domus & familiæ, rerumq;
omnium; ſacrorum item patriorum,

conviviorum publicorum: uſus citharæ inter viros doctos: ſecuritatis deniqve & tutelæ: Poſtremò à deſiderio narrandi Arceſilao vim Poëticam Pindari, hoſpitis ſui Thebani: ubi jam implicitè novum argumentum affert, & per eam gratiam, qva apud Arceſilaum valet, vel ſe valere credit, pro hoſpite ſuo Demophilo intercedit, ac ut vel propter Pindari hoſpitium ei parcat, rogat. Ideò autem in omnium poſtremum locum hoc rejecit, ne, ſi ſtatim initiò protuliſſet, Arceſilaus offenſus, totum carmen fortè abjeciſſet, anteqvam perlegiſſet.

IG. 3. ἐπ' Ἀπόλλωνός τε κράνᾳ] i. e. ad Cyrenen fontem, urbi vicinum, dictum à Cyrene, qvam Apollo raptam, in Libyam tranſtulit, qvæ ei Ariſtæum peperit. *Iuſtin. l. 13.*

IG. 5. θυμὸν ἐκδόσθαι] den Muth auslaſſen.

IG. 5. πρὸς ἥβαν] *ad juvenilem lætitiam.* ἡ ἥβη enim *oblectationem* interdum ſignificat.

IG. ὦν] Aliqvi ὧν.

IG. 11. Ἀρκεσίλα] Vel eſt Vocativus, & tum jota nullum ſubſcribendũ: Vel eſt Dativus, ſive jota ſubſcribatur, ſive Doricè omittatur. Refertur a. ſi Dativus eſt, vel ad μυθήσαιτο i.e. *ut dicere poßit Arceſilao*: vel ad εὗρε, ut ſit ſenſus, *Qvalem fontem laudum invenerit vel acqviſierit Arceſilao, apud hoſpitem Pindarum virtutum eius commendatione.* Cujus rei ut ſpecimen ederetur, mox alterũ hymnum ad Arceſilaum ſcripſit in victoriam eandem, qvi mox ſeqvitur.

IG. 13. πρόσφατον] *Nuper.* Vide *Olymp.* 1. *G. 6.* à φημί *dico*. Aliqvi à φάω *occido* deducunt, friſch geſchlachtet.

IG. 13. ξενωθείς] *Hoſpitio à me Pindaro exceptus.* Volunt aliqvi precio conductum à Demophilo hoſpite Pindarum, hymnum hunc ad Arceſilaum ſcripſiſſe. Qvod nobis perinde eſt.

ΕἾΔΟΣ Ε'.

ΤΩ͂Ι ᾽ΑΥΤΩ͂Ι ᾽ΑΡΚΕΣΙΛΑΩ͂Ι ἅρματι.

GLoriatus in fine præcedentis εἴδους Poëta fuerat de inexhauſta παγᾶ ἀμβροσίων ἐπέων, cùm aliorum, tùm vel Arceſilai in primis laudibus ſcaturiente. Ut igitur ejus ſpecimen edat; ſcribit Arceſilao in eandem victoriam Pythicam currulem, Pythiade XXXI. reportatam, hunc alterum hymnum, in qvo non tantùm laudes Arceſilai in initio & fine percenſet, ſed etiam in laudes Batti, Apollinis, & Cyrenes digreditur: præcipuè verò id agit, ut Carrhotum aurigam, qvi victoriam hanc Pythicam Arceſilao ſuo labore pepererat, ei commendet, & ut debito illum honore ac præmio afficiat, impetret. Qva in re ſegniorem Arceſilaum fuiſſe facilè æſtimandum eſt. Nec vero abſimile eſt, Demophilo ad interceſsionem

Pindari

Pindari ab Arceſilao in gratiam recepto, Carrhotum hunc aurigam, tantam Pindari autoritatem apud Regem expendiſſe, & propterea pro præmio hactenus non lato, interceſsionem hanc à Pindaro exoraſſe, vel precio etiam redemiſſe. Qvam ob cauſam Exordio tali Poëta utitur, qvod ad Interceſsionem potiùs pro Carrhoto honorando, qvàm ad laudes victoriæ Pythicæ directum eſt, & paſsim alibi ad hunc ſcopum collimat. Iterum ergò ſub velo encomiaſtico, Commendationem & Interceſsionem inſtituit.

Summa autem & Diſpoſitio hujus εἴδους ita ſe habet:

Σύνοψις Diſpoſitionis εἴδους Ε.

- *Exordium, à laude uſus Divitiarum*
  - *cum virtute conjunctarum.*
  - *divinitus datarum.*
  - *amicis utilium.*
- *Propoſitio*: Arceſilaus eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - 1. *à divina indole & gratia.*
  - 2. *à divitiis inde à primis annis poſſeſsis cum gloria.*
  - 3. *à defenſione Deorum, in ſpecie Caſtoris.*
  - 4. *à compoſita Dei auxilio ſeditione civili, qvam Tempeſtati comparat.*
  - 5. *à ſapientia, Dei dona illuſtriora reddendi.* Hoc γνωμικῶς effert.
  - 6. *à Juſtitia in Imperio.*
  - 7. *à felicitate*
    - *qvoad imperium amplum & ſplendidum.*
    - *qvoad dotes animi cum externis bonis conjunctas.*
    - *qvoad victoriam Pythicam*
      - *cum magna gloria conjunctam.*
      - *à ſe celebratā hymno.*
      - *à Deo conceſſam.*
      - *opera Carrhoti reportatam.*
- *Digreſsio*
  - *Carrhoti*
    - *Arceſilao diligendi, & præmio afficiendi*
      - *propter providentiam & ſtudium in rebus peragendis: qvod μυθωδῶς effert.*
      - *propter victoriam Pythicam, qvā Arceſilao reportavit*
        - *incorruptis habenis.*
        - *nullo inſtrumento fracto.*
        - *Curru in ſepto Apollinis dedicato cum perpetua gloria & memoria Arceſilai.*
        - *non delapſus, ut alii XL.*
    - *Beati*
      - *propter gratiarum illuſtrationem.*
      - *propter celebrationes carminum, poſt magnum laborem.*
      - *propter peritiam aurigandi, συγκριτικῶς exaggeratā, qvum non lapſus fuerit, ut alii XL.*
      - *propter reditumglorioſum in patriam cum victoria. Subjicitur γνώμη de Laborum univerſalitate.*
      - *propter hæreditariam felicitatem Battidarum.*

Epano-

Digreſſio in laudes
- Batti
  - à fortitudine & defenſione Cyrenes. Hanc vocat Turrim.
  - à prudentia, qvam comparat Oculo.
  - à tutela & protectione Apollinis contra Leones Libycos.
- Apollinis
  - à defenſione Batti.
  - à veracitate oraculorum: ob qvam & Leones fugavit, ne interempt[...] Batto oraculum irritum fieret.
  - à beneficio Medicinæ communicatæ viris & mulieribus.
  - à dono citharœdiæ.
  - à dono Muſicæ, id eſt, artium liberalium.
  - à Juris & legum latione.
  - ab Oraculo Delphico, cujus juſſu Heraclidæ profecti ſunt
    - Spartam, unde deducit
      - Theræos
      - Cyrena[...]
      - ſuam [...]
      - gine[...]
      - Carnea[...]
    - Argos.
    - Pylum.
- Cyrenes
  - ab inſignibus ædificiis.
  - ab incolis
    - Priſcis, Antenoridis, poſt excidium Ilii eò profecti[...]
    - poſterioribus, Theræis, duce Batto primo, ſeu Ariſto[...] ab Antenoridis amicè receptis.
- iterum Batti
  - à ductu Coloniæ in Cyrenen, & Conjunctione amica cum Antenoridis.
  - ab inſtitutis commerciis mutuis inter Cyrenæos & Theræos.
  - ab exornata Cyrena, conditis
    - lucis majoribus Deorum.
    - via Scyrota
      - pro
        - certaminibu[...]
        - qveſtribu[...]
        - pompa ſacro[...] Apollinis.
      - in cujꝰ extremita[...] Forum ſepultu[...]
  - à felicitate imperii.
  - à cultu populi poſt mortem.
  - à ſepultura honeſta ad forum præ aliis Regibus, qvi extra urbem ſunt ſepulti.
  - ab honoribus poſt mortem, qvibus etiam apud Inferos gaudet
  - à gloria ἀπογόνυ Arceſilai.

Ἐπάνοδος ad laudes Arceſilai
- 8. ob victoriam Pythicam, qvam Apollini acceptam referre [...]
- 9. qvia laudatur à ſapientibus.
- 10. ab ingenio & prudentia ſupra ætatem.
- 11. ab animi magnitudine, per σύγκρισιν cum Aqvila.
- 12. à robore in certaminibus.
- 13. ab inſtitutione in bonis literis.
- 14. à peritia eqveſtri & gubernatione curruum.
- 15. à cujusvis virtutis patriæ exercitio.
- 16. à favore & auxilio divino.

Epilogus, habens votum
- pro conſiliis & factis moderatis.
- pro longævitate & felicitate, qvam divinitus gubernari ait.
- pro victoria ſimili ex Olympiis qvoqve reportanda.

M[...]

Metrica verò ratio ſic ſe habet:

ϛροφ: & ἀντιϛρ.	ἐπῳδ.
1. ∪ – ∪ – – ∪ –	1. ∪ – – ∪ ∪ ∪ – ∪ – –
2. ∪ – ∪ – – ∪ –	2. – ∪ ∪ – ∪ – ∪
3. ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ ∪ ∪ –	3. ∪ ∪ – ∪ – ∪
4. ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ ∪ ∪ –	4. – ∪ – – ∪ – ∪ ∪ –
5. ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪	5. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ –
6. – ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪	6. ∪ – ∪ – – ∪ – ∪ ∪ – ∪
7. ∪ – – ∪ –	7. ∪ – – ∪ ∪ – ∪ –
8. – – ∪ – – ∪ ∪ –	8. ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ – ∪
9. ∪ – ∪ – – ∪ –	9. ∪ – – ∪ –
0. ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪ –	10. ∪ – – ∪ – ∪ – ∪ – ∪
1. – ∪ – – ∪ ∪	11. – ∪ – – ∪ ∪
2. – ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	12. – ∪ – ∪ ∪ –
3. – – ∪ – ∪ – –	13. ∪ – – ∪ ∪ –
4. – ∪ – ∪ – ∪ –	14. ∪ ∪ ∪ ∪ – – ∪ –

Στροφαὶ & ἀντιϛροφαὶ τεσσαρεσκαιδεκάκωλοι *ſunt. Primum* κῶλον *eſt imetrum catalectum, ex Dijambo & Ditrochæo. II. ut 1. III. Trimetrum cata-ctum ex Pæone 2. Ditrochæo, & Ionico à minore. IV. ut 3. V. Dimetrum catale-um, ex duobus Proceleusmaticis. VI. Dimetrum acatalectum, ex duobus Pæoni-s 1. VII. Monometrum hypercatalectum, ex Antiſpaſto. VIII. Dimetrum acata-ctum, ex Epitrito 3. & Choriambo. IX. ut. 1.* ϛροφὴ *tamen* γ *ita habet,* – ∪ ∪ – – – *niſi locus ſit corruptus X. Dimetrum hypercatalectum, ex Pæone 3. & Di-ochæo. XI. Dimetrum brachycatalectum, ex Epitrito 2. & Ionico à minore. XII. imetrum brachycatalectum, ex Epitrito 2. Pæone 3. & Dijambo. XIII. Dimetrũ talectum, ex Epitrito 3. & 1. XIV. Dimetrum catalectum, ex duobus Ditrochæis.*

Ἐπῳδὸς *quoq;* τεσσαρεσκαιδεκάκωλος *eſt, I.* κῶλον *eſt Trimetrum achycatalectum, ex Antiſpaſto, Pæone 3. & Jonico à majore. II. Dimetrum ca-lectum, ex Choriambo & Dijambo: III. Dimetrum brachycatalectum, ex Pæone & Ditrochæo. IV. Dimetrum hypercatalectum, ex Epitrito 2. & Pæone 2. Trimetrum, hypercatalectum, ex Ditrochæo & duobus Pæonibus 2. VI. Trime-um catalect: ex Dijambis 2. Ditrochæo interjecto. VII. Dimetrum acatalectum, Antiſpaſto & Dijambo. VIII. Trimetrum catalectum, ex Antiſpaſto & duobus onibus 2. IX. ut 7.* ϛρ. *X. Trimetrum brachycatalectum, ex Antiſpaſto, & obus Ditrochæis. XI. ut 11.* ϛρ. *XII. Dimetrum brachycatalectum, ex Ditrochæo Dijambo.* Ἐπῳδὸς α *tamen pro primo Trochæo habet Tribrachyn;* γ, *Iam-m. XIII. Dimetrum brachycatalectum, ex Antiſpaſto & Dijambo. XIV. Di-etrum acatalectum, ex Proceleuſmatico & Epitrito 3. Annotat* Scholiaſtes *iſſe* ϛροφὰς *&* ἀντιϛροφὰς *hujus* εἴδους, *in antiqvo qvodam* ἀντιγράφῳ, τρισ-*ιδεκακώλους: ſed ſuſpectam eam diſtributionem* τῶν κώλων *ſibi viſam, oq; hanc* διαίρεσιν, *qva* τεσσαρεσκαιδεκάκωλοι *ſunt, à ſe factam eſſe, ge-inamq; ipſius Autoris eam prædicat.*

ΕἼΔΟΣ Ε΄.

ΤΩ͂Ι ἈΥΤΩ͂Ι ἈΡΚΕΣΙΛΑΩ͂Ι ἅρματι.

στροφ. α. κῶ. ιδ.

Ὁ Πλοῦτος εὐρυσθενὴς,
ὅταν τις ἀρετᾷ κεκρα-
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνὴρ,
πότμου παραδόντος αὐτὸν, ἀνάγῃ,
πολύφιλον ἑπέταν.
Ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα,
σύ τοί νιν κλυτᾶς
αἰῶνος ἄκραν βαθμίδων
ἄπο, ξὺν εὐδοξίᾳ
μετανίσσεαι, ἕκατι χρυ-
σαρμάτου Κάστορος:
εὐδίαν ὃς μετὰ χειμέριον
ὄμβρον τεὰν καταιθύσ-
σει μάκαιραν ἑστίαν.

ἀντιστρο. α. κῶ. ιδ.

Σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον
φέροντι καὶ τὰν θεόσ-
δοτον δύναμιν. Σὲ δ' ἐρχόμενον ἐν
δίκᾳ, πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεται:
τὸ μὲν, ὅτι βασιλεὺς
ἐσσὶ μεγάλαν πολίων:
ἔχει συγγενὴς
δ' ὀφθαλμὸς αἰδοιέστατον
γέρας, τεᾷ τοῦτο μι-
γνύμενον φρενί: μάκαρ δὲ καὶ
νῦν, κλεεννᾶς ὅτι

εὖχος

ODA V.
EIDEM ARCESILAO,
Curru.

α.

D*Ivitiæ latè-potentes* ſunt,
qvum qvis virtute tempe-
ratas pura mortalis vir,
Fortuna tradente eas, fecerit
multorum-amicorum-conciliatrices comites.
O divinitus-ſortem-adepte Arceſilaë,
tu utiqve eas ab inclytæ
vitæ extremis gradibus
uſqve, cum gloria
accedis, voluntate aure-
um-currum-habentis Caſtoris:
Tranqvillam qvi poſt hybernum
imbrem, tuam illu-
ſtrat beatam domum.

a.

Sapientes verò adhuc pulchriùs
ferunt i. e. exornant *divinitus-da-*
tam potentiam. Te verò ambulantem in
Iuſtitia, magna felicitas amplectitur:
partim qvia Rex
es magnarum urbium;
partim qvia *habet congenitus*
oculus honoratiſſimum
præmium hoc tuæ admi-
ſtum prudentiæ; partim *verò beatus &*
nunc es, *glorioſa qvòd*

εὔχος ἤδη παρὰ Πυθιάδος
ἵπποις ἑλὼν, δέδεξαι
τόνδε κῶμον ἀνέρων,

ἐπῳδ. α. κώ. ιδ.

Ἀπολλώνιον ἄθυρμα. Τῷ σε
μὴ λαθέτω, Κυράνα,
γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον
Ἀφροδίτας ἀειδόμενον.
Παντὶ μὲν, Θεὸν αἴτιον ὑπερτιθέμεν.
Φιλεῖν δὲ Κάῤῥωτον, ἔξοχ' ἑταίρων.
Ὃς οὐ τὰν Ἐπιμηθέος
ἄγων ὀψινόου θυγατέρα Πρό-
φασιν, Βαττιδᾶν
ἀφίκετο δόμους θεμισκερόντων:
ἀλλ' ἀρισθάρματον,
ὕδατι Κασταλίας
ξενωθεὶς, γέρας ἀμ-
φέβαλε τεαῖσι κόμαις,

στροφ: β. κώ. ιδ.

ἀκηράτοις ἀνίαις
ποδαρκέων δωδεκα-
δρόμων τέμενος. Κατέκλασε γὰρ ἐν-
τέων σθένος οὐδέν: ἀλλὰ κρέμαται,
ὁπόσα χεριάρα
τέκτονος ἀγάλματ' ἄγων,
Κρισαῖον λόφον
ἄμειψεν ἂν κοιλόπεδον
νάπος Θεοῦ: τόσσ' ἔχει
κυπαρίσσινον μέλαθρον ἀμ-
φ' ἀνδριάντι σχεδὸν,
Κρῆτες ὃν τοξοφόροι τέγει
Παρνασσίῳ καθέσσαν-

decus jam à Pythiade,
eqvis adeptus, accepiſti
4 *huncce chorealem - hymnum virorum,*

A.

Apollineum ludicrum. Idcirco te
ne lateat id qvod *Cyrenæ*
pulchrum circa hortum,
Veneris cantatur :
Omni-rei Deum autorem ſupra-omnia-facito.
Amato verò Carrhotum eximiè ſupra-ſocios.
Qvi non Epimethei ſecum
ducens ſerò-ſapientis filiam Pro-
phaſin, Battidarum,
0 *pervenit ad-domos jura-colentium:*
ſed præſtantiſſimo-curru-partum,
ad-aqvam Caſtaliæ
hoſpitio-exceptus, præmium im-
4 *poſuit tuis comis,*

Ε.

ſalvis habenis, eqvorum
pedibus-ſufficienter-percurrens duodecim-cur-
ſuum in *delubro. Fregit enim inſtrumen-*
torum robur nullum: ſed pendent dedicata
qvæcunqve manibus-compingentis
fabri opera-artificioſa afferens,
Criſæum ad collem,
per-vices-circumduxit in cavo
ſaltu Dei: ea-omnia enim *habet*
0 *Cypariſſina trabs ad*
ſtatuam propè,
Cretenſes qvam Sagittarij in-cacumine,
Parnaſſio colloca-

το, μονόδροπον φυτόν.

ἀντ. β. κῶ. ιδ.

Ἑκόντι τοίνυν πρέπει
νόῳ τὸν εὐεργέταν
ὑπαντιάσαι. Ἀλεξιβιάδα,
σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι Χάριτες.
Μακάριος, ὃς ἔχεις
καὶ μετὰ μέγαν κάματον,
λόγων φερτάτων
μναμήϊον. Ἐν τεσσαράκον-
τα γὰρ πετόντεσσιν ἁ-
νιόχοις, ὅλον δίφρον κομί-
ξας ἀταρβεῖ φρενὶ,
ἦλθες ἤδη Λιβύας πεδίον
ἐξ ἀγλαῶν ἀέθλων,
καὶ πατρωΐαν πόλιν.

ἐπῳ. β. κῶ. ιδ.

Πόνων δ' οὔ τις ἀπόκλαρός ἐστιν,
οὔτ' ἔσεται. Ὁ Βάττου
δ' ἕπεται παλαιὸς
ὄλβος, ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμων.
Πύργος ἄστεος, ὄμμα τε φαεννότατον
ξένοισι. Κεῖνόν γε καὶ βαρύκομποι
λέοντες περὶ δείματι
φύγον, γλῶσσαν ἐπεί σφιν ἀπένεικεν
ὑπερποντίαν.
Ὁ δ' ἀρχαγέτας ἔδωκ' Ἀπόλλων
θῆρας αἰνῷ φόβῳ,
ὄφρα μὴ ταμίᾳ
Κυράνας ἀτελὴς
γένοιτο μαντεύμασιν.

runt, ex-una-arbore-natam plantam.

b.

Spontanea itaqve decet
mente benefactori
occurrere. ô *Alexibiada,*
te verò pulchricomæ illuſtrant Gratiæ.
Beatus es, *qvi habes*
etiam poſt magnum laborem,
ſermonum præſtantiſſimorum
monumentum. Inter qvadragin-
ta enim lapſos au-
rigas, integrum currum repor-
tans intrepido animo,
redijſti jam in *Libyæ campum*
ex ſplendidis certaminibus,
& ad *patriam urbem.*

B.

Laborum verò nemo exſors eſt,
neqve erit. Batti
verò ſeqvitur priſca
felicitas, & - tamen hæc bona *& illa* mala *tribuens.*
Turris ille eſt *urbis, oculusq; clariſſimus*
hoſpitibus. Illum ſanè & dentibus-acutis-terribiles
Leones præ timore
fugerunt, lingvam poſtqvam illis attulit
transmarinam.
Nam autor-coloniæ-deducendæ dedit Apollo
beſtias gravi metui,
ut ne præſidi
Cyrenes irritus
fieret in-oraculis.

Qvi

στρο. γ. κῶ. ιδ.

Ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων
ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ
γυναιξὶ νέμει: πόρεν τε κίθαριν:
δίδωσί τε Μοῖσαν οἷς ἂν ἐθέλῃ,
ἀπόλεμον ἀγαγὼν
ἐς πραπίδας εὐνομίαν:
μυχόν τ' ἀμφέπει
μαντήϊον: τῷ κε Λακε-
δαίμονι, ἔν τ' Ἄργει, καὶ
ζαθέᾳ Πύλῳ, ἔνασσεν ἀλ-
κᾶντας Ἡρακλέος
ἐκγόνους, Αἰγιμιοῦ τε. Τὸ δ' ἐ-
μὸν γαρύοιτ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος:

ἀντιστρο. γ. κῶ. ιδ.

ὅθεν γεγενναμένοι,
ἵκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγεΐδαι, ἐμοὶ πατέρες, οὐ
Θεῶν ἄτερ: ἀλλὰ μοῖρά τις ἄγεν
πολύθυτον ἐς ἔραν.
Ἔνθεν ἀναδεξάμενοι
Ἄπολλον τεᾷ
Καρνεῖα, ἐν δαιτὶ σεβί-
ζομεν Κυράνας ἀγα-
κτιμέναν πόλιν. Ἔχοντι τὰν
χαλκοχάρμαι ξένοι
Τρῶες Ἀντανορίδαι. Σὺν Ἑλέ-
νᾳ γὰρ μόλον, καπνωθεῖ-
σαν πάτραν ἐπεὶ ἴδον

ἐπῳ. γ. κῶ. ιδ.

ἐν ἄρει. Τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος

γ.

Qvi & gravium morborum remedia viris & mulieribus communicat: præbetq́ citharam: datq́ Muſam qvibuscunqve voluerit, pacificam inducens in mentes Legum-bonam-conſtitutionem: receſſumq́ regit fatidicum: per-qvem & in-Lacedæmone, inq́ Argis, & divina Pylo, habitare-fecit ſtrenuos Herculis poſteros, Ægimiiq́. At mea prædicetur è Sparta amabilis gloria:

ε.

unde oriundi venerunt in-Theram viri Ægeidæ, mei majores, non ſine numine: ſed fatum qvoddam duxit eos *multarum-victimarum in terram. Inde poſtqvam-accepimus ô Apollo tua Carnea, in convivio celebramus Cyrenes pulchrè-extructam urbem, qvam incolunt armis-æreis-gaudentes hoſpites Trojani Antenoridæ. Cum Helena enim venerunt, in-fumum-converſam patriam poſtqvam viderunt*

G.

bello. Eqveſtris autem gens,

ἐνδυκέως δέχοντο
θυσίαισιν ἄνδρες
ἰχνέοντές σφε δωροφόροι,
τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, ναυσὶ θοαῖς
ἁλὸς βαθεῖαν κέλευθον ἀνοίγων.
Κτίσε δ' ἄλσεα μείζονα
Θεῶν, εὐθύτονόν τε κατέθηκεν
Ἀπολλωνίαις
ἀλεξιμβρότοις πεδιάδα πομπαῖς
ἔμμεν, ἱππόκροτον
Σκυρωτὰν ὁδόν: ἔν-
θα πρυμνοῖς ἀγορᾶς
ἔπι δίχα κεῖται θανών.

στρο. δ. κώ. ιδ.

Μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα
ἔναιεν: ἥρως δ' ἔπειτα
λαοσεβής. Ἄτερθε δὲ πρὸ δω-
μάτων ἕτεροι λαχόντες ἀΐδαν
Βασιλέες ἱεροὶ
ἐντί. Μεγάλαν δ' ἀρετὰν
δρόσῳ μαλθακᾷ
ῥανθεῖσαν, ὕμνον θ', ὑπὸ χευ-
μάτων ἀκούοντί ποι
χθονίᾳ φρενί, σφὸν ὄλβον, υἱ-
ῷ τε κοινὰν χάριν
ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ: τὸν ἐν ἀ-
οιδᾷ νέων πρέπει χρυ-
σάορα Φοῖβον ἀπύειν,

ἀντιστρο. δ. κώ. ιδ.

ἔχοντα Πυθώνοθεν
τὸ καλλίνικον λυτή-
ριον δαπανᾶν, μέλος χαρίεν. Ἀν-

amicè exceperunt
ſacris-conviviis viri Antenoridæ priſci incolæ,
inqvirentes eos & munera-afferentes,
qvos Ariſtoteles adduxit, navibus velocibus
maris profundam viam aperiens.
Condidit autem lucos majores
Deorum, directamq́ fecit
Apollineis
mala-ab-hominibus-propulſantibus planiciem pompis
eſſe, eqvis-perſtrepentem
Scyrotam viam: u-
bi in poſtremis fori
ſeorſim jacet mortuus.

δ.

Beatus qvidem homines inter
habitabat: herosq́ poſteà fuit
populo-cultus. Seorſim verò ante do-
mos cæteri ſortiti ſepulcrum
Reges ſacri
ſunt. Magnam verò virtutem
rore molli
aſperſam, hymnumq́, ſub tellu-
re-infuſa audiunt alicubi
ſub-terris-agente mente, ſuam felicitatem, fi-
lioq́ communem gratiam
juſteq́-debitam Arceſilæ: qvem in can-
tione Juvenum decet aureo-en-
ſe-inſignem Phœbum reſonare,

d.

qvum-habeat ex Pytho
hymnum-Callinicum, perſoluto-
rium ſumptuum carmen venuſtum. Vi-

δρα κεῖνον ἐπαινέοντι συνετοί.
Λεγόμενον ἐρέω:
Κρέσσονα μὲν ἁλικίας
νόον φέρβεται:
γλῶσσαν δὲ θάρσος τε, τανυ-
πτέροις ἐν ὄρνιξιν Αἰ-
ετὸς ἔπλετο: Ἀγωνίας
δ', ἕρκος οἷον, σθένος:
ἔν τε Μοίσαισι ποτηνὸς ἀπὸ
ματρὸς φίλας: πέφανταί
θ' ἁρματηλάτας σοφός:

ἐπῳ. δ. κώ. ιδ.

ὅσαι τ' εἰσὶν ἐπιχωρίων κα-
λῶν ἔσοδοι, τετόλμα-
κε: Θεός τέ οἱ τὸ
νῦν γε πρόφρων τελεῖ δύνασιν.
Καὶ τὸ λοιπὸν ἂν ὦ Κρονιάδαι μάκαρες
διδοῖτ' ἐπ' ἔργοισιν ἀμφί τε βουλαῖς
ἔχειν: μὴ φθινοπωρὶς ἀ-
νέμων χειμερία καταπνοά, δα-
μαλίζοι χρόνον.
Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ
δαίμον' ἀνδρῶν φίλων.
Εὔχομαί νιν, Ὀλυμ-
πίᾳ τοῦτο δόμεν
γέρας, ἐπὶ Βάττου γένει.

COMMENTARIUS.

O Πλοῦτος εὐρυσθενὴς.] Partes hujus εἴδους ſex ſunt: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Epanodus, & Epilogus.

Exordium habet laudem Di[...]
rum conditionalem, ſi ſcilicet I[...]
Virtute ſint conjunctæ, hoc e[...]
homine Virtute prædito poſsid[...]
t[...]

rum illum laudant prudentes.
Vulgo-dictum dicam:
Præſtantiorem ſanè ætate
mentem alit:
lingva autem animiq́-magnitudine, alas-expan-
dentes inter volucres A-
qvila eſt: certami-
nisq́, muri inſtar, robore:
interq́ Muſas volatilis uſqve-à
matre chara: inventus-
q́ curruum-agitator ſcitus:

D.

Et qvotqvot ſunt indigenarum bono-
rum morum *ingreſſus*, eos ille *aggreſ-*
ſus-eſt: Deusq́ illi
nunc propitius perficit virtutem.
Et deinceps quoq́ ô Saturniadæ beati,
detis-precor factis conſiliisq́ eum
attendere: ne fructibus-exitialis ven-
torum hybernus flatus pro-
fliget ei *tempus* i. e. vitam.
Jovis utiqve providentia magna gubernat
fortunam virorum ipſi *charorum.*
Precor eum, ex-Olym-
pia hoc ut-conferat
munus in Batti genus.

...r. II. Si honeſtè partæ ſint, id eſt ...r benedictionem divinam ex ho- ...ſtis mediis acqviſitæ, non raptæ, ...t per fraudes corraſæ. III. Si re- ...è uſurpentur, & ad commoda alio- ...m, amicorum præcipuè benè me- ...orum, erogentur.

α. 1. ἐυρυσθενὴς] ſcil. ἐστὶ, *præſtat*, multum poteſt. *Athenæus lib. 6.* ad hunc locum alludens, tempore Alexandri Magni ὄντως εὐρυσθενῆ πλοῦτον ἀνατεῖλαι dicit, qvando theſauros Aſiæ cepit.

α. 2. δ̓ρετᾶ] priores duæ ſyllabæ breves pro una longa ponuntur.

α. 3. ἀρετᾷ κεκραμένον καθαρᾷ] Egregia enim eſt Virtutis & Divitiarum copula. Et ſicut Virtus divitiis deſtituta imbecillis eſt: ita, & multo qvidem magis Divitiæ Virtute deſtitutæ, parum boni præſtant. De priori membro pulchrum eſt Emblema *Alciati*:

Dextra tenet lapidem, manus altera ſuſtinet alas:
Qvo levat illa magis, deprimit illa magis.
Ingenio poteram ſuperas volitare per arces:
Me niſi Paupertas invida deprimeret.

Dieſes erſehret mancher guter Geſelle. De poſteriore Experiẽtia abundè nos docet. Exempla ſunt odioſa. Qvivis eorum multa ſcire poteſt. Itaq; taceo. Hinc *Callimachus*: Οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν· οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο. Et *Sappho*: ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετᾶς οὐκ ἀσινὴς πάροικος· ἡ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις, εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον. Et *noſter Poëta* alibi qvoqve v. g. *Olymp.* β. ἀν]: γ. divitias virtute decoratas commendat. Κεκραμένον autem nominat, individuam ſocietatem exprimens, ita ut nulla virtutis actio neceſſariis opum adminiculis deſtituatur, nulla etiam pecuniarum uſurpatio fiat, qvæ non ad Virtutem pertineat. Καθαρὰν qvando illam ἀρετὰν vocat, hypocriticæ eam opponit, qvæ divitiis peius ſæpè abutitur, qvàm aperta improbitas.

α. 3. βροτήσιος ἀνὴρ] Emphaſis, qvi ſcilicet mortalitatis memor novit, divitias nobis non mancipio, ſed uſui dari, & proinde ut rectè i[...] utatur, ſtudet.

α. 4. πότμου παραδόντος] ſi ſc[...] πλοῦτος non eſt ἁρπακτὸς, ſed θ[...] όσδοτος. *Heſiod.* χρήματα δ' οὐχ ἁ[ρ]πακτὰ, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.

α. 4. ἀνάγῃ] *producat, efficiat.*

α. 5. πολύφιλον ἑπέταν] id e[...] *multos amicos conciliantem comiten[...]* id eſt, qvi commodis aliorum inſ[...]viat, & ita multos gratos amic[...] poſſeſſori conciliet *Ariſtarchus* h[...] duo non conjunxit, ſed diviſim p[...]nenda, & commate disjungend[...] cenſuit; πολύφιλον, ἑπέταν: [...] ſit πλοῦτος πολύφιλος, *mul[...] amicos concilians*: πλοῦτος v. ἑ[...]τας, *comes individuus, nunqvam [...] minum deſerens*, i. e. conſtans, n[...] auferendus vel exhauriendus.

α. 6. ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα] Leg[...]dum, ὦ θεόμορε Ἀρκεσίλα, id eſt, *d[...] nitus felicitatem ſortite.* Eſt etia[...] θεόμορος *Heſychio* σώφρων. In [...] autem implicitè eſt Propoſitio, [...] *ceſilaus eſt celebrandus*: qvam tam[...] cum Confirmationis parte ita t[...]ctat, ut ſit qvaſi ſubſumptio ſub Th[...]ſi, qvam Exordium continebat: q[...]ſi dicat: Tu habes tales diviti[...] qvales jam deſcripſi: Ergò & o[...]ram dabis, ut ſit tibi πλοῦτος t[...] πολύφιλος ἑπέτας, præcipuè e[...] Carrhotum benè meritum. Sed [...]ctè hæc omnia, & diſſimulatè, ſub [...]lo Encomiaſtico, qvod potiùs qv[...] Arceſilaus eſſe debeat, qvàm qv[...] ſit, ſignat. Inſervit Poëta m[...] aulico. Nolunt ſemper Princi[...] apertè de faciendis audire, ſed [...]nigmaticè qvaſi de iis commone[...]ri, ut non tàm admoniti aut ju[...] qvàm ex proprio motu feciſſe vi[...]

an[...]

antur. Confirmatio autem laudum Arceſilai, ſeptem rationibus conſtat. Laudatur enim I. à divina indole & gratia, qvum *θεόμορ☉* vocatur. II. à divitiis inde à primis annis cum gloria poſſeſsis. III. à tutela Deorum, præcipuè Caſtoris. IV. à compoſita, Dei beneficio, ſeditione civili, qvam Tempeſtati comparat, qvam ſerenitas & tranqvillitas ſeqvuntur. V. à ſapientia, dona divinitus conceſſa illuſtriora reddendi. Qvod *γενικῶς* & *γνωμικῶς* effert. VI. à Juſtitia in Imperio. VII. à felicitate triplici, partim qvoad dotes animi cum imperio & aliis externis bonis conjunctas: partim deniqve qvoad victoriam Pythicam Currulem: qvam illuſtrat ex qvatuor circumſtantiis, qvòd ſit cum *εὔχει*, cum magna gloria & prædicatione conjuncta. ... *κώμῳ ἀνέρων*, & *Ἀπολλωνίῳ ἀθύρματι* à ſe celebrata. III. non fortuitò oblata, ſed Deo autore & adjutore conceſſa. IV. opera Carrhoti tanqvam cauſæ proximæ reportata. Ex his duas poſteriores præcipuè extendere jubet.

α. 7. νιν] id eſt, *πλοῦτον talem, qvalem deſcripſi.*

α. 7. 8. κλυτᾶς τ' αἰῶν☉ ἄκρων θεμίδων ἄπο] id eſt, *à prima initia.* *αἰών*, qvando *Vitam* notat, ... etiam in Fœminino genere à Poëtis uſurpatur. Sic *Iliad. χ. αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶν☉ ἀμερθῆς*. Alias in Maſculino, ut *Sophocl. Trach.*

α. 10. μετανίσεαι] *accedis. Philoponus* qvaſi obliterato *τῷ νιν*, abſolute reddidit, *Procedis*: minùs convenienter.

α. 10. ἕκατι] *voluntate gratioſa*, conſilio, decreto; ut notetur cauſa efficiens: non *ἕνεκα, propter, vel in gratiam*, qvaſi notetur cauſa Finalis, in gratiam Caſtoris, id eſt, ad alendum Eqvitatum, ut interpretatur *Lonicerus.*

α. 11. χρυσαρμάτου Κάστορ☉] tanqvam Dei tutelaris Cyrenes cum fratre Polluce, qvibus Cyrenæi ex Batti inſtituto, *Διοσκούρεια* ſolenniter celebrabant, propter *συμπατρίας* cognationem, qvum Cyrenæorum maiores Theræi Sparta oriundi eſſent, qvam patriam etiam *Διόσκουροι* agnoſcebant. *χρυσάρματον* vocat, id eſt *καλλιάρματον*, id eſt, *pulchrum currum habentem*, propterea qvòd Deus ſit rei eqveſtri præfectus: unde ab *Homero Od. λ. ἱππόδαμ☉*, cognominatur. Et *Horatius*, *Hunc* [Caſtorem] *eqvis*, *illum* [Pollucem] *ſuperare pugnis nobilem* vocat. Notat *Scholiaſtes*, inveniſſe Caſtorem *συνωρίδα*, id eſt, *bigas*; Bellerophontem anteà *Κέλητα*: Erichthonium Athenienſem *ἅρμα*: Oxylum Ætolum *ἀστράβην*, *clitellas mulo impoſitas*. Qvid ſi *ῥυσαρμάτου* legeretur?

α. 12. εὐδίαν] Subſtantivè accipiunt cum *Scholiaſte* pleriqve, id eſt, *Serenitatem vel Tranqvillitatem.* Sed Conſtructioni aptius eſt, ſi Adjectivè accipiamus, *Serenam vel Tranqvillam. εὔδι☉ λιμήν, portus tranqvillus, tranqvillitatem præbens.*

α. 12. μετὰ χειμέριον ὄμβρον] Allegoricè intelligit ſeditionem Cyrenæorum contra Arceſilaum, de qva in præcedente *εἴδει.*

α. 13. καταιθύσσει] *Colluſtrat.*

α. 1. Σοφοὶ

a. 1. Σοφοὶ δ' ἔτι κάλλιον φέροντι] i. e. Spartam qvam nacti ſunt ſapientes ornant, Vel dona divinitus conceſſa recto uſu illuſtriora faciunt.

a. 2. τὰν θεόσδοτον δύναμιν] v. g. Imperium, divitias, ingenium, &c.

a. 3. ἐρχόμενον ἐν δίκᾳ] *in iuſtitia ambulantem.*

a. 4. πολὺς ὄλβος] Pleriqve hîc ὄλβον pro *Divitijs* accipiunt: ſed veriùs de *felicitate in genere* accipiendum eſſe, ſeqventia de dotibus animi, & victoria Pythica, arguunt.

a. 5. τὸ μὲν] id eſt *partim*, vel *ſecundum unum*, pro κατὰ τὸ μὲν, vel διὰ τὸ μὲν. Et reſpondere qvidem in ſeqventibus duobus debebat, τὸ δὲ, τὸ δὲ: Verùm Poeta, qvaſi hujus τὸ μὲν oblitus, ſimpliciter infert: ἔχει δὲ: & μάκαρ ἐστὶ καὶ νῦν.

a. 7. 8. συγγενὴς δ' ὀφθαλμὸς] *oculus congenitus*, id eſt, proprius. Synecdochicè, hoc eſt ipſe Arceſilaus. Τὸ δὲ, *Romana & Brubachiana perperam omittunt*, ut & *Ald. & Pal. C.*

a. 8. αἰδοιέστατον γέρας τοῦτο] *donum hoc venerandiſſimum*, Imperium ſcilicet & alia externa bona. Pro αἰδοιέστατον, legendum fortè eſt αἰδοιότατον. Sicut *Odyſſ.* λ. καί κ' αἰδοιότερος καὶ φίλτερος ἀνδράσιν εἴην. Vel σ diſsimulandum, ut ε corripi poſsit, cujus rei exempla ſunt plura.

a. 12. εὖχος] id eſt, *Gloriam, Decus*: non *Votum*, ut reddit *Lonicerus.*

a. 14. τὸνδε κῶμον ἀνέρων, Ἀπολλώνιον ἄθυρμα] *hymnum hunc encomiaſticum virorum*, χορευτῶν ſcilicet, qvi unà cum iis, qvi ad tibias hymnos accinebant, ablegari ſolebant, certo tripudio numeros exprimentes: unde hic per ἐπεξήγησιν, κῶμ
hunc ἀνέρων, ἄθυρμα Ἀπολλώνι
appellat, id eſt, *ludum Apollineum*
vel qvia Muſicæ Apollo præeſt: v
qvia propter victoriam ἀγῶνος π
θικοῦ Apollini ſacri, conſcriptus eſ
τὸ ἄθυρμα propriè eſt ludus puerili
ἀθύρειν de puero ludente dicitur. *L*
nicerus ἀρετῶν videtur legiſſe. redd
dit enim, *Rerum præclarè à te geſt*
rum: *Philippus* ἑταίρων, qvi reddid
Sociorum. Sed neutrum, à metr
qvod primam productam reqviri
admittitur.

A. 1. 2. τῷ μή σε λαθέτω] Ellip
pro ἐπὶ τῷ, *propter hoc.* Legendu
autem:

——— τῷ σε
μὴ λαθέτω, &c.

A. 2. Κυράνα] *Scholiaſtes*, qvem p
riqve ſeqvuntur, in Nominativo
cipit, & connectit cum ἀειδομένη:
enim, *ut & Pal. C.* habet, legiſſe c
vincitur, qvum interpretatus fue
ἀνυμνουμένη, referatq; ad verbum λ
θέτω. qvaſi dicat: *Ne itaq; te la*
Cyrene celebris etc. Sed hoc ad ſenſ
parum facit. *Lonicerus* tamen
δόμενον retinet, & ad κᾶπον ref
Sed ſenſus cum præcedente ide
manet. Revera autem Caſus ſex
eſt, jota ſubſcribendo Doricè de
tutus, (qvod etiam errori anſam p
buit) & Syntaxin habet talem: μ
λαθέτω [τὸ] ἀειδόμενον Κυράνᾳ
φὶ κᾶπον γλυκὺν Ἀφροδίτας, Q
aũt ſit illud ibi ἀειδόμενον, mox
jicit, videlicet: Παντὶ Θεὸν αἴτιον
περιθέμεν. Cui mox attexit al
membrum, ibi qvidem non ἀειδό
νον, ſed nunc ex re natum, ἀπὸ κ
qvaſi repetens, μή σε λαθέτω φ
Κάῤῥωτον, &c. Senſus itaq; e
Qvon

Qvoniam ità felix es, & victoriam Py-
icam gloriosam nuper etiam ade-
us: idcircò noli id, qvod in tua urbe
cantatiſsimum eſt, oblivisci, ut vide-
et Deum, ut omnium, ita etiam hui-
boni datorem agnoſcas, & prætereà
ta Carrhotum qvoqve, cujus opera
nc victoriam reportaſti, gratus ſis.
telligendus eſt certus hymnus
rrenæis uſitatus, qvi γνώμην
nc, de Deo omnium bonorum au-
e agnoſcendo, continuit, & Ar-
ilao notiſsimus fuit. Qvòd ſi
s objiciat, obſtare nomen Urbis
ρ*άνα*, ſine Præpoſitione, qvam a-
Urbium nomina apud Græcos,
us qvàm apud Latinos, admit-
t, poſitum: ſciat, Poëtis per-
e eſſe, ſive præpoſitionem ad-
t, ſive omittant, uti exempla paſ
oſtendunt.

. 3. γλυκιὼ ἀμφὶ κᾶπον Ἀ-
ροδίτας] Intelligitur locus aliqvis
renes hujus nominis, Veneri ſa-
fertilis. Vel etiam λόφος χαρί-
, id eſt, *Charitum collis*, cujus &
imachus, citantibus *Scholiis* me-
it: ἢ ὑπὲρ ἀυςαλέων χαρίτων
θον.

. 5. πανὶ μὲν Θεὸν] Qvid ha-
homo qvòd non accepiſti? 1. *Cor.*
. 2. Simul occurrit Objectioni:
s eſt mihi *autor hujus victoriæ Py-*
e: Non *ergò opus eſt Carrhoto*
ias referre: Reſpondet per diſ-
tionem Cauſæ *Remotæ Vniverſa-*
& Propinqvæ Particularis, qva me-
te, illa operata fuit.

. 5. ὑπερίθέμεν] *ſuperponere*, i.e.
omnia cõſtituere, præ omnibus
ſtatuere. Minùs benè *Philippus*
ὑπερτίθεμεν, reddiditqve,

Ponimus. Eſt Infinitivus pro τι-
θέναι.

A. 6. Φιλεῖν] Sic rectè *Ariſtarchus* legit *Scholiaſte* teſte, pro φίλει, qvod aliqvibus arriſit, in Imperativo. *Lonicerus* in tertia perſona, Φιλεῖ, legit, reddiditq́; *amore proſeqvitur*. Sed ſine ratione.

A. 6. Φιλεῖν δ' Κάῤῥωτον ἔξοχ' ἑταίρων] Eſt in his principalis ſcopus, tametſi eum Poëta vel maximè diſſimulet. Interceſſurus enim pro Carrhoto benè meritò, ſed nondum præmiis, utì par erat, affecto; laudes Arceſilai prætendit, qvibus eum afficit, non tam qvalis ſit, qvàm qvalis eſſe debeat, innuens: hoc tamen, qvòd eum propter merita φιλεῖν debeat, apertè pronuncians, licet verbo uſus generali φιλεῖν. Qvod tamen infrà paulo clarius effert, ἑκόντι πρέπει νόῳ τὸν εὐεργ: &c. Fuit autem hic Carrhotus, ut ex textu apparet, auriga Arceſilai, & ejuſdem propinqvus, item à Batto deſcendens, ſed per aliam lineam, & ut *Scholiaſtes* ex *Theotimo*, qvi teſte *Volaterrano*, tempore Hieronymi vixit, annotat, frater uxoris Arceſilai. Etſi autem *Scholiaſtes* ex eodem *Theotimo* allegat, non Carrhotum, ſed Euphemum qvendam, hanc victoriam aurigatione reportaſſe, & ei defuncto Carrhotum ſucceſsiſſe, Pindarumq́; illa qvæ Euphemus præſtiterat, Carrhoto in hoc carmine tribuiſſe: Qvis tamen ſibi perſvaderi patietur? Pindarum ejus fuiſſe impudentiæ, ut Arceſilao, qvi Euphemum Delphos ad certamen Pythicum ablegaſſet, Carrhotum pro eo ſuppoſuerit, cum imminutione ſuæ fidei & gratiæ,

qvam tamen vel maximè apud Arceſilaum valere volebat. Et qva fronte Poëta moderatiſsimus auſus fuiſſet Arceſilao de Carrhoto id apertè falſò prædicare, qvod de verè benemerito auſus non fuit? Nec obſtat, qvòd *Scholiaſtes Theotimi* ſententiæ qvædam ex ipſo hymno ſuffragari contendit, verbi gratia qvòd Poëta in hoc εἴδει, Carrhotum Arceſilai vocet ἑταῖρον & ἐυεργέτην: qvorum utrumqve non Aurigæ, ſed Affini potiùs convenire ait. Neqve enim Aurigæ veterum Principum, fuerūt ſervi, aut abjectæ ſortis, qvales noſtrates ferè ſunt: vnſere Wagenpeche: ſed plerunq; cognati & propinqvi ingenui; ſicut olim Jolaus Herculis auriga fuit: & hodiè Nobiles juniores Senioribus eqveſtrem operam navant. Et qvomodo Poëta ſapientiſsimus, ab ἁρματηλασίᾳ tantoperè commendare potuiſſet eum, qvo officium hoc indignum fuiſſe noſſet? Cur item Carrhotus, qvi Aurigatio indigna erat, Euphemo aurìgæ defuncto ſucceſsiſſet, & ita dignitate ſeipſum inferiorem feciſſet? Et ἐυεργέτην eſſe, cuivis competere poteſt, etiam ſervienti. Qvando ἑταῖρον nominat, Aurigam non negat: qvum ἑταῖρος eſſe poſsit aliquis, qvi φίλος nondum eſt, ſed cujus uſu opus habemus, etiamſi inferioris ſit conditionis. Adde qvòd hîc ἑταῖρος, non tàm reſpectu Arceſilai, qvàm reliqvorum aulicorum dicatur, ὧν ἔξοχα eum vult φιλεῖσθαι.

A. 7. ὅς οὐ τὰν ἐπιμηθέος]

Qvarta hîc incipit pars Hymni, D
greſsio, qvæ prolixior paulò eſt,
qvinq; membris abſolvitur. Con
net enim laudes I. Carrhoti.
Batti primi ſive Ariſtotelis. 3.
pollinis. 4. Cyrenes. 5. iterum
Batti. Primò itaqve, Carrh
tum qvod attinet, illum initiò A
ceſilao commendat, ut dilige
dum, & præmio condigno a
ciendum: partim propter pro
dentiam, & ſtudium in rebus p
agendis: qvod μυθωδῶς effe
Non duxit, inqvit, *Prophaſin fili*
Epimethei ὀψινόου: partim prop
victoriam Pythicam, qvam Ar
ſilao reportavit, nec habenis u
ruptis, nec inſtrumentis aliis f
ctis, nec delapſus, ut alii qvad
ginta: (de qva re in ſeqventi
agit:) Curru item in ſepto Apo
nis dedicato, cum perpetua glor
& memoria Arceſilai, juxta ſta
am Cretenſium ſagittarioru
Propter qvæ omnia gratum Arc
laum eſſe debere, repetita Pro
ſitione, ſubjicit. Deinde eund
Carrhorum, ſi fortè præmio
rito & ſperato fruſtraretur, q
ſolaturus, Beatum prædicat, I. p
pter Gratiarum dilectionem &
luſtrationem. II. propter re
tatas celebrationes carminum
magnum laborem. III. pro
gloriam peritiæ aurigandi, συγ
τικῶς exaggeratæ, qvum non
ciderit, ut alii qvadraginta, ſe
tegrum Currum ex ſtadio re
rit. IIII. propter reditum g
oſum in patriam cum victor
V. propter hæreditariam feli

m Battidarum. Qva occaſione
ox in Batti laudes digreditur, ut
debimus.

A. 8. Ἐπιμηθέος ὀψινόου θυγα-
ρα Πρόφασιν] Προμηθέος & Ἐ-
μηθέος fabula, vel ex *Heſiodo* ſa-
nota eſt. ὁ Προμηθεύς eſt, *qui*
liberat ante factum, & ad res ge-
ndas neceſſariis adminiculis ſeſe in-
uit & præparat. Ejus filia eſt ἡ
ομήθεια. ὁ Ἐπιμηθεύς verò eſt,
nec ante factum deliberat, nec ad
gerendas juſtè ſe præparat, ſed poſt
tum demum cum Pœnitentia de-
rat, & tamen factum defendere
let. Undè rectè hîc ὀψίνος ap
latur. Hujus filiæ ſunt, Μεταμέ-
α & Πρόφασις. Solent enim
es Epimethei, non tantùm pœni-
tiam facti ſentire, ſed inſuper eti-
nihilominus factum defendere,
arios prætextus qværere, qvi-
illud pallient: qvod hîc Poeta
ninat, ἄγειν τὸν Πρόφασιν θυ-
τέρα Ἐπιμηθέος ὀψινόου. Sic ad
amina miſſi, ſi abſqve victoria
ibant, varias comminiſcebantur
φάσεις, qvibus victoria ſe fru-
tos ajebant. Vide Adag. *Factum*
us cognoſcit.

A. 8. ἄγων] *adducens, ſecum du-*
.

A. 8. ὀψινόου] *Scholiaſtes* legit
νοον, *Pal. C.* ὀψινόον: ſed perpe-
. Neqve enim πρόφασις ὀψί-
eſt, ſed poſt ὀψίνοιαν naſci-

A. 9. Βατιαδᾶν] Ita habet *Ald. &*
C. Sed lego Βαττιδᾶν, id eſt, Cyre-
orum, à Batto inſtauratore & am-
icatore ſic dictorum.

A. 10. ἀφίκετο] duæ poſteriores ſyllabæ breves, pro una longa ponuntur.

A. 10. θεμισκρεόντων] *jus miſcentium, temperantium ac moderantium*, cum jure verſantium, jura colentium, à κεράω, *miſceo.* Placet aliqvibus ut & *Pal. C.* θεμισκρεόντων, id eſt, *juſtè imperantium*, à κρέω *regno, impero.* Sicut & *Schol.* τοῦ *Pal. C.* exponit, δικαίως βασιλευόντων.

A. 11. ἀριθάρματον γέρας] id eſt, τῷ ἀριστεύειν ἅρματι reportatum, Coronam videlicet lauream.

A. 12. ὕδατι Κασταλίας] id eſt, Πυθοῖ vel Delphis, ubi eſt πηγὴ Κασταλία. *Pauſan. Phoc.* Cæterùm ὕδατι, utpote ∪∪∪, pro —∪ ponitur.

Ε. 1. ἀκηράτοις] ἡ κήρ, *fatum, mors.*

Ε. 2. ποδαρκέων] *pedibus ſufficienter currens*, Eqvorum ſcilicet.

Ε. 2. δυωδεκαδρόμων] Lego δωδεκαδρόμων: vel disjunctim, δώδεκα δρόμων. Duodecies enim inflectebantur currus in τελείῳ certamine, ſicut in πωλικῷ octies.

Ε. 3. τέμενος] Ellipſis τοῦ κατά vel ἀμφί.

Ε. 4. ἐντέων σθένος] id eſt, ἐντέων σθεναρῶν.

Ε. 4. κρέμαται] *pendent dedicata.*

Ε. 5. χεριάρα] ὁ χεριάρης, ου, Doricè α, eſt *manu præſtans, artificioſus*; ab ἄρης, *mars.* Sic *Nem.* δ. & ε. χαλκοάρης vel Doricè χαλκοάρας, eſt *ære vel armis præſtans*, qvi armis ſtrenuè utitur.

Ɛ. 6. τεκτόνων δαιδάλματ' ἄγων] Hoc κῶλον ad rationem metricam minimè qvadrat: unde corruptelæ ſuſpicio haud levis. Lego χεριαρᾶ τέκτονος ἀγάλματ' ἄγων. Qvid ἄγαλμα ſit, vide *Nem.* γ. α. 8.

Ɛ. 7. Κρισαῖον λόφον] Ellipſis τῆ πρὸς vel ἀμφί, *ad collem Criſæum*, ſitū in Campo Cirrhæo, ubi Pythica certamina fiebant, prope Delphos: *Cirrha* enim alio nomine Κρίσα, vel Κρίσσα appellabatur, ut teſtatur *Pauſanias in Phoc.*

Ɛ. 8. ἄμειψειν] *percurrendo circumduxit per vices.* Non eſt Jonicum abjecto augmento: ſed Doricum pro ἤμειψεν, qvod τῆ α productio indicat.

Ɛ. 8. 9. ἐν κοιλόπεδον νάπος Θεοῦ] *In cavum campum Dei*, id eſt, in apertam illam campi Cyrrhæi planiciem Apollini conſecratam, in qva Pythica certamina fiebant, ut teſtatur *Pauſanias* loco allegato. Τὸ ἐν iterum putatur Doricum eſſe pro εἰς. Rectiùs *Rittershuſius* legit ἂν pro ἀνα: qvod retinui.

Ɛ. 9. τόσφ' ἔχει] Rectiùs legitur, τόσ' ἔχει, ut *Brubachiana* ad marginem notat. Et *Aldus habet* τόσ'. Refertur ad ὁπόσα.

Ɛ. 10. Κυπαρίσσινον μέλαθρον] *ædes cypariſſina, aſſeribus cypariſſinis tecta.* Fuit hæc ædes in ἱερῷ περιβόλῳ Apollinis, ut *Pauſanias* nominat *l. 10.* id eſt, in ſacro ſepto, qvod ſitum ad Parnaſſum montem, & in clivum reſupinatum fuit ſpatii perampli, & exituum multiplicium, ut ibidem videre eſt. Eundem περίβολον ἱερὸν, mox *Pauſanias*, τέμενος appellat. In hoc περιβόλῳ autem, repoſita erant donaria Apollini conſecrata; qvo- rum plurima *Pauſanias* recenſet.

Ɛ. 11. ἀμφ' ἀνδριάντι] Hujus ſta- tuæ Cretenſium *Pauſanias* non m- minit, initio proteſtatus, ſe non o- mnia, ſed λόγου μάλιστα ἄξια pe- cenſurum eſſe: ſicut nec currus A- ceſilai: niſi fortè ille currus fue- Arceſilai, qvem *Pauſanias* ibi ſe diſſe ſcribit à Cyrenæis (ut fortè latum fuit) dedicatum cum Ba- ſtatua, puta Coloniæ ex Thera in C- renaicam ducis, cui tanqvam au- ga, addita fuit Cyrene Nympha: ipſa Libye nympha Batto coron- imponens.

Ɛ. 12. Κρῆτες τοξοφόροι] Cret- ſes enim Pindari ætate, & magis huc præcedentibus ſeculis, præ teris Græcis τῷ τοξεύειν erant c- bres. *Pauſan. Att.*

Ɛ. 12. τέγει Παρνασσίῳ] *in ca- mine Parnaſſio:* (ſicut Tectum ſup- ma pars eſt) vel potiùs *in tecto* id ædificio *Parnaſſio*, in lateribus de- vioribus Parnaſsi collocato, q- paulò antè etiam à tecti materia, παρίσσινον μέλαθρον nominavit.

Ɛ. 14. καθέσσαντο] τ pro lon- ponitur in fine Commatis, ut a- paſsim.

Ɛ. 14. μονόδροπον φυτὸν] *arborē vice decerptam vel reciſam.* τὸ δρέ- enim eſt *decerpere, recidere*, hoc ſtatuam μονόξυλον factam ex u- ſolida arbore, ubi non opus f- brachia & alias partes ex num- aliis arboribus elaborari. Cuju- gnum hæc ſtatua fuerit, nondum veni: Apollinis tamen fuiſſe, v- mile eſt.

b. 3. ὦ

b. 3. ὑπαυλιάσαι] ab ὑπαυπιάζω, vod arguit α penultimæ breve. Ab παυλιάω enim produceretur.

b. 3. Ἀλεξιβιάδα] Ἀποςροφὴ ad arrhotum Alexibiæ filium, qvem im,ſi fortè præmio merito fruſtra-tur, ſolatur.

b. 4. σὲ δ' ἠΰκομοι φλέγοντι χά-ιτες] *te pulchricomæ Gratiæ illuſtrant*, eſt tu celebris es. Similis locutio *Iſthm. ζ. b. 1.* φλέγεται ἰοπλοκά-οισι Μοίσαις: *illuſtratur à Muſis*. τὸ λέγειν, interdum eſt *Illuſtrare*, ut in s locis: interdum abſolutè *Splende-*, *Micare*, ut alibi apud noſtrum ex-npla habemus. *Lonicerus* φλέγον-*depereunt*, reddit, non malè: ſicut & *rdere* pro *Deperire* Virgilius uſur-it: *ardebat Alexin*.

b. 6. καὶ μετὰ] *Pal. C.* καὶ πεδὰ, vod idem eſt.

b. 8. μναμήιον] συνίζησις.

b. 10. ἀνιόχοισιν,ὅλον] Lego, *cum l. C.* ἀνιόχοις, ὅλον &c. τὸ ὅλον hoc co, eſt *Integrum*, potiùs qvàm *To-m*: ubi non tàm omnes partes con-lerantur, qvàm omnium partium tegra & incorrupta compages.

b. 11. ἀπειρεβεῖ φρενὶ] dum non it exterritus caſu reliqvorum qva-aginta.

b. 12. ἦλθες] *Pal. C.* ἦλθεν. Re-t in tertia perſona de Carrhoto.

b. 13. ἀγλαῶν] *Pal. C.* ἀγαθῶν, etrò reclamante.

b. 14. καὶ πατρώαν πόλιν] Le-, καὶ πατρωΐαν πόλιν.

B. 1. πόνων δ' ὄυτις ἀπόκλαρός ἐ-,] Occurrit tacitè Objectioni: *udis qvidem meam victoriam*: *rùm illa non parvo mihi conſtat la-re*. Reſpondet à Neceſſariò, Univerſalitate laborum, qvorum nemo exſors eſt, aut fuit, aut erit un-qvam. Vide Adag. *Nihil eſt ab omni parte beatum*.

B. 2. Βάττου] primi ſcilicet, ſive A-riſtotelis, ut mox nominabitur. *Lo-nicerus* vertit: *Battum vetus felicitas ſeqvitur, præter alia hæc ſimul tribuens, ut ſit ipſe Turris urbis, oculusq́ hoſpiti-bus lucidiſſimus. Nam &c.* perperam.

B. 4. τὰ καὶ τὰ] *hæc & illa, bona & mala*. q. dt. Eſt adhuc familiæ veſtræ Batti illius primi felicitas avi-ta qvaſi hæreditaria: & nihilominus tamen adverſa interdum nonnulla admiſcentur, qvæ æqvo animo ſunt ferenda.

B. 5. Πύργος ἄστεος] Secun-dum membrum Digreſsionis in lau-des Batti primi, qvem occaſione præ-cedentium commendat I. à forti-tudine, & defenſione, exornatione, item & munitione Cyrenes, ob qvã eum πύργον ἄστεος vocat. II. à pru-dentia, & legibus prudenter latis, qvæ peregrinis æqvè atqve indige-nis fuerunt ſalutares. III. à tutela & protectione Apollinis contra Leones Libycos: qvod ita proponit ut animoſitatem ſimul ejus exag-geret.

B. 5. πύργος ἄστεος] Supple: ὃς, Βάττος δηλαδὴ, ἐστὶ &c.

B. 6. βαρύκομποι λέοντες] ὁ κόμ-πος, propriè eſt *Crepitus aprorum dentes acuentium*. Hîc βαρύκομποι λέοντες, ſunt *Leones dentibus acutis terribiles*. Qvomodo autem Leones fugerint Battum, ex præcedente εἴδει repetendum eſt. Battus hic, ſive A-riſtoteles, vitio lingvæ exilis & bal-butientis laborans, Delphicum ora-culum de medela vocis interrogavit. Pythia autem de medela vocis nihil

reſpondens, coloniam in Libyam deducere juſsit. Qvod qvum Battus feciſſet, in deſertis Libyæ, de improviſo Leonem conſpexit: qvo territus, magnum & clarum, neceſsitate urgente, ſuſtulit clamorem, qvo & Leonem fugavit, & vocis vitium ſanavit, ut notat *Herodotus li.4.& Pauſanias lib.10.* Poëta hîc τῇ θαυματοποιΐᾳ ſtudens, plures fuiſſe fingit.

B. 8. Φεῦγον] Lego Φύγον: ut & *Scholiaſten* legiſſe apparet, qvi in enarratione ſemper ἔφυγον retinet.

B. 8. 9. γλῶτταν ὑπερποντίαν] *lingvam vel vocem transmarinam*, hoc eſt peregrinam. Qvæ fuerit hæc γλῶττα ὑπερποντία, Interpretes diſſentiunt. *Ariſtarchus* voluit ἐπαοιδάς qvaſdam intelligi, qvas Apollo Batto in hūc uſum dederit, ut Leones qvi eo loco ubi Cyrene poſteà condita eſt, freqventes erant, fugaret, & ita Cyrenen condere poſſet. Sed hoc ἀνίστορον eſt, & ἀνθιστορον. Neqve enim ἐπαοιδαῖς, ſed clamore intenſiſsimo Leones fugavit, qvi clamor conſternati omnem ἐπαοιδῶν adhibitionem prævertit. Adde qvòd Cyrene jam ante Battum fuerit, & teſte *Poëta*, Antenoridæ antiqviores incolæ fuerint; licet Battus eam poſteà inſtaurarit, exornarit, amplificârit. *Scholiaſtes*, ipſum Delphicum oraculum Apollinis γλώττῃ ὑπερποντίᾳ vult notari, qvod dum exſecutus eſt Battus in Libya, vocem qvaſi ejus in illam terram tranſtulit. Sed hoc parum ad terrorem Leonum, aut peculiarem laudem Batti facit. Rectiùs *Didymus* de peregrina voce ipſius Batti interpretatus eſt, initiò

qvidem exili, ſed poſteà maximè in
tenſa & corroborata.

B. 10. Ὁ δ' ἀρχαγέτας] Te
tium Digreſsionis membrum in la
des Apollinis, iterum ex præcede
tium occaſione inſtitutas, I. à d
fenſione Batti contra Leones. II.
veracitate oraculorum; ob qvam
Leones Libycos fugavit, ne inte
empto Batto oraculum fieret ir
tum. III. à beneficio Medici
tàm mulieribus qvàm Viris comm
nicatæ. IV. à dono citharœdi
V. à dono Muſicæ, id eſt omniu
artium liberalium. VI. à Juris
Legum latione. VII. à gubernati
ne & præſidio oraculi Delphici. H
us præſtantiam & utilitatem ut
claret, & qvàm felici illud even
Battum in Libyam proficiſci juſſe
oſtendat; ſimile exemplum p
fert de Heraclidis, qvi & ipſi j
ſu oraculi Delphici in Pelopon
ſum commigrarunt, & præter a
loca, Spartam, Argos, & Pylum
liciter occuparunt. Simul etiam
Sparta, Theræos & Cyrenæos de
cit, ſuamq; ipſius originem & ma
res derivat, & ſacra Apollinis C
nea, inde accepta pronunciat.

B. 10. ἀρχαγέτας Ἀπόλλων
eſt Apollo, qvi dux & autor colo
deducendæ fuit, & de correctio
vocis vitioſæ interrogatus, hoc
ſponſum dedit: ille cauſa fugæ L
num fuit.

B. 10. δῶκεν Ἀπόλλων] Leg
δωκ' Ἀπόλλων, ut & *Pal. C.* habe

B. 12. ταμία Κυράνας] Dati
eſt, licet jota ſubſcribendum, Do
fuerit omiſſum: & ταμίας Κυρά
eſt ipſe Battus. ſenſusq;: Ideò A

lo L

o Leones terrore qvodam occultè
ıcuſſo in fugam vertit, ne Battus,
vi vocis medelam qvæſierat, & Cy-
ɛnen condere juſſus fuerat, ſine ora-
ıli privaretur, qvi erat, ut viſis in
ibya Leonibus Battus conſterna-
s, clamoris intenſione vocem e-
endaret, ſalvusq; à Leonum fero-
a evaderet. Non autem eſt Nomi-
ıtivus fœminini generis, *Promptua-*
m Cyrenes, ut *Lonicerus & Aretius*
ddiderunt; & periphraſin Fertili-
tis expoſuerunt: qvum ταμία ſit
mina diſpenſatrix: *Promptuarium*
rò ταμιεῖον vel ταμεῖον appellan-
m eſſet.

B. 12. ὄφρα μὴ ἀτελὴς γένοιτο]
irritus qvoad oracula fieret, ipſe
ollo ſcilicet, qvi licet ad qvæſitam
edelam vocis non expreſsè reſpon-
, id tamen juſsit, in cujus exſecu-
ne acqviri poſſet. Daß er an dem
tto nicht zum Lügner würde. In
νοιτο, diphthongus οι, pro duabus
llabis brevibus ponitur.

γ. 1. ὃ καὶ βαρειᾶν νόσων] De his
imilibus, vide *Hymnum Homeri in*
ollinem.

γ. 3. κίθαριν] Metonymia pro
αριστικὴν ἐμπειρίαν: Sicut *Iliad.*
όξον ὅτι πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων:
τοξευτικήν.

γ. 4. δίδωσί τε Μοῖσαν] per μοῖ-
hîc intelligitur omnium libera-
n artium cognitio, qvam aliàs
ικὴν appellant. *Loniceri Scholia*,
, Apollinem jaculandi arte peri-
, commendari volunt: qvod à
u hoc planè eſt ἀπροσδιόνυσον.

γ. 4. οἷς ἂν ἐθέλῃ] *Neq; enim ex*
i ligno fit Mercurius, ut vulgò dici
t: ſed præſupponuntur dona in-
ij divinitus conceſſa.

γ. 5. 6. ἀπόλεμον εὐνομίαν] *Didi-*
ciſſe enim fideliter artes, Emollit mo-
res, nec ſinit eſſe feros. Ovid. 2. Pont.
el. 9.

γ. 6. ἐς πραπίδας] *in pectora*, ut ſcilicet ſit ſpontanea & voluntaria in qvolibet: non ἐς χεῖρας, *in manus*, qvæ cogat alios ad rectè faciendum. Nota *Ariſtotelis* dictum, qvi interrogatus, qvid ex Philoſophia accepiſſet commodi? reſpondit; ut ſponte faciam ea qvæ alij coacti.

γ. 7. μυχὸν μαντήιον] id eſt, *adytum ſubterraneum*, ex qvo oraculum Delphicum reddebatur. *Vide Pauſ. l. 10.*

γ. 8. τῷ καὶ] Lego τῷ κε. Τὸ τῷ autem refertur ad μυχὸν μαντήιον.

γ. 9. Λακεδαίμονι] ὁ Λακεδαίμων primò fuit nomen Jovis & Taygetæ filii, qvi qvum τὴν Σπάρτην Eurotæ filiam duxiſſet, de ſe incolis & regioni, de uxore verò urbi Spartæ nomen dedit: qvæ tamen & ipſa τῆς Λακεδαίμονος nomine non raro venit, ut hoc loco. *Pauſ. Lac.* Colon hoc nonum metro non reſpondens, corruptionis ſuſpicionem injicit.

γ. 9. ἐν τ' Ἄργει] τὸ Ἄργος Latine *Argos*, *Argeos*, & in plurali, *Argi*, *Argorum*, urbs & regio Peloponneſi, prope Mycenas. Facit hîc Poëta trium præcipuè locorum mentionem, qvæ Heraclidæ occuparunt, Lacedæmonis, Argeos, & Pyli. Hæc enim tria loca unius Ariſtomachi filij, Ariſtodemus, Temenus & Creſphontes occuparunt: licet aliàs plures plura loca invaſerint, ut poſteà dicetur. Secundum hanc ἐξοχήν, etiam Hiſtorici interdum Ariſtomachi filios præ cæteris Heraclidis nomi-

nominant, qvod facit *Pauſanias in Eliacis prioribus.*

γ. 10. ζαθέᾳ Πύλῳ] Intelligitur Pylus Neſtoris regia adeoq; tota Meſſenia, qvam occupavit Creſphontes, expulſis Neſtoris poſteris, Piſiſtrato nepote; Alcmæone pronepote; ex Antilocho item filio, & Pæone nepote, pronepotibus; & Melantho ex Periclymeno atnepote. *Pauſ. lib. 2.* ζαθέα hîc appellatur, partim propter ſapientiam divinam Neſtoris, partim propter cultum Neptuni religioſiſsimum, cujus etiam fit mentio *Odyſſ. γ.*

γ. 10. ἔνασσεν] *habitare fecit*, juſſos ſcilicet Peloponneſum repetere, & inſtructos duce certo, de qvo mox dicetur.

γ. 11. Ἡρακλέος ἐκγόνους Αἰγιμιοῦ τε] Domuerat Hercules varia paſsim in Græcia monſtra; qvosdam etiam Principes Græciæ ab aliis preſſos, armis liberaverat, ea tamen conditione, ut regna ipſorum, vel partem, pro liberatione ab ijs acciperet, qvos tamen ipſos vel alios etiam interim dum adhuc bellis & laboribus aliis occuparetur, tanqvam Vaſallos, regna integra tenere permiſit: qvoſdam ob injurias planè expulerat, regnaq; ipſorum Vaſallis certis tradiderat. Mortuo autem Hercule, qvum Euryſtheus, Rex Mycenarum, liberos ejus perſeqveretur, adeò ut ſub Athenienſium tutelam ſe recipere cogerentur: Vaſalli illi, & illorum liberi ac nepotes, regna iſta Feuda negabant, propriaq; ſua eſſe contendebant, & poſſeſsionem aut dominium feudorum Heraclidis, jam multiplicatis, & regna illa repetentibus, tradere nolebant.

Heraclidæ itaqve Peloponneſum
cujus pleræqve ditiones ſibi patern
erant, aliqvoties invadere tentarun
ſed re infeliciter geſta retrocedere
ſunt coacti, donec anno poſt captu
Ilium LXX°, (Anno Mundi 284
ante Chriſt: 1101.) oraculi Delphi
monitu, (cujus Poëta hîc memini
qvod ducem τριόφθαλμον ſeqvi j
ſerat, iterum rem ſunt aggreſsi. A
dubitantes autem, qvid ſibi Orac
lum vellet? fortè Oxylum Ætolu
vident mulum μονόφθαλμον age
tem, qvem Creſphontes ſagaci
collegit, eum ipſum eſſe τριόφθα
μον ducem, de qvo oraculum di
rat, qvum duos haberet oculos p
prios, tertium mulinum unicun
Hic ergò Oxylus dux adſcitus, n
pedeſtri itinere, ut anteà, per Iſth
irruptionem faciendam cenſuit,
claſſe in Peloponneſum trajici
dum: adeoq; navigationis illius
ipſe fuit. Occuparunt ergò Al
Corinthum: Daiphontes cum
meno ſocero Argos & Mycen
Phalces Temeni filius Sicyonia
Perdiccas verò frater Phalcis e
Peloponneſum Macedoniam in
ſit: Creſphontes Meſſeniam &
lym, expulſis Neſtoris poſteris:
ſtodemus Laconiam: Simul au
& Daiphontæ gener Pamphylus
gimij F., qvi Orſobiam πατρόθ
ματρόθεν ab Hercule deſcendent
ut genealogia oſtendit, uxorem
xerat, cum fratribus Dymant
Doro, Spartam commigravit, &
lebris ibi familiæ Pamphyliæ a
fuit: qvam hîc Poëta intelligit
Ἡρακλέους Αἰγιμιοῦ τε ἐκγόνους
lo verò duci ſuo non-Heraclidæ
dem conceſſerunt, è cujus p
pr

roſapia natus Iphitus, Olympia-
s inſtauravit, ut alibi dictum fuit.
væ omnia maxima parte apud *Pau-
niam in Eliacis prioribus* habentur.
riſtodemi autem defuncti filiorum
ryſthenis & Proclis tutelam ſuſ-
pit Theras ipſorum Avunculus,
adultis tradito imperio, in The-
n inſulam coloniam deduxit, re-
o Spartæ filio Oeolyco, qvi ge-
t Aegeum, à qvo Aegeidarum
milia apud Spartanos nobilis fuit,
qva Pindarus hîc proſapiam ſuam
ucit. Ex alia verò ſobole Theræ
du decimoqvarto deſcendit Bat-
primus, à qvo octavo gradu eſt
eſilaus hic qvartus, Rex Cyre-
rum. Unde apparet, Pindarum
n Arceſilao propinqvitate aliqva
gvinis conjunctum fuiſſe. Vide-
oteſt intellectus cauſa ſeqvens
ramma genealogicum:

Vide ſignum ♃

. 13. τὸ δ' ἐμὶν γαρύεται] Le-
αρύοιτο, *dicatur*, q. dt: *Sint ſingu-
a loca, Argos, Pylus &c. ſua laude
a: At mihi prædicetur gloria mea
bilis ex Sparta.* (Gott ehre mir
tam.) Romana & Brubachiana ha-
: τὸ δ' ἐμὸν, γαρύεν τὸ ἀπὸ Σπάρ-
λέ ϑ : qvam lectionem ſecutus
opus, reddidit: *Meum eſt, ſonare
rta amabilem gloriam:* qvi ſen-
cilè ferri poteſt. Qvo reſpectu
erus reddiderit, *Meæ vocis ama-
loria à Sparta eſt;* non apparet.
nt aliqvi, hæc non eſſe verba
Poëtæ, ſed ἠθοποιΐαι Chori Li-
vel ipſius etiam Arceſilai. Sed
int ipſi. *Pal. C.* habet γαρύεν]:
Scholia ejus exponunt λέγουσι.
enſu ſcribendum eſſet γαρύον].
1. ὅθεν γεγεναμένοι] ἀπὸ Σπάρ-

τας ſcilicet. Lego γεγενναμένοι. Suffragatur mihi *Pal. C.*

g. 3. Φῶτες Αἰγεῖδαι, ἐμοὶ πατέρες] Lego Αἰγείδαι. Vocat hos, ſuos πατέρας, hoc eſt, προγόνους, *majores.* Qværitur hîc qvomodo Aegeidæ potuerint coloniæ in Theram deductæ intereſſe, qvum ſint à Thera ad minimum generatione qvarti, & ab Oeolyco, qvi Spartæ manſit, deſcenderint? Reſpondetur, Vera hæc qvidem eſſe: ſed tamen Pindarum per Αἰγείδας hîc Synecdochicè qvoſvis Lacedæmonios intelligere. Vide *Nem.* ς. δ. 3. nec vero abſimile eſſe, aliqvot annis poſt coloniam in Theram deductam, nonnullos Αἰγεϊδῶν, etiam propriè dictorum, ex certis cauſis in Theram ad conſangvineos ſuos commigraſſe. Hoc ipſo autem τῶν Αἰγειδῶν nomine Pindarus duo potiſſimum vult indicare; Iò ſe ex eadem eſſe origine cum Theræis & Cyrenæis, qvum Aegeus fuerit nepos Theræ. II. Sed tamen non ex eadem linea cum Arceſilao, verùm ex collaterali ab Oeolyco & Ægeo deſcendente, qvibuscum à Pamphylo Thebano, pòſt Spartano, progeniti, per matrimonia affinitates contraxerunt. Ex qvibus poſteà aliqvi denuò Thebas repetierunt, Pindari ſc: majores. Qvod qva occaſione factum, aut qva fortuna illi in eam ſortem detruſi fuerint, ut Parentes Pindari tibicines eſſent; Hiſtoriæ non tradunt. *Scholiaſtes* hîc planè alia affert de Ægeidis Atticis perperam aſſumptis, & poſteà Thebanis aliis ſubſtitutis, de qvibus vide *ad Nem.* ς. δ. 3.

g. 4. οὐ Θεῶν ἄτερ] Vide Adagium: *Cum Deo qvisqve gaudet & flet.* Horatius

ratius

♃ HERCULES

- Antiochus
  - Phylas
    - Hippotas qvi Carnum interfecit.
      - Aletes. occupavit Corinthum.
- Cteſippus
  - Thraſyanor
    - Antimachus.
      - Daiphontes - Hyrnethò, cum ſocero Temeno occupavit Argos & Mycenas.
        - Orſobia — *Pam-phylus*
- *Ægimius*
  - *Dymas*
  - *Dorus.*
  - *Pamphylus*
  - commigrarunt cum Ariſtodemo Spartam.
- Hyllus.
  - Cleodeus.
    - Ariſtomachus.
      - Temenus
        - Hyrnethò,
        - Phalces. Sicyoniã occupavit.
        - Perdiccas. autor regni Macedonici.
      - Creſphontes. Meſſeniam, & Pylum occupavit.
      - Ariſtodemus — *Argia.* Laconiam occupavit.
        - Euryſthenes.
        - Procles.
        - Ab his poſteà bini ſemper Lacedæmoniorum Reges.

Auteſion, Xus ab *Agenore patre Cadmi.*

- *Theras.* tutor Euryſthenis & Proclis, qvi poſteà coloniam in Therã inſulã deduxit.
  - *N.* Inde à Thera XIV. *Battus I.* & ab hoc octavus,
    - *Arceſilaus IV.*
  - *Oeolycus.*
    - *Aegeus*, à qvo Αἰγεῖδαι, ex qvorum poſteritate ſuam originem deducit *Pindarus.*

atius l. 3. od. 4. *Non ſine Diis animo-*
ſus infans.
g. 4. *ἀλλὰ μοῖρά τις*] In fatis
nim fuerat, qvarta ab Euphemo Ar-
onauta Spartano generatione, oc-
upari à Lacedæmonijs Cyrenai-
am, ſi gleba fatalis, de qva in præce-
ente *εἴδει*, retenta fuiſſet. Qvia ve-
ò gleba illa ad Calliſten ſive The-
m inſulam amiſſa fuit: fatale jam
rat, Lacedæmonios nec qvarta ge-
eratione, nec immediatè coloniam
Cyrenaicam mittere; ſed qvarta
eneratione ad hanc Inſulam, & de-
ceps generatione decima qvarta
Thera demum in Cyrenaicam.
ectè itaqve *ἐ Θεῶν ἄτερ*, Lacedæ-
onios in Theram veniſſe, ſed *μοῖ-*
ν τινα eos illuc duxiſſe dicit.
g. 4. *ἄγεν*] Lego *ἄγεν*, ſine au-
ento Dorico.
g. 5. *πολύθυτον ἐς ἔρανον*] Lego
λύθυτον ἐς ἔραν, id eſt, *in terram*
ltorum ſacrificiorum, Theram vi-
icet, qvam *πολύθυτον* vocat, pro-
r aras Neptuno & Minervæ à Ca-
o ſororem qværente in ea exſtru-
s, & ſacrificiis illorum numinum
tinatas, ut ex *Theophraſto* notat
oliaſtes. Vide *Pyth. δ. α. 11.* Imò
Theras inſulam hanc occupatam,
eter Neptuni & Minervæ cultus,
ollini totam conſecravit, & ſacra
certa ibidem inſtituit, ut *Idem*
tat ex *Hierocle*, *Pyth. δ.* Qvam ob
ſam eandem hanc Inſulam *Pyth.*
α. ἱεράν νᾶσον appellavit. Qvi
ἔρανον retinent, ſacrificium The-
orum volunt (*Philippus*) intelli-
ad viam habitum, cui ſuperveni-
Ariſtodemus, forte fortuna præ-
em *Αἰγείδαις* fauſta apprecan-

tem audijt, atqve hac occaſione veros Aegidas ab oraculo nominatos invenit. Qvi ſenſus ſanè ferri poſſet: niſi & Syllaba in verſu abundaret, & Poëta diſertè non de Heraclidis, Peloponneſum petituris, ſed de Lacedæmonijs in Theram coloniam deducentibus loqveretur, qvi *ἀπὸ σπάρτας*, non *ἀπὸ Θήβας ἵκοντο*, & qvidem *Θήρανδε*, non *Σπάρτανδε*.

g. 6. *ἔνθεν ἀναδεξάμενοι*] *ἀπὸ Σπάρτας* ſcilicet, i. e. Inde ex Sparta poſtqvam tua ô Apollo Carnea accepimus, veneramur in convivijs Carneis nos Thebani qvoqve Cyrenen, propter avitam cognationem.

g. 8. Καρνεῖα] *τὰ καρνεῖα* fuerunt novem dies feſti in honorem Apollinis *Καρνείου* agitati, cum convivijs & certaminibus ſacris, inſtituti primùm Olympiade XXVI, ut *Soſimus περὶ χρόνων* annotavit, teſte *Athenæo lib. 14.* Qvod de *Καρνείοις* apud alios Græcos verum eſſe poteſt: apud Lacedæmonios autem, à qvibus reliqvi Græci, adeoq; & Thebani hæc ſacra acceperunt, non item; qvippe qvi ante Heraclidarum in Peloponneſum reditum aliqvandiu hæc ſacra habuerunt, teſte *Pauſania lib. 3.* Convivia *τῶν Καρνείων* deſcribit *Athenæus lib. 4.* ex ſententia *Demetrij Scepſij lib. 1. Trojani apparatus*, qvòd videlicet novem fuerint diſtinctæ *Σκιάδες* (Hütten) tentorijs ſimiles, in qvibus noveni convivati ſint, ex tribubus ſingulis terni. Certamina addita fuiſſe inde liqvet, qvia Terpandrum Barbiti inventorem, primum in Carneis viciſſe, ex *Hellanico*, qvi omnes in Carneis

victores carmine recenſuit, *Athenæus lib. 14.* annotavit. Totam autem hanc feſtivitatem, apud Lacedæmonios, imitamentum qvoddam militaris vitæ ac diſciplinæ fuiſſe, *idem lib. 4.* ex eodem *Demetrio* memoriæ prodidit. Καρνεῖος autem cur Apollo cognominetur, rationes afferuntur diverſæ. Sunt qvi à Carno homine Acarnane, & vate Apollinis dictum velint, qvem qvum Hippotas Phylantis F. unus ex Heraclidis, aliqvantò ante reditum Heraclidarum interfeciſſet, & Apollo propterea Dorienſibus iratus eſſet: cognati ejus Deum à Dorienſibus placari voluerunt, & ita eum cognominarunt. *Praxilla* à Carnéo Europæ filio, ab Apolline & Latona educato. Alii Græcos in Ida Troica, τὰς κρανείας id eſt *cornos*, in luco Apollinis excidiſſe, & Eqvum inde fabricaſſe cenſent: qvumq; infenſum ſibi propterea Deum ſentirent; ſacrificiis eum placaſſe, & ἀπὸ τῶν κρανειῶν, per μετάθεσιν, Καρνεῖον appellaſſe: uti hæc omnia *Pauſanias in Lac.* habet. Si Spartæ ante reditum Heraclidarum fuerunt Carnea: cauſa videtur alia, v. g. illa de κρανείαις. *Macrobius lib. 1. Saturn. c. 17,* ad Solem hanc appellationem accommodans, dictum vult, ὅτι καιόμϑρος ὁρᾶται νέος, qvòd qvum omnia ardentia conſumantur, hic ſuo calore candens ſemper novus conſtet. Hunc autem Καρνεῖον, alio cognomento Οἰκέταν Spartani appellarunt, qvòd initiò in domo Crij (Theoclis F.) vatis fuerit collocatus & cultus; licet apud alios Græcos, qvi in privata domo eum non colebant, cognomentum hoc non haberet. Poſterioribus ſeculis, non tantùm in Laconia, ſed & Arg & in Meſſenia, luci & fana public Καρνείῳ Apollini paſsim fuerun dedicata: ut ex *lib. 2. 3. & 4. Pauſ niæ* liqvet.

g. 10. ἔχοντι τὰν] Qvartum D greſsionis membrum in laudes C renes, iterum occaſione præceden tium inſtitutas. Commendat au tem Cyrenen I. ab inſignibus æd ficijs. I I. ab incolis tàm priſci Antenoridis, poſt excidium Ilij profectis; qvàm recentioribus, Th ræis, duce Batto primo ſeu Ariſt tele eò deductis, & ab Antenoridi amicè receptis, imò muneribus trò provocatis.

g. 11. χαλκοχάρμαι] *ære*, id e *ferro vel armis gaudentes*, hoc eſt b licoſi.

g. 12. Ἀντανορίδαι] *ſocij Anten ris,* qvorum aliqvi in Libya conſe runt, aliqvi cum Antenore in I liam conceſſerunt.

g. 12. σὺν Ἑλένᾳ γὰρ] Qvum nim Ilio jam diruto & exuſto, M nelaus cum Helena, ut à nonnul putatur, recuperata diſcederet, A tenor qvoqve (qvi Græcis æqv fuerat, & ut *Iliad. γ.* ipſe fatetur, los ξείνισσε, καὶ ἐν μεγάροισι λησε, & propterea pelle Pardi ad des ſuſpenſa, ab injuria militu Græcorum ſervatus erat) unà vigavit. Sed ventis poſteà, ut M nelaus, ita ipſe qvoqve in Liby pulſus fuit; ubi ſociis aliqvibus, Cyrenaicam occuparant, relict cum cæteris in Italiam conceſsit, Patavium condidit.

g. 13. καπνωθεῖσαν πάτραν] Ili ignibus accenſum.

G. 1

G. I. ἐν ἄρει] *in Marte,* id eſt, in
ello Trojano.
G. I. τὸ δ' ἐλάσιππον ἔθνος]Syn-
xis eſt: τὸ ἐλάσιππον ἔθνος, ἄνδρες
ρροφόροι ἰχνέοντες δέχοντό σφε ἐν-
κέως, τοὺς Ἀριστοτέλης ἄγαγε, &c.
c eſt, priſci illi Antenoridæ, *gens*
veſtris, inveſtigantes & ultrò allici-
tes, *munera-afferentes*, i. e. mune-
us, *amicè recipiebant eos, qvos Ari-*
teles adduxit, &c. Alii perperam
ἐλάσιππον ἔθνος, Accuſativè ac-
iunt, & de Theræis interpretan-
: qvibus tamen, ut Inſularibus,
nùs hoc congruit. Θυσίαι ſunt,
rificia, & convivia ſacra. Vult Poë-
notare ſummam benevolentiam
tenoridarum erga Theræos, adeò
ltrò etiam eis obviarint, & mu-
ibus eos allexerint, & in ſocieta-
n ac jus civitatis omniumq; ſacro-
n receperint. Aliqvi, inter qvos
oliaſtes eſt & Lonicerus, inter-
tatur, *Illi qvos adduxit Battus, ſa-*
ciis excipiunt, i. e. honorant *An-*
ridas, gentem illam ἐλάσιππον, in-
igantes eos muneribus, i. e. inqvi-
es eorum ſepulcra & monimenta
ματι, *& aliis muneribus.* Sed
r expoſitio verior.
. 2. ἐνδυκέως δέχονται] Lego
οντο.
G. 5. ἄγαγε] Jonicè abjecto au-
nto pro ἤγαγε, qvod arguit pri-
brevis.
. 6. ἁλὸς κέλευθον ἀνοίγων] *viam*
ens, id eſt, deducta hac colonia
ens, ut jam propter commercia
ua, mare inter Theram inſulam,
Cyrenaicam interjectum, ante
- navigatum & q. clauſum, nunc
cluſum crebrò ab utriusqve lo-
colis navigetur.
. 7. Κτίσε δ' ἄλσεα μείζονα]

Qvintum digreſsionis membrum, iterum in laudes Batti, rurſus occaſione præcedentium inſtitutas. Commendat autem eum I. à ductu Coloniæ in Cyrenen, & conjunctione amica cum Antenoridis. II. à Commerciis mutuis inter Cyrenæos & Theræos inſtitutis. III. ab exornata Cyrena, amplificatis lucis Deorum, & planata via Scyrota, pro certaminibus eqveſtribus, & pompa ſacrorũ Apollinis: in cujus extremitate ad Forum ſepultus eſt. IV. à felicitate imperii. V. à cultu populi poſt mortem. VI. à ſepultura honeſta præ aliis Regibus, qvi extra urbem ſunt ſepulti. VII. à celebratione virtutis poſt mortem, qva etiam apud Inferos gaudet. VIII. à gloria vel etiam juſtitia (ſi legimus, ἔνδικον τ' Ἀρκεσίλαν) ἀπογόνου Arceſilai.

G. 7. ἄλσεα μείζονα Θεῶν] *Scholiaſtes* μείζονα extra comparationem pro μεγάλα poni cenſet. Qvid ſi ita ordinaremus? κτίσεν ἄλσεα Θεῶν, μείζονα, *Fecit lucos Deorum majores*, i. e. amplificavit eos.

G. 8. εὐθύτομον] *ad rectam qvaſi lineam exciſam, & complanatam*, qvumq; anteà via illa eſſet aſpera & ſalebroſa, & nec eqvitationibus, nec ſacris pompis apta: nunc utrisqve aptam fecit. Fortè legendum εὐθύτονον, *in rectum vel planum extenſam.*

G. 9. Ἀπολλωνίαις ἀλεξιμβρότοις πομπαῖς] *pompis ſacrorum Apollineorum*, qvæ ἀλεξίμβροτα vocat, ex vulgi opinione, qva mala illis ſacris depelli putabantur.

G. 10. πεδιάδα] *æqvor vel planiciem.* In δια eſt συνίζησις.

G. ἱππόκροτον] *Eqvis perſtrepentem.* κροτέω, *pulſo, verbero.*

G. 12. Σκυρωτὰν ὁδὸν] *Scholiaſtes* notat, Σκυρωτὰν lingva Libyca eſſe λιθόςρωτον (Steinpflaſter.) Τὸν Σκυρὸν enim Libybus eſſe τὴν λατύπην, h. e. *fragmenta illa & pulveres, qvæ & qvi de lapidibus elaboratis decidunt.* Qvod ſi verum eſt, Σκυρωτὰ potiùs erit, fragmentis & pulveribus ejusmodi ſuperfluis ablatis complanata: qvòd etiam epitheton præcedens, εὐθύτομον, ſi ita legi debet, innuit. In via autem Σκυρωτᾶ etiam τῶν Διοσκούρων ſacellum fuiſſe, idem *Scholiaſtes* notat. In σκυρωτὰν eſt ∪ – – pro – ∪ – per ἰσοδυναμίαν.

G. 13. πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἐπίδιχα] id eſt, δίχα ἐπὶ πρυμνοῖς ἀγορᾶς. Qvid per δίχα velit, mox indicat, *ſeorſim videlicet ab aliis Regibus eum ſepultum eſſe intra urbem*, qvum illi extrà ſepulturam ſint ſortiti. Per πρυμνὰ intelligit ἔσχατα vel τελευταῖα, partes extremas: ſicut ἡ πρύμνα, *puppis* in navi eſt. *Rittersbuſius* legit πρυμνοῖς ἀγορᾶς ἔπι, δίχα κεῖται. Qvem ſecutus, ita retinui.

δ. 1. μάκαρ μὲν ἀνδρῶν μέτα ἔναιεν] Factus enim regni ampliſsimi Dominus, vocis qvoq; medelam deſideratiſsimam in Libya invenit, & aliàs fortunatiſsimè vixit.

δ. 2. ἥρως] ἡμίθεος, vel ἀποθεωθείς.

δ. 2. ἔπειτα] ſc. ἐπεὶ ἐκεῖ ἀνδρῶν μέτα ἔναιεν. Syllaba τα pertinet ad tertium κῶλον.

δ. 3. λαοσεβής] *Lonicerus* reddit Activè. *Remp. ſuam colens auguſtus heros. Philippus & Aretius* rectiùs Paſsivè: *Qvi colitur à populo.*

δ. 3. πρὸ δωμάτων] i. e. πρὸ τοῦ ἄστεος πυλῶν.

δ. 4. ἀΐδαν] i. e. θάνατον, vel potiùs τάφον. Vide *ſuprà ad Olym*
η. δ. 8.

δ. 5. βασιλέες ἱεροὶ] propter off
cium.

δ. 6. 7. μεγάλαν ἀρετὰν δρόσῳ ῥα
θεῖσαν] *Brubachiana & Romana cu*
Pal. C. habent, in Genitivo, μεγ
λαν ἀρετᾶν δρόσῳ ῥανθεισᾶν: qv
perinde eſſet, qvum verba ſenſuum
tàm cum Genitivo qvàm cum Acc
ſativo conſtruantur, niſi ultimam
ῥανθεῖσαν brevem eſſe oporteret, i
deq; Accuſativus potiùs aſſumend
appareret. *Romana* tamen duplic
lectionis qvoad accentum, ſignu
aliqvod ponere voluiſſe videtur, du
ῥανθεισᾶν retinuit, notans aliis ci
cumflecti ultimam, qvi ſc. Geni
vum pluralem legant: aliis penul
mam, qvi Accuſativum ſingulare
Qvale exemplum & in præcedent
εἴδει in eadem editione habuimu
Per δρόσον μαλθακὰν autem intel
git *celebrationes hymnorum*: vel p
tiùs *ipſos ὕμνους.*

δ. 8. κῶμόν θ' ὑπὸ χεύμασιν] Q
ἀρετᾶν legunt, hîc qvoqve κώμων h
bent. Qvamvis ὕμνον vel ὕμνω
Poëta poſitum fuiſſe proſodica ra
innuat, præſertim qvum & Schol
ſtes hoc vocabulum retineat. Cæ
rùm ſi ὑπὸ χεύμασιν, pro qvo le
χευμάτων, retinemus diviſim, e
ſub terra infuſa, in der gruben. H
verbum enim ſepulturæ convenir
paſsim ex *Homero* cõſtat; & ſive ge
tivum pluralem, ſive Accuſativu
ſingularem præmittamus, perin
eſt. Alii una dictione ὑποχεύμ
σιν legunt, & *Suffuſionibus* reddun
vel *Perfuſionibus*, vel *Fluxu*, vel *Liq*
ribus, reſpectu habito ad ῥανθεῖσαν v
ῥανθεισᾶν. Rectiùs tamen hoc ſen
ἐπὶ

ιχδύμασιν, qvàm ὑποχδύμασιν
eremur. Prior utiqve lectio ut ſen-
n concinniorem habet, & proſo-
e magis convenit, ita verior eſt.
ſanè τὸ ὑπὸ χδυμάτων, ipſe Poë-
mox declarat, qvum dicit eos iſta
dire χθονίᾳ φρενί: voce χθονίᾳ
n *materiam*, ſed *locum* denotans:
nte ſubterranea vel apud inferos
ente.

δ. 10 σφὸν ὄλβον] Felicitatem ſc.
dum & celebrationum etiam poſt
rtem, non tantùm ob propriam
tutem, ſed & poſterorum, & no-
natim Arceſilai.

δ. 11. υἱῷ τε κοινὰν χάριν] *commu-
n gratiam laudum, ſibi videlicet
s, & Arceſilao*, υἱῷ, hoc eſt, ἀπογόνῳ,
jus qvidem filio, alterius nepoti,
us pronepoti, &c.

δ. 12. ἔνδικόν τ' Ἀρκεσίλᾳ] Qvi ita
unt, referunt ad χάριν, redduntq́;
atiam cõmunem ſibi, & ſuo ἀπο-
ῳ, Arceſilao, *imò & juſtè ei debi-
n. Scholiaſtes* Ἀρκεσίλαν legit;
aſi ſenſus eſſet: *Sub terra ſibi, &
ογόνῳ ſuo communes laudes audi-
, eundemq́; juſtum, vel in juſtitia
bulantem intelligunt*, ideoq́; ma-
ipſorum gaudent. Lonicerus
Vocativo accipit *ô Arceſilaë*.

δ. 12. Τὸν ἐν ἀοιδᾷ νέων] Qvin-
pars hujus εἴδους, Ἐπαίνοδος ad
des Arceſilai, qvem præter ſupe-
ra argumenta commendat VIII.
ictoria Pythica, qvam Apollini
ceptam referre jubet. IX. à lau-
ſapientum, qvæ vera verè laus
X. ab ingenio & prudentia
ra ætatem. XI. ab eloqventia
animi magnitudine, per σύγκρι-
cum Aqvila. XII. à robore,
nſtantia & tolerantia in certa-
minibus, per σύγκρισιν cum Muro.
XIII. ab inſtitutione & celerrimo
progreſſu in bonis literis, à prima in-
fantia, per σύγκρισιν cum volatu.
XIV. à peritia eqveſtri, & guber-
natione curruum. XV. à cujusvis
virtutis patriæ exercitio. XVI. à fa-
vore & auxilio divino: qvod pieta-
tis indicium eſt.

δ. 14. χρυσάορα] Synizeſis.

d. 2. καλλίνικον] Vide *ad Olymp. θ.
α. 1. 3. & Nem. γ. A. 5.*

d. 3. λυτήριον δαπανᾶν] *Soluto-
rium ſumptuum*, q. d. Impendiſti hac-
tenus magnos ſumptus in rem E-
qveſtrem; at nunc reportata victo-
ria Pythica, corona, & hymno, com-
penſationem adeptus es largam. Ta-
citè autem vult occurrere objectioni.
Poterat enim Arceſilaus objicere:
*Qvare in Carrhotum debeo eſſe ita li-
beralis? qvum meis ſumptibus certarit
& vicerit*. Reſpondet; Impenſis tuis
jam abundè ſatisfactum. Æqvum
reſtat, ut & tu laboribus ac fidei
Carrhoti ſatisfacias. Adde qvòd vi-
ctoriæ illius, operâ Carrhoti, eqvis
tuis acqviſitæ gloria, tibi integra ma-
net; labor Carrhoto. Du beheltſt
die ehr, *qvæ potior eſt omni impenſa:
Carrhotus* hat die mühe vnnd nichts
mehr / *niſi dignè ei gratiam referas*.
Cæterùm λυτήριον δαπανᾶν, vocat
partim victoriam ipſam, partim Hy-
mnum victorialem Καλλίνικον, de
qvo *Olymp. θ.* non qvoad ipſam ſum-
ptuum recompenſationem, qvam
Corona Laurea facere non poterat;
ſed qvoad gloriam, omnibus ſum-
ptibus æqviparandam, imò præfe-
rendam.

d. 4. ἄνδρα κεῖνον ἐπαινέοντι]
Ea enim vera laus eſt, qvæ ab iis
proſ-

proficiſcitur, qvi & ipſi in laude vixerunt. *Cic. l. 5. fam. ep. 12. & lib. 15. ep. 6.*

d. 5. λεγόμενον ἐρέω] Dicam qvod ſermone publico vulgatum eſt. Eſt enim λεγόμενον hic *Neutrum de re* acceptum: non *Maſculinum de perſona Arceſilai*, ut *Aretius* expoſuit.

d. 6. 7. κρέσσονα νόον φέρβεται] Sic *Oppianus lib. 2.* ἁλιευτ. φέρβειν πρηΰτατόν τε δικαιότατόν τε νόημα.

d. 8. γλῶσσάν τε θάρσος τε] Lego, γλῶσσαν ἢ θάρσος τε. Eſt autem ἔλλειψις τοῦ κατὰ, ut & mox antè in νόον: niſi φέρβεται Mediæ διαθέσεως eſſe malimus, & Activè accipiamus. Eadem ἔλλειψις eſt in ἀγωνίας δ' ἕρκος.

d. 9. ἐν ὄρνιξιν αἰετὸς] ut Aqvila præſtat cæteris avibus volatu & viſus acie: ſic Arceſilaus aliis virtute.

d. 10. 11. ἀγωνίας, ἕρκος οἷον, σθένος] Perperam *Lonicerus* conjungit: ἀγωνίας ἕρκος, οἷον σθένος; qvaſi eſſet Admiratio.

d. 12. ἔν τε μοίσαισι ποτανὸς] *Inter Muſas volatilis*, id eſt, cum Muſis feliciter & expeditè verſatus. *Scholiaſtes reddit*: Qvi inter Muſas ſtatim volare potuerit, non volandi actum pennis nondum enatis exſpectare opus habuerit, id eſt, qvi indolem ex ſe habuerit optimam, adeò ut ductoribus aut monitoribus opus non habuerit, ſed ipſe q. pervolarit vi ingenii per omnes artes.

d. 13. ἀπὸ ματρὸς φίλας] *à chara matre*, id eſt, à prima infantia, von dem Mutterſchoß an. *Scholiaſtes* notat, aliqvos de cauſa Efficiente accepiſſe, qvaſi Materna inſtitutione talis evaſerit Arceſilaus. Qvæ interpretatio an locum habere poſsit, h[...] ſtoriæ ſuffragium non habemus.

D. 1. ἐπιχωρίων καλῶν ἔσοδο[...] Commendat Arceſilaum ab inſtit[...] tione & exercitatione omnium ἐσ[...] δων, id eſt, ut *Scholiaſtes* rectè exp[...] nit, ἐθῶν, *conſvetudinum, morum* auffzüge / was in gebrauch komm[...] iſt / non tamen promiſcuè qvaru[...] cunqve, ſed καλῶν: (ne qvis pu[...] eum etiam à vitiorum ſui ſeculi im[...] tatione commendari:) & qviden[...] ἐπιχωρίων, ut oſtendat, Arceſilau[...] non exterorum morum ſtultum [...] mulatorem fuiſſe; qvod vitium G[...] manis noſtris hodiè freqvens eſt, [...] qvasvis levitates exteras, qvoad [...] ſtitum & mores, ſua, qvæ qvidem [...] ſe debet, gravitate priſca indign[...] admirantur.

D. 2. τετόλμακε] *auſus eſt, conſt[...] ti animo addidicit*: nec pudore ruſti[...] aut καταπλήξια deterritus (qv[...] minùs generoſis accidit) omiſit.

D. 4. τὸ νῦν τε] Ellipſis, pro κ[...] &c. Lego autem νῦν γε. Nullus en[...] hic Copulativæ uſus.

D. 5. Καὶ τὸ λοιπὸν ὦ Κρονίδαι] E[...] logus, continens Votum tripl[...] I. Pro conſiliis & factis Arceſilai, [...] ſint moderata. II. Pro longævitat[...] & felicitate ejuſdem: qvam in p[...] ſeu ut loqvitur θεοῦ ἀνδράσι φίλο[...] Διὸς νόῳ & qvidem μεγάλῳ, id e[...] *providentia Dei ſpeciali*, guberna[...] γνωμικῶς ait. III. Pro victoria ſi[...] li i. e. Curruli, etiam ex Olympiis [...] portanda, ab aliqvo in Batti pro[...] pia, puta ab Arceſilao.

D. 5. Καὶ τὸ λοιπὸν ὦ Κρονίδαι] [...] go, Καὶ τὸ λοιπὸν ἂν ὦ Κρονιάδαι.

D. 6. ἐπ' ἔργοισιν ἔχειν] Tm[...] pro ἐπέχειν ἔργοις, *attēdere ſuis fa[...]* id e[...]

eſt, res ſuas prudenter gerere, nihil
merè aut inconſultè ſuſcipere. Al-
lit ad oraculum de interitu Arce-
i, & de cavendis qvibuſdam, ſi il-
n evitare velit.

D. 6. *ἀμφί τε βουλαῖς ἔχειν*] Item
neſis, pro *ἀμφέχειν βουλαῖς*, pro
Æolicum *ἀμπέχειν* freqven-
s uſurpatur. i. e. *Conſiliis attendere.*

D. 7. *φθινοπωρίς*] ἡ ὀπώρα,
priè eſt *tempus fructuum maturo-*
-, qvod paulò præcedit Autumnū.
taphoricè qvoqve notat *ἀκμὴν*
optimum ætatis vigorem, ut infrà
m. 6. α. 8. *φθινοπωρὶς* ergò eſt *τὴν*
a. 3. οἳ τεόν τε] pro οἵ τε τεόν. […] enim Pindaro hujus copulativæ transpoſitio non infreqvens.

a. 3. τεόν τε δόμον θαητὸν ἔτ[ευ]ξαν] Aliqvi ordinant, οἵ τε δόμ[ον] τεὸν ἔτευξαν θαητὸν, *qvi ædem tu[am]* *fecerunt celebrem & admirandam*, [vi]ctoriis ſcilicet & hymnis. Sed rect[…] ordinant alij, οἵτε ἔτευξαν δόμον τ[εὸν] θαητὸν, *qvi exſtruxerunt ædem tu[am]* *admirandam*. Qvum enim Piſiſtr[…] ſocij templum Delphicum exuſ[…]ſent; Alcmæonidæ qvi ab ijs Athe[…]

expu[…]

xpulſi erant, votum fecerunt, ſe emplum illud reparaturos, ſi Piſiratidas viciſſent, & patriæ reſtituti ſſent. Qvod qvum divinitus eis obgiſſe videretur; templum Delphiım magnificè reſtituerunt, ut ex bilochoro *Scholiaſtes* notat. Fuiſſe oc templum qvintum neceſſe eſt. am ut *Pauſanias lib. 10.* ſcribit, priüm templum Delphicum è lauro ſtructum fuit; Alterum ab apibus era & pinnulis (πτεροῖς) compaım, qvod poſteà ad Hyperboreos bollo miſerit: qvod fabuloſum ipſe uſanias ſuſpicatur: tertium ex ære ificatum, qvod aliqvi terræ hiatu ſumptum; aliqvi ignibus colliefactum tradidêre: qvartũ ab artibus Trophonio & Agamede è lale exſtructum, anno primo Olymdis LVIIIæ. conflagraſſe *Pauſa- s* ſcribit, licet cauſam non addat. ia verò hoc in tyrannidem Piſiti & Piſiſtratidarum incidit; fa-, ſi ex *Philochoro* modò allegata a ſunt, Piſiſtratidæ autores proıciabuntur. Qvintum ergo Alæonidæ condiderunt, de qvo hîc tus loqvitur. Qvod verò ſua æextitiſſe *Pauſanias* memorat; id acra pecunia Amphictyonas eree dicit.

. 6. *μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀ- πιας*] Fuerunt enim Olympici i & Olympicæ victoriæ in precio cæteris omnibus maximo. Qva re Exordium *Olympiorum α.* do- Fortè hoc eſt Megaclis illius, qvi mp. 47. vicit, ut dictum.

. 7. *δύο δ' ἀπὸ Κίῤῥα*] id eſt, *Pythicæ.* De Cirrha jam anteà um. Una autem harum Pythiım certò ipſius Megaclis fuit, τεθρίππῳ ſeu ἅρματι reportata, qvam & ἐπιγραφὴ nominat: altera, ſi non ipſius Megaclis, tamen alicujus ex majoribus in familia Alcmæonidarum. Non enim hujus Megaclis tantùm, ſed totius familiæ Alcmæonidarum victorias hoc hymno ſtrictè celebrat. Ideò ſubjicit: *ὑμαί τε καὶ προγόνων.*

a. 7. *πίας δυο*] υ–υυ: pro υυ–υ, per *ἰσοδυναμίαν.*

A. 2. *ὑμαί τε*] Nota, ut *ἁμός* ex *ἡμέτερος*, nonnunqvam eſt pro *ἐμός*: ſic hoc loco *ὑμός* ex *ὑμέτερος* eſt pro *σός* vel *τεός.*

A. 3. *νέα δ' εὐπραγίᾳ*] id eſt *νέα νίκη.*

A. 4. *χαίρω τι*] *gaudeo ſanè*, eſt qvod gaudeam.

A. 5. *φθόνον ἀμειβόμενον τὰ καλὰ ἔργα*] Accipiunt aliqvi de *φθόνῳ* malevolorum, qvi victoriæ huic Iſthmicæ Megaclis labem aliqvam aſpergere conati fuerint: Aliqvi de invidia fatorum, qvod obitus patris Hippocratis in hanc victoriam inciderit, & ita lætitiam de ea non parum imminuerit. Sicut aliàs *Fata invida*, vel *Mors invida* dicitur.

A. 6. *φαντί γε μὰν*] Senſus eſt, ſi cum *Romana & Brubachiana & Pal. C.* ſejunctim, *πὰρ μονίμαν* legimus, *Ajunt utiqve, ſic* (per vices ſcilicet) *homini juxta ſtabilem* (&) *florentem fortunam, hæc & illa obtingere:* vel, ut *Philippus* reddidit, *ferenda eſſe.* Si verò cum *Brubachiana & Cratandrina*, *παρμονίμαν*: *Ajunt utiqve homini ſtabilem* (&) *florentem felicitatem, hæc & illa afferre*: vel, *Homini ſtabilem felicitatem ferri* [*eam ſcilicet, qvæ*] *germinando qvaſi producat hæc & illa*, id eſt Eam fortunam ma-

ximè

ximè ſtabilẽ eſſe, qvæ mala qvædam admixta habeat. Aliàs enim Fortuna ærumnis carens, vitro ſimilis eſt, & qvum maximè ſplendet, frangitur. Hinc Philippus Macedo, qvum Potidæam expugnaſſet, & eo ipſo die Illyriorũ à Parmenione Duce ſuperatorum, & victoriæ Olympicæ, natiq; filij Alexandri nuncium accepiſſet, exclamaſſe ſcribitur *à Plutarcho in Alexandro: O Jupiter, malum aliqvod hiſce bonis admiſceto.* Vide Adagium: *Nihil eſt ab omni parte beatum.*

A. 9. Τὰ καὶ τὰ] id eſt, ἀγαθὰ καὶ κακά: ut & *Pyth. ε. B. 4.* ὁ Βάττου παλαιὸς ὄλβος ἔμπας τὰ καὶ τὰ νέμει. Licet alibi hac locutione diverſa etiam ejusdem generis notentur
ut *Ol. ϛ. g. 12.* ὁ πλοῦτος ἀρεταῖς δεδαι-
δαλμένος, φέρει τῶν τε καὶ τῶν καιρό-
ubi de rebus agendis loqvitur. *Nem*
ζ. g. 7. ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι λαχόντες
ubi de diverſis donis agit: ſicut &
Pythiorum ιϛ. b. 14. χρόνος τὸ μὲν αὐ-
σει, τὸ δ' οὔπω, ubi de eventibus. *Nem*
α. b. 5. σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ τῶν τε καὶ
τῶν χρήσεις: ubi de multiplici fr
ctu loqvitur. *Iſthmiorum ε. g. 4.* Ζευ
τὰ δὲ καὶ νέμει, ubi de gradibus pr
clare geſtorum agit. Qvod ide
monetur, ne qvis per τὰ καὶ τὰ, ſen
per contraria illa, *Bona & Mala* n
tari exiſtimet, qvod aliqvi velle v
dentur.

ΕἸΔΟΣ Η.

ἈΡΙΣΤΟΜΈΝΕΙ ἈΙΓΙΝΉΤΗ, Παλαιστῇ.

Εἶδος hoc Octavum Ariſtomeni Æginetæ, X
narcis filio inſcriptum eſt, qvi vicit Pythiadem XXXV, τῇ π
λῃ ſive *Lucta* Ægina autem inſula eſt in mari Myrtoo, è r
gione Atticæ, Megaricæ, & Peloponneſi partium, uſqve ad
pidaurum Argorum, porrectarum; nobilis cùm propter Æ
cum, tum qvod maris dominium aliqvando tenuit, & bello Perſico, qv
Xerxes Græciæ, triginta annis ante hanc victoriam, intulit, in navali cert
mine ad Salaminem, de palma cum Athenienſibus contendit. Ager huj
Inſulæ, ut à *Strabone lib. 10.* ſcribitur, fuit olim in profundo gleboſus, in ſ
perficie ſaxoſus, maximè in plano. Incolæ, *Myrmidones* dicti, non qvòd,
fabulæ jactant, magna oborta peſte, Æaco votis id impetrante, formi
in Homines ſint mutatæ: Sed qvòd priſci Æginetæ, Formicarum in m
rem terram fodientes, in ſaxa ſemen conjecerint, ut agriculturam exerc
poſſent: & qvod laterum coctorum penuria, in foſſis habitarint. An
qvitùs Oenope dicta, juxta *Pauſaniam lib. 2.* vel ut Poëta noſter *Iſthm. ε.*
Strabo lib. 8. & *Plinius lib. 4. cap. 12.* habent, Oenone, nomine communi cu
duob

uobus Atticæ pagis. Incoluerunt hanc Inſulam primitùs Argivi, Cre-
enſes, Epidaurij, Dorienſes: poſteà temporis Athenienſes ſorte eam colonis
is diviſerunt. Lacedæmonij autem Athenienſibus ademptam priſtinis
colis reddiderunt.

Σύνοψις & Diſpoſitio hujus εἴδȣς hæc eſt.

- *Exordium, pro favore hymni* προσφώνησιν *habet ad* ἡσυχίαν, *qvam deſcribit*
  - φιλόφρονα.
  - δίκας θυγατέρα.
  - μεγιςόπολιν.
  - *conſiliorum promam.*
  - *bellorum gubernatricem.*
  - μαλθακὰ *exhibentem & percipientem cum pacificis.*
  - καιρȣ̃ *obſervatricem.*
  - *Seditioſorum ſedatricem, qvibus pœnas ominatur exemplo*
    - *Porphyrionis*
    - *Typhœi*
    - *qvos domuit*
      - *Sagittæ Apollinis.*
      - *Fulmen Jovis.*
- *Propoſitio*, Ariſtomenes eſt laudandus.
- *Cõfirmatio*
  - *1. à favore & gratia Apollinis.*
  - *2. à patre Xenocrate.*
  - *3. à victoria Pythica & promerito hymno.*
  - *4. à patria Ægina, qvæ laudatur*
    - *à gratijs, & humanitatis ſtudijs.*
    - *à juſtitiæ cultu.*
    - *ab æmulatione virtutum majorum Æacidarum.*
    - *à gloriæ perpetuitate.*
    - *à multitudine heroum in*
      - *victorijs.*
      - *bellis.*
    - *præciſione, qvæ*
      - *multas adhuc laudes præſupponit, licet non enumerentur.*
      - *obiter*
        - *digreſſionem à laudibus Æginæ excuſat* ἀσχολία.
        - *rationem cõtinet, ſtudium vitandi tædij.*
        - ἐπάνοδον *ad laudes Ariſtomenis habet.*
  - *5. ab æmulatione in palæſtra, avunculorum*
    - *Theogneti, Olympionicæ.*
    - *Clytomachi, Iſthmionicæ.*

Vide ad ſignum ☧

- 7. ⁊
  - 6. à decoratione tribus Midylidarum
  - 7. à pari, per comparationem cum Alcmane Amphiarai F. qvi & ipſe majorum virtutibus reſpondit.
- Hîc oraculum Amphiarai interponit, & ipſum Alcmanem ſub perſona victoris laudat
  - qvia vicinus eſt.
  - qvia Patronus fortunarum Ariſtomenis.
  - qvia Delphos eunti occur-rit.
  - qvia congenitam habet & hæreditariam artem va-ticinandi.
- Ἐπεμβολὴ habet
  - ἀποστροφὴν
    - ad Apollinem
      - cui acceptam refert Ariſtomenis victoriam
        - Pythicam.
        - domeſticam
      - cui commendat ſuos hymnos, qvos lau-dat à Juſtitia.
    - ad Xenarcem, qvem curæ Deorum commendat.
  - κατάκρισιν perverſi judicij vulgi de Divitijs
    - qvas qvi habent, Sapientes judicantur.
    - qvas tamen non eſt penes hominem habere: ſed Deus liberè qvibus vu-[lt] diſpenſat.
- Ἐπάνοδος ad Confirmationem, per ἀποστροφὴν ad Ariſtomenem.
  - Megarenſis.
  - Marathoniæ.
- 8. à congerie victoriarum
  - Junoniarum trium.
- Subjicit qverelam de fragilitate rerum humanarum, cui ſola gratia divina mederi poteſt.
  - Pythicæ, qvã illuſtrat
    - à numero antagoniſtarũ qvatu[or]
    - à confuſione eorum, qvoad
      - reditum triſtem.
      - ſignum probri, co[ro]nam hordacea[m]
      - domeſticorum pla[n]ctum.
      - pudorem & inim[i]corum opprobri[a]
    - à lætitia & gloria, comitibus felicitatis & victor[iæ].
    - Hoc γενικῶς effert.
- Epilogus, qvo Æginetas commendat
  - Nymphæ, Æginæ.
  - Deo, Jovi
  - Heroibus
    - Æaco.
    - Peleo.
    - Telamoni.
    - Achilli.

Ratio verò metrica ita habet:

ϛϱοφ: & ἀνϊϛϱ.	ἐπῳδ.
∪∪∪– ∪∪–∪ –	1. ∪–∪– ∪∪–∪ ––
–∪–∪ ∪–	2. ∪–∪– ∪–∪– ∪∪––
∪∪–– –∪–∪ ∪–	3. ∪–∪∪ ––
∪–∪– –∪	4. –∪–∪ ∪–∪– –
∪–∪– –∪∪– –	5. ––∪∪ ––
––∪– ∪∪–	6. ––∪∪ ––
∪–∪– ∪–∪∪ ––	7. ∪∪–∪ –∪–
––∪– ∪–∪– ∪–	8. ∪––∪ ∪–∪–
∪–∪– ∪–	9. –∪–∪ ∪–∪–
	10. ––∪– ––∪–
	11. –∪–∪ –∪

Στϱοφὴ & ἀνϊϛϱοφὴ, ἐννεάκωλ☉ eſt. Primum κῶλον eſt Dime-m hypercatalectum, ex Pæone quarto & tertio, II. Dimetrum brachycatale-m, ex Ditrochæo & Dijambo. III. Trimetrum brachycatalectum, ex Jo- à minore, Ditrochæo & Dijambo. IV. Dimetrum brachycatalectum, ex ambo & Choriambo. V. Dimetrum hypercatalectum, ex Dijambo & Cho-mbo. VI. Dimetrum catalectum, ex Epitrito tertio & Pæone tertio. VII. metrum brachycatalectum, ex Dijambo, Pæone ſecundo, & Jonico à majore. ϐ. δ. d. tamen primo loco eſt ∪–––) VIII. Trimetrum brachycatale-n, ex Epitrito tertio, & duobus Dijambis. IX. Dimetrum brachycatale-n ex duobus Dijambis. α. ϐ. e. tamen primam ſyllabam κώλου produ-r.

Ἐπῳδὸς verò ἑνδεκάκωλ☉ eſt. Primum κῶλον Trimetrum brachy-lectum ex Dijambo, Pæone tertio, & Jonico à majore. II. Dimetrum alectum, ex Dijambis duobus, & Jonico à minore. III. Dimetrum aca-ctum, ex Pæone ſecundo & Jonico à majore. IV. Dimetrum hypercatale-n ex Ditrochæo & Dijambo. V. Dimetrum brachycatalectum, ex duobus icis à majore. VI. ut qvintum. VII. Dimetrum catalectum ex Pæone o & Ditrochæo. VIII. Dimetrum acatalectum, ex Antiſpaſto & Dijam-o. IX. Dimetrum acatalectum Periodicum, ex Ditrochæo & Dijambo. X. Dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis tertiis. XI. Dimetrum brachycatalectum ex duobus Ditrochæis.

ΕἼΔΟΣ Η.

ἈΡΙΣΤΟΜΕ΄ΝΕΙ ἈΙΓΙΝΗ΄Τῌ

παλαιστῇ.

στροφ. α. κώ. θ.

Φιλόφρον Ἡσυχία, Δίκας
ὦ μεγιστόπολι
θύγατερ, βουλᾶν τε καὶ πολέμων
ἔχοισα κλαΐδας
ὑπερτάτας, Πυθιόνικον
τιμὰν Ἀριστομένει
δέκευ. τὺ γὰρ τὸ μαλθακὸν ἔρξαι
μὲν, καὶ παθεῖν ὁμῶς ἐπίστασαι
καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ:

ἀντιστροφ. α. κώ. θ.

Τὺ δ' ὁπόταν τις ἀμείλιχον
καρδίᾳ, κότον ἐν-
ελάσῃ, τραχεῖα δυσμενέων
ὑπαντιάξαισα
κράτει, τιθεῖς ὕβριν ἐν ἄντλῳ.
Τὰν οὐδὲ Πορφυρίων
μάθεν, παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων.
Κέρδος δὲ φίλτατόν γ', ἑκόντος εἴ
τις ἐκ δόμων φέροι.

ἐπῳ. α. κώ. ια.

Βία δὲ καὶ μεγάλαυχον ἔσφα-
λεν ἐν χρόνῳ. Τυφὼς Κίλιξ ἑκατόγκρα-
νος οὐ μὶν ἄλυξεν:
οὐδὲ μὰν βασιλεὺς Γιγάντων.
Διμᾶθεν δὲ κεραυνῷ,
τόξοισί τ' Ἀπόλλω-

ODA VIII.

ARISTOMENI ÆGINETÆ, Luctatori.

a.

Blando-affectu-prædita Tranqvillitas, Iuſtitiæ ô urbes-peramplificans
filia, conſiliorumq; & bellorum
habens claves
ſupremas, Pythicæ-victoriæ
honorem Ariſtomeni
accipe. Tu enim molliter agere
qvidem & affici pariter noſti
opportunitate cum vera:

a.

Tu eadem *verò, qvando qvis implacabilem*
cordi iram im-
miſerit, aſpera hoſtilium hominum
occurrens
robori, ponis inſolentiam eorum *in ſentina.*
Qvam neqve Porphyrio
cognovit, præter fas offendens.
Lucrum verò maximè-amabile, volentis ſi
qvis ex ædibus dono datum *aſportet.*

A.

Violentia verò etiam ſuperbum labefacta-
re-ſolet in tempore. Typhos Cilix centi-
ceps non eam effugit:
neqve ſanè rex Gigantum Porphyrio.
Sed domiti-ſunt fulmine, Iovis,
ſagittisq; Apolli-

nis,

νος. Ὃς εὐμενεῖ νόῳ
Ξενάρκειον ἔδεκτο Κίρ-
ραθεν ἐστεφανωμένον
υἱὸν ποᾳ Παρνασίᾳ,
Δωριεῖ τε κώμῳ.

στροφ. β. κῶ. θ.

Ἔπεσε δ' οὐ χαρίτων ἑκὰς
ἁ δικαιόπολις,
ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰακιδᾶν
θίγοισα, νᾶσος: τε-
λέαν δ' ἔχει δόξαν ἀπ' ἀρχᾶς.
Πολλοῖσι μὲν γὰρ ἀεί-
δεται νικαφόροις ἐν ἀέθλοις
θρέψασα, καὶ θοαῖς ὑπερτάτους
ἥρωας ἐν μάχαις.

ἀντιστρο. β. κῶ. θ.

Τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπει.
Εἰμὶ δ' ἄσχολος ἀ-
ναθέμεν πᾶσαν μακραγορίαν
λύρᾳ τε καὶ φθέγμα-
τι μαλθακῷ, μὴ κόρος ἐλθὼν
κνίσῃ. Τὸ δ' ἐν ποσί μοι,
ἴτω τρέχον, τεὸν χρέος, ὦ παῖ,
νεώτατον καλῶν, ἐμᾷ ποτα-
νὸν ἀμφὶ μαχανᾷ.

ἐπῳ. β. κῶ. ια.

Παλαισμάτεσσι γὰρ ἰχνεύων μα-
τραδελφεοὺς, Ὀλυμπίᾳ τε Θεόγνη-
τον οὐ κατελέγχεις,
οὐδὲ Κλυτομάχοιο νίκαν
Ἰσθμοῖ θρασύγυιον.
Αὔξων δὲ πάτραν Μι-

nis. Qvi benevola mente
Xenarceum excepit è-Cir-
rha coronatum
filium herba Parnaſia,
Doricoq́ hymno.

ε.

Cecidit autem non à-Gratiis procul
iuſtitiam-in-civitatibus-colens,
virtutes inclytas Æacidarum
attingens Inſula: perfe-
ctamq́ habet gloriam ab initio.
Multis qvippe celebra-
tur victricibus in certaminibus
qvòd-educarit, & acutis excellentiſſimos
heroas in pugnis.

b:

Qvæ ſanè *& inter homines decus-habent.*
Sum verò otio-deſtitutus ad-imponen-
dum omnem orationis-prolixitatem
lyræq́ & vo-
i molli; ne ſatietas veniens
moleſta-ſit. Qvod verò circa pedes mihi eſt,
d *procedat currens, tuum* ſcilicet *debitum, ô fili,*
recentiſſimum præclarorũ facinorum tuorũ *meam vo-*
latile circa artem.

B.

Luctis enim veſtigando-qvaſi-ſeqvens avun-
culos, & apud-Olympiam victorem *Theogne-*
tum non dedecoras,
neqve Clytomachi victoriam
n-Iſthmo membris-robuſtis-reportatam.
Augens verò tribum Mi-

dyli-

δυλιδᾶν, λόγον, φέρεις
τὸν, ὅν πέρ ποτ' Οἰκλέος
παῖς, ἐν ἑπταπύλοις ἰδὼν
10 Θήβαις υἱοὺς ἠνίξατο
παρμένοντας αἰχμᾶ,

στρο. γ. κῶ. θ.

1 ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἤλυθον
δευτέραν ὁδὸν Ἐ-
πίγονοι. Ὧδ' εἶπε: Μαρναμένων
φυᾶ, τὸ γενναῖον
5 ἐπιπρέπει ἐκ πατέρων παι-
σὶν λῆμα. Θηέομαι
σαφὲς δράκοντα ποικίλον αἰθᾶς
Ἀλκμᾶν' ἐπ' ἀσπίδος νωμῶντα πρῶ-
9 τον ἐν Κάδμου πύλαις.

ἀντιστροφ: γ. κῶ. θ.

1 Ὁ δὲ καμὼν προτέρα πάθα,
νῦν ἀρείονος ἐν-
έχεται ὄρνιχος ἀγγελία
Ἄδραστος ἥρως. Τὸ
5 δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει.
Μοῦνος γὰρ ἐκ Δαναῶν
στρατοῦ, θανόντος ὀστέα λέξαις
υἱοῦ, τύχα Θεῶν ἀφίξεται,
9 λεῷ σὺν ἀβλαβεῖ,

ἐπῳ. γ. κῶ. ια.

1 Ἄβαντος εὐρυχόρους ἀγυιάς.
Τοιαῦτα μὲν δ' ἐφθέγξατ' Ἀμφιάρηος.
Χαίρων δὲ καὶ αὐτὸς,
Ἀλκμᾶνα στεφάνοισι βάλλω,
5 ῥαίνω δὲ καὶ ὕμνῳ.
Γείτων ὅτι μοι, καὶ

-dylidarum, ſermonem reportas
illum, qvem olim Oïclei
filius, in ſeptiportis prævidens
Thebis filios, vaticinando protulit
conſtanter-urgentes bellum,

γ.

qvod geſtum eſt, *qvando ab Argis aggreſſi-ſunt*
ſecundam expeditionem E-
pigoni. *Sic* autem *dixit: Pugnantibus*
natura-duce i. e. generoſis natura *generoſus*
addecet ex Patribus fili-
os impetus. Cum-admiratione-ſpecto
apertè draconem varium coruſco
Alcmanem in clypeo verſantem, pri-
mum in Cadmi portis.

ε.

At afflictus priori clade,
nunc in Epigonorum bello *fauſtioris de-*
tinetur augurii nuncio
Adraſtus heros.
E-domo verò adverſa fortunâ utetur.
Solus enim è Danaorum
exercitu, interfecti oſſibus collectis
filii, fortunata-ſorte Deum effugiet,
exercitu cum incolumi,

Β.

Ad Abantis ſpacioſos vicos.
Talia qvidem edixit Amphiaraus.
Gaudens verò & ipſe
Alcmanem coronis peto,
ſpergoq́ hymno.
Vicinus ſiqvidem mihi, &

 poſſeſ-

κτεάνων Φύλαξ ἐμῶν,
ὑπάντασεν ἰόντι γᾶς
ὀμφαλὸν παρ' ἀοίδιμον:
μαντευμάτων δὲ ἐφάψατο
συγγόνοισι τέχναις.

στρο. δ. κώ. θ.

Τὺ δ' ἑκαταβόλε, πάνδοκον
ναὸν εὐκλέα δι-
ανέμων Πυθῶνος ἐν γυάλοις,
τὸ μὲν μέγιστον τό-
θι χαρμάτων ὤπασας: οἴκοι
δὲ πρόσθεν ἀρπαλέαν
δόσιν πενταεθλίου σὺν ἑορταῖς
ὑμαῖς ἐπάγαγές γ' ἄναξ. Ἑκόν-
τι δ' εὔχομαι νόῳ

ἀντιστροφ: θ. κώ. θ.

κατὰ τὶν ἁρμονίαν βλέπειν
ἀμφ' ἕκαστον ὅσα
νέομαι. Κώμῳ μὲν ἀδυμελεῖ
Δίκα παρέστακε.
Θεῶν ὄπιν δ' ἄφθιτον αἰτέω
Ξέναρκες, ὑμετέραις
τύχαις. Εἰ γάρ τις ἐσλὰ πέπαται,
μὴ σὺν μακρῷ πόνῳ, πολλοῖς σοφὸς
δοκεῖ πεδαφρόνων,

ἐπῳ. δ. κώ. ια.

βίον κορυσσέμεν ὀρθοβούλοι-
σι μαχαναῖς. Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται.
Δαίμων δὲ παρίσχει.
ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων,
ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν,
μέτρῳ καταβαίνων.

poſſeſsionum cuſtos mearum,
occurrere-ſolet eunti mihi *terræ*
umbilicum ad celeberrimum:
vaticinioq; attigit
congenitis artibus.

δ.

Tu verò longè-jaculans, omnes-recipiens
templum celebre admi-
niſtrans Pythonis in vallibus,
maximum qvidem i-
bi gaudiorum præbuiſti: domi
verò anteà avidè-apprehenſum
donum qvinqvertij, cum feſtis
tuis adduxiſti ô Rex. Prom-
pta autem precor mente

d.

aſpicias, juxta qvem modum
circa unumqvemq; qvævis
concinnem. Hymno ſanè meo *dulciſono*
Juſtitia adſtare-ſolet.
Deorum autem providentiam immortalem expoſco
ô Xenarces, veſtræ
fortunæ. Si enim aliqvis bona poſsidet
non cum magno labore, multis ſapiens
videtur ſtultorum,

D.

victum amplificandi rectis-conſilijs-utenti-
bus artibus. Hæc autem non in hominibus poſita-ſunt.
Deus verò præbet,
aliàs alium ſurſum attollens,
alium verò ſub manibus
menſura certa *deſcendere-faciens.*

Μεγάροις δ' ἔχεις γέρας,
μυχῷ τ' ἐν Μαραθῶνος. Ἥ-
ρας τ' ἀγῶν' ἐπιχώριον
10 νίκαις τρισσαῖς Ὦ 'ριστόμε-
νες δάμασσας ἔργῳ:

στρο. ε. κώ. θ.

1 τέτρασι δ' ἔμπετες ὑψόθεν
σωμάτεσσι, κακὰ
φρονέων. Τοῖς οὔτε νόστος ὁμῶς
ἔπαλπνος ἐν Πυθι-
5 άδι κρίθη, οὐδὲ μολόντων
πὰρ ματέρ' ἀμφὶ γέλως
γλυκὺς ὦρσεν χάριν: κατὰ λαύρας
δ' ἐχθρῶν ἀπάοροι πτώσσοντι, συμ-
9 φορᾷ δεδαϊγμένοι.

ἀντ. ε. κώ. θ.

1 Ὁ δὲ καλόν τι νέον λαχὼν,
ἁβρότατος ἐπὶ
μεγάλας, ἐξ ἐλπίδος πέταται
ὑποπτέροις ἀνο-
5 ρέαις, ἔχων κρέσσονα τέρψιν
πλούτοιο. Ἐν δ' ὀλίγῳ,
βροτῶν τὸ τερπνὸν αὔξεται: οὕτω
δὴ καὶ πιτνεῖ χαμαὶ, ἀποτρόπῳ
9 γνώμᾳ σεσεισμένον.

ἐπῳ. ε. κώ. ια.

1 Ἐπάμεροι. Τί δέ τις; τί δ' οὔτις;
Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. Ἀλλ' ὅταν αἴγλα
Διόσδοτος ἔλθῃ,
λαμπρὸν ἔπεστι φέγγος ἀνδρῶν,
5 καὶ μείλιχος αἰών.
Αἴγινα φίλα μᾶ-

Megaris autem habes præmium,
receſſuq; in Marathonis. Junoniſq; certamen patrium.
victorijs triplicibus ô *Ariſtomenes ſuperaſti fortitudine:*

ε.

qvatuorq; illapſus-es deſuper corporibus, mala illis *meditans. Qvibus neq; reditus pariter jucundus in Pythico hordeo* fuit, *neqve reverſorum apud matrem undiqve riſus dulcis excitavit hilaritatem-gratioſam: per vicos verò ab-inimicis ſemoti trepidant, calamitate ſauciati.*

ε.

Qvi verò bonum aliqvod recens ſortitus-eſt, ſplendore in magno, præ ſpe evolat alatis qvaſi *ſtrenuitatibus, habens præſtantiorem oblectationem divitijs. In brevi verò* tempore ut *mortalium voluptas creſcit: ſic* brevi tempore *verò etiam cadit humi, infauſto conſilio qvaſſata.*

E.

Diei-unius ſumus. *Qvid n.* eſt *aliqvis? qvid v. nullus? Vmbræ ſomnium homines* ſunt. *Sed qvando ſplendor à-Jove-datus venerit, ſplendidum accedit lumen hominum, & ſvavis vita.*
ô *Ægina chara mater,*

τερ᾽, ἐλευθέρῳ ςόλῳ
πόλιν τάνδε κόμιζε, Διῒ
καὶ κρέοντι σὺν Αἰακῷ,
Πηλεῖ τε, κἀρίςῳ Τελα-
μῶνι, σύν τ᾽ Ἀχιλλεῖ.

Commentarius.

ΦΙλόφρον ἡσυχία] Partes hujus εἴδους ſex ſunt: Exordium, Propoſitio, Cōfirmatio, ἐπεμβολὴ ſive Digreſsio, Ἐπάνοδος, & Epilogus. In Exordio προσφώνησιν inſtituit ad Ἡσυχίαν, qvam προσωποποιητικῶς introducit, pro Hymni hujus favore. Captat autem benevolentiam ab Adjunctis & Effectis ἡσυχίας, qvæ commemorat, appellans eam I. Φιλόφρονα. II. Δίκας θυγατέρα. III. μεγιςόπολιν. IV. Conſiliorum promam. V. bellorum gubernatricem. VI. μαλθακὰ exhibentem & percipientem. VII. καιροῦ obſervatricem. IIX. Seditioſorum ſedatricem, qvibus pœnas ominatur, exemplo Porphyrionis & Typhoêi, qvorum hunc fulmen Jovis, illum Sagittæ Apollinis domuerunt. Ideò autem præcipuè ad ἡσυχίαν Exordium dirigit, qvòd adhuc in hominum memoria eſſet nobilis illa ad Salaminem pugna, qvæ circa Pythiadem XXVIII. Aeginetæ cum Athenienſibus præcipuè, pacem Græciæ reddiderunt, Xerxis claſſe profligata, ut vult *Scholiaſtes*. Veriùs, qvia Æginetæ juſtitiæ fuerunt ſtudioſiſsimi, & pacis cultores æqviſsimi (Ubi juſtitia, ibi pax): ſicut Olymp. η. de

c

Ægina dicitur, (A. 10.) ἔνθα σώτε
Διὸς ξενίου πάρεδρος ἀσκεῖται
μις, ἔξοχ᾽ ἀνθρώπων. Sunt qvi c
victoriam hanc Ariſtomenis ſedi
nem aliqvam exortam cenſent:
qva ſedanda, & Ariſtomene ext
culpam poſito fovendo, Poëta
χίαν invocârit. *Lonicerus* nome
ctoris anſam præbuiſſe cenſet.
ςομφύης enim eſt *pacificus*, *qvi ſe*
optimè affectus eſt.

α. 1. Φιλόφρον] id eſt ὦ Φ
φρονοῦσα, *non niſi amica ſapiens a*
gitans. *Lonicerus* reddidit, *Amica*
& cogitationi. minus benè. *Ar*
adhuc longius ad σωφροσύνη
Temperantiam, qvæ pacis temp
floret, extendit: præter Poëtæ
tem. Homines pacifici ſunt Φ
φρονες, meinen alles gut vnd fr
lich/ contrà qvi pacem turbar
lunt, dictis & factis id agunt, ut
lædant.

α. 1. ἡσυχία] Idem qvod Εἰ
hoc loco, *Tranqvillitas*, *Pax* ve
dium pacis.

α. 1.3. Δίκας θύγατερ] Re
συχίαν vel Εἰρήνην, Juſtitiæ f
facit: Ubi enim Juſtitia, ibi P
Τὸ γὰρ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. C
ex Injuſtitia, rixæ & bella c
tur.

α.

ter, libero cœtui
civitatem hancce cura, cum Jove,
& rege Æaco,
Peleoq́, & præſtantiſſimo Tela-
mone, cumq́ Achille.

ε. 2. μεγιςόπολι] id eſt, μεγίςας ποιοῦσα τὰς πόλεις. Concordia m & Pace parvæ res creſcunt: Diſdia verò & bello etiam maximæ aſtantur.

ε. 3. 4. βουλᾶν ἔχοισα κλαῖδας] *ſiliorum proma* eſt tempore Pacis, pacem conſervandam ſpectantia. tima enim conſilia ſunt, qvæ boublici cauſa concorditer fiunt. à βουλευταῖς conſilia eò dirigunut alter alterum inſectetur, arro-, mordeat; utiqve ſalutaria eſſe poſſunt.

. 3. 4. πολέμων ἔχοισα κλαῖ-] *Bellorum etiam claves* habet, h. e. pore belli pro patriæ defenſione, focisq́; ſuſcepti, conſilia eò diriut omnia recte, ſine dolo & prone gerantur, malitia retundainjuriæ tollātur, pax reſtituatur.

. 4. κλαῖδας] Doricum, pro ῖδας Jonico, pro κλεῖδας.

. 5. ὑπερτάτας] *ſupremas*, in ous plurimum ſitum eſt.

. 5. πυθιόνικον τιμὰν] id eſt, ὕμνον ωμιαςικὸν τῆς Πυθικῆς νίκης.

. 7. τὸ μαλθακὸν ἔρξαι μὲν καὶ ῖν] In Pace enim mutua vigent ia & beneficia. τῷ μὲν opponi δὲ: illud ad membrum de actionipacificis pertinet: hoc ad altede bellis juſtis.

. 9. καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ] *cum opunitate juſta vel vera*, bey guter geheit/vnd zu rechter zeit. Necenim neceſſe eſt, qvotidiè ſe mutuis provocare beneficijs, ſed tum, qvando occaſio poſtulat. Si amici qvotidiè vellent coëpulari, tādem ad paupertatem redigerentur, operæ neceſſariæ impedirentur &c. ſed ſufficit bonus animus, qvi per occaſiones commodas exerendus eſt. ἀτρεκής eſt juxta *Scholiaſten* q. ὁμοτρεκής vel ὁμοτρεχής, ab α particula ἀθροιςικῇ ſeu collectiva, & τρέκω Dorico, pro τρέχω, das da zugleich mit leufft/id eſt, *occaſione concurrente*. In καιρῷ prior ſyllaba hîc pro brevi ponitur, niſi textus corruptus, (*ut & ϐ.* in ἥρωας, η per brevi ponitur, *& ε*, γνώμα, ω pro vocali brevi.)

a. 1. ὁπποτὰν] Lego ὁπόταν, ut & *Ald. & Pal. C.*

a. 1. ἀμείλιχον κότον] *implacabilem iram*, qvæ non niſi ultione ſatiari poteſt, & privata vindicta, qvæ ſæpè ſeditiones excitat. Has ἡ ἡσυχία primo qvoqve tempore ſedare ſtudet, ut pax & tranqvillitas publica conſervetur. Atq; hæc, ſi κότος penes lædentes ἀμείλιχος eſt. Poteſt tamen etiam læſæ parti κότος ἀμείλιχος interdum ἐνελᾶσαι, ut vim vi repellere, & lædētem pro merito ulciſci cogatur.

a. 3. ἐνελάσῃ] *impulerit, vi immiſerit*. Notatur iræ vehementia & furor humanum affectum excedens, mit gewalt ein treibet wieder des Hertzens natur.

a. 3. τραχεῖα] Doricum pro Io-

nico τρηχεῖα; qvod τῦ α productio oſtendit.

a. 3. δυσμενέων] Genitivus pluralis eſt, à Nominativo δυσμενὴς, *hoſtis, hoſtilis*. Malè ergo Participium à nonnullis cenſetur, qvi reddiderunt, *Minitans*, ut Philippus: vel *ægrè ferens*, ut Lonicerus: vel *Indignabunda & pœnas minitans*, ut Aretius. Genus his ſatis reclamat Maſculinum, qvum hîc δυσμενέουσα vel δυσμενοῦσα dicendum qvivis facilè videat: Solet autem Pindarus ex ſingulari, ſi Syntheſin admittat, facilè in pluralem deferri, ut ὁπόταν τις &c: inde δυσμενέων.

a. 5. κράτει] *robori, viribus. Scholiaſtes* legiſſe videtur κρατὶ, qvod exponit κεφαλῇ. Qvod ferri poſſet, niſi ultimam produci oporteret: tametſi & ſic ultima, ad exempla ſimilia, producta cenſeri poſſet. Nec ſenſus multum diſcrepat: *Occurrens hoſtium robori vel capiti* (ſetzt jhren Kopff an jener.) Sunt qvi poſt ὑπαντιάξαισα diſtingvunt, & τὸ κράτει ad τιθεῖς referunt. Sic *Lonicerus* reddidit; *Pro viribus tuis ponis*. Verùm poſt κράτει diſtinctionem ponendam eſſe, vel Syntaxeos ratio arguit, ὑπαντιάξαισα κράτει δυσμενέων. Occaſionem errori dedit, τῦ δυσμενέων pro Participio acceptio.

a. 5. τιθεῖς] ex τιθέω. *Romana, & Brubachiana, & Plantiniana*, perperam habent τιθεῖσ' pro τιθεῖσα. *Pal. C.* τιθεῖσ' εἰ.

a. 5. ἐν ἄντλῳ] *in ſentina*. τὸ ἄντλον *ſentina eſt in navi*, qvam exhauriri oportet, in qvam nihil niſi qvod viliſſimum eſt, inferri permittitur. Eſt ergò τιθέναι ἐν ἄντλῳ, *dejicere, ſubmergere*, abjectiſſimum cenſere facere.

a. 6. τὰν] ſcilicet ἡσυχίαν.

a. 6. Πορφυρίων] Gigantum dam primarius, unde paulò pòſt, σιλεὺς γιγάντων dicitur, qvi cœ Jovi adimere, Herculiq; boves gere auſus eſt, ſed ſagittis Apoll confixus interijt.

a. 6. τὰν οὐδὲ μάθεν] Qvam χίαν non cognovit, id eſt, habi hujus virtutis ſibi non compara

a. 7. παρ' αἶσαν ἐξερεθίζων] ter fas offendens vel irritans, ip ἡσυχίαν ſcilicet, qvam violavi qvæ alterius ſunt, appetendo & petendo. Vel ut alij volunt, Jo qvæ ellipſis paulò durior eſſet.

a. 8. κέρδος δὲ φίλτατον γ ſerta hac gnome reſpicit ad deli Porphyrionis, qvi ab invitis ea ſibi non conveniebant, auferr natus eſt, à Jove & Dijs cœlum, Hercule boves, & ita ἡσυχίαν, tiæ filiam violavit.

A. 1. βία] Non eſt hoc loco σώματος ἰσχύς, ut *Scholiaſtes* exp ſed ἀδικία *cum vi externa conjun*

A. 2. ἐν χρόνῳ] *tandem*, m zeit.

A. 2. Τυφὼς Κίλιξ] De h *prà ad Pyth. α. A. 8.* Κίλιξ. qvia dem dicitur eum Κιλίκιόν ποτε ψεν πολυώνυμον ἄντρον.

A. 2. πολυκάρανος] *ſuprà α.* ἑκατοντακάρανος: *Olymp.* δ τογκεφάλας, appellatur. In κάρανος, antepenultima pro ponitur. Fortè eſt permutatio ραμβική. *Ald. & Pal. C.* haben τογκάρανος, Scholiô arrept textu.

A. 3. οὔ μιν ἄλυξεν] ſcilice

υχίαν ἀλλάξαισαν κράτει αὐτῦ
ρμβρέοντ☉ τραχεῖαν, id eſt ἡσυ-
ειν ultricem. *Philippus* ad ſenſum
piciens, reddidit, *Pœnam non eſ-*
it.

A. 4. βασιλεὺς γιγάντων] ὁ Πορ-
ρίων ſcilicet, modò nominatus.

A. 5. δμᾶθεν] Syncope Aeolica
Bœotica, pro ἐδμήθησαν. Sylleptiс
ad utrumq; refertur, ſed cum di-
nctione tamen: neq; enim uterq;
αυνῷ τόξοισί τε ſimul domitus eſt,
Typhos κεραυνῷ Jovis: Porphy-
verò τόξοισιν Ἀπόλλων☉.

A. 6. τόξοισι] Vulgata verſio ha-
, *Arcubus.* Philippus & Lonice-
rectiùs; *Telis.*

A. 7. ὃς εὐμενεῖ νόῳ] Eſt in his,
c in ſuperioribus (Πυθιόνικον τε-
Ἀριστομένει δέκ☉) concipienda
poſitio: *Ariſtomenes eſt laudan-*
Hanc Propoſitionem confir-
ſeptem argumentis. I. à favo-
 gratia Apollinis. II. à patre
orato Xenocrate. III. à victoria
ica & promerito hymno. IV. à
ia Ægina, qvæ laudatur. 1. à
tijs & humanitatis ſtudijs. 2. à
itiæ cultu. 3. ab æmulatione vir-
m majorum Æacidarum. 4. glo-
perpetuitate. 5. à multitudine
um in victorijs certaminum, &
s, 6. præciſione, qvæ multas ad-
laudes præſupponit, licet non e-
erentur, & obiter digreſsionem
dibus Æginæ excuſat, tum copia
um, tum ſua ἀσχολία: rationem
addit, ſtudium tædij vitandi; &
οδον ad laudes Ariſtomenis ha-
V. ergò Ariſtomenem laudat
emulatione in palæſtra avuncu-
m, Theogneti & Clytomachi:

qvorum ille Olympicam, hic Iſthmi-
cam victoriam palæſtra tulit. VI. à
decoratione tribus Midylidarum.
VII. à pari, per comparationem
cum Alcmane Amphiarai F. qvi &
ipſe majorum virtutibus reſpondit.

A. 8. ἔδεκτο] *gratiosè ſuſcepit.*

A. 9. κίρραθεν] *è Cirrha*, vel Del-
phis, id eſt, *è certamine Pythico.* Re-
fertur ad ἔδεκτο; non ad ἐστεφανω-
μένον.

A. 10. ποίᾳ Παρνασίᾳ] *herbà vel*
fronde Parnaſia, h. e. Lauro. Note-
tur hîc ποίᾳ pro *Fronde vel folijs.*
Penultima autem hîc corripienda
eſt, vel cum *Lonicero* πόᾳ legendum,
qvod & placet.

A. 11. δωριεῖ τε κώμῳ] *hymno Dori-
co*, vel reſpectu dialecti, & modi lyræ
Pindaricæ: vel, ut vult *Scholiaſtes*, ut
ſit idem qvod Æginetico, vel Ægine-
tis conveniente. Æginetæ enim Do-
rienſes fuerunt, ex Argo in Inſulam
hanc profecti.

Ϛ. 1. ἔπεσε] Lego ἔπεσε *cum Ald.*
Huic ſententiæ *Lonicerus* addit, *Pro-
inde*, ſine ratione.

Ϛ. 1. ἔπεσε δ᾽ οὐ χαρίτων ἑκάς]
id eſt, *non eſt expers humanitatis*, cujus
datrices ſunt Gratiæ.

Ϛ. 2. δικαιόπολις] *juſtitiam in ci-
vitatibus colens & exercens.* Loni-
cerus minùs commodè; *Juſtitiæ ci-
vitate florens.* Eadem laus huic In-
ſulæ *ſuprà Olymp.* η. *A.* 10. tributa
fuit, ut locus modò allegatus o-
ſtendit.

Ϛ. 3. ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰα-
κιδᾶν θίγοισα] *Virtutibus inclytis
Æacidas attingens.* (θίγω cum Ge-
nitivo objecti) id eſt, *avitas majo-
rum virtutes æmulè adhuc exprimens.*

 Non

Non autem, *Virtutibus Æacidarum Gratias tangens*, ut Philippus reddidit. Per Æacidas autem intelligit, cum ipſo Æaco poſteros ejus, verbi gratia Peleum, Telamonem, Achillem, Ajacem, Teucrum &c. Vide *Iſocratem in Evagora.* Vide & *infrà G. 11.*

ϵ. 5. *ἀπ᾽ ἀρχᾶς*] ab initio huc uſqve, continuè. *De phraſibus*, ἐν ἀρχῇ, & ἀπ᾽ ἀρχῆς, *earumq́ differentia*, *vide alibi.*

ϵ. 6. *πολλοῖσι μὲν γὰρ*] Syntaxis eſt: *ἀείδεται μὲν γὰρ θρέψασα ἥρωας ὑπερτάτους ἐν ἀέθλοις πολλοῖσι, καὶ ἐν μάχαις θοαῖς.* Encomium ſanè veriſsimum. Qvod enim ad *μάχας* attinet, exempla plura ſunt in promptu; Veterum qvidem, Telamonis, Ajacis, Teucri, Achillis &c. Recentiorum verò eorum, qvi in pugna ad Salaminem virtutis egregiæ ſpecimina ediderunt luculenta. Qvod ad *ἀέθλους* verò, res vel ex Pindari hymnis ſatis manifeſta eſt. Neqve enim ulla vel Inſula vel regio eſt, ex qva plures victores Pindarus celebrarit, qvàm ex Ægina. Qvum n. ex Rhodo, Tenedo, Locride, Italia, Corintho, Orchomeno, Theſſalia, Argis; celebrarit victores ſingulos: ex Cyrenaica & Attica, binos: è Thebis, qvatuor: è Sicilia, octo: ex Ægina, qvatuordecim victoribus encomia ſcripſit: *Olymp. η*, tribus: *Pyth. η*, uni: *Nemeorum γ. δ. ε. ς. ζ. η. ι.*, ſeptem diverſis: Iſthmiorum *ε. ς. η.* tribus.

ϵ. 7. *νικαφόροις ἐν ἀέθλοις*] epitheton additur, notans, non tantum eos certaſſe, ſed & certando viciſſe. In *νικαφόροις*, prima Syllaba correpta eſſe debet.

ϵ. 8. *θοαῖς ἐν μάχαις*] *In pugnis*
vel *velocibus*, h. e. velocitatem & a
critatem reqvirentibus, aut qvæ
lociter conficiuntur: vel potius *a*
tis, uti & *Scholiaſtes* expoſuit, *ὀξέα*
θοός enim non tantum *Velox* eſt,
ſæpè etiam pro ſubjecta materia,
cutus. Sic *Odyſſ. ο. v. 298.* Echina
inſulæ dicuntur *νῆσοι θοαὶ*, *inſulæ a*
tæ, h. e. *promontoria alta, acuta & p*
rupta habentes. Malè *Valla* redid
Veloces. Sic *Iliad. κ. v. 394.* νὺξ
appellatur reſpectu umbræ terræ
νικῆς, ut exponit *Plutarchus de*
orac: & de facie in orbe Lunæ. Sic θ
acuo: qvod Verbum *Odyſſ. ι. v.*
exſtat, ubi Ulyſſes dicit, ſe acuiſſe
ctem qvo oculum Cyclopi effode
ἐγὼ δ᾽ ἐθόωσα παραστὰς ἄκρον.
Plut. de Homero. Qvin & apud
ſtrum hæc ſignificatio alibi qvo
exſtat. *Nem. ζ. d. 1. ἄκονθ᾽ ὥστε χ*
κοπάρᾳον ὄρσαι θοὰν γλῶσσαν,
vibraſſe lingvam velut Sagittam
cuſpide præditam, acutam. & ali
tramqve ſignificationem ſimul
vox admittit, v. g. *Pyth. ια. G. 6.*
ἀκτῖνα, radium acutum vel velo
Nem. 1. D. 6. ἄκοντι θοῷ, *jaculo*
vel veloci.

ϵ. 9. *ἥρωας*] prima corripi deb
b. 1. *τὰ καὶ ἐν ἀνδράσιν ἐμπρέπ*
τὰ, videlicet, *ὑπερτάτους εἶναι ἐν*
λοις, & *ἐν μάχαις.* h. e. *Qvæ &*
homines decus obtinent, ut Vulgat
bet: velut Lonicerus, *Qvæ cert*
rorum ornamenta ſunt: vel ut Ph
pus, *Qvod inter viros maximum*
eſt. Malè Portus ἐλλείψιν faci
διὰ τὰ, & ad Æginam ref
Qvamobrem inter homines eſt
ſtris. Nam τὸ ἐμπρέπει hanc
ficationem non commodè adm
& aliàs *συνέχεια* reclamat.

b.

b. 2. *εἰμὶ δ' ἄσχολ@*] *ἀποδίωξις*, *ςολον* autem ſe eſſe dicit, qvòd jam ud ſibi propoſitum habeat, lauda- ſcilicet perſonam potiùs, qvàm rſonæ patriam.

b. 3. *ἀναθέμθμ λύρᾳ*] *imponere vel are lyræ:* vel etiam *conſecrare vel dicare lyræ;* ſignificatu eodem.

b. 3. *πάσαν μακραγορίαν*] lau- m ſcilicet Æginæ, ut *Philippus* rectè erit.

b. 5. *μὴ κόρ@ ἐλθὼν κνίσῃ*] *Ne etas ſuperveniens moleſta ſit:* qvum n anteà de Æginæ laudibus ſcri- rit, *Olymp. η* decennio circiter an- hanc victoriam: *Olympiorum enim η* rtinet ad Olympiadem LXXX. *th. η* verò ad Pythiadem 35. h. e. annum 3. Olymp. LXXXII. Dif- entia eſt 10. ann: vel 11. ſi Cur- is numeretur.

b. 6. *τὸ δ' ἐν ποσί μοι, ἴτω τρέ-*] *Qvod in pedibus mihi eſt, illud rens procedat,* hoc eſt, in materia opoſita pergam, in laudibus vide- et, ô Ariſtomenes, tuis.

b. 7. *τεὸν χρέ@*] *Philippus* & *Lo- erus* benè, *Res tuæ:* Vulgata, *meri n tuum:* Portus, *debitum tuum,* O- mè. Hymnus enim victoriæ debi- putabatur.

b. 8 *νεώτατον*] fortè *νεωτάτον*, mo- *ω* poſsit retineri poſt productam ecedentem, aliàs natura brevem.

b. 9. *ἐμᾷ ποτανὸν ἀμφὶ μαχανᾷ*] *am circa artem volatile.* Hypallage hyrambica, pro *ἀμφὶ ὃ ἐμὰ μα- νὰ ποτανός* (vel *πορευνά*) *ἐστι*, *cir- qvod ars mea qvaſi circumvolitat*, e. circa qvod Poeſis mea jam occu- ta eſt.

B. 1. *ἰχνεύων*] Lego *ἰχνέων*, ut *th. ε. G. A.* niſi diphthongum puram corripere malimus; qvod licet.

B. 2. *Θεόγνητον*] Theognetus hic Ægineta, Ariſtomenis avunculus, victoriam Olympicam è lucta puerorum adeptus, ſtatuamq; in Alti promeritus eſt, Polichi Æginetæ opus. Illa ſtatua pinus ſativæ & mali punicæ fructum præ ſe tulit: cujus rei cauſam *Pauſanias* ſe ignorare fatetur, & ex Æginetarum hiſtoriis petere jubet. *lib. 6.*

B. 3. *ὀ κατελέγχεις*] *non redarguis, non dedecoras.*

B. 4. *ὀδὲ Κλυτο-*] – – ∪ ∪, pro – ∪ – ∪, permutatione dithyrambica.

B. 4. *Κλυτομάχοιο*] Hujus alterius avunculi Ariſtomenis, ut victoriam Iſthmicam lucta adepti, præter mentionem, qvæ hîc fit, aliam apud Hiſtoricos hactenus, qvod ſciam, non inveni.

B. 5. *θρασύγυιον*] hoc loco, *membris robuſtis partam, membra robuſta oſtendētem,* audaciam & robur membrorum atteſtantem. Aliàs *θρασύγυι@* eſt audacia & robore membrorum præditus.

B. 6. *πάτραν μιδυλιδᾶν*] i. e. *Φατρίαν*, *tribum vel familiam Midylidarum,* à Midylo qvodam apud Æginetas nobili deſcendentium, ex qvibus & hic Ariſtomenes fuit.

B. 7. *λόγον φέρεις*] *ſermonem reportas,* h. e. oſtendis, ſermonem illum in te qvadrare.

B. 8. *Οἰκλέ@ παῖς*] i. e. Amphiaraus, ut *infrà G.* 2. vocatur, filius Oïclis, nepos Melampodis vatis, qvi terra abſorptus fuit in bello Thebano. Vide *Nem. θ.* & *ι.*

B. 9. ἐν ἑπταπύλοις Θήβαις] *in Thebis Bœotiis*, in oppugnatione Thebarum Bœotiarum, qvæ ἑπτάπυλοι dicuntur, ad differentiam *Thebarum Ægyptiarum*, qvæ ſunt ἑκατόμπυλοι.

B. 10. υἱὸς Θήβαις] Lego Θήβαις υἱοὺς, & diphthongum υἱ corripio. Per υἱοὺς autem intelligit Alcmæonem & Amphilochum.

B. 10. ἠνίξατο] *obſcurè vaticinatus eſt*, qvaſi per αἴνιγμα, de ſecunda Epigonorum expeditione, tanqvam de re futura. Etſi autem *Scholiaſtes* vult ſimpliciter, hoc loco poni pro ἀπεφθέγξατο, ut in *Homerico illo Il.* ν. *v.* 374. Ὀθρυονεῦ, πέρι δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἁπάντων, hoc eſt, λέγω: tamen hîc non ita ſimpliciter poni, res ipſa loqvitur. Imò αἰνίζομαι ibi eſt αἰνῶ. *laudo*, ſicut & *Od.* θ. *v.* 487. uſurpatur. Et hoc ἠνίξατο non eſt ab αἰνίζομαι, ſed ab αἰνίττομαι.

B. 11. παρμένοντας αἰχμᾷ] *in acie conſtanter perſeverantes*, fortiter contra Thebanos pugnantes. *Lonicerus* reddens, *acriter inter ſeſe certantes*, videtur de Eteocle & Polynice fratribus accepiſſe, ſed perperam.

γ. 2. ἤλυθον δευτέραν ὁδὸν ἐπίγονοι] De occaſione belli Thebani inter Eteoclem & Polynicem fratres, dictum ad *Ol.* ϛ. γ. 2. Fuerunt à partibus Polynicis ſeptem duces: Adraſtus, Amphiaraus, Tydeus, Eteoclus, Hippomedon, Capaneus, & Parthenopæus: ſed omnes interierunt, totoq; exercitu ad internecionem deleto à Thebanis, ſolus Adraſtus domum reuerſus eſt, teſte *Pauſania lib.* 9. Vide *infra Iſthm.* ζ. Poſt annos verò aliqvot, Therſander Polynicis F. cum Adraſto avo materno Sthenelo, Promacho, Alcmæone, Amphilocho, Ægialeo, Euryalo & Diomede, ade[...] adjutoribus non tantum Argiv[...] Arcadibus & Meſſeniis, ſed etiã C[...]rinthiis & Megarenſibus, (& hi [...]mnes τῶν ἐπιγόνων ſeu Poſteroru[...] nomine ab Hiſtoricis celebrant[...] ſecundam in Thebanos & Lao[...]mantem Eteoclis F. expeditione[...] adornarunt, ſeu ut Poëta hîc lo[...]tur, δευτέραν ὁδὸν ἤλυθον. In hac [...]peditione felicius Argivi pugna[...] Thebasq; ceperunt, Thebanis [...]gna clade affectis, ex Argivorum [...]rò exercitu, uno Ægialeo Adra[...] cæſo, ut habet *Pauſanias lib.* 9. [...]tum ex hoc eventu proverbium; κ[...]μεία νίκη, de qvo vide *Eraſmum* [...] 2. *Cent.* 8. *adag.* 34. propter vict[...]am primam Thebanis deinceps [...]xiam: & Νέμεσις, qvæ ſcelerum & [...]juriarum vindex Dea eſt, ab Adra[...] hoc modo Thebanos ulto, Ἀδράσ[...] appellari cœpit, cui & templũ A[...]ſtus condidit, ut *Strabo lib.* 13. ex [...]*timacho* citat his verſibus:

Ἔστι δέ τις Νέμεσις, μεγάλη Θ[...]
ἣ τάδε πάντα
πρὸς Μακάρων ἔλαχεν: βωμὸ[...]
οἱ εἵσατο πρῶτος
Ἄδρηστος, ποταμοῖο παρὰ [...]
Αἰσήποιο,
ἔνθα τετίμηταί τε, καὶ Ἀδρή[...]
καλεῖται.

Vide *Eraſmum Chil.* 2. *Cent.* 6. *a*[...] *Adraſtea Nemeſis.*

γ. 3. ὧδ' εἶπε: μαρναμένων Φ[...] Subjicit occaſione comparation[...] Ariſtomenis cum Alcmane vel Alc[...]one, filio Ampharai, vaticinium [...]us Amphiarai de eventu utriuſq; [...]li Thebani, propter gnomen illa[...] decore & præſtantia virtutis, q[...] liberi à parentibus ut hæredita[...]

ceptam conſervant & augent: ean-
emq; vult etiam in Ariſtomenem
rtutis avitæ hæredem digniſſimum
vadrare. Diſtingvo autem : ὧ δ᾽ εἴ-
: μαρναμένων φυᾷ. Qvid ſit μάρ-
ϑαι φυᾷ, *ad Nem. α. β. 10.* dicetur.
γ. 3. ὧ δ᾽ εἶπε :] non tempore ἐπι-
νων, in ſecūda expeditione; ſed tem-
re Πολυνείκους καὶ τῶν Ἀργείων, in
ima. In qva Amphiaraus vates,
τά ἵνα θείαν ἐπίνοιαν, poſt pri-
am hanc infelicem expeditionem,
turum eſſe prævidit, ut ἐπίγονοι,
c eſt, filii & nepotes eorum, qvi in
ma occubuerint (imò & ipſe ter-
tùm abſorptus periit) alteram ex-
ditionem feliciorem faciant; ex
ibus de filii ſui Alcmæonis virtute
icinatur. Ideoqve τὸ ἰδὼν in præ-
lentibus pro προϊδὼν exponen-
m erit, qvum prævidiſſet, vi occul-
μαντικῇ. Rurſus τὸ ὑπό τε ἤλυ-
, non ad ἰδὼν aut ἠνίξατο, ſed ad
ρμένοντας αἰχμᾷ referendum
, *Lonicerus* εἰδωλοποιΐαν eſſe cen-
Sed veriùs Vaticinium in prima
editione, anteqvam à terra abſor-
etur, editum dicemus, idqve ex ſe-
entibus rationibus I. Qvia dicit:
ομαι σαφὲς, *clarè video* ἐν ὀρά-
ita clarè ac ſi jam fieret II. Qvia
mæon non interfuit bello pri-
, ſed Secundo: III. qvia Futura,
ίξει, & ἀφίξεται, rem futuram
ant. IIII. expreſsè dicitur, ὄρνι-
ἀγγελία, qvod vaticinium notat.
c obſtat, qvòd τὸ νῦν ibi ponitur:
m in vaticiniis ſit uſitatum, tan-
m de re præſente loqvi. Et accipi-
illud νῦν de eo tempore, qvo Al-
nem ſcutatum Thebas invade-
icit.

γ. 4. μαρναμένων φυᾷ τὸ γενναῖ-
Horat. lib. 4. od. 4:

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt in Juvencis, eſt in Eqvis patrum
Virtus, nec imbecillem feroces
Progenerant Aqvilæ Columbam.

γ. 4. γενναῖον] h. e. *generoſum*, εὐγενές. *Scholiaſtes* tamen etiam συγγενὲς exponi poſſe cenſet, exemplo illius *Homerici : Iliad. ε. v. 253.* οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι, pro συγγενικόν. Sed non videtur ſatis apta huic loco expoſitio. Neqve enim qvodlibet λῆμα ἐκ πατέρων παισὶν ἐπιπρέπει, ſed γενναῖον, hoc eſt, *generoſum.*

γ. 5. ἐπιπρέπει] *addecet, decori eſt.* Philippus, *excellit.* Vulgata, *eminet*; Portus, *elucet.* Lonicerus, *eximia eſt.*

γ. 6. λῆμα] τὸ, eſt *vis animi, voluntas, impetus, indoles*, Plerumqve in bonam partem, ut hoc loco, propter epitheton γενναῖον. *Nem. α. δ. 3.* ἔκνομον λῆμα καὶ δύναμις, eſt *inuſitata, & præter communem hominum legem ac ſortem indoles & robur. Nem. γ. D. 6.* λῆμα ἀεθλοφόρον, eſt *animi generoſitas præmia victoriæ reportans. Pyth. γ. β. 2.* λῆμα Κορωνίδος in minus laudata ſignificatione ponitur. Deducitur à λῶ qvod eſt Volo, qvaſi λάω vel λέω, ex ἐθέλω: Vnde λῇς in ſubjunctivo paſsim invenitur.

γ. 6. θεάομαι σαφὲς] *clarè video*, ὡς ἐνοράσει, *clarè prævideo*, ita qvipem clarè ac ſi jam fieret. Vates etiam in Sacris *Videntes* dicuntur, propter viſiones Primam ſyllabam θε oportebat eſſe longam, niſi fortè legi debeat θηέομαι, *cum ſtupore & admiratione video.*

γ. 7. δράκοντα ποικίλον] Inſigne ſcilic. in ſcuto pictum, & qvidem avitũ, tum qvòd Vatum olim inſigne Draco eſſet, tùm qvòd Amphiaraus hoc inſigne in familia retineri voluerit, in

rit, in memoriam Melampodis avi, cui aures dormienti puero duo ſerpentes linxerunt, & perterebrarunt, unde & brutorum animalium vocis intellectum habuiſſe creditus fuit.

γ. 7. 8. αἰθᾶς ἐπ' ἀσπίδος] *in clypeo coruſco*, vel fulgido, vel etiam ob ferrum nigricante.

γ. 8. Ἀλκμᾶνα] ὁ Ἀλκμᾶν, aliàs Ἀλκμαίων, ſicut uſitatum eſt Poëtæ noſtro terminationes Nominum propriorum interdum variare. Sic *Nem.* ζ. ϐ. 10. Μενέλας, pro Μενέλαος. Sic *Nem.* ια. *A.* 2. *Pyth.* δ. & ε aliqvoties, Ἀρκεσίλας, pro Ἀρκεσίλαος. Fuit autem hic Ἀλκμᾶν ſive Ἀλκμαίων, filius Amphiarai natu major. *Pauſ. lib.* 10. frater Amphilochi, uterqve τῶν ἐπιγόνων fuit. Et prædicat qvidem hîc pater Amphiaraus vaticinio hoc filii Alcmæonis in altero bello Thebano virtutem, qvam & oſtendit. Veruntamen in nullam partem aut Amphiarai patris, aut Amphilochi fratris honorum receptus *Pauſ. lib.* 1. eſt, ob cædem matris Eriphyles, de qva vide *ad Nem.* θ. δ. 1. In περιβόλῳ tamen ſacro Delphis ſtatua ei cum cæteris Epigonis fuit dedicata. *Pauſan. lib.* 10.

γ. 8. νωμῶντα] *verſantem, agitantem*, διακινοῦντα. Prima debebat eſſe brevis, niſi σφάλμα eſt.

γ. 9. ἐν Κάδμου πύλαις] h. e. ἐν Θήβαις conditis à Cadmo.

g. 1. καμὼν προτέρᾳ πάθᾳ] *priore calamitate defatigatus*, qvando videlicet omnibus ducibus, totoq; exercitu amiſſo, vix ſolus evaſit, ex bello primo.

g. 3. ὄρνιχος] Metonymia pro *Augurii, vaticinii.*

g. 5. Τὸ δὲ οἴκοθεν ἀντία πράξει] ...
lipſis, pro κατὰ τὸ οἴκοθεν, qvoad a...
qvid è domo ſua ortum, qvoad f...
um ſcilicet Ægialeum, qvem do...
excitum ad expeditionem ſecund...
ſibi adjunxerat: ἀντία πράξει h...
οὐκ εὖ πράξει, *non bona fortuna* ...
tur. Opponitur ἀντία, qvòd hîc ...
verbialiter capitur τῇ ἀγγελίᾳ ὄ...
χος ἀγαθοῦ. q. d. *Etſi in ſecunda* ...
peditione publica fortuna utetur pro...
ra: privatam tamen ſentiet adverſa...
vel contrariam, hoc eſt, non proſper...
Malè itaqve Lonicerus: *Nec pr...*
domus more aget, ἀντία πράττειν, ...
tra mor... agere, exponens.

g. 6. Δαναῶν] οἱ Δαναοὶ pro...
fuerunt Argivi, dicti à Danao A...
ptio, qvi terram illam occupav...
cujus genero Lynceo, poſteà R...
Argivorum deſcenderunt

g. 7. θανόντος] h. e. ἐκταμέ...
ſi, interfecti.

g. 7. ὀστέα λέξαις] *Cadaver co...*
nens, funus inſtituens.

g. 8. υἱοῦ] Αἰγιαλέως.

g. 9. λεῷ] στρατῷ. Sicut n...
στρατός pro λαός vel λεώς, ut pa...
exſtat.

G. 1. Ἄβαντος εὐρυχώρους ἀγ...
Pro εὐρυχώρους lego *cum Ald.* ...
χόρους (Vide *ad Olymp.* ζ. *G.* 11 *a...*
cos ſpacioſos Abantis, hoc eſt, ad A...
in qvo Abas multas civitates c...
dit. *Scholiaſtes* hunc Abantem ...
cei Filium dicit, qvod verum e...
Talai patrem falsò facit. Sic a...
genealogia habet, qvæ & cog...
nem in utroq; bello συμμάχο...
Talaum Abantis F. non eſſe...
ſtendit.

D...

NB.
1. notat eos qvi fuerunt in primo bello Thebano.
2. eos qvi in ſecundo, hoc eſt, Ἐπιγόνοις.

Hypermneſtra —— Lynceus
ex 50. filiabus una
| Abas. Hujus filii regnum partiti.

- Prœtus —— tenuit Heræum, Tirynthem, Mideam, & Argelici agri maritimam oram.
  - Megapenthes permutationem inſtituit cum Perſeo.
    - Argeus.
      - Anaxagoras. Regnum diviſit cum Melampo & Biante
        - Alector
          - Iphis. | 1. Eteoclus.
          - 1. Capaneus. | 2. Sthenelus.
- Acriſius, —— Argis regnavit
  - Danaë
    - Perſeus inſtituit permutationem cum Megapenthe.
      - Gorgophone.
        - Aphareus
        - Tyndareus
          - Timandra.
          - Clytæmneſtra.
          - Helena.
          - Pollux.
          - Caſtor.
- Lyrcus. nothus.

Amythaon.
- Biante
  - Talaus.
    - Meciſteus – 2. Euryalus.
    - 1. Parthenopæus – 2. Promachus.
    - 1. 2. Adraſtus.
      - 2. Ægialeus —— Cyanippus.
      - Argia, uxor 2. Therſander 1. Polynicis.
      - N. uxor 1. Tydei —— 2. Diomedes.
    - 1. Hippomedon.
    - Pronax.
    - Eriphyle, uxor Amphiarai.
- Melampo
  - Abas | Cœranus. | Polyidus.
  - Oicleus | 1. Amphiaraus
    - Eurydice.
    - Demonaſſa.
    - 2. Amphilochus.
    - 2. Alcmæon.

G. 2. τοιαδτα μὲν ἐφθέγξ:] υ-υυ --, pro υ-υ- υ-, Permutatione: vel lego, τοιαδτα μὲν δ' ἐφθέγξατ', cum Aldo.

G. 3. χαίρων δὲ καὶ αὐτός] Recitato Amphiarai vaticinio, jam Chorus ſub perſona Ariſtomenis Alcmæonem laudum præconio afficit: I. Qvia vicinus eſt, II. Qvia Patronus fortunarum mearum. Fuit enim Ægina prope ædes Ariſtomenis, Alcmæonis ἡρῶον, ſeu monumentum heroicum; cui manes ejus q. adeſſe, & vicina tueri credebantur. III. Qvia Delphos eunti mihi occurrit. IV. Qvia congenitam & qvaſi hæreditariam habet artem vaticinandi. Conſulerat enim Ariſtomenes ad certamen Pythicum profecturus, Alcmæonis oraculum, eoq; cõfirmatus certamen iniit, & victoriam reportavit. *Aretius* Poëtæ ipſius verba eſſe putat, heroem Alcmanem breviter laudantis: qvum ςεφάνοισιν αὐτὸν βάλλειν, ὕμνῳ τε ῥαίνειν, non Ariſtomenis, ſed Poëtæ eſſe videatur. Sed *Scholiaſtæ* ſententia commodior videtur. Nam τὸ ςεφάνοισι βάλλειν, ὕμνῳ τε ῥαίνειν, nec propriè hîc accipitur, ſed Metaphoricè, pro *Grato animo, celebrare*; nec hoc ſenſu Poëtarum tantùm eſt, ſed cujusqve.

G. 3. χαίρων] Primam brevem eſſe oportebat: ſicut *& D.* 3. in δαίμων. Poſſet tamen hîc legi χαρείς: tametſi neceſſe non ſit, qvum ante Liqvidam etiam αι poſsit corripi: ut & in *δαίμων D.* 3.

G. 4. Ἀλκμᾶνα ςε:] --υυ, pro -υ-υ, permutatione dithyrambica.

G. 8. ὑπαντίασεν] *obviavit*, reſpondendo per oraculum, inte[...] ganti mihi. Legendum autem ὑπα[...] τασεν.

G. 8. 9. γαίας ὀμφαλὸν παρ' [...] διμον] *ad decantatum umbilic*[...] *terræ*, hoc eſt, Delphos. Legen[...] autem γᾶς.

G. 10. μαντευμάτων δὲ ἐφάψ[...] *vaticinia attigit*, vaticinationes [...] cuit. Ita lego *cum Pal. C.* & ſic [...] υυ pro - ponuntur.

G. 11. συγγόνοισι τέχναις] *a*[...] *congenitis* & qvaſi hæreditariis, [...] patre Vate in filium ſunt propa[...] Senſus ergò eſt: Artibus cog[...] (i. e. naturali & congenita ſag[...] te) vaticinia exercuit: τὸ ἐφάπ[...] enim cum Genitivo objecti con[...] tur, & cum ſexto caſu inſtrume[...] modi. Minus ergò benè reddi[...] Philippo, *attigit cognatas artes* [...] *nii:* & à Lonicero, *vaticinior*[...] *gnatas apprehendit artes:* qvaſi τ[...] πτεσθαι conſtrueretur cum [...] objecti: & τέχναι μαντευμάτ[...] num objectum notarent. [...] Syntaxis *ſuprà* eſt ϛ. 3. θίγοισ[...] κιδᾶν, qvomodo? κλειναῖς δ' ἐτ[...]

δ. 1. Τύδ' ἑκατηβόλε] Int[...] pit hîc Poëta aliqvantum Arg[...] ta laudum Ariſtomenis, & ant[...] octavum argumentum tracte[...] βολὴν facit ſeu Digreſsionem, [...] tem primò ἀποςροφὴν duplic[...] nam ad Apollinem, cui accep[...] fert victoriam Ariſtomenis, t[...] thicam hanc, tum ante eam, [...] ticam domeſticam, & mox e[...] pollini Hymnos ſuos, qvos à [...] hoc eſt Veritate laudat, comm[...] Alteram ad Xenarcem, Ariſt[...] patrem, qvem curæ Deorum [...]

t. Deinde κατάκρισιν perverſi ju-
tii vulgi de Divitiis, qvas qvi facilè
qvirunt, ſapientes habentur, & pro-
a prudentia & induſtria eas acqvi-
ſſe æſtimantur: qvum tamen Di-
em fieri, non ſit in poteſtate homi-
n: ſed Deus liberè, qvibus vult, eas
enſet, aliosq́; extollat, alios de-
mat.

. 1. ἑκατηβόλε] Apollinis cogno-
n, *Longè jaculans*, παρὰ τὸ ἑκὰς
λειν ἀκτῖνας, qvòd ex longiſsimo
ſimoq́; loco radios in terram uſ-
demittat. Sagittarum enim no-
ne, radiorum jactus oſtenditur.
e *Macrob. lib. 1. Sat. 17.*

1. 2. πάνδοκον ναὸν εὐκλέα] *Tem-
Delphicum omnes advenas exci-
s*, commune omnibus, in qvo o-
bus cujuscunqve nationis homi-
us petentibus oracula reſponde-
ur. Εὐκλέα eſt Accuſativus à
minativo εὐκλῆς, contracto ex
λεής: inde obliqvi, εὐκλέος, εὐ-
, εὐκλέα, pro εὐκλεέος, εὐκλε-
ὐκλεέα. *Scholiaſtes* Adverbiali-
xponit, ἐνδόξως: qvem ſeqvitur
icerus, Glorioſè. Minùs benè.

. ἐν γυάλοις] τὸ γύαλον, *Cavi-
Vola.* Qvando de tractibus mon-
s dicitur, ut hic de Delphis, *Val-*
notat.

4. τόθι] *Ibi*, localiter, ἐν γυάλοις
ῶνος, ubi vicit Ariſtomenes, Vul-
perperam temporaliter reddi-
tunc.

4. 5. τὸ μέγιστον χαρμάτων] vi-
iam ſcilicet Pythicam, de qva
qvàm de ullis aliis, qvæ in vi-
bi evenerunt unqvam, læta-

δ. 5. οἴκοι] in Ægina inſu-
la.

δ. 6. πρόσθεν] ante hanc victori-
am Pythicam.

δ. 6. ἁρπαλέαν δόσιν] *munus qvod
avidè vel cupidè acceptatur*; Intelli-
git victoriam Delphiniorum, hoc eſt,
ſacrorum ludorum in honorem A-
pollinis qvinqvertio celebratorum,
apud Æginetas, ante hanc Pythicam,
ab Ariſtomene reportatam.

δ. 7. πενταέθλίῳ] Facienda
συνίζησις τῷ α καὶ ε. Qvid ſit τὸ
πένταθλον, vel πεντάεθλον, vel ut
hic habetur, πενταέθλιον, *ad Olymp.
ιγ.* dictum eſt. Cæterùm, δόσιν πεν-
ταεθλ: υ – – – eſt pro υ – υ –. *Loni-
ceri* editio habet; *Qvinqvatrii*: σφάλ-
μα, ut videtur, typographis potius,
qvàm Autori doctiſsimo imputan-
dum, pro *Qvinqvertii.*

δ. 7. 8. σὺν ἑορταῖς ὑμαῖς] *cum fe-
ſtis tuis.* Delphiniis ſcilicet, q. d. Si-
mul ac, ô Apollo, tuas ἑορτὰς illucere
feciſti, etiam victoriam Delphinio-
rum Ariſtomeni conciliaſti. τὸ ὑμαῖς
qvod Doricum & Æolicum eſt, pro
ὑμετέραις, hoc loco eſt σαῖς tuis, ut
& *Pyth. ζ. Α. 2.*

δ. 8. ἐπάγαγες] Doricum pro
ἐπήγαγες, qvod arguit α antepe-
nultimæ productum. Ultima
qvoqve ſyllaba productionem deſi-
derat. *Ald.* ἐπάγαγές τ'. Lego po-
tius, ἐπάγαγές γ'.

δ. 8. ἑκόντι νόῳ] *Philippus &
Lonicerus* referunt ad εὔχομαι: te
ſponte invoco, *Philippus*: mea-
pte ſponte precor, *Lonicerus*. Veri-
ùs refertur ad βλέπειν: mente faci-
li aſpicere.

d. 1. κατὰ τὶν ἁρμονίαν] Lego, κατὰ ἳν ἁρμονίαν, *juxta qvem modum? qvâ convenientia!* an etiã laudes meæ congruant cum factis perſonarum! an ſit conſenſus inter res geſtas perſonarum & mea verba.

d. 3. νέομαι] χεάφω.

d. 3. κώμῳ μὲν ἀδυμελεῖ] accipiendum non γενικῶς de omni κώμῳ, ſed εἰδικῶς de Pindarico, hoc eſt, ἐμῷ.

d. 4. δίκα] Genus pro ſpecie, ἀλήθεια, *Veracitas*.

d. 5. ὄπιν δ' ἄφθιτον] *providentiam immortalem*, incorruptam, qvam nemo prohibere poteſt. Aliqvi legunt, ἄφθονον, *carentem invidia*, qvæ dona hominibus confert ἀμεταμέλητα.

d. 6. Ξέναρκες] Lego Ξείναρκες.

d. 6. ὑμετέραις τύχαις] aut iterum ponitur pro σαῖς, ut antea τὸ ὑμαῖς: aut Xenarcis patris, & Ariſtomenis filii ſortes & fortunæ intelliguntur.

d. 7. εἰ γάρ τις] τὸ εἰ ponitur loco brevis. Hæc autem annectit, fortè, qvia magno labore & induſtria, juſtisq; modis, rem ſuam tenuiorem Xenarces & Ariſtomenes lautiorem fecerunt, non ſubito, aut artibus doloſis ditati.

ϐ. 15. *ἀποσπασθεῖσα*] *avulſa, abſtracta, propagata*. Metaphora à Surculis à ſtirpe refractis pro inſitione, qvi *Traduces* dicuntur. Fit enim per *Traducem*, hoc eſt, per *ἀπόσπασμα* ſeminis parentum, generatio & propagatio.

ϐ. 15. *φύτλας*] ἡ *φύτλη*, *genus*, *ortus*, *generatio*.

b. 2. *γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντȣ*] *immenſum robur guſtat*, hoc eſt, experitur; ſeu *Immenſi roboris ſpecimen edit*. Sicut *Nem. γ. Β.* 8. *μυρίαν δ' ἀρετᾶν ἀτελεῖ νόῳ γεύεται*, *infinitas virtutes inſufficiente mente deguſtat*, hoc eſt, periculum facit, ſpecimina edit virtutum. Sic *Pyth. ι. α. 1. γεύεται γὰρ ἀέθλων*. *Specimina edit certaminum*, er verſuchte ſich in den certaminibus. Sic & *Homerus Iliad. υ. γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν.* wollens mit einander verſuchen.

b. 2. *ὁσία*] ſc. ἐστί. Eſt Subſtantivum ἡ *ὁσία*, *fas*, *res licita*. *Ariſtoph. Pluto*: κἀγὼ νομίσας πολλὴν ὁσίαν τȣ̃ πράγματος. *Hom. Od. π. v.* 423. ȣ̓δ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισι. & alibi.

b. 3. *κλυτὰν χέρα οἱ προσενεγκεῖν*] Hand an ſie legen. q. d. darff man ſich auch an ſie machen? Lego autem *χέρα οἱ*, non *χεῖρά οἱ*, metro indicium faciente.

b. 4. ἦ ῥὰ] Interrogantis ſunt. *anne?*

b. 4. 5. ἐκ λεχέων κεῖραι μελιηδέα ποίαν;] Ita lego *cum Pal. C.* Alii habent κεῖρεν, qvod eſt Doricum pro κείρειν. Eſt autem verecunda deſcriptio uſus rei venereæ. Per μελιηδέα ποίαν, intelligit vel παρθενίαν, an fas ſit eam διαπαρθενεῦσαι? vel τέρψιν ἀφροδισίαν, an amore ejus ſit fruendum?

b. 6. Τὸν δὲ Κένταυρος ζαμενὴς] i. e. *Chiron Centaurus gravis*, venerandus, vel etiam εὔνοος.

b. 7. ἀγανᾷ χλιαρὸν γελάσαις ὀφρύϊ] *riſum blandum in re blanda riſit*, affectui Apollinis hoc tribuens. In χλιαρὸν priores duæ ſyllabæ breves pro una longa ponuntur, vel per συνίζησιν in unam longam coire debent. *Ald. & Pal. C.* legunt χλαρὸν. Ἀγανᾷ *Lonicerus* reddit *Nobili:* Potiùs, *Blando.*

b. 9. εὐθὺς] ne cogitetur diu, aut indecorè, aut nimium riſiſſe.

b. 9. 10. κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς] q. diceret: Solent omnes de rebus venereis clam & prudenter deliberationes inſtituere, id qvod etiam tu, me vel inconſulto, facies. Tectè & allegoricè iſta profert. Per σοφὰν πειθὼ φιλοτάτων, *artificioſam & callidam perſvaſionem perſonarum amatarum* intelligit, qvam vi apertæ præferendam cenſet. Κλαΐδας vocat, qvia animus amaſiæ qvaſi occluſus, & rem cupitam fateri renuens, artificioſa inſinuatione qvaſi reſerari ſolet. Aliàs, ubi promptitudo adeſt, qvilibet Ruſticorum clavem adulterinam habet. Corripit κλαΐδας hîc penultimam. Ideoq; à *Pal. C. & aliis* malè προπερισπᾶται.

ἱερὰς φιλότατας partim intelli
legitimos amores, qvi ſecreti eſſe
bent & verecundi: partim *vehem*
tes, magnos, qvalis hic Apollinis e
qvi qvanti qvanti ſunt, tamen i
honeſtos verecundi ſunt & eſſe
bent. ἱερός ut & *Sacer* pro *Ma*
ſæpè accipitur, ut aliunde notum.

b. 14. ἀμφανδὸν] Ita lego, pr
ναφανδὸν, qvod aliàs in uſu eſt.
tus p. 618. γενεὰν ἀνδρῶν ἀναφα
ὀφέλλει. τὸ ἀμφαδὸν verò, q
libri impreſſi habent, propter pen
mam brevem ſuſpectum eſt.

B. 1. Τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγ
παρενθετικῶς hæc inſeruntur. Q
non fas eſt attingere mendacium
eſt implicari vel decipi menda
q. d. Te nemo mendaciis deci
poteſt, tu omnia noſti, ideoqve
vellem diſsimulare, me affectu
moris tui intelligere, tu tamen
mulationem iſtam facilè vid
Ideoq; nolo ambagibus uti; ſed
intelligo, amorem erga puellam
hæc verba elicuiſſe; volui etiam
qvæ modò dixi, de occulto &
cundo uſu amoris proferre.

B. 1. οὐ θεμιτὸν] οὐ δυνατὸν, de
& de facto.

B. 2. μείλιχος ὀργὰ] *affectus*
dus & mitis, partim Amor, qvo
puellam flagras, partim manſ
do tua, qva ductus, etiam ea
jam noſti, ex me interrogas. De
vide *ſuprà ad Pyth. α. e. 5. Lon*
commodè reddidit, *Blandula*
adeoq; manſvetudo & humanitas

B. 2. ἔτραπε] ἀνέπεισε] ut
exponit *Lonicerus.*

B. 4. ὁπόθεν γενεὰν] ſcilicet
ſit Syntaxis: ἐξερωτᾷς γενεὰν κ

όθεν [ſc. ἡ ψυχὰ] ἦ. Vel eſt Arti-
li diſsimulatio, qvi Adverbio jun-
ıs, illud in Nominis ſignificatio-
m mutat: ἐξερωτᾷς [τὴν] ὁπόθεν
ἐάν, *originem cujatem*, h. e. unde-
m ejus origo ſit deducta.

3. 6. κύριον ὃς πάντων τέλος οἶ-
ς] Omniſcientiæ deſcriptio, qvam
s in Eccleſia ſoli vero Deo, ex præ-
pto verbi divini, tribuimus. κύ-
ν τέλος eſt *certus & ratus even-*
vel exitus. Lonicerus minus benè
didit: *Peculiarem ſummam & fi-*
r.

3. 7. πάσας κελεύθους] q. d. Non
tùm noſti omnium rerum τέλος
xitum: ſed etiam cauſas medias
exitum illum ducentes.

5. 8. ἤρινὰ] refertur ad φύλλα,
n ad χθών, qvod ultima brevis ar-

3. 10. ψάμαθοι] Ita lego, qvum
μαθοι à metro reſpuatur.

. 12. χὤτι πόθεν] Lego χὤπό-
vel χὠ πόθεν, vel χ' ὁπόθεν,
nde futurum ſit.

. 14. εἰ δέ γε χρὴ] Modeſtam
fationem præmittit vaticinio
q. d. Eqvidem tibi, qvi omnia
i, vaticinari non auderem: Qvia
en ὀργὰ tua ita μείλιχος eſt, ut
interroges: dicam ſanè, qvan-
videm ita cupis, & vaticinium
m tanti facis. ἀντιφερίξαι] ἐξι-
λῶσαι, καὶ μαντεύεσθαι ὡς σὺ μαν-

. 1. ταύτα] τῇ κόρᾳ Κυράνᾳ.

γ. 1. ἵκεο βᾶσσαν τάνδε] *veniſti in*
m hancce. Nam Veniendi verba
cum Accuſativo ſine Præpoſi-
e conſtruuntur. Eſt Indicativus,
Imperativus, ut reddidit Loni-
s, *Adſis*, ſecutus *Scholiaſten*, qvi
παραγυ exponit: ideoq; ad βᾶσσαν τάνδε, Participium καταλιπὼν vult ſubaudiri, q. velit Chiron: *Adſis huic maritus, valle hac relicta*, h. e. abi hinc, & rape puellam. Qvum vaticinium ſit, non juſſum. Loqvitur enim hîc tanqvam præſciens, de futuro: non tanqvam ſvadens aut jubens, de faciendo.

γ. 2. ὑπὲρ Πόντου] *trans mare mediterraneum Libycum.*

γ. 2. 3. Διὸς ἔξοχον ποτὶ κᾶπον] i. e. *in Libyam*, qvam Διὸς κᾶπον nominat, vel propter vicinitatem Ægypti, qvæ Διὸς τέμενος Poëtis dicitur: vel qvia Ammon in Libya cultus, Jupiter putabatur. Vide *ſuprà ad* Πυθ. *δ. α. 14.* Aliàs propter amœnitatem circa Cyrenen, etiam Ἀφροδίτης κᾶπος ibi eſſe credebatur, ut *ſuprà Pyth. ε. Α. 3.* vidimus.

γ. 4. ἔνθα νιν ἀρχέπολιν θήσεις] *ibi eam principem civitatis facies*, h. e. eam urbem illi dabis, qvæ ab ipſa Cyrenes nomen accipiet. ὁ καὶ ἡ ἀρχέπολις, *urbi vel civitati imperans, princeps urbis.* Sicut ἀρχέλαος, *populo imperans, princeps populi.* Malè itaq; *Lonicerus* Subſtantivè accipit: *Principem ei civitatem ſtatues*: qvaſi ἀρχέπολις eſſet Subſtantivè *civitas princeps vel primaria.* Unde & νιν in Dativo caſu accipere oportuit.

γ. 5. ἐπὶ λαὸν ἀγείρας νασιώταν] Tempus addit qvando hoc futurum ſit, qvando videlicet λαὸν νασιώταν, *populum inſularem*, hoc eſt Theræos, duce Batto, eo congregaveris, h. e. oraculo tuo eò proficiſci juſſeris. Tunc Cyrene civitas in maximo erit flore. De Theræis in Libyam profectis *ſuprà Pyth. δ.* prolixè vidimus.

γ. 6. ὄχθον ἐς ἀμφίπεδον] *in collem campis undiqve cinctum.* Qvia Cyrene in colle ſita eſt campis planis undiqve cincto. Vide *Pyth. δ. α.* 14. Opponitur Theræ inſulæ, qvæ eſt ἀμφίαλος vel ἀμφιθάλασσος. *Portus* ex vulgari verſione retinuit *Utrinqve cinctum*, ſecutus *Scholiaſten*, qvi exponit ἑκατέρωθεν πεδία ἔχον, minùs benè.

γ. 7. Νῦν δὲ εὐρυλείμων] q. d. Iſta olim aliqvando futura ſunt, ideoq; ea mitto. Jam ſtatim verò tu puellam in Libyam transportabis; qvam εὐρυλείμωνα vocat, id eſt, *lata & ampla & multa prata habentem*, hoc eſt, feracem, qva de re *ſuprà ad Pyth. δ. α. 11. & 14. & θ. α.* 11. Vide & *Iſthm. δ. G. 9.*

γ. 9. εὐκλέα νύμφαν] Κυράναν: εὐκλέα vocat, propter futuram nominis celebritatem.

γ. 10. χρυσέοις] id eſt, *pulchris*: υ corripitur, ut ſæpè.

γ. 11. ἵνα] *ubi.* Adverbium Loci, non conjunctio cauſalis.

γ. 12. συντελέθειν ἔννομον] *ut unà ſit cum ea ἔννομος*, Neutraliter: h. e. ut iiſdem cum reliqva Libya legibus utatur, vel, ut legitima fiat hæres cum aliis: vel, ut *Lonicerus* commodè reddidit, *qva* [χθονὸς αἶσα] *frui ilicò poſſit legitimè. Portus* ex Vulgari verſione, minùs benè habet, *ut eam efficiat legum obſervatricem*, qvaſi eſſet à τελέω, qvum ſit à τελέθω Poëtico, *Sum*: Haud dubiè à *Scholiaſte* deceptus, qvi ita exponit: ὥστε συντελεῖν ἐννόμως αὐτῇ, ὥστε συνάπτεσθαι καὶ συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν κατασκευήν. ἢ συντελοῦσαν αὐτῇ ἐν ταῖς νομαῖς καὶ νεμήσεσιν, συναύξουσαν αὐτῇ καὶ τὰς φυτείας καὶ τὰ κυνηγέσια.

γ. 15. νήποινον] id eſt, ἄμοιρον, e[...] pertem, *deſtitutam beneficio vel co[...] modo.* ποινὰ enim ſæpè *Præmium* [...] *honorem* ſignificat. ut *Pyth. α.* G. 11.

γ. 15. οὔτ' ἀγνῶτα θηρῶν] hoc [...] πολύθηρον, ut habeat qvod agat i[...] venationum ſtudioſiſsima. ἀγν[...] ὦτος, interdum Paſsivè ſignific[...] *Ignotus*: interdum activè, *neſcius* [...] *gnarus*. Item Neutraliter, *Expers* [...] hoc loco: ἀγνὼς θηρῶν, *neſcius* [...] *vel expers ferarum.* Sicut & Germ[...] dicunt, Man weis hier nichts v[...] wilde/pro, Man hat hier nicht W[...]

g. 1. τόθι] ἐν τῇ Λιβύᾳ.

g. 1. παῖδα] ultima pro longa [...] nitur. Intelligit Ariſtæum, ut po[...] nominat.

g. 2. ἀνελὼν] *ſuſcipiens vel acc[...] ens.* Lonicerus, *rapiens*, nimis [...] olenter.

g. 2. εὐθρόνοις Ὥραισι] Sun[...] nim Horæ temporum anni diſp[...] ſatrices, qvorum ratio artificii[...] Ariſtæo inventis, de qvibus poſ[...] maximè neceſſaria eſt.

g. 2. καὶ Γαίᾳ] tanqvã προμάμ[...] ſeu proaviæ, ut *Scholiaſtes* expo[...] vel potiùs ἀπομάμμῃ, *abaviæ*, u[...] genealogia ſuprà poſita liqvet.

g. 5. ἀνθηκάμεναι] *imponent[...] biipſis.* Ita lego, qvum metrum [...] labam deſideret. Libri impreſſ[...] mnes habent θηκάμεναι.

g. 6. νέκταρ καὶ ἀμβροσίαν] i[...] *nectar & ambroſiam, latices epu[...] Deorum*, ut ita ſcilicet faciant [...] mortalem ut mox ſeqvitur.

g. 9. ζῶα καὶ ἁγνὸν Ἀπόλλ[...] ſubaudiendum ὥσπερ. Facient [...]

immo

mortalem Jovem, id eſt immor-
em, ut Jovem & Apollinem.
g. 10. ἀνδράσι χάρμα φίλοις]
pter beneficia hominibus præſti-
ob qvæ etiam pro Deo cultus fuit,
cipuè ob monſtratam ἐλαιουρ-
& μελιττουργίαν. Nam *Diodorus*
lus lib. 4. ſcribit, τὸν Ἀρισταῖον,
ὰ τῶν Νυμφῶν μαθόντα τήν τε
γάλακτος πῆξιν, καὶ τὴν κατα-
ὴν τῶν σμηνῶν, ἔτι δὲ τῶν ἐλαι-
τὴν κατεργασίαν, διδάξαι πρώ-
τοὺς ἀνθρώπους. Διὰ δὲ τὴν ἐκ
ων τῶν εὑρημάτων, τοὺς εὐεργε-
ντας ἀνθρώπους τιμῆσαι τὸν Ἀρι-
ν ἰσοθέοις τιμαῖς. Idem *Diodo-*
ib. 3. vocat eum ἄνδρα συνέσει
σωφροσύνῃ καὶ πάσῃ παιδείᾳ
φέροντα. De inventione mel-
in ſpecie vide *Virgilium lib. 4.*
gicorum. Idem Ariſtæus etiam
m paſturam homines docuit. Et
iodorus lib 4. porrò add t, ex in-
Coam peſtem fugavit: & tan-
in Thracia Orgia à Dionyſio
cit, ubi etiam diſparuit, & pro
cultus fuit.
11. ἄγχιστον ὀπάονα μήλων]
Ariſtæum enim, ovium Paſto-
on fuerunt. Qvod ſi de ethni-
poſteritate Caini fortè verum
n populo Dei tamen ſtatim Abe-
opilionem fuiſſe legimus, *Gen.*
2.
. 12. Ἀγρέα καὶ Νόμιον τοῖς δ' Ἀ-
ῖον καλεῖν] id eſt ut propter hæc
æum vocent Ἀγρέα id eſt, *Ve-*
rem, & Νόμιον id eſt *paſtoralem.*
ve hæc nomina ſtatim ab ipſis
mphis nutricibus ei impoſita.
orus lib. 4. ſcribit. Eſt autem
ις Græcis Poëtis uſitata, τοῖς
ο ἀπὶ τοῖς δε, *propter hæc, ob hæc.*

g. 14. ἔντυεν] id eſt παρεσκεύαζεν, *inſtruebat, præparabat, inſtigabat,* vel ut *Lonicerus* non incommodè reddidit, *in cauſa erat.*

G. 1. ὠκεῖα δ' ἐπειγομένων ἤδη θεῶν πρᾶξις] γνώμη de Deorum in expediendo decreta, celeritate & potentia.

G. 3. κεῖνο κεῖν' ἆμαρ διαίτασεν] id eſt illud τὸ μιγῆναι ſc: τῇ Κυράνᾳ, illa dies perfecit, διαίτασεν, id eſt *arbitri inſtar rem compoſuit.* Lonicerus utrumq; κεῖνο ad ἆμαρ refert, *illa illa dies rem peregit.*

G. 6. ἵνα] iterum Adverbium Loci, *ubi.*

G. 6. καλλίσταν πόλιν] urbem Cyrenæ cognominem, qvam καλλίστην vocat, propter præclara ædificia, ſicut eodem reſpectu *Pyth. ε. γ. 9.* ἀγακλιμένη πόλις nominatur.

G. 7. ἀμφέπει] *Scholiaſtes* de Apolline accipit. Sed rectiùs de Κυράνα accipitur, qvæ jam tempore Teleſicratis καλλίσταν illam πόλιν ἀμφέπει, id eſt, *ut tutelaris Dea adminiſtrat & gubernat:* ut ita Teleſicrates videat, vaticinium Chironis adimpletum fuiſſe.

G. 7. κλεινάν τ' ἀέθλοις] propter multos Cyrenæos, qvi victorias ſolennes ex certaminibus Græciæ reportarunt. Erat enim glorioſum civitati, multos certaminum Græciæ victores genuiſſe.

G. 8. Καί νυν ἐν Πυθῶνί νιν ἀγαθέᾳ] Finita ſatis prolixa digreſsione in hiſtoriam Cyrenes Nymphæ, nunc Ἐπάνοδον inſtituit ad laudes Teleſicratis, per illam longam digreſſionem abruptas, continuandas. Itaq; VI. argumentum laudis petit à patre Carneade. VII. à præſente

victoria Pythica, toti patriæ Cyrenæ honorifica. VIII. à benevolentia civium, qvam ei qvaſi debent, imò ultrò exhibent, pro gloria hac civitati ſuæ acqviſitam.

G. 8. *καί νυν*] ita lego; pro *καὶ νῦν*, qvod verſus rejicit.

G. 9. *Καρνειάδα υἱός*] *Carneadæ filius Teleſicrates*. Ita autem lego, non *Καρνιάδα*. Qvi Carni filium faciunt, non ſatis expendunt.

G. 10. *Εὐθαλεῖ συνέμιξε τύχᾳ*] *floridæ fortunæ conjunxit*, hoc eſt, florente fortuna potiri fecit. Sicut *ſuprà Ol. α.α.17.* de Eqvo dicitur, qvod dominum ſuum *κράτει προσέμιξε*, *victoria potiri fecit*. In *εὐθαλεῖ* autem media producenda eſt, vel liqvidæ ſeqventis ratione; vel λ potius geminandum eſt, *εὐθαλλεῖ*: ſicut & habetur *ἀειθαλλής* & *ἐριθαλλής*, pro *ἀειθαλής* & *ἐριθαλής*, metri cauſa. Per *εὐθαλῆ* vel *εὐθαλλῆ τύχαν* autem intelligit victoriam Pythicam, ut ex contextu patet.

G. 11. *ἀνέφανε Κυράναν*] *patriam ſuam profeſſus eſt Cyrenen*: proclamavit, vel proclamari fecit Cyrenen: ſolebant enim non tantùm victorum nomina, ſed ſimul etiam patria eorũ publicè proclamari. Qvod valdè honorificum qvælibet civitas ſibi duxit. Unde factum eſt, ut civitates illæ eos, à qvibus pro patria proclamatæ fuerant, certis honoribus afficerent, qvod hîc Poëta etiam Teleſicrati promittit: & contrà eos, qvi patriam aliam, qvàm qvæ natalis fuerat, profeſsi fuiſſent, ignominia, qvoad ſe, notarint, ut *ſuprà in Prolegomenis Olympiorum* dictum. *ἀνέφανε* autem non eſt Aoriſtus ſecundus,

ſed primus, qvod α productum
guit.

G. 13. *καλλιγύναικι πάτρᾳ*
eſt Cyrenæ urbi, qvam à pulchritu
ne fœminarum commendat.

ϑ. 1. *Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι*
λύμυθοι] Seqvitur Confutatio.
jiceret enim aliqvis: *Laudes Teleſi*
tis erant pluribus perſeqvendæ.
ſpondet I. per Conceſsionem,
μικῶς, q. dt: Verùm eſt, Magnas
tutes, qvales ſunt Teleſicratis, pr
xo encomio exornandas eſſe. II.
diſtinctionem Sapientum, qvi c
cinna & artificioſa brevitate d
ctantur, à Vulgo, qvod in *πολυμ*
laudem eruditionis ponit. III.
compenſationem *ποικίλματος*
tificioſi. Kurtz vnd gut/ iſt beſſer/
lang vnd böſe. IV. deniqve à *κ*
præſente, qvi plura non reqvirit.
biter autem, etſi brevis eſſe cupit
men prolixus ſit, dum I. ad men
nem *Καιρῦ*, exemplum Iolai
fert, qvi tempeſtivè magno facin
perpetrato, iterum mortuus abij
pultus prope Amphitryonem av
II. Ad mentionem Amphitry
qvædam attingit, partim de co
bitu Alcmenæ cum Jove & Am
tryone: partim de Hercule ex
& Alcmena genito, omnibus
brato: cui, ut & fratri Iphicli vo
facit: partim de ipſis Thebis omn
celebratione digniſsimis.

ϑ. 2. 3. *ἀκοαὶ σοφοῖς*] ſc: χ
ρόσα: vel ut *Scholiaſtes* exponit;
ται σοφῶν ἀκροατῶν.

ϑ. 3. *ὁ δὲ καιρὸς*] Vide Prov
Noſſe tempus gratum eſt.

ϑ. 5. *Ἰόλαον*] filium Iphiclis
potem Amphitryonis, ſocium &
rigam Herculis.

ϑ. 6.

δ. 6. σὺκ ἀπιμάσαντά νιν] ſcilicet
ιρόν.

δ. 7. ἑπτάπυλοι Θῆβαι] id eſt *The- Bœotiæ*, patria Poëtæ, ad differen- m Thebarum Ægyptiarum, qvæ nt ἑκατόμπυλοι.

δ. 8. Εὐρυσθῆος ἐπεὶ κεφαλὰν] rum enim Euryſtheus Heracli- ab Athenienſibus, ad qvos con- gerant, repeteret, & niſi redde- t, bellum eis minitaretur: Iolaus vita defunctus, à Jove petijt, ut ad horulam ſibi reviviſcere li- et: qvo impetrato, Euryſtheum erfecit, & ita opportunè Hera- is opem tulit. Alij ἱστορικωτέρως exponunt: Iolaum jam ſenio fectum, vires ſibi juveniles o- ſe, qvæ etſi non adeſſent, ni- minus ſeſe virum præſtitiſſe, & yſtheum occidiſſe, ſtatimq; ex- aſſe.

9. ἔπραθε φασγάνου ἀκμᾷ] ego, cum *Pal.* C. metro poſtulan- cus qvàm alij, ἔπραθεν ἐν φα- νου ἀκμᾷ. Eſt autem Hebraiſmus, der ſcherffe des Schwerts. *Joſ.* 8. לְפִי חָרֶב qvanqvam in Hebra- hraſi etiam Hypallage eſt, *ad ladij eos percußit*, pro, *os*, id eſt, *n gladij illis inflixit*. Sicut Ger- us dicit, Er iſt mir an die Hand iſſen/ pro, Ich hab jhm die Hand Geſicht geſchlagen.

11. 12. Ἀμφιτρύωνος σάμα- ro ἐν σάματι, *in monumento Am- yonis*.

12. πατροπάτωρ] *avus pater- Amphitryo*, pater Iphiclis, patris .

13. σπαρτῶν ξένος] Amphi- hoſpes (ut pòſt dicetur) σπαρ- i. e. *Thebanorum*. Crediti enim fuerunt Cadmo Thebarum autori, ex ſatu dentium Draconis homines è terra enati, qvem Draconem Mar- te & Tilphoſa fontis Bœotiæ Nym- pha genitum fabulabantur, ut eſt a- pud *Pauſ. Bœot.* Ideoq; ubi *Scholia- ſtes Sophoclis ad Antigonen*, *1.* 2. Τιλ- φώσας ἐρινύος habuiſſe in vulga- tis editionibus legitur, Τιλφώσας κρήνης legendum puto. Illi tamen σπαρτοὶ mutuis ſtatim ictibus confe- cti ceciderunt, adeò ut ſuperſtites tãtum qvinqve remanſerint, Chtho- nius, Hyperenor, Pelorus, Udæus, & Echion: qvi poſteà σπαρτοὶ q. d. *Sa- ti*, appellati fuerunt, ut eſt apud *Pau- ſaniam in Bœoticis*. Inde poſteà & alij Thebani omnes, σπαρτοὶ ἄνδρες fuerunt dicti: ut & Καδμεῖοι, à Ca- dmo conditore urbis.

δ. 14. λευκίπποισι μετοικήσαις ἀ- γυιαῖς] Qvum enim anteà Amphi- tryo Tirynthe in oppido Argivo- rum habitaret, poſteà tamen ob cæ- dem Electryonis patris Alcmenæ, exul Thebas conceſsit, & hoſpes ibi mortuus atq; ſepultus eſt: ἀγυιὰς au- tem vocat λευκίππους, partim in genere, qvia Thebani eqveſtris rei ſtudioſi erant: partim in ſpecie pro- pter locum ſepulturæ Amphitryo- nis, prope ἁμαξιτὸν qvãdam, (Fahr- weg) in qvam ἁμαξιτὸν, prope Am- phitryonem, Thebani Euryſtheum ſepelierunt, ut perpetuò pedibus e- qvorum calcaretur, ut notat *Scholia- ſtes*. Sed *Pauſanias in Atticis* Eury- ſtheum non procul à Scironijs petris, in confinio ferè Atticæ & Megari- cæ, ibi ubi ab Iolao interfectus fuit ſepultum tradit.

d. 1. τέκε οἱ καὶ Ζηνὶ μιγεῖσα] Vi- de *Nem. 1. A.* & *Plauti Amphitruonem*.

d. 2. ἐν

d. 2. ἐν μόναις ὠδῖσιν] id eſt, ἑνὶ τόκῳ. αἱ ὠδῖνες ſunt *dolores parturientium.* Synecdochicè hîc pro ipſo partu.

d. 2. διδύμων υἱῶν] Herculis & Iphiclis.

d. 5. ὃς Ἡρακλεῖ ςόμα μὴ παραβάλλει] id eſt, ὃς Ἡρακλῆ οὐκ ἐγκωμιάζει. *Pal. C.* περιβάλλει.

d. 6. Διρκαίων ὑδάτων] ἡ Δίρκη amnis Bœotiæ prope Thebas. Per Διρκαῖα ὕδατα intelligit ipſas Thebas, Synecdochicè. Sic in *Pſalmo* 137. *ſuper flumina Babylonis*, pro in ipſa Babylone.

d. 9. τοῖσι τέλειον ἐπ' εὐχᾷ κωμάσομαι] Hunc locum diverſi diverſimodè interpretantur. *Scholiaſtes* vult eſſe verba ipſius Teleſicratis, qvi τέλειον ἐσλόν τι πεπονθὼς ἐπ' εὐχᾷ, victor videlicet proclamatus etiam in Heracleis & Ioleis, qvæ Thebis agebantur, velit eis, Herculi & Iphicli, κωμάσεσθαι, hoc eſt κῶμον pangere. Sed rectiùs ipſius Poëtæ verba eſſe dicuntur. In qva ſententia tamen etiam diſcrepant. *Lonicerus* ita reddidit: *Qvos & ego abſoluto encomio evebam, qvando pro voto meo ab illis beneficium accepero, ne me deſtituat purum celebrium Gratiarum lumen:* accipiens τὸ τέλειον adverbialiter, & illa verba, χαρίτων κελαδεννᾶν μή με λίποι καθαρὸν φέγγος, ad priora, qvæ poſt ἐσλάν commate tantùm diſtinxit, annectens, tanqvam cauſam finalem illius ſui κώμου: qvod etiam facit *Philippus*. Verùm qvum τὸ λίποι in Optativo ſeu potentiali modo ponatur, ad finalem cauſam illa referri non poterunt. *Vulgaris verſio* ita: *Qvos hymno celebrabo, affectus ab illis beneficio optata perficiente per preces.*

Portus ita: *Qvos carmine celebrab*
perfectum victoriæ decus partum p
pter mea vota ab ipſis aliqvo affe
beneficio. Senſus ſimplicisſimus
Qvibus ego ob vota, perfectum e
mium pangam, aliqvod ab ijs na
bonum. Qvæ autem illa vota Po
fuerint, aut qvodnam ſperaverit
num, ipſe non expreſsit.

d. 11. Χαρίτων κελαδεννᾶν μ
λίποι] Inſtituit novam ἐπάνοδο
laudes Teleſicratis, qvas anteà q
abruperat, & tantum non concl
rat. Amplificat autem hanc ἐπ
δον primum voto, ne ſcilicet unq
Gratiarum favore deſtituatur
pangendis carminibus; deinde
ut ſcilicet hoc modo effugiat ipſ
cto σιγαλὸν ἀμαχανίαν, h. e. *tac*
nam pangendorum carminum inop
Utroqve autem reſpicit ad Con
tionem modò poſitam, qva ad
jectionem de brevitate laudum
leſicratis reſpondit, qvas tamen
veniebat eſſe prolixas, pro nun
facinorum egregiorum & vict
rum. Ne itaq; ex inopia Poëtica
vior fuiſſe videatur, initiò Gr
rum iram deprecatur, das wolte
nicht / das ich nicht mehr was
machen könte. Deinde ipſo
oſtendit, ſe non ex ἀμαχανίᾳ
λῷ id eſt, *inertia Poëtica taciturn*
qvæ plura proferre non poſsit, co
dere laudes Teleſicratis coact
fuiſſe, ſed ulterius eas extender
ſe. Itaq; eas denuò pertexit, I
victoria Æginetica, & Megari
plici. X. ab ejusmodi præclar
ctis, qvæ tàm ab inimicis qvà
amicis ſunt laudanda; qvod rec
ri probat autoritate Nerei.
plurimis victoribus Panathen

à gratia & amore puellarum &
tronarum, ob virtutem eum ſibi
itum aut filium exoptantium.
I. à victorijs aliqvot Olympicis
lijs, etiam Libycis. XIV. à vir-
hæreditaria, & majoribus ejus,
rum unus Alexidamus certami-
ictor factus, Barcen filiam An-
exemplum Danai ſecuti, pro
nio accepit, cum congratulatio-
tius & priorum victoriarum.
11. *χαρίτων κελαδεννᾶν μή με*
] id eſt, *γένοιτό μοι χαρίεντα χρά-*

13. *Αἰγίνα τε*] in Ægina inſula,
dis *Αἰακείοις*.
14. *Νίσου* ἐν λόφῳ] *Niſi in col-*
eſt, Megaris; qvorum Rex fuit
Pandionis filius, interfectus
à à Minoë Cretenſi, teſte *Pau-*
n Atticis. Pleriq; perperam ha-
Νιοσου.
1. *σιγαλὸν ἀμαχανίαν ἔργῳ*
] Hæc pleriqve à *Scholiaſte* de-
de Teleſicrate accipiunt, & τὸ
, per *ἀντίπτωσιν* pro *φυγόντα*
m volunt. Sic Vulgata verſio:
actis taciturnam mæſtitiam de-
ndam effugerit. Philippus: *Te-*
em effugiſſe tacitam ignaviam
Lonicerus: *Taciturnam iner-*
ebus præclarè geſtis qvi effugit.
qvo etiam *Aretius* conſentit.
: *Tacitâ inopiâ conſilij & mæſti-*
tis vitata. Verùm ipſius Pin-
erba de ſeipſo eſſe, jam modò
qvidò oſtendimus, & Syntaxis
nvincit: φαμὶ γὰρ &c: φυγὼν
νίαν σιγαλὸν. *Lonicerus* agno-
idem τὸ φυγὼν ad τὸ φαμὶ
odè referri; ſed perperam Te-
is verba facit, qvum ſint ipſius
Cadit ergò nota *Porti* ad

hunc locum, licet aliò qvadrare poſsit.

D. 3. Εἴ τις *ἀνταίεις*] ſc: ἐστὶ. ὁ καὶ ἡ *ἀντάεις* vel *ἀντήεις*, *adverſarius*, *inimicus*. Malè *Portus* *ἀνταίει* legendum cenſet, qvaſi eſſet ab *ἀνταίω*.

D. 5. *λόγον βλάπτων ἁλίοιο γέροντος*] id eſt violans vel transgrediens ſermonem vel præceptum ſenis marini, hoc eſt Nerei, qvod mox ſubjungit. Ineptè *Lonicerus*: *Neqve ſermone ſuo marinum ſenem lædat.*

D. 10. 11. *τελεταῖς ὡρίαις ἐν Παλλάδος*] id eſt in Panathenæis, ſeu ſacris ludis Minervæ Athenis celebratis. Vocat *τελετὰς ὡρίας* id eſt *ſtatas, ſtato anni tempore celebratas*. Ideò Philippus; *in annuis ſacrificijs Palladis*. Lonicerus, *Specioſis* reddidit, minùs benè.

D. 11. *ἄφωνοι*] id eſt nihil qvidem dicentes, ſed tacitè in corde ſuo optantes.

D. 12. *ἄφωνοι παρθενικαὶ ἑκάστα εὔχοντο*] Σύνθεσις. *Pal. C.* habet *ὡς ἕκασται*.

ε. 1 *ἐν Ὀλυμπίοισί τε*] Annotat *Scholiaſtes*, hîc non intelligi Olympia Piſis acta in Elide, ſed Athenis, qvæ Eleorum illorum qvoddam qvaſi ſimulacrum fuerint. Allegat etiam ex *Didymo*, Terræ ibidem certamina inſtituta fuiſſe, qvæ hîc *βαθυκόλπου γᾶς ἀέθλοις* notentur. In *Ὀλυμπίοισι*, Syllaba *πι* producitur, uti fit nonnunqvam, qvando brevis duabus longis interpoſita eſt.

ε. 1. 2. *καὶ βαθυκόλπου γᾶς ἀέθλοις*] id eſt *in certaminibus Terræ* Athenis habitis. *Philippus* vertit: *& in littore*: qvò reſpexerit, incertum.

ε. 2. πᾶσιν ἐπιχωρίοις] id eſt *in omnibus indigenis ſeu patrijs*, id eſt, Libycis. Portus, ex vulgari retinuit: *in omnibus cujuscunqve regionis.* Philippus: *in locis vicinis.* Sed minus benè, qvum ἐπιχώρια ſint *domeſtica & patria*, ſeu res indigenæ. Et hanc ob cauſam facta mentione certaminum ἐπιχωρίων ſeu Libycorum, infert, qvod hac occaſione data poſtulari poſsit de laudibus majorum Teleſicratis. Ideoq; τῷ οὖν utitur: ἐμὲ δ᾽ οὖν τι &c. Πᾶσιν, ultimam pro longa habet, propter ν ἐφελκυστικόν.

ε. 3. ἐμὲ δ᾽ οὖν τις] *Scholiaſtes* in *Romana & Brubachiana edit:* perperam habet, ἐμὲ δ᾽ οὔ τις. *Lego*, ἐμὲ δ᾽ οὖν τι. Senſus eſt: Ego, qvi aliàs ſitim vel deſiderium carminum, ubertate mea Poëtica reſtinguere poſſum; nunc eandem ſitim reſuſcitare poſtulor, propter negocium aliqvod, videlicet (τὸ καὶ enim hîc magis *Exponendi* qvàm *Copulandi* ſignificationem habet) gloriam tuorum majorum.

ε. 6. παλαιῶν τεῶν προγόνων] qvi ſcilicet & ipſi victorijs claruêre, ut ita victoriæ in familia Teleſicratis qvaſi hæreditariæ videri qveant.

ε. 6. δόξαν τεῶν] Lego, δόξα τεῶν, metro & ſenſu poſtulante.

ε. 7. Λίβυσσας ἀμφὶ γυναικὸς] *ob fœmellam Libyſſam*, Barcen videlicet, vel ut vult *Piſander*, Alceidem, Antæi Regis filiam.

ε. 9. Ἴρασαν ἐς πόλιν] ita lego, ſecus qvàm alij, Ἴρασαν πρὸς πόλιν, qvum & metrum reclamet, & *Stephanus de Urbibus*, Ἴρασα per ſimplex σ ſcribat, ut & *Herodotu*
Melpom:

ε. 9. Ἀνταῖος] Antæus hic *Scho*
ſta non eſt ille Gigas de qvo *Nem*
qvem Hercules interfecit; ſed
Euphemo σύγχρονος fuit, cu
poſteri Cyrenen conceſſerunt, à
bus hic Teleſicrates ortum ducit.

e. 1. ἔπλετο] Lego potius π
το. Qvanqvam res eodem redit.

e. 2. ἥβας καρπὸν ἀνθήσαι]
δρέψαι] Idem notatur, qvod
prà. b. 5. ἐκ λεχέων κεῖραι μελι
ποίαν.

e. 5. Δαναόν ποτ᾽ ἐν Ἄργει]
naus Beli filius, Ægypti, à qvo
ea Ægyptus nomen accepit,
ter, aliqvandiu cum fratre de
gno diſceptavit, tandem verò e
ſit, & expulſo Sthenelo Argivo
rege Argos occupavit. Qvum
tem Danaus ex varijs mulier
qvinqvaginta ſuſcepiſſet filias
tus Ægyptus ſe hoc modo ſim
tem componere poſſe, filias
Danai qvinqvaginta, filijs ſui
dem qvinqvaginta, qvos & ipſ
diverſis fœminis genuerat, u
popoſcit. Cui poſtulato Da
invitus tandem annuit. Qvi
rò vel fratri non credebat, ve
ceptæ injuriæ memor erat, v
uno illorum, oraculo monitus
tem ſibi imminere perſvaſum
bat; ſingulis filiabus pugione
dit, & ut unaqvæqve ſponſum
ma nocte interficeret manda
Et juſſo paterno qvidem paru
reliqvæ omnes: unica verò H
mneſtra ſponſo ſuo Lynceo p
cit, eamq; ob cauſam à patre
dicium vocata, ſed ab Argiv

uta fuit. Ex reliqvis verò qvadra-
ta novem ſororibus, Amynone
teà à Neptuno corrupta fuit. Re-
nſerunt itaqve qvadraginta &
o, qvas Danaus pater à cæde ma-
rum priorum expiatas eo mo-
elocavit, qvo in textu dicitur.
dem filiæ Danai, ab avo *Belides*
unt appellatæ, de qvarum pœ-
apud inferos paſsim apud Poë-
fit mentio. Vide *infrà ad Nem.*
2.

7. παρθένοισι] non qvòd in-
itate adhuc eſſent virgines, ſed
e, habitu, & opinione. Nam
omnes unam noctem cum ma-
cubuerant. Sic & alibi παρθέ-
pro qvaſi virgine accipitur. Vi-
d Pyth. γ. b. 7.

8. πρὶν μέσον ἆμαρ ἐλθεῖν]
ὸ πρὶν μέσον ἆμαρ ἑλεῖν, *cum Pal.*
i tamen poſteà mutavit, & fecit
ν.

12. σὺν δ' ἀέθλοις] τὸ σὺν po-
abſolutè. *Simul verò.*

1. Λίβυς] ὁ Ἀνταῖος, ut eti-
xpoſuit *Didymus.* Sed *Scholia*
nt eſſe nomen proprium, &
intelligi Antæum. Sed malè
rtaſſe *Scholia* ſunt eo loco cor-
.

2. ποτὶ γραμμᾷ] *ad lineam,*
ad metam. Solebant enim ve-
tàm metam, qvàm carceres li-
nea ſignare. Vide proverbium. *Ne moveto lineam,* μὴ κίνει γραμμήν.

E. 3. κοσμήσαις] *ordinans, conſtituens, decenter inſtituens.* Alij de ornatu puellæ accipiunt, poſtqvam κόσμῳ γυναικείῳ eam exornavit. **hat ſie zuvor ſtattlich ausgeputzet.**

E. 5. εἶπε δ' ἐν μέσσοις] Hypallage, pro μέσος ἐν αὐτοῖς εἶπε, dixit in medio ipſorum.

E. 8. Ἀλεξίδαμος] unus ſc: τῶν προγόνων Teleſicratis. In tertia Syllaba ι pro longa ponitur, ut ſolet interdum brevis duabus longis interpoſita.

E. 9. Φύγε] non *fugit aut evitavit,* ſed *fugiendo & celerrimè currendo emenſus eſt*, **iſt gelauffen / als wann jhn einer gejagt hette.** Utitur hoc verbo ad exprimendum τάχος.


E. 11. ἱππευτᾶν Νομάδων] *Nomadum* populorum Libyæ, rei eqveſtris ſtudioſorum, qvi aliàs Latinis *Numidæ* dicuntur.

E. 14. πτερὰ νίκας] *alas victoriæ,* hoc eſt victorias, partim ut notet celeritatem curſus qvaſi alarum, partim ut victorijs homines tanqvam alis à fama in altum tolli ſignificet. Ald. νικᾶν in plurali: qvod bene ferri poteſt.

ΕἸΔΟΣ Ι.

Ἱ̓ΠΠΟΚΛΈΑι ΘΕΣΣΑΛῼ ΔΙΑΥ-λοδρόμῳ.

DEcimum hoc εἶδ𝈸 inſcriptum eſt Hipp[illegible] cleæ Theſſalo, Pelinnæati, Phriciæ filio, qvi διαύλȣ δρό[illegible] id eſt, *curſu iterati ſtadij*, qvod eſt 125. paſſuum geometri[illegible]rum ſeu 625 pedum, bis ſumptorum, hoc eſt, 250 paſſu[illegible] geometricorum, ſeu 1250 pedum, vicit Pythiade XXII, [illegible]no tertio Olympiadis LXIX, ante Chriſtum annis D. Erat δίαυλ[illegible] δρόμ𝈸, curſus reciprocus qvo ubi ad metam perventum eſſet, ad car[illegible]res revertendum erat. *Pauſanias in Eliacis prioribus* comparat ſcriptio[illegible] qvæ βȣςρoφηδὸν fit, id eſt *converſionibus linearum more ſulcorum à bobus* [illegible]



tibus factorum, à δὶς, & αὐλίζεσϑαι, qvòd in duobus locis fiat ſtatio, initi[illegible] fine. Annotat *Scholiaſtes*, viciſſe hunc Hippocleam eodem die etiam [illegible]dio, & poſteà Olympiadem LXXII & LXXIII, licet qvo genere ce[illegible]minis, non addat. Patet autem ſcripſiſſe Poëtam hoc εἶδ𝈸 admod[illegible] juvenem, circa annum videlicet ætatis 16. vel 17. qvandoqvidem Pyt[illegible]de XIIX, in ipſa ſolennitate natus fuit, ut ſuprà in ejus vita oſten[illegible] fuit. Perperam autem in qvibuſdam Codicibus ἐπιγραφὴν fuiſſe[illegible] πoκλεῖ, ut & *Ald.* habet, qvaſi Nominativus fuerit ἱπποκλῆς, *Schol*[illegible] meminit, qvum ſit ἱπποκλέα, ab ὁ ἱπποκλέας, cujus caſus in prima d[illegible]natione, *Poëta* ςρ: α. & δ. uſurpat.

Vide pag. ſeqv. ſignum ☾.

Ratio verò metrica ita ſe habet:

ςρoφ: & ἀντιςρ.	ἐπῳδ.
1. –∪–∪ ∪–∪	1. ∪–∪∪ –∪
2. ∪–∪– ∪∪–∪ –	2. ∪–∪∪ –∪–– ∪∪–[illegible]
3. –∪∪– –∪∪	3. ––∪– ∪∪––
4. ∪–∪∪ –∪∪– ––∪∪ ––	4. ∪∪–– ∪∪
5. ∪––∪ ∪––	5. ––∪– ∪∪–– ∪∪
6. –∪∪– –∪–∪	6. ––∪– ∪∪–∪ –∪
7. ∪––∪ –∪∪	7. ∪–∪– ∪–∪–
8. ∪––∪ –∪–∪ ∪∪	8. –∪–– ∪∪
9. ∪–∪∪ ∪–∪∪ –∪∪	
10. ∪–∪– ∪–	

Summa & diſpoſitio hujus εἴδους.

- 1. *Exordiū*
  - *ſumptū à prædicatione felicitatis*
    - *Lacedæmōis*
    - *Theſſaliæ*
    - → *ob Heraclidas gubernatores.*
  - *præciſum, qvaſi hoc*
    - *alienius videatur à*
    - *minus neceſſarium præ*
    - → *laudibus Hippocleæ.*
  - *defenſum à*
    - *loco victoriæ Pytho, hymnum reqvirente patriâ victoris.*
    - *patria Pelinnæo hoc flagitante.*
    - *Sympatriotis hoc expetentibus.*
- 2. *Propoſitio:* Hippocleas eſt celebrandus.
- 3. *Confirmatio*
  - 1. *à certamine & victoria Pythica*
    - *approbantibus Amphictyonibus.*
    - *procurante Apolline.*
    - *cooperante virtute congenita.*
  - 2. *à patre Phricia*
    - *Olympionica bis, armato curſu.*
    - *Pythionica, curſu.*
- *Subjungit*
  - *votum pro Phricia & Hippocleæ*
    - *fortuna.*
    - *divitiis.*
    - *ſecuritate à mutationibus.*
    - *gratia apud Deum.*
    - *vita diuturna.*
  - *προσφώνησιν ad Patrem, qvem beatum*
    - *prædicat ob*
      - *victorias proprias.*
      - *victoriam Pythicam filii.*
    - *confert, per inæqvalitatem tamen, cum Hyperboreis beatiſſimis, & admonet de humanæ felicitatis termino, ultra qvem nihil ſperandum.*
- 4. *Digreſſio*
  - *de Hyperboreis*
    - *nullo itinere jam inveniendis.*
    - *olim hoſpitibus Perſei.*
    - *aſinos Apollini mactare ſolentibus.*
    - *Apollini ob ſacrificia gratis.*
    - *Muſarum cultoribus, qvod probat à*
      - *moribus.*
      - *choris virginum.*
      - *Lyræ uſu.*
      - *tibiarum uſu.*
      - *laureis coronis in conviviis.*
    - *expertibus*
      - *ſenectæ.*
      - *morborum.*
      - *laborum.*
      - *bellorum.*
      - *ultionis divinæ.*
  - *de Perſeo*
    - *profecto ad aliis inacceſſos Hyperboreos*
      - *audacia cordis.*
      - *duce Minerva.*
    - *interfectore Gorgonis.*
    - *Seriphiorum in lapides mutatore.*
- 5. *Regreſſio vide* ℨ

Subjicit
- Confutationem Objectionis, de impoſſibilitate narratorum de Perſeo: à potentia divina magis admiranda qvàm enarranda.
- Præciſionem Digreſſionis,
  - propter reprehenſiones adverſariorum.
  - ne uni materiæ inhæreat, qvod refragatur E… comiis, qvæ in varia argumenta diſcu… runt, ut Apis ad varios flores.

5. Regreſſio ad laudes Hippocleæ, ubi
- 1. ei per hymnum hunc in Theſſalia maiorem celebritatem promittit inter
  - coætaneos.
  - ſeniores.
  - virgines.
- 2. Cauſam reddit, cur hactenus Hippocleas minus celebris fuerit: qvia ſc. hymnis hactenus nondum innotuit, qvũ intereà
  - qvilibet ſuis ſtudiis … erit occupatus.
  - nemo vel anno pro… mo antè, hãc vict… riam eius omin… ri potueri…
- 3. Cauſam Impulſivã hujus hymni ſcripti exponit, Petitionem Thoracis
  - cui gratificandum f… propter amicitiam, q… officio probatur, ut … rum Lydio lapide…
  - cuius Fratres laudat à
    - probit… tutela … triar… legu…
    - bona … tria … miniſ… tio…

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ, δεκάκωλ☉ eſt. Primum κῶλον eſt dimetr… oatalectum ex Ditrochæo & Dijambo. II. Dimetrum hypercatalectũ, ex D jam… & Pæone tertio. III. Dimetrum catalectum ex duobus Choriambis. IV. tetram… trum brachycatalectum, ex Pæone ſecundo, Choriambo, & duobus Jonicis à ma… re. V. Dimetrum catalectum, ex duobus Antiſpaſtis. VI. Dimetrum catalectum … Choriambo & Ditrochæo. VII. Dimetrum catalectum, ex Antiſpaſto & Cho… ambo. VIII. Trimetrum brachycatalectum, ex Antiſpaſto, Ditrochæo & Ioni… minore. IX. Trimetrum catalectum, ex duobus Pæonibus ſecundis & Choriam… X. Dimetrum brachycatalectum, ex duobus Dijambis.

Ἐπῳ…

Ἐπωδὸς ὀκτάκωλ☉ est. Primum κῶλον eſt Dimetrum brachycatale-
ũm, ex Pæone ſecundo & Choriambo. II. Trimetrum acatalectum ex Pæone ſe-
ndo, Epitrito ſecundo, & Jonico à minore. III. Dimetrum acatalectum, ex
pitrito tertio, & Jonico à minore. IV. Dimetrum brachycatalectum, ex duobus
nicis à minore. V. Trimetrum brachycatalectum ex Epitrito tertio, & duobus
nicis à minore. VI. Trimetrum brachycatalectum, ex Epitrito tertio, Pæone
rtio, & Choriambo. VII. Dimetrum acatalectum, ex duobus Dijambis.
III. Dimetrum brachycatalectum, ex Epitrito ſecundo, & Ionico à minore.

ΕἼΔΟΣ I.

ΙΠΠΟΚΛΕΑι Θεσσαλῷ, διαυλοδρόμῳ.

ODA X.

HIPPOCLEÆ Theſſalo, Diauli-curſori.

ϛροφ. α. κῶ. ι.

ΟΛβία Λακεδαῖμον:
μάκαιρα Θεσσαλία. Πατρὸς
δ' ἀμφοτέραις ἐξ ἑνὸς
Ἀριςομάχου γένος Ἡρακλέ☉ βασιλεύει.
Τί κομπέω παρὰ καιρόν;

Ἀλλὰ

α.

FElix ô Lacedæmon:
ô beata Theſſalia. Patre
verò utriſq; ex uno
Ariſtomacho genus Herculis imperat.
Qvid glorior intempeſtivè?

Sed

Ἀλλά με Πυθώ τε, καὶ τὸ
Πελινναῖον ἀπύει,
Ἀλεύα τε παῖδες, Ἱπποκλέᾳ
θέλοντες ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν
νέων κλυτὰν ὄπα.

ἀντιστρ. α. κώ. ι.

Γεύεται γὰρ ἀέθλων:
στρατῷ τ' Ἀφικτιόνων ὁ Παρ-
νάσσιος αὐτὸν μυχὸς
διαυλοδρομᾶν ὕπατον παίδων ἀνέειπεν.
Ἄπολλον (γλυκὺ δ' ἀνθρώ-
πων τέλος, ἀρχά τε, Δαίμο-
νος ὀρνύντος, ἄυξεται)
ὁ μέν που τεοῖσι μήδεσι τοῦ-
τ' ἔπραξε: τὸ δὲ συγγενὲς ἐμβέβα-
κεν ἴχνεσιν πατρὸς

ἐπῳ. α. κώ. η.

Ὀλυμπιονίκα,
δὶς ἐν πολεμαδόκοις Ἄρεος ὅπλοι-
σιν. Θῆκε καὶ βαθυλείμω-
ν' ὑπὸ Κίῤῥας ἀγὼν
πέτραν κρατησίποδα Φρικίαν.
Ἕσποιτο μοῖρα καὶ ὑστέραισιν
ἐν ἁμέραις ἀγάνορα
πλοῦτον ἀνθεῖν σφίσιν.

στρο. β. κώ. ι.

Τῶν δ' ἐν Ἑλλάδι τερπνῶν
λαχόντες οὐκ ὀλίγην δόσιν,
μὴ φθονεραῖς ἐκ θεῶν
μετατροπίαις ἐπικύρσαιεν. Θεὸς εἴη
ἀπήμων κέαρ. Εὐδαί-
μων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος

Sed me Pythoq́; &
Pelinnæum vocat & incitat,
Alevæq́; filii, Hippocleæ
volentes adducere laudatricem
juvenum inclytam vocem.

a.

Specimen-edit enim certaminum:
in *concilioq́; Aphictionum Par-*
naſſius eum receſſus
diauli-curſorum ſupremum juvenum renunciavit.
ò Apollo (dulcis verò homini-
bus eſt *exitus, principiumq́; Numi-*
ne impellente incrementa-capit)
hic utiqve tuis conſiliis hoc
patravit: ſed & congenita-indoles inſiſtere-fe-
it eum *veſtigiis patris*

A.

Olympionicæ, qvi vicit
is in bello-idoneis Martis ar-
mis. Fecit & ampla-vireta-haben-
e ſub Cirrhæ agon
upe victorem-pedum Phriciam.
eqvatur fortuna & poſterioribus
n diebus, magnanimos-facientes
ivitiæ ut-floreant ipſis.

ε.

q́; Græcia voluptatum:
rtiti non exiguam portionem,
e in-invidas divinitus
utationes incidant. Deus ſit
noxius eis *corde. Fortuna-*
us verò & celebratus iſte

 vir

ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς,
ὃς ἂν χερσὶν ἢ ποδῶν ἀρετᾷ
κράτησε, τὰ μέγιστ' ἀέθλων ἕλων,
θράσει τε, καὶ σθένει:

ἀντιστροφὴ β. κώ. ι.

καὶ ζώων ἔτι, νεαρὸν
κατ' αἶσαν υἱὸν ἰδὼν τυχόν-
τα στεφάνων Πυθίων.
Ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔπω ἄμβατος αὐτοῖς.
Ὅσαις δὲ βροτὸν ἔθνος
ἀγλαΐαις ἁπτόμεσθα,
περαίνει πρὸς ἔσχατον
πλόον. Ναυσὶ δ', οὔτε πεζὸς ἰὼν,
εὕροις ἂν ἐς Ὑπερβορέων ἀγῶ-
να θαυμαστὰν ὁδόν.

ἐπῳ. β. κώ. η.

παρ' οἷς ποτε Περσεὺς
ἐδαίσατο λαγέτας, δώματ' ἐσελθὼν,
κλειτὰς ὄνων ἑκατόμβας
ἐπιτόσσαις Θεῷ
ῥέζοντας: ὧν θαλίαις ἔμπεδον
εὐφαμίαις τε μάλιστ' Ἀπόλλων
χαίρει: γελᾷ θ' ὁρῶν ὕβριν
ὀρθιᾶν κνωδάλων.

στροφ. γ. κώ. ι.

Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ
τρόποις ἐπὶ σφετέροισι: παν-
τᾶ δὲ χοροὶ παρθένων,
λυρᾶν τε βοαὶ, καναχαί τ' αὐλῶν δονέονται:
δάφνᾳ τε χρυσέᾳ κό-
μας ἀναδήσαντες, εἰλα-
πινάζουσιν εὐφρόνως:

vir ſit ſapientibus,
qvi manibus aut pedum virtute
vicerit, maxima præmiorum reportans,
induſtriaq́; & robore:

b.

& vivens adhuc, juvenem
decenter filium videns ade-
ptum coronas Pythias.
Æreum cœlum nondum aſcendendum ipſis.
Qvoscunqve verò nos *mortale genus*
ſplendores attingimus, eorum qvilibet
perducit ad extremam *(ctus,*
navigationem. Neqve *navibus verò, neq; pedeſter profe-*
inveneris ad Hyperboreorum certa-
men admirandam viam:

B.

apud qvos olim Perſeus
epulatus - eſt dux, domos eorum *ingreſſus,*
inclytas Aſinorum hecatombas
qvum - inveniſſet Deo
ſacrificantes: qvorum feſtis - dapibus jugiter
latisq́; - acclamationibus maximè Apollo
gaudet: ridetq́; videns mactationem
arduarum beſtiarum.

γ.

Muſa autem non exulat
à moribus ipſorum: ſed u-
biqve chori virginum,
Lyrarumq́; ſonitus, ſtrepitusq́; tibiarum agitantur:
Lauroq́; perpulchra co-
mas redimientes, epu-
lantur hilariter - & - amicè:

νόσοι δ', οὔτε γῆρας οὐλόμενον,
κέκραται ἱερᾷ γενεᾷ: πόνων
δὲ καὶ μαχᾶν ἄτερ

ἀντιστροφ. γ. κῶ. ι.

οἰκέοισι, φυγόντες
ὑπέρδικον Νέμεσιν. Θρασεί-
ᾳ δὲ πνέων καρδίᾳ
μόλεν Δανάας ποτε παῖς, (ἀγεῖτο δ' Ἀθάνα,)
ἐς ἀνδρῶν μακάρων ὅ-
μιλον: ἔπεφνέν τε Γοργό-
να, καὶ ποικίλον κάρα
δρακόντων φόβαισιν ἤλυθε να-
σιώταις λίθινον θάνατον φέρων
Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι,

ἐπῳ. γ. κῶ. η.

Θεῶν τελεσάντων
οὔ τι, ποτε ἔμμεναι φαίνετ' ἄπιστον.
Κώπαν σχάσον: ταχὺ δ' ἄγκυ-
ραν ἔρεισον χθονὶ
πρώραθε, χοιράδος ἄλκαρ πέτρας.
Ἐγκωμίων γὰρ ἄωτος ὕμνων
ἐπ' ἄλλοτ' ἄλλον, ὥς τε μέ-
λισσα, θύνει λόγον.

στροφ. δ. κῶ. ι.

Ἔλπομαι δ' Ἐφυραίων
ὄπ' ἀμφὶ Πηνεϊὸν γλυκεῖ-
αν προχεόντων ἐμὰν,
τὸν Ἱπποκλέαν ἔτι καὶ μᾶλλον σὺν ἀοιδαῖς
ἕκατι στεφάνων, θα-
ητὸν ἐν ἄλιξι θησέ-
μεναι καὶ παλαιτέροις,
νέαισίν τε παρθένοισι μέλη-

Neq; *morbi verò, neqve ſenectus pernicioſa*
permixta-eſt ſacrægenti: laborum
verò & bellorum expertes

g.

habitant, evitantes omiſsis peccatis
ultricem Nemeſin. Auda-
ci autem ſpirans corde
venit Danaës olim filius dux verò erat Minerva
ad virorum horum *beatorum cœ-*
tum: occiditq; Gorgo-
nem, & variegatum caput
Draconum jubis, rediјt Inſu-
laribus lapideam mortem afferens.
Mihi autem in-admirando,

G.

Dijs perficientibus
aliqvid, nunqvam eſſe videtur incredibile.
Remum inhibe: mox verò anco-
ram fige in-terra
è-prora projectam, *latentis remedium ſcopuli.*
Laudatoriorum enim flos hymnorum
in alium ſubinde, velut A-
pis, feſtinat ſermonem.

δ.

Spero autem, Ephyræis Theſſalis
vocem circa Peneium dul-
cem fundentibus meam,
me *Hippocleam adhuc etiam magis cum carminibus*
ob coronas, admi-
randum inter coætaneos effectu-
rum, & ſeniores;
juvenculisq; virginibus cu-

μα. Καὶ γὰρ ἑτέροις ἑτέρων ἔρως
ἔκνιξε τὰς φρένας.

ἀντ. δ. κῶ. ι.

τῶν δ' ἕκαςος ὀρούει,
τυχών κεν, ἁρπαλέαν σχέθει
φροντίδα, τὰν πὰρ ποδός.
Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν, ἀτέκμαρτον προνοῆσαι.
Πέποιθα ξενίᾳ προσ-
ανέϊ Θώρακος: ὅς περ
ἐμὰν ποιπνύων χάριν,
τό δ' ἔζευξεν ἅρμα Πιερίδων
τετράορον, ἄγοντα ἄγων, φιλέων
φιλεῦντα προφρόνως.

ἐπῳ. δ. κῶ. η.

Πειρῶντι δὲ, καὶ χρυ-
σὸς ἐν βασάνῳ πρέπει, καὶ νόος ὀρθός.
Κἀδελφεοὺς δὲ ἐπαινή-
σομεν ἐσλούς: ὅτι
ὑψοῦ φέροντι νόμον Θεσσαλῶν
αὔξοντες. Ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται
πατρώϊαι κεδναὶ πολί-
ων κυβερνάσιες.

COMMENTARIUS.

O'Λβία Λακεδαίμων] Partes hujus εἴδους ſunt qvinqve: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſſio & Regreſsio. Exordium ducitur à prædicatione felicitatis Lacedæmonis & Theſſaliæ, ob Heraclidas gubernatores. Sed hanc

prædicationem mox præcidit, q[...]
alieniorem à laudibus Hippocleæ[...]
minùs neceſſariam præ ijſdem. [...]
fendit tamen eandem, partim, q[...]
victoria Pythica Hippocleæ laud[...]
patriæ ejus Theſſaliæ reqvirat: p[...]
tim qvòd Pelinnæum Theſſaliæ [...]
pidum, Hippocleæ natale ſolum [...]
ſpecie has laudes ſibi poſtulet: p[...]
ti[...]

ram. Etenim alijs aliorum amor
mulcere-ſolet pectora.

δ.

Qvorum autem qviſqve deſiderio *rapitur,*
ea *conſecutus, avidè-arreptam tenet*
curam qvæ eſt *ad pedes.*
At in annum eventura *ſignum-non-eſt-datum prævidere.*
Fretus-ſum hoſpitalitate ami-
ca Thoracis: qvi
meum expetens officium,
hunc junxit currum Pieridum
qvadrijugum, ducentem ducens, amans
amantem benevolè.

D.

Exploranti verò, etiam aurum
in Lydio-lapide excellit, & ſimiliter *mens recta.*
Atqvi Fratres qvoqve collauda-
bimus probos: qvoniam
in-altum efferunt legem Theſſalorum
augentes. Penes enim probos repoſitæ-ſunt
patriæ civitatum
gubernationes nobiles.

qvòd Sympatriotis hymnum
poclеæ victori expetentibus hoc
cium non fuerit denegandum.
; in his implicita Propoſitio :
ocleas eſt celebrandus. Lonicerus
xponi poſſe cenſet : *Aliæ urbes,*
heroibus clarent : at Pelinnæum
oclea præfulget. Vel ſic eti-
: *Alij Lacedæmonem vel Theſſa-*
prædicent propter Heraclidas : Ego
Pelinnæum propter Hippocleam.

Qvia verò, *addit Lonicerus*, perpendit ſecum, Hippocleam non aptè ſatis fortaſsè Herculis proli accommodari poſſe: ideò corrigens ſeſe Poëta, *Qvid* (inqvit) *non in tempore, hoc eſt, incommodè & intempeſtivè & præter decorum glorior, Hippocleam Heraclidis aſſimilando?* ac ſtatim ſuam cunctationem, adverſariorumqve objecta diluens, ſe id non ſuo arbitratu, ſed Pythij Apollinis juſſu

juſſu & inſtinctu facere ait. Qvem in modum *Horatius lib. 1. Carm. Od. 7.* ita orſus eſt:

Laudabunt alij claram Rhodon aut
Mitylenen,
Aut Epheſum, bimarisve Corinthi
Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos
Inſignes, aut Theſſala Tempe.

Et poſteà:

Me nec tàm patiens Lacedæmon,
Nec tàm Lariſſæ percuſſit campus opimæ,
Qvàm domus Albuneæ reſonantis.

Hæc ferè *Lonicerus*.

α. 1. 2. Λακεδαίμων, Θεσσαλία] Prædicat Lacedæmonem & Theſſaliam felices, ob gubernatores præſtantes, (qvales verè beatas reddunt ſuas ditiones) & qvidem ab uno Patre Ariſtomacho, pronepote Herculis, hac genealogia:

Hercules.
|
Hyllus.
|
Cleodeus.
|
Ariſtomachus.

Hujus Ariſtomachi filius Ariſtodemus, Laconiam ſortitus eſt, qvum Heraclidæ Peloponneſum recuperarent: alius verò ἀπόγονος Ariſtomachi Alevas, Theſſaliam occupavit, cujus poſteri Alevadæ ab Hiſtoricis celebrantur. *Herodot. Polym:* Malè ergò portus ex vulgata verſione, τὸ ἀριστομάχου, appellativè & adjectivè expoſuit, & ad Herculem retulit: *Strenuiſſimi pugnatoris:* Lonicerus, *Bello præſtantiſſimi:* qvos etiam *Aretius* ſeqvitur: omnes decepti ignoratione Hiſtoriæ, & autoritate *Scholiaſtæ*, qvi exponit, γενναίου, addit, accipiendum eſſe ἐπιθετικῶ[s] ἀρίστου κατὰ τὰς μάχας. Solus *Phi[...]pus*, hiſtoriarum gnarus, propri[...] eſſe rectè judicavit.

α. 4. ἡρακλέος] συνίζησις.

α. 5. κομπέω] συνίζησις, vel [...]gendum κομπῶ.

α. 5. Παρὰ καιρόν] Qvæ hîc *Sc[...]lia* habent, pro παρά, accipiend[...] eſſe κατά, non ſunt magni mome[...]

α. 7. τὸ πελινναῖον] urbs Th[...]ſaliæ, patria Hippocleæ. Aliàs [...]λιννα, ut habet *Stephanus de Urbib[...]* *& Plinius lib. 4. cap. 8. Strabo lib[...]* utramq; appellationem habet.

α. 7. ἀπύειν] Ita omnia, qvæ [...]di, exempla habent præter *Pal. C.* [...] ſenſu imperfecto, ad cujus integr[...]tem verbum aliqvod tertiæ perſ[...] aſſumendum eſſet. Legendum [...] ἀπύει, *cum Pal. C.* id eſt, *vocat &* [...]*citat, & qvaſi me inclamat, deſcrib[...]do encomio.* Et hoc ſenſu, eodem v[...]bo ſuprà qvoq; *Olymp. α. g. 5.* Po[...] uſus fuit. Confirmat hanc lect[...]nem *Scholion*, qvod exponit, βοᾷ [...] προσκαλεῖται.

α. 8. Ἀλεύα τε παῖδες] filij, [...] nepotes, vel poſteri Alevæ: vel eti[...] indefinitè Theſſali, qvi aliqvan[...] ſub dominio Alevadarum fueru[...] Ex *Scholijs* patet, legiſſe aliqvos, [...]λευάδαι παῖδες, qvod metrum, [...] ἀσύνδετον inconveniens, reſpuit.

α. 8. Ἱπποκλέα] Dativus [...] jota ſubſcribendo in aliqvibus [...]emplis Doricè deſtitutus & refer[...] ad ἀγαγεῖν. Pleriqve interpr[...] conjungunt cum ἀπύειν, (uti m[...] in Infinito legunt,) & Accuſativ[...] eſſe cenſent, qvaſi à Nominativo [...]πποκλῆς, qvem tamen *Scholiaſtes* [...]

ji[...]

cit. Eadem Syntaxi retenta, *Loni-*
erus legiſſe videtur Ἱπποκλέαν :
vod tamen & ipſum, locum habere
on poteſt, qvum legendum ſit, ἀ-
ύει, ut dictum, idq; non ad ἱπποκ-
λέα, ſed ad μὲ referendum.

α. 9. ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν] *Philip-*
u inconvenienter reddidit: *Ducen-*
m ſodalitij vocem.

α. 10. ἀνδρῶν] Legendum, νέων
λυτὰν ὄπα, τῶν χορευτῶν ſcilicet,
vi cantandis Lyricis adhibebantur.

a. 1. Γένεται γὰρ ἀέθλων] Con-
rmatio Propoſitionis, I. à certa-
ine & victoria Pythica, qvam re-
ortavit Hippocleas, approbantibus
mphictyonibus, utpote Judicibus
rtaminum Pythicorum : imò fa-
nte & procurante ipſo Apolline:
od membrum Apoſtrophe ad A-
llinem, & Gnome illuſtrat: qvin &
operante propria virtute conge-
a. II. à Patre Phricia, & ipſo vi-
rijs claro, qvandoqvidem bis O-
npia vicit ὁπλιτοδρόμος, & ſe-
l Pythia ſtadio. Oſtendit igitur
ëta Hippocleam Patris veſtigijs
iſtere. Subjungit Poëta I. Vo-
n, pro Phriciæ & Hippocleæ for-
na; divitijs; immunitate à muta-
nibus periculoſis; gratia apud
um; & vita deniqve diuturna. II.
οσφώνησιν ad Patrem, qvem bea-
n prædicat, cum ob victorias pro-
as, tum ob hanc victoriam Filij:
imul eum beatum confert, per in-
valitatem tamen, cum Hyperbo-
s beatiſsimis, & admonet de hu-
næ felicitatis termino.

. 1. γένεται ἀέθλων] De hoc in
cedente εἴδει.

. 2. στρατῷ Ἀμφικτυόνων] in con-
u & concilio Amphictyonum de

qvibus in προλεγομένοις. ὁ στρατός ſæpe *populum* aut *cœtum* ſignificat, ut hoc loco. In Ἀμφικτυόνων, τὸ μ diſſimulandum eſt, vel legendum Ἀφικτιόνων, qvo nomine initiò appellatos fuiſſe, ex *Phocaicis Pauſaniæ* patet, ut *ſuprà in* προλεγομένοις allegavimus.

a. 3. ὁ Παρνάσιος μυχός] id eſt Πυθώ, ut exponit *Scholiaſtes*: vel potiùs Πύλαι ad Parnaſſum, ubi erat Conſeſſus Amphictyonum, ut ſuprà dictum.

a. 4. διαυλοδρομᾶν] ab ὁ διαυλοδρόμης, ut rectè *Scholiaſtes* monet: qvanqvam & ab ὁ διαυλοδρόμος deduci poſſet, qvum etiam Genitivus pluralis tertiæ hanc dialectum in ᾶν admittat, ut poſteà ὀρθιᾶν κνωδάλων, pro ὀρθίων.

a. 8. μήδεοσι] Lego μήδεσι, *cum Ald. & Pal. C.*

A. 2. Πολεμοδόκοις] Ita perperam habent *Plantiniana & Commeliniana & Cratandrina.* Legendum autem πολεμαδόκοις, *cum Aldina, Romana & Brubachiana.*

A. 3. βαθυλείμων ὑπὸ Κίῤῥας πέτραν] ad Cirrham enim Delphorũ navale petricoſum, & ipſos Delphos, campus erat apertiſsimus, certaminibus deſtinatus.

A. 7. ἐν ἀμέραις] *Pal. C.* ἀν' ἀμέραις.

Ϛ. 2. λαχόντες οὐκ ὀλίγαν δόσιν] *Lonicerus* incommodè vertit: *nec parum aſſecuti ſunt munerum*, vel, ut in margine ponit, *certaminum.* Qvum ſenſus ſit: *Commoditatum Græciæ non exiguam portionem ſortiti, ne incurrant &c.* δόσις hoc loco, more Medicorum accipitur pro *parte exhibita, ſeu portione exhibenda.*

ϵ. 3. 4. Φθονεϱαῖς μεταντϱοπίαις] id eſt *invidis, ſeu ab invidia proficiſcentibus*, ut *Portus* reddit: ad differentiam ſcilicet mutationum bonarum, qvæ à Dijs propitijs contingunt.

ϵ. 4. 5. Θεὸς εἴη ἀπήμων κέαϱ] *Philippus* malè: *Deus ſit ejus innoxium fatum*; qvaſi τὸ κέαϱ eſſet reſolutum ex ἡ Κήρ, *parca vel fatum*. Senſus autem eſt, *Deus ſit eis innoxius* κτ̀ κέαρ, *qvoad cor ſeu affectum*, id eſt Deus ſit eis propitius, & damna omnia ab eis avertat.

ϵ. 9. κρατήσας, τὰ μέγιϛ' ἀέθλων ἕλη] Lego, κϱάτησε, τὰ μέγιϛ' ἀέθλων ἑλών, & mox pro ἴδη, ἰδών; licet ſit hypallage: qvam explicãtes qvidam, adſcripſiſſe videntur: hoc eſt, κρατήσας ἕλη καὶ ἴδη: qvod Scholion poſteà imperitus aliqvis arripuit, & pro textu repoſuit.

ϵ: 10. Τόλμα τε] Lego Θϱάσει τε. Nam & hîc Scholion pro textu repoſitum videtur.

b. 1. νεαϱὸν] συνίζησις.

b. 4. ὁ χάλκεος ὀϱανὸς ὄποτ' ἀμβατὸς αὐτοῖς] Hunc locum turpiter etiam depravat *Scholiaſtes*, ita exponens: τοῖς εἰς ἄκϱον οὕτως εὐδαιμονίας ἐλθοῦσιν, οὐκ ἔϛι καὶ θεοῖς συγγενέσθαι, ἀθάνατοι γὰρ οὐ δύνανται γενέσθαι. Hunc ſecuti ſunt & alij. Philippus: *Non efferant autem ſe ita, ut velint intra cœlum penetrare.* Lonicerus: *Solidum duntaxat cœlum inacceſſum eſt.* Portus, ex Vulgari: *Æreum cœlum nunqvam conſcendendum ipſis.* Qvibuscum etiam conſentit *Aretius*. Errori occaſionem præbuit τὸ οὔποτε pro οὔπω poſitum: qvum ſenſus ſit, vel Indicativus, *Hominibus ita felicibus cœlum nondum eſt aſcendendum*, nondum deſiderant cœlum ob felicitatem hujus vitæ: vel Optativ[us]
Cœlum illis nondum ſit aſcenſile, id
nondum moriantur, Deus eis p[...]
roget vitam, nondum eos in cœl[...]
avocet. Simili forma loqvendi [...]
tur *Horatius*, longævitatem Augu[...]
precans, *lib. 1. Od. 2.*

Serus in cœlum redeas, diuq;
Lætus interſis populo Qvirini.

Et *Ovidius in fine Metam*: de eode[...]

Tarda ſit illa dies & noſtro ſerior [...]
Qva caput Auguſtum, qvem tem[...]
rat, orbe relicto,
Accedat cœlo.

Pro οὔποτε igitur οὔπω repono, me[...]
etiam poſtulante. Porrò οὐϱανὸς [...]
citur χάλκεος, non propter m[...]
riam, ſed propter firmitatem: id q[...]
infrà Nem. ϛ. α. 6. qvaſi ipſe expli[...]
ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰεὶ ἕ[...]
μένει οὐϱανός. Vide & *Iſth. ζ. g. 6*[...]

b. 7. πεϱαίνει πϱὸς ἔσχατον πλ[...]
Supple in ſenſu, τούτων ἑκάϛη, hoc[...]
harum ἀγλαΐαν qvælibet πεϱα[...]
id eſt, *deducit ad extremam naviga[...]*
nem: h. e. ut *Philippus* reddit, *ſuas [...]*
tas habet. q. dt. Omnis felicitas [...]
mana eſt finita, & cum beatitu[...]
Hyperboreorum nullo modo c[...]
paranda.

b. 8. Ναυσὶ δ', οὔτε πεζὸς i[...]
Digreſsio, qvâ per occaſionem [...]
ſtitutæ collationis felicitatis [...]
pocleæ & Phriciæ, licet magnæ, [...]
qvam tamen cum Hyperboreo[...]
felicitate æqviparandæ, partim [...]
Hyperboreis, partim de Perſeo q[...]
dam mixtim percenſet. De Hy[...]
boreis qvidem, I. qvòd nullo it[...]
re jam ſint inveniendi. II. qvò[...]
lim fuerint hoſpites Perſei, cu[...]
pervenire ſingulari Deorum b[...]

cio contigit. III. qvòd Apollini ſinorum hecatombas mactare ſo- ant. IV. qvòd Apollini iſtud ge- ıs ſacrificiorum gratum ſit. V. ròd Muſarum ſint cultores: qvod obat ab ipſorum moribus: à cho- virginum: à lyræ uſu: à tibia- m uſu: à laureis coronis in con- vijs: VI. qvòd ſint expertes Se- ctæ, Morborum, Laborum, Bel- rum, & propter juſtitiam, ultionis rinæ. De Perſeo verò, I. qvòd venerit ad alijs inacceſſos Hy- boreos, duce Minerva, comite dacia cordis. II. qvòd Gorgo- n ibi interfecerit. III. qvòd ca- e ejus Seriphios in ſaxa mutarit. ic Digreſsioni ſubjicit I. Con- tionem Objectionis de impoſsi- tate narratorum de Perſeo; ad m reſpondet à potentia divina gis admiranda qvàm enarranda.

Præciſionem hujus Digreſsio- , partim propter reprehenſiones erſariorum: qod membrum ἀλ- ρεικῶς effert, ſermone à navi- petito: partim ne uni materiæ ereat, qvod refragatur Enco , qvæ in varia argumenta diſ- unt, ut Apis ad varios flores.

8. Ναυσὶ δ', ὔτε πεζὸς ἰὼν] enim ipſum nomen indicat, eſ- os ὑπὲρ τὸν βορέων, ultra Bo- n, verſus polum ſeptentrionalem : Dubitatur tamen etiam ab oricis, in qvo angulo mundi qværendi. *Plinius lib. 4. cap. 12.* Riphæos montes eos collocat: d pleriqve probant. Paulò pòſt en addit: *Qvidam eos in prima Aſiæ littorum poſuêre, non in Eu- , qvia ſunt ibi ſimili conſvetudine , Atacori nomine. Alij medios* *fecêre eos inter utrumq; Solem, Antipo- dum occaſum, exorientemq; noſtrum:* [hîc eſſet unus & idem.] *qvod fieri non poteſt tàm vaſto mari interveniente.* Hæc Plinius. *Suprà Olymp. γ. Ε. 1.* Poëta eos ad caput Iſtri collocat, qvod eſt in Svevia: aut caput Iſtri certa fictione ultrà Riphæos montes referens: aut Hyperboreos in hunc locum collocans: qvorum prius videtur veriſimilius.

b. 9. εὔεργις ἂν] Diphtongus ευ ante liqvidam ρ hîc corripitur, ut & alibi. Sic *B. 7.* αι in χαίρει.

b. 9. ἀγῶνα] *certamen*, h. e. locum certaminum.

b. 10. θαυμαστὸν] *admirandam*, propter ἄγνοιαν ſc: Syllaba media hîc corripitur, σ ante τ diſsimulato. Cujus rei exempla plura alibi ſunt annotata. Vel legendum θαυματὸν, ut *ad Olymp. α. A. 9.* notatum.

B. 1. Παρ' οἷς ποτε Περσεύς] Ad hunc locum ita Lonicerus: *Inconcinna, nec admodum ad rem pertinenti digreſsione Pindarum hîc uti Scholiaſtes affirmat. Enimverò Poëta Poëtica dilatatione utitur. Alioqvi eadem ratione nusqvam huic noſtro παρέκβασις erit admittenda. Qvid eſt ergò qvòd tàm ſiniſtrè de minimè malo Vate pronunciat, qvum pro Lyricis legibus optimè ſit collocatus hymnus?* Hæc Lonicerus. Addo, Poëtam in digreſsionibus & Regreſsionibus artificioſiſſimum eſſe, uti & ipſe de ſeipſo dicit *ſuprà Pyth. δ. ΙΔ.*

B. 1. Περσεύς] De Perſeo, *in ultimo εἴδει* plura dicentur.

B. 3. ὄνων ἑκατόμβας] Qvid ἑκατόμβαι, aliunde notum eſſe poteſt:

 Aſinos

Aſinos autem ab Hyperboreis Apollini mactatos fuiſſe, etiam ex *Callimacho Scholia* teſtantur: τέρπουσιν λιπαραὶ Φοῖβον ὀνοσφαγίαι. Qvod, etſi γελοῖον & ἄσεμνον *Didymus* cenſet; dubium tamen nullum eſt, Poëtas aliud qvid innuere voluiſſe. Aſinus n. animal ſtupidum & ignavum Apollini mactatur, qvando ingenium rude, literis excolendum conſecratur, ut benè exponunt *Lonicerus & Aretius*, da muß man dē groben Bacchanten/ die Hörner abſtoſſen/ qvod ſacrificium Apollini gratum eſt, qvi ridet hanc ὕβριν ὀρθιᾶν κνωδάλων. Sic, cum ſuperiore ſeculo Literæ qvaſi renaſcerentur, & turpiſsima barbaries è Scholis ejiceretur, infinitas ἑκατόμβας ὄνων Apollini ſacrificatas dicere poſſumus, ὕβριν hanc ὀρθιᾶν κνωδάλων, der groben Knollen/ ridenti. Poteſt & ad ritum Depoſitionis Scholaſticæ accommodari. De alijs ipſorum ſacris Apollini miſsis, *ad Pythiorum γ.* dictum eſt.

B. 4. Ἐπιτόσσαις] De hoc Verbo ἐπιτόσσω, ſuprà *ad Pyth. δ. ε. 2.* dictum eſt. Qvæ *Portus* hîc annotat, ridicula ſunt, ut & ea qvæ *ad Pyth. δ.*

B. 7. χαίρει] & hîc αι ante liqvidam ρ corripitur.

B. 7. ὕβριν] id eſt τὴν ἀναίρεσιν, *mactationem*, ut Philippus: vel *vim qvæ eis infertur*, ut Lonicerus reddidit, wie man ſie ſo wohl hat mitgenommen. Addit *Scholiaſtes*, διὰ τὰ σκιρτήματα, ἃ ἐν τῇ σφαγῇ ποιοῦνται οἱ ὄνοι. *Portus* ex Vulgata retinet, *inſolentiam*, minus benè.

B. 8. ὀρθιᾶν κνωδάλων] ὄρθιος eſt *arduus, erectus, magnus*. Τὰ κνώδαλα vult *Scholiaſtes* propriè dici *animalia marina*, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κνώσσειν: & καταχρηστικῶς hîc *terreſtri*[a] ita appellari. Verùm, etiam apud pr[o]batiſsimos autores de Terreſtrib[us] accipitur hoc nomen. *Heſiodus Th*[e]og: κνώδαλα, ὅσα τρέφει ἤπειρος τε [...] φει ἠδὲ θάλασσα. Imò & reptili[a] & minuta animalia ſic appellant[ur] *Plato in Axiocho*, Vermes appell[at] κνώδαλα. *Nem. α.* Serpentes eode[m] nomine indigitantur. Erit hîc ὀρθι[ᾶν] κνωδάλων, i. e. *beſtiarum jugulis ſol*[li]*tis ſalientium, & nonnunqvam in poſ*[te]*riores pedes innitendo in altum ſeſe e*[ri]*gentium*.

γ. 1. Μοῖσα δ' οὐκ ἀποδαμεῖ τρ[ό]ποις ἐπὶ σφετέροισι] id eſt, non ſu[nt] ἄμουσοι aut barbari, qvod patet [ex] ipſorum τρόποις humanis & ma[n]ſvetis, à qvibus Muſa non exulat, a[ut] aliena eſt.

γ. 6. Εἰλαπινάζουσιν] *epulant*[ur] *convivantur. Athenæus lib. 8.* ſcrib[it] τὴν εἰλαπίνην fuiſſe θυσίαν ſive [ſa]crificium, & apparatum ſplendidi[o]rem priſcorum; & derivari cenſe[t] λαφύττειν vel λαπάζειν, qvod [eſt] *exinanire vel impendere*. Rectiùs *D*[i]*dymus ad Odyſſ. α.* dicit, eſſe μεγάλ[ην] εὐωχίαν, ἐν ᾗ κατὰ εἴλας καὶ συστ[ρο]φὰς εὐωχοῦνται, ubi certus cœtus p[er] vices ordine ἀμειβόμενοι conviva[n]tur. Da einer dem andern das G[e]ſellen Kräntzlein bringt. *Odyſſ. β.* [no]men *v.* 57. in genere de opiparo co[n]vivio accipitur.

γ. 7. εὐφρόνως] *amicè, benevo*[lè] *hilariter*. Lonicerus *ſobriè*, qvaſi [le]giſſet σωφρόνως.

γ. 8. νόσοι δ' οὔτε γῆρας] De feli[ci]tate Hyperboreorũ *Plinius lib. 4. c.* [...] *ita*: Gens felix, Hyperborei, (ſi cre[di]mus) annoſo degit ævo, fabuloſis [ce]lebr[...]

…brata miraculis. Ibi creduntur eſſe …ardines mundi, extremiq́; ſiderum ambitus, ſemeſtri luce & una die So…s averſi: non, ut imperiti dixêre, ab …qvinoctio verno in autumnum. *imò ita ſe oportet habere ſub Polo.*] …emel in anno, Solſtitio oriuntur iis …oles, brumaq́; ſemel occidunt. *talis locus in tota terra non datur.*] …egio aprica, felici tepore, [*ita enim …go, non tempore*] omni afflatu no…o carens. Domus iis nemora lu…q́;, & Deorum cultus viritim gre…atimq́;, diſcordia ignota & ægri…do omnis. Mors non niſi ſatieta… vitæ, epulatis delibutisq́; ſenibus …xu, ex qvadam rupe in mare ſali…tibus. Hoc genns ſepulturæ bea…ſimum. *Hæc Plinius*:

…g, 1. *Φυγόντες ὑπέρδικον* Νέμεσιν] …licet, ut *Scholiaſtes* addit, *ἄδικα ἐ…ράπτοντες, καὶ ἀλλήλους οὐκ ἀδι…ντες.* ἡ Νέμεσις *ultio divina*: in…rdum *προσωποποιητικῶς* pro *Dea*, …*i exſecutio ultionis divinæ demanda… eſt*,

…g. 5. *ἀνδρῶν μακάρων*] *τῶν ὑπερ…ρέων.*

…g. 6. Γοργόνα] De hac *in ultimo …* plura. Fuit autem Gorgon hæc … Africa, ut ibi dicetur. Ergò iterùm …bium de Hyperboreis.

…g. 8. *Φόβαισιν*] i. e. *jubis*: Lonice…s *Terroribus*, qvaſi legiſſet *Φόβοι…*, non benè.

…g. 8. *ἤλυθε*] pro *ἀνήλυθε*, *rediit ab …perboreis*:

…g. 9. *νασιώταις*] Seriphiis: de qvi…s *in ultimo εἴδει*. Syllaba *ταις* pro …evi: modò textus ſit ſine corru…one,

…g. 9. *λίθινον θάνατον*] mutando eos … ſaxa. Vide *Ovid. l. 5. Met.*

g. 10. *Ἐμοὶ δὲ θαυμάσαι*] *Philippus & Lonicerus* hæc verba adhuc ad *Φέρων* referunt, poſito commate poſt *Φέρων*, & puncto poſt *θαυμάσαι*, ut ſit ſenſus: *Perſeus attulit Seriphiis mortem ſaxeam, mihi verò admirationem.* Rectiùs *Portus Scholiaſten* ſecutus, ad *Φέρων*, periodum claudit, & poſt *θαυμάσαι* comma ponit, hoc ſenſu: *Mihi verò ad admirandum, vel in admirando, Diis aliqvid perficientibus, nunqvam videtur eſſe incredibile.* Eſt enim in his qvædam *προκατάληψις*. Memor enim Poëta, qvod modò dixerat, nullo modo viam ad Hyperboreos inveniri poſſe; & tamen Perſeum ad eos veniſſe, & Gorgone Seriphios in ſaxa convertiſſe: ipſe jam facilè videt, ſibi objici poſſe, *μεταμόρφωσιν* hanc in ſaxa, eſſe incredibilem, & Perſeum qvoqve ad Hyperboreos inacceſſos pervenire non potuiſſe. Reſpondet, Deorum providentiam concurrere, imò Deos ipſos fuiſſe horum cauſas effectrices. Ideò & *paulò antè* dixit: *ἀγεῖτο δ' Ἀθάνα*.

G. 1. Θεῶν *τελεσάντων*] Vide Adagium, *Cùm Deo qvisq; & gaudet & flet.*

G, 2. *οὐδέν ποτε Φαίνεται ἔμμεν ἄπιστον*] Lego, *τελεσάντων τι, οὔποτε ἔμμεναι Φαίνετ' ἄπιστον.*

G. 3. Κώπαν *σχάσον*] Allegoricè ſeipſum alloqvitur de præcidenda Digreſsione & facienda regreſsione. Sermo ſumptus eſt à re nautica.

G. 3. *ἄγκυραν ἔρεισον χθονὶ πρώραθε*] è prora enim ancoræ projiciebantur. Vide *ſuprà ad Pyth. δ. ζ. 2.* Virgil. 3. & 6. Æn: *Ancora de prora jacitur, ſtant littore puppes.*

G. 5. *χοιράδος ἄλκαρ πέτρας*]

 ancoram

ancoram remedium latentis ſubmarini ſcopuli. ἡ χοιϱάς eſt *porcula* propriè: poſteà eſt *ſcopulus ſubmarinus, paululum è mari, inſtar porculæ natantis prominens:* vel etiam *planè ſub aqvis latens, ad qvem fluctus alliſi ſonum qvaſi porcorum edunt.* Vocat hîc Poëta allegoricè Digreſsionem ſuam de Perſeo & Hyperboreis, *evagationem navigationis:* Reprehenſionem prolixitatis ejus, *Cautes & Scopulos latentes, in qvas navis impingere poßit:* Evitationem reprehenſionis, omiſsionem ulterioris digreſsionis, adeoqve regreſsionem ad ſcopum, *inhibitionem remi & ejectionem ancoræ ad ſiſtendam navem.*

G. 7. ὥϛε μέλιοσα] q. d. In encomiis non eſt diu immorandum in uno argumento, ſed ſubinde ab uno ad aliud tranſeundum, atqve ita grata varietate tota oratio exornanda: qvemadmodum apis uni flori non diu inſidet, aut omne mel ex uno qværit, ſed hinc inde in toto campo omnes delibat flores, & ſuo inſtituto ex diverſiſsimis idonea colligit. Eſt præceptum Oratorium.

δ. 1. Ἔλπομαι δ' Ἐφυϱαίων] Revocatus itaq; hoc modo à ſeipſo Poëta in viam, redit ad Hippocleam celebrandum, & I. ei per hymnum hunc in Theſſalia majorem celebritatem, qvum aliàs nuda victoria hymno non celebrata reportare potuiſſet, promittit, non tantùm inter coætaneos, ſed & inter Seniores, & qvod Juveni maximè gratum eſt, inter virgines. (Sol den Jumpfer-danck davon bringen.) II. Cauſam reddit, qvare Hippocleas hactenus minus celebris fuerit? qvia ſcilic. hymnis nondum innotuit; qvum in-

tereà qvilibet ſuis ſtudiis fuerit o
cupatus: & nemo vel anno pro
mo antè, hanc ejus victoriam or
nari potuerit. III. deniqve Cauſa
Impulſivam huius ſcripti hymni e
ponit, petitionem videlicet Thor
cis: cui gratificandum fuit propt
amicitiam; qvum amicitia offic
probetur, ut aurum lapide Lydi
Hujus Thoracis deniqve Fratres la
dat à probitate: à patriarum Legu
tutela: à bona patriæ adminiſtr
tione.

δ. 1. Ἐφυϱαίων] non Corinthi
rum, ut voluit *Ageſtratus*, notantib
Scholiis; non Theſprotiorum, ut
lii; ſed Theſſalorum, & in ſpecie q
dem Cranoniorum. ἡ Κϱανών en
urbs Theſſaliæ, anteà Ἐφύϱα fuer
dicta; poſteà à Cranone Rege, q
ab Oenomao filiæ cauſa interfect
fuerat, nomen hoc accepit. Hic Cr
non *ſuprà à Scholiaſte Olymp. α.* i
ter procos Hippodamiæ non non
natur, niſi fortè pro χάλκωνα lege
dum ſit Κϱάνωνα, vel Κϱανῶνα. A
dit Poëta, Ἐφυϱαίων ἀμφὶ Πηνει
ut mentione Penei fluvii Theſſali
Ephyræos hoſce Theſſalos, à Cori
thiis, Theſprotiis & aliis, eò clari
diſcernat.

δ. 3. πϱοχεόντων] affatim & c
berrimè cantando hymnum hun

δ. 4. τὸν Ἱπποκλέα] Lego, τὸν Ἱ
πποκλέαν: qvod & probat *Conr. R*
terſhuſius.

δ. 6. θησέμεν] Lego, θησέμεν
Subaudiendum autem ἐμέ.

δ. 7. ἔν τε παλαιοτέϱοισι] Leg
καὶ παλαιτέϱοις.

δ. 8. μέλημα] vmb den ſich
Jungfrawen reiſſen werden: dum ſ
licet, ut in præcedente εἴδει habu

ἄφω

ἴφωνοι ἑκάϛα φίλτατον παρθενικαὶ πόσιν εὔχονται ἔμμεν.

δ. 9. καὶ γὰρ ἑτέροις] Αἰτιολογία, vel vare hactenus Hippocleas hymnis on decantatus, fuerit obſcurior: Qvia ſcilicet unusqvisqve ſuum ſtu- ium ſectatur, alius aliud; atqve ita Iippocleam non curarunt, qvum ymni eum in memoriam aliis non vocarint: Vel etiam, Qvare Hip- ocleas una hac victoria hymno ce- brata, & æqvalibus, & ſenibus, & irginibus, admirandus ſit futurus. lii enim aliis delectantur. Es hat i jeder ſeinen ſchoß. Juvenes itaqve æqvales Hippocleam æmulabun- r: Senes laudabunt: Virgines ad- nabunt: qvisqve pro ſuæ indolis fectusq; ductu.

δ. 9. ἑτέροισιν] Lego *ἑτέροις*.

δ. 10. ἔκνιξε φρένας] Lego *ἔκνιξε ς φρένας*. Vel *cum Aldo ἔκνιξέ γε ένας*. Κνίζειν eſt *Scabere cum pruritu delectatione*. Eſt igitur, *Delectat ntes.*

d. 1. *Τῶν δ' ἕκαϛος ὀρούει*] Τῶν pro Vel legendum etiam ὧν. Senſus : Qvod qvisqve amat, id adeptus, dè acceptat & amplexatur. Itaq; Juvenes qvi exemplis exſtimulā- ; & Senes, qvi virtute præditos dant & honorant; & Virgines, e hymnos & Juvenes decantatos āt, omnes deinceps Hippocleam abunt & magni facient, adepti elicet ſinguli aliqvid, qvod ſuo iderio conveniat.

. 3. *τὰν πὰρ ποδὸς*] i. e. *præſen- , qvæ ad pedes eſt.*

. 4. *Τὰ δ' εἰς ἐνιαυτὸν*] i. e. *Qvæ nnum eventura ſunt, nullo ſigno int præſciri*, ideoqve ignoti nul- upido. Qvia ergò ante annum, nec Juvenum, nec Senum qvisqvam, nec Virginum ulla ominari potuit, Hippocleam hoc tempore Pythio- nicam evaſurum eſſe, & hymnis ce- lebratum iri, factum eſt, ut incogni- tus & inglorius hactenus man- ſerit.

d. 4. *ἀτέκμαρτον*] ſigno certo ſeu *τεκμηρίῳ* deſtitutum. *Τεκμήριον* eſt *ſignum certum & infallibile*: ſicut *εἰκός, probabile.*

d. 5. *προσσυνεῖ*] Lego *προσσυνέϊ*.

d. 6. *Θώρακος*] Thorax hic unus ex Alevadis, qvi hymnum hunc Hippocleæ, à Poëta, jure amicitiæ expetiit.

d. 7. *χάριν*] *officium gratioſum*, ein angenehmen dienſt.

d. 8. *τόδ' ἔζευξεν ἅρμα*] Allego- ricè intelligit hymnum ſuum, qvem Comparat Currui, qvòd eò Hippo- cleas Græciam ſit qvaſi peragratu- rus, i. e. famam in Græcia adeptu- rus. Vocat *τετράορον*, vel ob perfe- ctionem: vel ob qvatuor ſyſtemata hujus εἴδους qvorum qvodlibet Rotæ comparari poſſet.

d. 9. *Φιλέων φιλέοντ' ἄγων ἄγον- τα*] Lego, *ἄγοντα ἄγων, φιλέων φι- λεῦντα*. Ita ut in *φιλέων* fiat *συνί- ζησις*. Innuit, hoc ſuum officium promptum fuiſſe, & ob mutuam af- fectionem impetratu facile.

D. 1. *πειρῶντι*] *Vulgata ver- ſio* in Caſu ſexto accipit, & refert ad βασάνῳ, *Explorante in lapide Ly- dio*. Malè: qvum in Fœminino po- nendum fuiſſet, *πιφραύσῃ*. *Portus Scho- liaſten* ſecutus, rectè in Dativo acci- pit, *πειρῶντι* ſc. *ἀνδρὶ* vel *ἀνθρώπῳ*. In *πειρῶντι* autem, prima pro brevi ponitur: ſicut & alibi diphthongus ante liqvidam corripitur.

D. 2 *βασά-*

D. 2. βασάνῳ] ἡ βάσανος eſt *lapis Lydius*, qvo aurum examinatur, ut hoc loco. Poſteà pro *qvovis indicio & argumento*, vel δοκιμασίᾳ accipitur, ut *infrà Nem.* η. ϐ. *6.* Sic Oedipus apud *Soph. Oed. Tyr. 2. 4.* olim inventus dicitur βασάνῳ, civitati Thebanæ utilis & jucundus, hoc eſt, *re ipſa, certo argumento*, ſublata ſc. Sphinge. Er hab die prob gehalten/ Er habe den ſtrich gehalten. Aliàs etiam pro *tortura & cruciatu* accipitur, unde nimirum etiã probationes *Inartificiales*, ut loqvũtur Rhetores, exiſt

D. 3. ἀδελφεοὺς] ἐπαινήσομ
Lego κἀδελφεοὺς δὲ ἐπαινήσομ
Fratres ſcilicet Thoracis, Alevad
reliqvos, Theſſaliæ gubernatores,

D. 5. ὕψοῦ φέροντι] Strenua & le
tima exſecutione.

D. 7. 2. πατρῷαι] Lego πατρ
αι. &c.

D. 6. 1. ἐν δ' ἀγαθοῖσι κεῖνται]
ptima commendatio Gubernat
rum, poſita hîc ἱστορικῶς mag
qvàm γνωμικῶς.

ΕἸΔΟΣ ΙΑ.

ΘΡΑΣΥΔΑΙ´Ωι ΘΗΒΑΙ´Ω
Παιδί, ςαδιεῖ.

VNdecimum εἶδος Poëta Thraſydæo Thebano adoleſcen
Sympatriotæ ſuo inſcribit, qvi Pythiadem XXVIII. ſtadio
cit, ut & poſteà XXXIII. diaulo, jam vir factus, notanti
Scholiis. Qvis hic Thraſydæus fuerit, aut qvi Parentes e
non ſatis à Poëta exprimitur. Privatos tamen homines f
ſe, ſed virtute & victoriis claros, ex victoriarum mentione, & privatæ v
commendatione apparet.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt.

Vide pag. ſeqv. ſignum ☾.

Ratio verò metrica talis eſt:

ςροφ: & ἀντιςρ.

1. – – ∪ –   ∪ ∪ –
2. ∪ ∪ – ∪   ∪ – ∪ –   – –
3. – – ∪ –   ∪ ∪ – –   ∪ ∪
4. ∪ ∪ ∪ ∪   ∪ – – ∪   –
5. ∪ ∪ ∪ –   ∪ ∪ ∪ ∪   – ∪ ∪ –
6. – ∪ ∪ ∪   ∪ ∪ – –   –
7. ∪ ∪ ∪ –   ∪ ∪ ∪
8. – – ∪ –   ∪ ∪ – ∪   –
9. – ∪ – ∪   –

ἐπῳδ.

1. – ∪ ∪ –   ∪ – –
2. ∪ ∪ ∪ –   ∪ ∪ – –
3. – – ∪ ∪   – ∪ – –   ∪ – ∪ –
4. ∪ ∪ ∪ –   ∪ ∪ – ∪   – – ∪ ∪
5. ∪ – ∪ –   ∪ – – ∪   ∪ ∪ – –
6. ∪ – ∪ –   ∪ ∪ – –

Σινώ

Diſpoſitio hujus εἴδους.

Exordium *ab Invocatione Heroidum Thebarum* *v.g.* *Semeles: Inus. Alcmenæ.*

Propoſitio: Thraſydæus Thebanꝰ eſt laudādꝰ. *ut conveniant ad Meliam, laudaturæ Thebas & Delphos.*

Confirmatio
- *à victoria Pythica.*
- *à renovatione memoriæ victoriarum in ſua familia, qvarum ille jam reportavit tertiam.*

Digreſſio de Oreſte, qvomodo
- *infãs ab Arſinoë*
  - *clàm ereptus fuerit.*
  - *à ferro matris ſervatus, qvum occideret Agamẽnonẽ, incertũ, an*
    - *ob Iphigeniã mactatam.*
    - *ex libidine: Qvod gnome amplificat.*
- *in terra Delphorum educatus.*
- *matrem cum Ægiſtho occiderit.*

Regreſſio
- *à digreſſione, qvam comparat*
  - *viæ ἀμευσιπόρῳ.*
  - *erroribus marinis.*
- *ad laudes Thraſydæi, qvas*
  - *nunc tractandas cenſet, qvia præmium propterea accipit.*
  - *ducit à*
    - *Patre Olympionica, curru.*
    - *repetitiõe victoriæ Thraſydæi.*

Confutatio: At Thraſidæus plebejus eſt & privatus.

Reſpondet: Hoc laudi nihil officere
- 1. *qvia vita privata ob mediocritatem tutiſſima eſt, qvod probat*
  - *voto ſuo.*
  - *experientia.*
  - *collatione cum vita Principum.*
- 2. *qvia bona eſt*
  - *ſi qvis bona ſimul virtute ſua ſibi peperit.*
  - *ſi qvis tranqvillè vixerit.*
  - *ſi contumeliam evitarit.*
  - *ſi honeſtè moriatur.*
  - *ſi liberis bonam famam relinqvit qvã commendat*
    - *συζυγίᾳ cũ aliis bonis.*
    - *exemplo*
      - *Jolai.*
      - *Caſtoris.*
      - *Pollucis.*

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ ἐννεάκωλος est. Primum κῶλον eſt dimetru catalectum, ex Epitrito tertio & Pæone tertio. II. Trimetrum brachycatalectum ex Pæone tertio, Dijambo, & Jonico à majore. III. Trimetrum brachycatal ctum, ex Epitrito tertio, & duobus Jonicis à minoribus. IV. Dimetrum hype catalectum, ex Proceleusmatico & Antiſpaſto. V. Trimetrum acatalectum, Pæone qvarto, Proceleusmatico, & Choriambo. VI. Dimetrum hypercatalectu Pæone primo, & Jonico à minore. VII. Dimetrum catalectum, ex duobus Pa nib

ΕἸΔΟΣ ΙΑ.

ΘΡΑΣΥΔΑΙ'Ωι ΘΗΒΑΙ'Ω
Παιδὶ, σαδιεῖ.

στροφ. α. κώ. θ.

Κ'Αδμου κόραι, Σεμέλα
μὲν Ὀλυμπιάδων ἀγυιᾶτις,
Ἰνὼ δὲ Λευκοθέα ποντιᾶν
ὁμοθάλαμε Νηρηΐδων,
ἴτε σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ
ματρὶ, παρὰ Μελίαν, χρυσέων
ἐς ἄδυτον τριπόδων
θησαυρὸν, ὃν περίαλλ' ἐτί-
μασε Λοξίας,

ἀντιστροφὴ α. κώ. θ.

Ἰσμήνιον δ' ὀνύμα-
ξεν, ἀλαθέα μαντεῖον θῶκον.
Ὦ παῖδες Ἁρμονίας, ἔνθα καὶ
νιν ἐπίνομον Ἡρωΐδων
στρατὸν ὁμηγυρέα καλεῖ συνίμεν,
ὄφρα Θέμιν ἱερὰν, Πυθῶ-
νά τε, καὶ ὀρθοδίκαν
γᾶς ὀμφαλὸν κελαδῆτε ἄ-
κρα σὺν ἑσπέρα,

ἐπ

ibus qvartis. VIII. Dimetrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio & aone tertio. IX. Monometrum hypercatalectum, ex Ditrochæo.

Ἐπῳδὸς verò ἑξάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Dimetrum catalectũ, ex Cho-ambo & Antiſpaſto. II. Dimetrum acatalectum, ex Pæone qvarto & Jonico à inore. III. Trimetrum acatalectum, ex Jonico à majore, Epitrito ſecundo, & Di-mbo. IV. Trimetrum acatalectum, ex Pæone qvarto, Epitrito tertio, & Jonico à ajore. V. Trimetrum hypercatalectum, ex Dijambo, Antiſpaſto & Ionico à mino-. VI. Dimetrum acatalectum, ex Dijambo & Ionico à minore.

ODA XI.

THRASIDÆO THEBANO, Adoleſcenti, Stadii-curſori.

α.

O Cadmi filiæ, Semele
qvidem Olympiadum ſocia,
Ino verò Leucothea marinarum
cohabitatrix Nereidum,
ite cum Herculis generoſa
matre, ad Meliam, aureorum
ad ſecretum tripodum
theſaurum, qvem eximiè hono-
ravit Apollo *Loxias,*

α.

Ismeniumq; nomina-
vit, veracem fatidicam ſedem.
O filiæ Harmoniæ, ibi etiam
collegam Heroidum
cœtum congregatum Melia *vocat ad-conveniendum,*
ut Themin ſacram, Pytho-
nemq;, & rectè-judicantem
terræ umbilicum, reſonetis ex-
trema cum veſpera,

ἐπῳδ. α. κώ. ς.

ἑπταπύλοισι Θήβαις
χάριν, ἀγῶνί τε Κίρρας:
ἐν τῷ Θρασυδᾶος ἔμνασεν ἑστίαν
τρίτος ἐπὶ στέφανον πατρῴαν βαλὼν,
ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλάδα νικῶν,
ξένου λάκωνος Ὀρέστα.

στροφ. β. κώ. θ.

Τὸν δὴ, φονευομένου
πατρὸς, Ἀρσινόα Κλυταιμνήστρας
χειρῶν ὑπὸ κρατερᾶν ἐκ δόλου
τροφὸς ἄνελε δυσπενθέος:
ὁπότε Δαρδανίδα κόραν Πριάμου
Κασάνδραν πολιῷ χαλκῷ,
σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ
ψυχᾷ, πόρευ' Ἀχέροντος ἀ-
κτὰν παρ' εὔσκιον

ἀντιστροφ. β. κώ. θ.

νηλὴς γυνά. Πότερόν
νιν ἄρ' Ἰφιγένει', ἐπ' Εὐρίπῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας, ἔκνισε
βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον,
ἢ ἑτέρῳ τινὶ δαμαλιζομέναν
ἐννύχιοι ἀπάγον κοῖται;
Τό, τι νέαις ἀλόχοις
ἔχθιστον ἀμπλάκιον: κα-
λύψαι τ' ἀμήχανον

ἐπῳ. β. κώ. ς.

ἀλλοτρίαισι γλώσσαις:
κακολόγοι δὲ πολῖται.
Ἴσχει τε γὰρ ὄλβος οὐ μείονα φθόνον.
Ὁ δὲ χαμηλὰ πνέων, ἄφαντον βρέμει.

Θάν

A.

Septiportis Thebis
ad-gratiam, certaminiq́; Cirrhæ:
in qvo Thrasydæus renovavit-memoriam laris
paterni, tertius in eum *coronam injiciens,*
in opulentis arvis Pyladæ victor,
hoſpitis Laconis Oreſtæ.

ε.

Qvem ſanè, dum-interficeretur
pater, Arſinoë Clytæmneſtræ
manibus validis ex dolo
nutrix eripuit luctuoſo:
qvando Dardanidem filiam Priami
Caſandram coruſco ære,
cum Agamemnonia
anima, mittebat Acherontis ri-
pam ad umbroſam

b.

crudelis fœmina. Utrum
illam Iphigenia ad Euripum
mactata procul à-patria, ſtimularit
gravia-molientem ut-concitaret iram;
an ab-alio qvodam laſcivè-petitam
nocturni ſeduxerint concubitus? incertum eſt.
Qvod juvenibus uxoribus
odioſiſſimum eſt *delictum: abſcon-*
dereq́; illud *impoſſibile*

B.

alienis lingvis:
Maledici enim ſunt cives.
Suſtinetq́; opulentia non minorem invidiam.
At humilia ſpirans, in-abſcondito fremit.

 5 *In-*

Θάνε μὲν αὐτὸς ἥρως Ἀτρεΐδας ἱκὼν
χρόνῳ κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις:

στρο. γ. κῶ. θ.

μάντιν τ' ὄλεσσε κόραν,
ἐπεὶ ἀμφ' Ἑλένᾳ πυρωθέντων
Τρώων ἔσυλε δόμους ἀβρότα-
τος. Ὁ δ' ἄρα γέροντα ξένον
Στρόφιον ἐξίκετο νέα κεφαλᾷ,
Παρνασσοῦ πόδα ναίοντ': ἀλ-
λὰ γε χρόνῳ σὺν Ἄρει
πέφνέν τε μητέρα, θῆκέ τ' Αἴ-
γισθον ἐν φοναῖς.

ἀντ. γ. κῶ. θ.

Ἦ ῥ' ὦ φίλοι, κατ' ἀμευ-
σίπορον τρίοδον ἐδινάθην,
ὀρθὰν κέλευθον ἰὼν τὸ πρίν: ἤ
μέ τις ἄνεμος ἔξω πλόου
ἔβαλεν, ὡς ὅτ' ἄκατον ἐιναλίαν.
Μοῖσα, τὸ δὲ τεόν, εἰ μισθῷ
γε συνέθευ παρέχειν
φωνὰν ὑπάργυρον, ἄλλοτ' ἄλ-
λ' αὖ ταρασσέμεν,

ἐπῳ. γ. κῶ. ς.

ἢ πατρὶ ἀθλονίκῳ
τόγέ νυν, ἢ Θρασυδαίῳ:
τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξ' ἐπιφλέγει,
τὰ μὲν ἐν ἅρμασι καλλίνικοι πάλαι,
Ὀλυμπίας ἀγώνων πολυφάτων ἔσχον
θοὰν ἀκτῖνα σὺν ἵπποις:

στρο. δ. κῶ. θ.

Πυθοῖ τε γυμνοὶ ἐπὶ
στάδιον καταβάντες, ἤλεγξαν

Interijt qvidem ipſe heros Atrides reverſus
tandem inclytis in Amyclis:

γ.

vatemq́, perdidit ſecum *puellam,*
poſtqvam ob Helenam exuſtorum
Troianorum ſpoliavit domos opulen-
to-luxu. Ille autem Oreſtes *ad-ſenem hoſpitem*
Strophium pervenit puerili capite i. e. puer,
Parnaſſi pedem incolentem: ſed
longè-poſt cum Marte
& matrem interfecit, & poſuit Æ-
giſthum in cædibus.

ε.

Certè ô amici, per greſſus-al-
ternans trivium circumactus-ſum,
rectam viam incedens anteà: aut
me aliqvis ventus extra navigationem
jecit, ac ſi ſcapham marinam.
O Muſa, hoc verò tuum eſt, ſi mercede
pacta-es exhibere
vocem argento-conductam, aliàs a-
lia commiſcere,

ς.

aut Patri certaminum-victoris
nunc qvidem, aut Thraſydæo:
quorum lætitiaq́, & gloria accenſa-ſplendet.
Nam olim qvidem curribus præclari-victores
Olympiæ certaminum celeberrimorum habuerunt
celerem fulgorem cum eqvis:

δ.

Delphisq́, nudi in
ſtadium qvum-deſcendiſſent, ſuperarunt

Græca-

Ἑλλανίδα ϛρατιὰν ὠκύτα-
τι. Θεόθεν ἐραίμαν καλῶν,
δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἁλικίᾳ.
Τῶν γὰρ ἀνὰ πόλιν εὑρίσκων
τὰ μέσα μακροτέρῳ
ὄλβῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἶ-
σαν τυραννίδων:

ἀντιϛροφ. δ. κῶ. θ.

ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς
τέταμαι: φθονεροὶ δ' ἀμύνοντ' ἄ-
τᾳ. Εἴτις ἄκρον ἑλὼν, ἡσυχᾷ
τε νεμόμενος, αἰνὰν ὕβριν
ἀπέφυγεν: μέλανος ἂν ἐσχατιὰν
καλλίονα θανάτου ἔσχεν,
γλυκυτάτᾳ γενεᾷ
εὐώνυμον κτεάνων κρατί-
ϛαν χάριν πορών.

ἐπῳ. δ. κῶ. ϛ.

Ἅτε τὸν Ἰφικλείδαν
διαφέρει Ἰόλαον
ὑμνητὸν ἐόντα, καὶ Κάϛορος βίαν,
σέ τε ἄναξ Πολύδευκες, υἱοὶ Θεῶν,
τὸ μὲν παρ' ἆμαρ ἕδραισι Θεράπνας, ἔνδον
τὸ δ' οἰκέοντας Ὀλύμπου.

Commentarius.

KΑδμου κόραι] Partes huius εἴδους ſunt ſex: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſſio, Regreſſio, & Confutatio. In Exordio, qvum Thraſydæus Thebanus ſit, invocat Heroidas Thebanas, Semelen, Ino, & Alcmenam ad Meliam, templumq́; Iſmeni conveniant, Thebas & Delphos lebraturæ, ob Thraſydæum The num, Pythionicam. Propoſitio *Thraſydæus Thebanus eſt laudand* Confirmatio duas potiſsimum

bet

Græcanicam turbam velocita-
te. Divinitùs optarim bona,
poſſibilia qværens in ætate qvavis.
Bonorum enim civilium comperiens
mediocria diuturniore
felicitate florentia, improbo ſor-
tem regij-ſtatus:

d.

Vulgares verò circa virtutes
occupatus-ſum: Invidendi autem puniuntur no-
xa. Si qvis faſtigium virtutis *adeptus, tranqvilla-*
q́ ſortitus, gravem contumeliam
effugit: is *nigræ terminum*
pulcherrimum mortis conſeqvi-ſolet,
dulciſſimæ ſoboli
bonæ-famæ bonorum præſtan-
tiſſimum donum præbens.

D.

Qvod Iphicliden
celebrem-facit Iolaum
hymnis decantatum, & Caſtoris robur,
teq́ ô Rex Pollux, filij Deorum,
partim die-uno ſedibus Therapnes, intra
partim altero die *habitantes Olympum.*

---

rationes: I. qvia eſt victor Py-
us: II. qvia renovavit memo-
n victoriarum in ſua familia,
rum ille jam reportavit tertiam.
. I. 3. Σεμέλα, Ινώ] De his O-
.6.
. 2. Ὀλυμπιάδων] id eſt, *Deorum*
lympo vel cœlo degentium, vel *Cœ-*
arum, ut *Portus* benè reddidit.

α. 2. ἀγυιᾶτις] ὁ ἀγυιεύς, *ara vel columna ad fores ædium poſita*, præcipuè Apollini ſacra, qvi & ipſe hanc ab cauſam Ἀγυιεὺς nonnunqvam appellatur, & Ἀγυιάτης: Inde fœmininum ἡ Ἀγυιᾶτις, *ara præ foribus in gratiam Apollinis erecta*, vel etiam προπύλαιον Apollinis Agyiei. Hoc loco *Scholiaſtes* exponit συνοικον, *co-*

habita-

habitatricem. Eſt autem Atticiſmus, ἀγυιᾶλις, pro ἀγυιᾶλι, qvum ſit Vocativus. *Suprà Olymp.* β. de Semele dicit, ζώει μὲν ἐν Ὀλυμπίοις.

α. 5. ἴτε] *Pal. C.* ἴστ. perperam.

α. 5. σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνω ματρί] id eſt cum Alcmena, Herculis matre. τὸ Ἀριστογόνω aliqvi in Dativo accipiunt, vel potiùs in caſu ſexto, qvi videlicet jota ſubſcribendum cenſent, & vel Paſsivè, ut *Philippus*, *Lonicerus*, *Vulgata*, qvi reddiderunt, *Generoſa*, tanqvam à Recto ἀριστόγονος: vel Activè, ut *Aretius & Portus*, qvibus aſſentior, *Optimæ prolis procreatrice*, qvia ſcilicet uno partu præſtantiſsimos edidit gemellos, tanqvam à Recto ἀριστογόνος. Et hi omnes ad Ματρὶ referunt. *Scholiaſtes* verò in Genitivo accipit, ἀριστογόνω pro ἀριστογόνου Doricè, & ad Ἡρακλέος refert, *Optimè procreati Herculis*, qvaſi ab ἀριστόγονος. Seqvatur qviſq; , qvod ſibi arriſerit. Occaſio diverſitati fuit inde, qvòd Pindarus jota ſubſcribendum more Dorico omiſerit.

α. 6. παρ Μελίαν] Lego παρὰ Μελίαν. Ἡ Μελία Oceani filia rapta ab Apolline, qvi ex ea Tenerum & Iſmenium genuit: qvorum illi divinationem dedit; ab hoc verò Ladonem fluvium, Iſmenum appellavit. *Pauſ. Bœot.* Ad hanc ergò Meliam, qvaſi in templo Iſmenio habitantem approperare heroidas illas jubet.

α. 6. χρυσέων] συνίζησις.

α. 7. εἰς ἄδυτον τριπόδων θησαυρόν] Lego, ἐς ἄδυτον &c. Indicat locum, ubi illæ Meliam convenire debeant, videlicet, Templum Apollinis Iſmenij, vel Templum Iſmenium, qvod eſt prope Thebas in colle Iſmenio, Apollini ſacro: qvod templum, à filio ſuo Iſmenio ipſe Apollo ſic pellavit, ut hîc Poëta habet. V hoc templum ἄδυτον θησαυρὸν τρ δων χρυσέων, ſacrum & nõ cuivis eundum, propter religionem loci σαυρὸν autem Τριπόδων, qvia in t plo illo Thebani pueri tripodes d care ſunt ſoliti, ſi non in univer omnes, tamen è ditiſsimis parét orti qviqve, ut *Pauſanias in Bœ* ſcribit, qvi hunc morem ſuo ad tempore duraſſe affirmat. Sed *A* ille non nominat, verùm *æneos* tùm, ut ibidem videre eſt. *Scholi* vocabulum ἄδυτον initiò qvidem jectivè accipit; ſed mox deinceps ſtantivè exponit, & Pindaro fam re eſſe ait, in Maſculino τὸν ἄδυτ ſurpare. Verùm ſi in amiſsis o bus exemplum non exſtet; in hac qve Periodo exſtat nullum. qvod *Olymp.* ζ. *B.* 2. *eſt*, εὐώδεος ἀδύτου; id cur in Neutro genere accipiamus, cauſa nulla.

α. 8. περίαλλ' εἴμασι] propter tam ſc: memoriam Iſmenij filij.

a. 2. μαντείων θῶκον] τ μαν propriè eſt *locus oraculi.* Per Meto miam ſubjecti pro *ipſo oraculo* ac tur, ut & apud *Soph. Oed. tyr.* 2.2. π κὸν Θεοῦ μαντεῖον. Vel potiùs *cum* legendũ μαντεῖον θῶκον, ut ſit Adj vum μαντεῖος, ut *Ol.* ς. α. 7. βωμ μαντείῳ, & *Pyt.* ε. γ. 8. μυχὸν μαντ

a. 3. ὦ παῖδες Ἁρμονίας] Secu vice eaſdem alloqvitur, ſuprà qvi mentione patris Cadmi addita: matris Harmoniæ. Intelligun ergò Filiæ Harmoniæ, non Filij Portus ex vulgata verſione poſuit

a. 3. ἔνθα] *ubi*, in qvo tẽplo Iſme

a. 3. ἔνθα καὶ νῦν] Lego ἔνθα καί

a. 4. ἐπίνομον ἡρωΐδων στρατόν]

ἐποπτεύοντα & ἐπινεμόμενον τὰς ϐας, *Heroidas Thebarum curatrices*: σύννομον ταῖς Θήϐαις: *Heroidas ſortes Thebis, Heroidas indigenas*; σύννομον ςρατόν, *conſortem cœtum, gialem cœtum.*

5. καλεῖ] ἡ Μελία ſcilicet, ad m vos ire jubeo: non Apollo, aut aſydæus victor.

6. Θέμιν] Initiò enim oracu- illud Themidis fuit. Inde eſt θε- μειν ſæpè pro *Vaticinari, Oracu- reddere.*

6. 7. πυθῶνά τε καὶ ὀρθοδίκαν γᾶς αλόν] i. e. *Delphos*. De Umbilico *e ſuprà*. Ὀρθοδίκας a. *rectè judi-* ob veracitatẽ oraculorũ dicitur.

9. ἄκρα σὺν ἑσπέρα] *extrema veſpera*, h. e. ſub noctis initium. oſitio σὺν hîc notat conjun- nem carminis cum extrema ve-, ita ut eo tempore in convivijs etur. *Lonicerus* incommodè red- *Summa cum vigilantia.*

2. χάριν] *gratiam*: per ἐπεξή- refertur ad κελαδῆτε πυθῶνα χάριν, *ad gratiam*, i. e. ut ſit illa ce- tio honorifica & grata Thebis.

2. ἀγῶνί τε Κίῤῥας] id eſt, *Certa- Pythico*, vel ipſis etiam Delphis.

4. τρίτος] Ipſe tertius in or- Victorum ſuæ familiæ. *Ald. &* τρίτον, minùs benè.

5. ἐν ἀφνεαῖς ἀρούραισι Πυλά- l eſt, *in Phocide*, cujus pars ſunt i. In qva Phocide olim Stro- pater Pyladæ regnavit, qvi fuit s Oreſtæ.

Τὸν δὴ φονευομένου πατρὸς] ione mentionis Oreſtæ, jam ditur in hiſtoriã ejus, & I. com- rat, qvomodo Oreſtes ab Ar- nutrice, è manibus Clytæmne- ſtræ, clam fuerit ereptus, eo tempore qvo illa Agamemnonem & Caſſandram interfecit. Dubitat ſimul Poë- ta, utrum Clytæmneſtra hoc facinore mactationem Iphigeniæ filiæ ſuæ ulciſci voluerit: an verò conſvetudine inceſta cum Ægiſtho ſeducta fuerit? Qvod vitium gnome exaggerat, & in novè-nuptis odioſiſsimum prædicat, & celari poſſe negat, partim ob maledicentiam hominum, partim ob invidiam, qvæ opulentiores, ſi tale qvid patrarint, citiùs, qvàm pauperiores ſeqvitur. II. Qvomodo interfecto Agamemnone & Caſſandra, Oreſtes ereptus, apud Strophium Pyladæ patrem in Phocide ſervatus & educatus fuerit. III. Qvomodo deniqve ſuo tempore, Clytæmneſtram cum Ægiſtho interfecerit. Scholiaſtes cenſet hanc παρέκϐασιν eſſe ἄκαιρον. Sed nihil præter morem ſuum facit Pindarus.

ϐ. 1. φονευομένου πατρὸς] Si verum eſt, qvod *Scholiaſtes* ex *Pherecyde* annotat, Oreſtem fuiſſe trium annorum, qvum à nutrice eriperetur; non potuit hoc fieri eo tempore, qvo poſt decennium ab Ilio reverſus Agamemnon à Clytæmneſtra occiſus fuit: ſed ſtatim ſecundo, aut ad ſummum tertio anno belli Trojani, qvamprimum ſcilicet Nutrix inſidias ei ab Ægiſtho ſtrui intellexit.

ϐ. 2. Ἀρσινόα] *Pherecydes* nominat Λαοδάμειαν.

ϐ. 3. ἐκ δόλου δυσπενθέος] qvum intelligeret, necem Oreſtæ paratam eſſe.

ϐ. 4. ἄνελε] *liberavit eripuit*, dum ſcil. clam eum in Phocidem ad Strophiũ Pyladæ patrem perferri curavit. Vide *Eurip. Oreſte*: *Sophoclem Electra*,

 Home-

Homerum Od. δ. *Senecam Agamemnone.* Interim Ægiſthus Nutricis filium, qvũ Oreſtem eſſe putaret, interemit.

ε. 5. Δαρδανίδα κόραν Πριάμου] *Scholiaſtes* τὸ Δαρδανίδα perperam cenſet eſſe Genitivũ ſingularem Maſculinum primæ Doricum, pro Δαρδανίδου, ab ὁ Δαρδανίδης, & refert ad Πριάμου. Qvem ſecuti alij, *Dardanidæ* reddiderunt. Verùm Accuſativum ſingularem Fœmininum Qvintæ eſſe, & ad κόραν referri oportere, ab ἡ Δαρδανίς, α finale breve arguit. Verùm qvod ſæpe qveror, etiam hîc accidit, ut nimirum metrica ratione neglecta, cujus ferè omnes, qvotqvot vidi, accuſandos deprehendo, errori janua fuerit aperta. ἡ κόρα hîc pro *Filia* ponitur. Qvomodo autem Priamus & ejus filia Caſſandra, à Dardano deſcendant, hæc genealogia oſtendit:

Dardanus.
|
Erichthonius.
|
Tros.
|
Ilus.
|
Laomedon.
|
Podarces, qvi & Priamus.
|
Caſſandra.

ε. 6. Κασάνδραν σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ ψυχᾷ] Synecdoche, vel totius pro parte, Κασάνδραν, pro ψυχὰν Κασάνδρας: vel partis pro toto, σὺν Ἀγαμεμνονίᾳ ψυχᾷ, pro σὺν Ἀγαμέμνονι. Utrumq; enim uſitatum. In Κασάνδραν eſt – – – pro – ᴗ ᴗ ᴗ, ubi ᴗ deficit: ſi textus mendo caret. De

cæde ſua qvid ipſa Caſſandra vati
netur, videatur apud *Lycophronem*
b. 1. 2. Πότερόν νιν ἄρ' Ἰφιγένει
Vide *Sophoclem in Electra.* Utru
juſtè vel injuſtè Agamemnon fu
rit interfectus, etſi ferè extra cont
verſiam eſt: dubitat tamen hîc q
dammodo Poëta, ut & *Pauſanias*
Corinthiacis. De Ægiſtho, inqvit
Agamemnone non habeo pro co
perto dicere, injuriámne Ægiſt
prior intulerit, an verò ulciſci vol
rit. Tantali Thyeſtæ filij ab At
interfecti cædem, cui Clytæmne
à patre Tyndareo deſponſa fue
Ego ſanè innatæ ipſos malitiæ c
demnare nolim. Sed ſi Pelopi
Myrtilum facinus, nepotum
pœna luendum; congruunt his c
bus, qvæ Glauco Epicydis filio S
tanorum Regi, qvum pejeraſſet,
thia reſpondit. Commiſſam pe
rio fraudem in nepotes redund
ram. *Hæc Pauſanias.* Nos rectiùs
cimus, *Deum Zelotem viſitare ini
tatem Patrum in filijs in tertiam
qvartam generationem.*
b. 2. Ἐπ' Εὐρίπῳ σφαχθεῖ
Εὔριπος, tractus maris inter B
tiam & Eubœam inſulam, circa
lidem, regiunculam & portum B
tiæ, ubi Græci Trojam invaſuri
gregabantur, & ἀυλίζοντο, id eſt
bulabantur, unde & loco poſteà
men fuit. Ibi verò, qvum Aga
mnon cervam Dianæ ſacram
ſcius jaculis confodiſſet; irritata
na, naves flatibus ventorum ad
ſis detinebat. Tandem monen
Calchante vate, mactatâ Iphig
Agememnonis filiâ, Dea placa
fuit, & navibus ventus ſecun
adſpiravit. Vide *Euripidem*

I

bigenia in Aulide. *Mela. lib. 2.* Eu-pus, inqvit, eſt mare rapidum, & terno curſu, ſepties die, ac ſepties octe, fluctibus invicem verſis adeò nmodicè fluens, ut ventos etiam ac ena ventis navigia fruſtretur. Vide *Strabonem lib. 9.*

b. 3. ἔκνισε] *exſtimulârit, qvaſi mpruritu.*

b. 4. βαρυπάλαμον ὄρσαι χόλον] e. *ut gravia molientem concitaret im.* Lonicerus minùs benè, *ut ad avem palmas ſuas iram concitaret.*

b. 5. ἢ ἑτέρῳ λέχει δαμαλιζομένην] ego, ἢ ἑτέρῳ τινὶ δαμαλιζομένην. e, ὑπό τινος ἑτέρου δαμαλιζομέ-, *ab alio qvodam laſcivè petitam.* e verbo δαμαλίζω vide *ſuprà Pyth.* D. 9.

b. 6. ἔννυχοι παράγεν κοῖται] Le-, ἐννύχιοι ἀπάγον κοῖται.

b. 7. τὸ δὴ] Lego ὅ, τι, vel τό, τι.

B. 3. ἴσχει τε γὰρ ὄλβος] Vide Ada-im: *Præſtat invidendum eſſe, qvàm ſerabilem.* Senſus autem hîc eſt: ὸ qvis eſt opulĕtior & ſublimior, major illius eſt invidia, & eò faci-s vitia ejus ab invidis traducun-.

B. 4. ἄφαντον βρέμει] i. eſt, pau-iorum & obſcuriorum vitia non ilè traducuntur, ſed latent igno- *Omne etenim vitium, tanto con-tius in ſe Crimen habet, qvanto jor, qvi peccat, habetur.* Juvenal. t. 8.

B. 5. Ἀτρείδας] Lego Ἀτρεΐδας, Ἀτρεάδας.

.6. κλυταῖς ἐν Ἀμύκλαις] ἡ Ἀμύ-α vel αἱ Ἀμύκλαι oppidum La-iæ, illo proverbio celebre, *Amy- ſilentium perdidit.*

γ. 1. μάντιν κόραν] *fatidicam puel-lam*, ſcil. Caſſandram. Ex vulgata Portus minùs benè retinuit, *Fatidicam filiam.* Non enim fuit Agamemnonis filia, ſed Priami. Suprà verò κόραν Πριάμου, *Filiam Priami*, vertere licuit.

γ. 1. ὄλεσσε] *perdidit, interitus cauſa fuit.* Propter Agamemnonem enim, Caſſandra qvoqve, captiva puella, qvam ſibi pellicem ſuſpicabatur Clytæmneſtra, interfecta fuit.

γ. 2. πυρωθέντων τρώων] non ſunt Genitivi conſeqventiam deſignantes, ſicut Interpretes reddiderunt, *exuſtis Trojanis*: ſed ſubjectum affectum notantes, referunturq; ad δόμους: *ædes igne domitorum Trojanorum.*

γ. 3. ἔλυσε] Lego ἔσυλε, à συλάω *ſpolio.* Etſi enim penultima Aoriſti ſecundi alibi ferè corripitur: tamen in verbis ſextæ plerumqve longa invenitur, ut ἔδουπον à δουπέω.

γ. 4. ξένον γέροντα] Lego γέροντα ξένον, metro poſtulante, & *Aldo* ſuffragante.

γ. 5. νέα κεφαλᾷ] Synecdochicè, pro νέος ὤν.

β. 6. Παρνασσοῦ] – – – pro – ∪ ∪ ∪, ut & *ſuprà* β. 6.

γ. 7. ἀλλὰ χρόνῳ σὺν Ἄρει] Lego *cum Aldo* ἀλλά γε χρόνῳ σὺν Ἄρει, i. e. *ſed tardè cum Marte*, id eſt, longo pòſt tempore, Marte juvante.

γ. 8. ἔπεφνε] Lego *cum Aldo*, πέφνεν τε ματέρα.

γ. 8. 9. θῆκέ τ' Αἴγισθον ἐν φοναῖς] i. e. *Poſuitq; Ægiſthum in cædibus*: vel ut Lonicerus, *inter cæſos locavit*, i. e. occidit, interfecit. ἡ φονή eſt *cædes, & locus cædis.*

g. 1. ἦρ' ὦ φίλοι] Ἐπάνοδος ſeu Regreſsio, à παρεκβάσει, qvam comparat partim viæ ἀμευσιπόρῳ, partim erroribus marinis; ad laudes Thraſidæi, qvas nunc tractandas cenſet, qvia præmium propterea accipit. Ducit autem eas laudes, à Patre Olympionica curru: & à repetitione victoriæ Thraſydæi.

g. 1. κατ' ἀμευσίπορον τρίοδον] *per trivium erroneum.* Ἀμευσίπορος eſt greſſus repetens, pro ἀμειψίπορος, da man hin vnd her / bald hinter ſich / bald vor ſich gehet. ἀμεύω eſt *pertranſeo.* Opponitur ἀμευσίπορος τρίοδος, ὀρθῇ κελεύθῳ. In τρίοδον, ultima prolonga ponitur. *Scholiaſtes* aliqvoties habet ἀμασίπορον, ſi modò Codex ſanus eſt. Idq; & *Rittershuſius* non planè improbat.

g. 6. Τὸ δὲ τεόν] *Portus & Aretius*, legunt, τὸ δ' ἐτεόν, i. e. *hoc autem verum eſt, hoc autē certū eſt*, minus benè.

g. 6. 7. μισθῷ συνέθευ] Lego, εἰ μισθῷ γε συνέθευ.

g. 8. ὑπάργυρον] *argento conductam*, mit gelde gedinget.

g. 8. ἄλλοτ' ἄλλᾳ χρὴ ταρασσέμεν] Lego, ἄλλοτ' ἀλλ' αὖ ταρασσέμεν. τὸ χρὴ planè ocioſè, præter Poëtæ mentem inſertum eſt.

G. 1. ἢ πατρὶ Πυθιονίκῳ] Lego, ἢ πατρὶ ἀθλονίκῳ, Doricè, pro ἀθλονίκου, Θρασυδαίου ſcilicet.

G. 3. τῶν εὐφροσύνα τε καὶ δόξα] In *Plantiniana & Commeliniana editione*, τὸ τε perperam omiſſum eſt.

G. 4. τὰ μὲν ἅρμασι] Lego, τὰ μὲν ἐν ἅρμασι. Συλληπτικῶς autem victoriam Olympicam patris, de utroqve commemorat, ejusq; filium participem facit: & rurſus victoriam Pythicam filii, etiam de utroqve commemorat, & Patrem participen[...] ejus facit.

G. 5. Ὀλυμπίᾳ τ' ἀγώνων] Lego Ὀλυμπίας ἀγώνων.

δ. 4. Θεόθεν ἐραίμαν καλῶν]Con[...] futatio. Poſſet enim aliqvis ita oc[...] currere: *Qvid laudas Thraſydæum qvum ſit plebeius & privatus.* Reſpon[...] det Poëta, hoc laudi nihil officere[...] imò, vitam privatam commendatio[...] ne dignam eſſe. I. qvia ob medio[...] critatem tutiſsima eſt, qvod proba[...] partim voto ſuo, partim experien[...] tia, partim collatione cum vita Prin[...] cipum, qvæ mutationibus pluribu[...] eſt obnoxia. II. qvia bona eſt, ſi [...] licet qvis 1. bona ſimul virtute ſua[...] ſibi peperit 2. tranqvillè vixerit[...] 3. contumeliam & ignominiam ev[...] târit, 4. honeſtè moriatur. 5. liberi[...] bonam famam relinqvat: Qva[...] commendat partim συγκριτικῶ[...] cum aliis bonis, partim παραδει[...] γματικῶς, exemplis Jolai, Caſtori[...] Pollucis.

δ. 5. δυνατὰ μαιόμενος] *poſſ[...] bilia qværens*, i. e. unicuiq; mediocr[...] ter conv enientia, non ſortem com[...] munem excedentia.

δ. 5. ἐν ἀλικίᾳ] id eſt, ἐν ζωῇ ἀ[...] θρωπίνῃ.

δ. 7. μακροτέρῳ σὺν ὄλβῳ] τὸ σὺ[...] etſi omnia qvæ vidi exempla h[...] beant, tamen nec Syntaxis poſtula[...] nec metrica ratio admittit. Ideoqv[...] expunxi.

d. 1. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τ[...] ταμαι] *circa communes virtutes e[...] tenſus ſeu occupatus ſum*, in eas inte[...] tus ſum, i. e. mediocres virtutes lau[...] do & probo. v. gr. ſi qvis mediocr[...] ter eſt dives, in mediocri dignitate[...] conſtitutus &c. Vide *ad Iſth. a. G. 6.*

d. 2. Φθ[...]

d. 2. φθονεροὶ] Paſsivè, *Invidendi*, ·e. in magna felicitate conſtituti.

d. 2. ἀμωμόντ' ἄτα] Sæpe enim nagna potentia malè deſinit. *Potentes potenter tormenta patientur.*

d. 3. ἄκρον ἑλὼν] in virtute moali ſcilicet.

d. 3. ἡσυχίᾳ τε νεμόμενος] Lego, συχά τε νεμόμενος.

d. 4. ὕβριν ἀπέφυγεν] activè & aſsivè.

d. 5. μέλανος δ' ἂν ἐσχατιὰν καλλίονα θάνατον ἔσχεν] Lego, μέλαος ἂν ἐσχατιὰν καλλίονα θανάτου χεν. Eſt ἀπόδοσις ad εἰ τις &c. Ideoe τοῦ δὲ nullus eſt uſus, qvod & meum reſpuit. θανάτου autem etiam choliaſtes legit, & Syntaxis poſtut. καλλίονα pro καλλίστην.

D. 1. ἅτε] ſc. χάρις.

D. 2. διαφέρει] *celebrem & nobin facit*, famam eorum in diverſas undi partes ferens.

D. 2. ἰόλαον] propter patrem Iiclem bonæ famæ.

D. 3. καὶ Κάστορος βίαν, σέ τε ἄναξ Πολύδευκες] utrumqve etiam propter patrem bonæ famæ, Tyndareum. Aliqvi tamen hæc omnia accipiunt de ipſo Jolao, Caſtore & Polluce, qvòd talem vitam geſſerint, & bonam poſt ſe famam reliqverint: præſertim qvum poſterioribus duobus Dii parentes aſsignentur, ad qvos modò dicta non pertinent. Sic Jolaus Euryſthei cæde: Pollux pietate in fratrem Caſtorem, de qva *infrà Nem. ι.* nobilitatis, & poſteris bono exemplo fuit.

D. 5. τὸ μὲν παρ' ἆμαρ] De hac alternatione vitæ Caſtoris & Pollucis, *infrà Nemeorum ι.* plura habebimus.

D. 5. Θεράπνας] Θεράπνη ſive Θεραμνα, oppidum Laconiæ, in qvo Caſtor & Pollux nati. Vide *ad Iſthm. α, B. 4. Pal. C. perperam* θεράπευας.

D. 6. τὸ δ' οἰκέοντας ἔνδον ὀλύμπου] Lego, ἔνδον τὸ δ' οἰκέοντας Ὀλύμπου.

ΕΙΔΟΣ ΙΒ.

ΜΙΔΑι ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩι, Αὐλητῇ.

Εἶδος hoc duodecimum & ultimum in hac parte, Midæ cuidam Agrigentino inſcribitur, qvi præter Panathenæa, Pythiadem vicit XXIV, ut & XXV, αὐλοῖς ſeu tibiis. Meminit *Scholiaſtes* ex hiſtoriis, accidiſſe huic Midæ peculiare qviddam in altera harum Pythi... in ipſo enim certamine γλωσσίδα ſeu lingulam de improviſo fra...n, τῷ οὐρανίσκῳ ſeu palato adhæſiſſe: illum verò ſolis calamis lingula de...tis συναυλίαν ſuam continuaſſe: hominesq; ſoni novitate allectos & ...ctatos, caſumq; & artificium admiratos, palmam ei tribuiſſe.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδους hæc eſt.

Summa & diſpoſitio hujus εἴδους.

Partes

- Exordium *habens προσφώνησιν ad Genium vel Nympham tutelarem Agrigenti*
  - *celebrans eam ab Adjunctis urbis, quam vocat*
    - Φιλάγλαον.
    - καλλίσταν βροτεᾶν πόλι
    - ἕδος Φερσεφόνας.
    - μηλόβοτον.
    - ἐΰδματον κολώναν
    - ἄνασσαν.
  - *invocans eam, ut propitia reſpiciat*
    - *hymnum hunc victorialem.*
    - *ipſum Midam victorem*
- *Propoſitio:* Midas Agrigẽtinus *eſt celebrandus.*
- *Confirmatio*
  - *1. quia reportavit victoriã Pythicam, cum gratia*
    - *Deorum*
    - *Homin*
  - *2. quia ἔνδοξος eſt.*
  - *3. quia omnibus in tota Græcia πυθαυλίᾳ præſtat.*
  - *4. à præſtantia artis, quam ad Minervam autorem refert*
- *Digreſſio de tibiarum*
  - *autore & inventrice Minerva.*
  - *inventionis occaſione,*
    - *ejulatu Gorgonum.*
    - *ſibilo ſerpentum Gorgoneorum.*
  - *inventionis tempore, quando Perſeus Meduſæ caput præ*
    - *Ubi obiter indicatur*
      - *Seriphi fatum.*
      - *Polydectæ ultio.*
      - *Perſei genus & generatio.*
  - *arte tradita hominibus.*
  - *appellatione à Pallade data.*
  - *uſu uno, in concitandis animis ad bella.*
  - *materia*
    - *ære ductili.*
    - *arundinibus Cephiſiis.*
  - *altero uſu in choreis.*
- *Confutatio objectionis.* Atqvi hæc victoria ſine infortunio non eſt. *ε: minus glorioſa.*
  - *Reſpondet*
    - *1. à communi hominum ſorte, qua nullus ὄλβος ſine καμάτῳ eſt.*
    - *2. à ſpe boni eventus, quem opinione citius, & vel hodie fortuna poteſt adducere.*
    - *3. adverſitates nullas poſſe felicitatem fato decretam intercipere.*
    - *4. etiam in deſperatiſſima fortuna, ſæpè præter exſpectationem fauſta evenire.*

Ra

Ratio verò metrica talis eſt:

ςροφ: & ἀντιςρ.	ἐπῳδ.
--UU -UU-	8. --UU -UU-
--UU -UU-	9. --UU -UU-
-UU -UU -	10. --U- --U-
--UU -UU-	11. --UU -UU- -
--UU -UU-	12. -U-- -U-
-U- --U-	13. -UU- UU-- -UU
-UU -UU -	14. -U-- -U-- -U--

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ, τεσσαρεσκαιδεκάκωλος eſt. *Primum* κῶλον *eſt* [...]*etrum acatalectum, ex Jonico à majore & Choriambo. II. ut primum. III. Di*[...]*rum hypercatalectum Dactylicum. IV. & V. ut primum. VI. Dimetrum a*[...]*lectum, ex duobus Epitritis tertiis. VII ut tertium. VIII. & IX. ut pri*[...]*n. X. ut ſextum. XI. Dimetrum hypercatalectum, ex Jonico à majore & Cho*[...]*bo. XII. Dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. XIII. Tri*[...]*rum catalectum, ex duobus Choriambis & interpoſito Jonico à minore. XIV.* [...]*etrum acatalectum, ex tribus Epitritis ſecundis.*

Porrò etiam hoc εἶδος προσῳδικὸν *eſt, qvum præter* ςροφὴν *&* ἀντιςρο[...], ἐπῳδὸν *nullam habeat. Vide Olymp.* ε. *& Pyth.* ς. *& in prolegom. Olym*[...]*m. Poſſent tamen etiam ſingula* μέλη, μονοςροφικὰ *cenſeri, ut* διαιρέσεις, [...]m. η. & Nem. θ.

ΕἸΔΟΣ ΙΒ.	ODA XII.
[...]ΊΔΑι ΑΚΡΑΓΑΝ-[...]ίνῳ, Αὐλητῇ.	MIDÆ AGRIGEN-tino, Tibicini.

ςροφ. α. κώ. ιδ.

Αἰτέω σε φιλάγλαε, καλ-
λίςα βροτεᾶν πολίων,
Φερσεφόνας ἕδος, ἅ-
[...]' ὄχθαις ἔπι μηλοβότου

α. ναίεις

Rogo te ô ſplendoris-amica, pul-
cherrima humanarum urbium,
Proſerpinæ ſedes, qvæ
[...]*d ripas pecoroſi*

5 ναίεις Ἀκράγαντος εὔ-
δματον κολώναν, ὦ ἄνασ-
σ', ἵλαος, Ἀθανάτων
ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενείᾳ,
δέξαι στεφάνωμα τόδ' ἐκ
10 Πυθῶνος εὐδόξῳ Μίδᾳ,
αὐτόν τέ νιν, Ἑλλάδα νικά-
σαντα τέχνᾳ: Τάν ποτε
Παλλὰς ἔφευρε, θρασειᾶν Γοργόνων
14 οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα:

ἀντιστρο. α. κῶ. ιδ.

1 τὸν παρθενίοις, ὑπό τ' ἀ-
πλάστοις ὀφίων κεφαλαῖς
ἄϊε λειβόμενον,
δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ,
5 Περσεὺς ὁπότε τρίτον ἄ-
ϋσεν κασιγνητᾶν μέρος,
εἰναλίᾳ Σερίφῳ
λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων.
Ἦτοι τό, τε θεσπέσιον
10 Φόρκοι' ἀμαύρωσεν γένος,
λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτᾳ
θῆκε, ματρός τ' ἔμπεδον
δουλοσύναν, τό, τ' ἀναγκαῖον λέχος,
14 εὐπαράου κρᾶτα συλήσας Μεδοίσας,

στροφ. β. κῶ. ιδ.

1 υἱὸς Δανάας: τὸν ἀπὸ
χρυσοῦ φαμὲν αὐτορύτου
ἔμμεναι. Ἀλλ' ἐπεὶ ἐκ
τούτων φίλον ἄνδρα πόνων
5 ἐρρύσατο παρθένος, αὐ-
λῶν τεῦχε πάμφωνον μέλος:

inhabitas Agrigenti bene-ædificatum collem, ô Regina, propitia, Immortalium Hominumq́; cum benevolentia, accipe coronam hanc ex Pythone, glorioſô Midæ concinnatam *eumq́;* adeò *ipſum, Græciam qvi-ſuperavit arte: qvam qvondam Pallas invenit, audacium Gorgonum triſtem lamentationem contexens* imitata *Minerva:*

a.

qvam virgineis, ſubq́; deformibus ſerpentum capitibus audivit ea *effuſam, luctuoſa cum ærumna, qvando Perſeus tertiam debellavit ſororum partem, marinæ Seripho ncolisq́; exitium-fatale afferens. Utiqve & divinum Phorci delevit genus, & triſte convivium Polydectæ fecit, matrisq́; ſtabilem ervitutem, coactumq́; lectum* triſtem ei fecit, *pulchrigenæ caput qvum-abſtuliſſet Meduſæ,*

ε.

Filius Danaæ: qvem ab auro credimus ſponte-delapſô natum eſſe. *Sed poſtqvam ex hiſce charum virum laboribus liberavit virgo* Minerva, *tibiarum fecit omniſonum melos:*

 utq́;

ὄφρα τὸν Εὐρυάλας
ἐκ καρπαλιμᾶν γενύων
χριμφθέντα, σὺν ἔντεσι μι-
μήσαιτ᾽ ἐρικλάγκταν γόον,
εὗρεν Θεός. Ἀλλά νιν εὑροῖ-
σ᾽ ἀνδράσι θνατοῖς ἔχειν,
ὠνόμασεν κεφαλᾶν πολλῶν νόμον,
εὐκλεᾶ λαοσσόων μναστῆρ᾽ ἀγώνων.

ἀντιστροφ. β. κῶ. ιδ.

λεπτοῦ διανισσόμενον
χαλκοῦ θ᾽ ἅμα, καὶ δονάκων,
τοὶ παρὰ καλλιχόρῳ
ναίοισι πόλει Χαρίτων,
Καφισίδος ἐν τεμένει,
πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες.
Εἰ δέ τις ὄλβος ἐν ἀν-
θρώποισιν, ἄνευ καμάτου
οὐ φαίνεται: ἐκ δὲ τελευ-
τάσει νιν, ἤτοι σάμερον
Δαίμων. Τόγε μόρσιμον, οὐ παρ-
φυκτόν. Ἀλλ᾽ ἔσται χρόνος
οὗτος, ὃ καί τιν᾽ ἀελπτίᾳ βαλὼν,
ἔμπαλιν γνώμας, τὸ μὲν δώσει, τὸ δ᾽ οὔπω.

COMMENTARIUS.

Αἰτέω σε Φιλάγλαε] Partes hujus εἴδους qvinqve ſunt: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, & Confutatio. Exordium per προσωποποιΐαν ad ipſum Agrigentum, tanqvam ad Genium loci, vel Nympham tutelarem illius civitatis, προσφώνησιν habet, partim eam pro Benevo[...] tia captanda celebrans, ab adjun[...] urbis, qvam vocat. I. Φιλάγλα[...] ſplendoris amantem, die da fein[...] tig vnd zierlich ausgebauet/vnd es [...] reine helt. II. καλλίσταν βροτεᾶν [...]λίων, eandem ob cauſam. III. ἕδ[...] Φερσεφόνας, ſedem Proſerpina[...] liæ Cereris, propter fertilitatem [...] ferac[...]

utq; Euryalæ
ex rapacibus genis
emiſſum, inſtrumentis imi-
taretur perſtreperum luctum,
invenit hoc *Dea. At hoc poſtqvam-inve-*
nit viri mortales ut-haberent,
nominavit capitum multorum legem,
illuſtrem populos-cientium admonitricem certaminum,

b.

tenue tranſeuntem
æs ſimul & calamos,
qvi apud pulchro-in-loco-poſitam
proveniunt urbem Charitum,
Cephiſidis in luco,
fidi choros-agentium teſtes.
Si verò aliqva felicitas inter ho-
mines eſt, *ſine labore* ea
non apparet: ad-finem tamen per-
ducet eam vel hodiè
Fortuna. Fatale qvidem non eſt *evita-*
bile. Sed aderit tempus
hoc, qvod qvum *aliqvem etiam deſperatione percuſſerit,*
præter exſpectationem, tamen *hoc qvidem dabit, illud*
verò nondum.

---

acitatem frugum. IV. *μηλόβο-*, propter paſcua copioſa & amæ- . V. *κολώναι*, propter loci editio- ſitum, & qvidem *ἔυδματον*, pro- r ædificia & munitiones firmas. . *ἄναος αι*, propter dignitatem & jeſtatem inter cæteras vicinas. tim invocans eandem, ut propi- reſpiciat cùm hymnum hunc vi-ctorialem, tùm ipſum Midam victo-rem, civem ſuum. In his ipſis autem implicita eſt Propoſitio: *Midas Agri-gentinus eſt celebrandus.* Cujus Con-firmatio qvatuor argumenta conti-net. I. Qvia reportavit victoriam Pythicam cum gratia Deorum & Hominum, vel Dijs & Hominibus approbantibus. II. Qvia *ἔυδοξ@* eſt,

eſt, Ehrnveſt. III. Qvia omnibus in tota Græcia, ἀυλητικῇ præſtat. IV. à præſtantia artis tibicinij, qvam ad Minervam autorem & inventricem refert.

α. 1. αἰτέω] In ſcanſione facienda eſt συνίζησις.

α. 2. βροτεᾶν πολίων] *humanarum urbium*, hoc eſt, ab hominibus conditarum: ad differentiam aliarum urbium, qvas vel Dij (*ut Neptunus & Apollo Ilium,*) vel Cyclopes (*ut Tirynthem*) exſtruxiſſe crediti fuerunt.

α. 3. Φερσεφόνας ἕδος] *Proſerpinæ ſedes*, filiæ Cereris, Deæ frugum, propter fertilitatem, ob qvam tota Sicilia, inſula feraciſsima, Proſerpinæ à Jove conceſſa fingebatur. ἡ Περσεφόνη autem, vel Doricè Φερσεφόνα, ἀπὸ τοῦ φόνῳ πάντα πέρθειν dicitur, qvum inferorũ ſimul Dea ſit.

α. 4. ὄχθαις ἔπι] *in ripis, ad ripas.* Eſt enim Agrigentum urbs littoralis in latere Siciliæ Auſtrali.

α. 5. ἔυδματον] lego ἐΰδματον.

α. 6. κολώναν] ἡ κολώνη, & ὁ κολωνός, *locus editior, Collis.*

α. 6. ὦ ἄνα] Vocativus eſſe putatur à Nominativo ἄναξ, hoc loco in Fœminino genere uſurpatus. Potiùs lego, ἄνασ-σ'. *Scholiaſtes*, & eum ſecutns *Philippus*, novam ἀποστροφὴν vult eſſe ad Proſerpinam. Sed veriùs de Agrigentina Nympha, de qva præcedentia loqvuntur, accipitur. *Lonicerus* ad utram referre debeat, dubitat, ſine cauſa, niſi fortè *Scholiaſtis* autoritas dubium eum fecerit.

α. 7. ἵλαος] fœminini generis eſt hoc loco.

α. 7. ἀθανάτων ἀνδρῶν τε σὺν εὐμενείᾳ] *cum Deorum hominumq; benevolentia;* Deorum qvidem, qvi eti-
am fracta γλωσσίδι, tamen ei gr
tiam tibicinij conceſſerunt, & victo
riam illius eſſe voluerunt: Hominu
verò, qvi ſoni novitate allecti & d
lectati, caſumq; & artificium adm
rati, palmam ei conceſſerunt.

α. 9. στεφάνωμα τόδε] h. e. ὕμν
τόνδε.

α. 10. εὐδόξῳ Μίδᾳ] *Scholiaſt*
per Genitivos exponit, εὐδόξου Μίδ
Et *Aretius* expreſsè vult Genitiv
Doricos eſſe. Qvod qvidem fac
acceptaremus, niſi Pindaro famili
re eſſe ſciremus, in hoc negocio D
tivo uti. v. g. *Olymp.* ς. *ε.* 11. Ἀγησ
δέξαιτο κῶμον. Sed hîc qvoqve D
ricum Genitivum eſſe dices. Audi
gò & hæc. *Olymp.* ιγ. *β.* 6. δέξαι δ
στεφάνων ἐγκώμιον τεθμόν: non ου. S
Pyth. η. *α.* 6. Πυθιόνικον τιμὰν Ἀρισ
μένει δέκευ: non Ἀριστομένους. Id
autem Dativo utitur, ut *Cui bono*, i
dicet: niſi ſubaudire velimus Pa
ticipium πεποιημένον, aut ſimile. J
ta ſubſcribendum omiſſum, illis i
poſuit.

α. 11. ἑλλάδα] Synecdoche M
tonymica & hyperbolica, *Græcia*
hoc eſt, Græcos, non tamen omn
ſed eos tantùm, qvi eo tempore P
thia tibicines cantarunt certantes
α. 12. τέχνα] ſcilicet ἀυλητικ
qvod ſeqventia indicant.

α. 13. τάν Παλλὰς ἔφευρε] D
greſsio de tibicinio, in qva I. au
rem & inventricem nominat Min
vam. II. Inventionis ἀφορμὴν
occaſionem, natam partim ex eju
tu Gorgonum, partim ex ſibilis
pentum Gorgoneorum, ejulatui
intermixtis. III. Tempus invent
nis, qvando videlicet Perſeus M
duſæ caput præcidit, ope Miner

Obi

)biter indicatur Seriphi inſulæ fa-
ım: Polydectæ ultio: Perſei genus
generatio. IV. Artem hanc à Mi-
erva Hominibus traditam indicat.
. Nomen artis addit à Minerva in-
tum, πολλῶν κεφαλᾶν νόμον. VI.
ſum unum commemorat, in con-
tandis animis ad conflictus belli-
os. VII. Materiam, ex qva ὡς ἐπὶ
πολὺ (vel ὡς τὰ πολλὰ) tum tem-
oris fieri tibiæ ſolebant, Æs ductile,
arundines Cephiſias. VIII. Al-
um uſum in lætitijs, convivijs, &
oreis.

α. 13. θρασειᾶν Γοργόνων] αἱ Γορ-
ες vel Γοργοί, tres filiæ fuerunt
orci vel Phorcynis. Fuit autem
Phorcus, vel Phorcys, vel Phor-
, filius Neptuni & Thooſæ nym-
æ, Rex Corſicæ & Sardiniæ inſu-
um maris Tyrrheni, qvi victus ab
ante Mauro, & in mari ſubmer-
poſteà pro Deo marino cultus
. Nomina Gorgonum fuerunt,
enò, Euryale, & Meduſa, omnes
inis dentibus præditæ, & pro cri-
us angves habētes, aſpectuq; ho-
es in ſaxa convertentes. Harum
res duæ immortales fuêre: Sola
duſa mortalis; ideoq; Perſeum ef-
ere non potuit, qvi Orci galea te-
eam decollavit. *Heſiod. Theog. v.*
&c. Qvare autem hæ tres ſoro-
Γοργόνες vel Γοργοὶ appellatę fue-
, ad *Olymp. ιγ. G. 1.* monitum eſt.
σεῖαι hîc dicuntur, qvòd qvosvis
iri auſæ fuerint. *Pauſanias lib. 2.*
ſitis fabulis, hæc de Meduſa ſeor-
rodit: Tenuiſſe eam Patre mor-
regnum eorum populorum, qvi
fricaTritonidem paludem acco-
, ſolitamq; in venationes & pu-
gnas exire, cum Afrorum qvibus imperitabat manu: qvumq; aliqvando Perſei copijs, qvas ille è Peloponneſo lectiſsimas adduxerat, acie occurriſſet, noctu per inſidias oppreſſam: Mortuæ pulchritudinem admiratum Perſeum, præciſum caput, ut ſpectaculo eſſet, in Græciam reportaſſe. Idem his veriſimiliora *Proclen Carthaginenſem* literis mandaſſe ibidem addit; In Africæ deſertis beſtias gigni multas mirabili ſpecie atq; inuſitata, feros inter eas viros & fœminas: ac virum ſe Romam illinc deportatum vidiſſe teſtatur. Conjicere itaqve ſe, ex illis fœminis unam Meduſam fuiſſe, qvæ qvum à ſuis gregibus aberrans ad Tritonidem paludem veniſſet, malè ejus accolas multarit, uſqvedum à Perſeo fuerit occiſa. Hæc ibi *Pauſanias*.

α. 14. οὖλιον θρῆνον] *triſtem lamentationem*, propter ſororem Meduſam à Perſeo obtruncatam. Intelliguntur ergò per θρασείας Γοργόνας, reliqvæ duæ ſorores, Stheno & Euryale.

α. 14. διαπλέξαισα] contexens, harmonica ratione concinnans, hoc eſt μιμησαμένη, ut infrà habetur, σὺν ἔντεσι μιμήσαιτο γόον.

α. 1. τὸν παρθενίοις ὑπό τ' ἀπλάτοις ὀφίων κεφαλαῖς] Duplicia hîc ponuntur τοῦ οὐλίου θρήνου organa, partim κεφαλαὶ παρθένιοι, ipſa capita, hoc eſt, Synecdochicè ora & fauces virginum Gorgonum, Sthenus & Euryales, ſororis Meduſæ cædem lamentantium: partim ὀφίων κεφαλαὶ, capita vel colla & lingvæ ſerpentum, crinium loco, è capitibus illarum

illarum enatorum. Hos ſonos miſtos expreſſura Minerva, αὐλητικὴν invenit, & Gorgonum qvidem collis, ipſam tibiam; ſerpentum verò lingvis bifidis, lingulam tibiæ ex arundine Cephiſia factam, reſpondere fecit.

a. 2. ἀπλάστοις] *inacceſſis*, qvæ tutò accedere non licebat. Qvotqvot enim Meduſæ capita ſerpentina acceſſerant, in lapides mutabantur. Vulgata verſio habet, *Immenſis*, minus benè. Eſt enim à πελάζω, *Appropinqvare facio*, per Syncopen pro ἀπέλαστος: tametſi illud ἄπλαστος, etiam à πλάσσω deduci poteſt, ut ſit, *Deformis*, non benè effictus, (licet aliàs etiam, *Sincerus*, *Non fucatus*, ſit) ſic *& Philippus* reddidit, *Deformis*. Aliqvi ἀπλάτοις habent, à πελάω, idem qvod πελάζω, pro ἀπέλατος. ſed penultimam longam reqvirit verſus: tametſi etiam in hac dictione producatur ab *Heſiodo Theog. v. 153.* ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερή &c.

a. 3. ἄϊε] ἡ Ἀθάνα ſcilicet, ut rectè *Scholiaſtes*, *& Aretius* conjungunt. *Philippus*, *Lonicerus*, *& Vulgata*, qvam *& Portus* ſeqvitur, ad Περσεὺς referunt, ſed perperam.

a. 3. λειβόμενον] *deſtillantem*, ſtillando qvaſi effuſum, & velut guttatim, propter intermixta crebra ſuſpiria.

a. 4. δυσπενθεῖ σὺν καμάτῳ] referuntur hæc ad λειβόμενον, fuſum cum luctuoſo labore, vel mœrore propter ſororem obtruncatam. *Lonicerus* refert ad ἄϋσε, minùs commodè. Legendum autem δυσπενθεῖ, *cum Aldo*, & poſt καμάτῳ diſtinctio facienda.

a. 6. ἄϋσε] *bello ſuperavit*, *devicit*. ἀΰω eſt *clamo*, item *debello*, ut h. l. [...] ut & ἡ ἀϋτή, *Clamor*, *& Bellum*. P[...] ma ſyllaba α, pertinet ad qvint[...] κῶλον.

a. 5. 6. τρίτον κασιγνητᾶν μέρ[...] id eſt Meduſam tertiam ſororu[m] Gorgonum.

a. 7. εἰναλίᾳ Σερίφῳ] ἡ Σέριφ[...] Inſula una ex Cycladibus, ad qva[...] ut *Strabo lib. 10.* ſcribit, ciſta illa [...] qvam Acriſius Perſeum puerum c[...] matre Danaë incluſerat, & in m[...] abjecerat, fluctibus appulſa fuit [...] qva & Danaê ad tempus manſit [...] Perſeus educatus eſt. Qvum au[tem] Polydectes Rex invitam ad ma[tri]monium adigere conſtituiſſet, & [...] in re Seriphij eum adjuviſſent: P[er]ſeus oſtenſo Meduſæ capite, S[eri]phios lapideos; ipſamq́; inſulam, [...] tricoſiſsimam feciſſe dicitur. [...] ἐναλία, qvod exempla omnia [...] vidi habent, pono εἰναλίᾳ.

a. 8. λαοῖσί τε μοῖραν ἄγων] [...] eſt, ut *Pyth. 1.* effatus eſt, ναοιώταις [...] θινον θάνατον φέρων, Seriphios i[n la]pides mutavit. *Ovid. 5. Metam.*

a. 9. ἤτοι] *Utiqve*, *certè*. L[oni]cerus, *Qvandoqvidem*, minus c[om]modè.

a. 9. θεσπέσιον Φόρκοιο γένος [...] *divinum Phorci genus*, vel mon[ſtro]ſum, & vix Deo alicui enarrand[um] *Lonicerus*, *Fatale* reddidit. Intel[ligit] autem Poëta Synecdochicè M[edu]ſam, unam τοῦ Φόρκοιο γένους. [Scho]*liaſtes* de omnibus tribus Gorg[oni]bus accipit, qvum Meduſam mo[rta]lem decollarit: reliqvas duas [im]mortales excæcarit.

a. 10. ἀμαύρωσεν] *abolevit*, [...] *vit*, *exſtinxit*.

a. 11. λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδ[έκτα] θῆ[...]

ων] Vulgata habet, *Acerbum ſym-*
um Polydectæ perſolvit, qvam ſeqvi-
Portus, hauddubiè aſſenſus *Athe-*
, qvi *lib. 8.* τὸν ἔρανον, conventum
minat ad epulas, collata pecunia
tum, da ein jeder auff ſeinen Rap-
kömpt. Verùm ex *Demoſthenis*
lippica 4. patet, τὸν ἔρανον eſſe
vivium vel beneficium qvodvis,
od vel gratitudinis, vel amoris
mine exhibetur. Qvæ ſignifica-
etiam *ſuprà Olymp. α. ϐ. 15.* locum
et: & huic loco congruit. Ideoq́;
ἔρανον, *Convivium amicum, non*
tionibus hoſpitum, ſed ſumptibus
ntis inſtitutum, hoc loco intelligi-
. Juſſerat enim aliqvando, ut
lia habent, Polydectes omnes
qvos tum convivio vel ἐράνῳ ex-
erat, donum aliqvod, qvod virtu-
ujusqve ſpecimen oſtenderet, ſi-
ferre, & in ſpecie Perſeum Me-
caput poſtulavit. Qvo allato,
Seriphios cum Polydecte in ſaxa
vertit, & ita τὸν ἔρανον, in qvo hoc
ulaverat, λυγρὸν ei reddidit. Re-
rgò Philippus: *Triſte convivium*
lectæ fecit. Convivium, pro po-
to convivij, accipiendo.

12. ματρός τ' ἔμπεδον δουλο-
ν] ſcilicet, λυγρὸν Πολυδέκτᾳ
ν. *Matris ſervitutem ſtabilem,*
Polydectæ triſtem, id eſt, ultus eſt
decten, ob ſervitutem matris
aës. *Scholiaſtes*, non ad λυγρὸν ἔ-
, ſed ad ἀμαύρωσεν refert, minus
modè.

13. ἀναγκαῖον λέχος] iterum
endum, λυγρὸν Πολυδέκτᾳ θῆ-
hoc eſt, *propter ſervitutem matris,*
actum ejus connubium, ultus eſt
ecten. τὸ λέχος Metonymicè
Conjugio.

α. 14. Εὐπαράου μεδοίσας] *Meduſæ pulchrigenæ*, vel *pulchras genas habentis*, hoc eſt, Synecdochicè *Formoſæ.* Non ergò ita deformis fuit, ut vulgò putatur, præſertim initiò: ſed poſteà demum crines ejus in angves ſunt mutati à Minerva irata, in cujus templo à Neptuno ſe comprimi paſſa fuerat. *Ovid. lib. 4. Metam. fine.*

α. 14. κρᾶτα] Acc: ſing: à Nominativo ὁ κράς, *Caput.* Non autem Acc: plur: à Singulari τὸ κράς; qvod in uſu qvidem eſt: hîc verò Accuſativum pluralem, qvum de unico Meduſæ capite ſermo ſit, non agnoſcit. Malè ergò Philippus, *Capita.*

α. 14. συλήσαις] συλέω, & συλάω, *deprædor, ſpolio.*

ϐ. 2. Φαμὲν] *Putamus, Exiſtimamus.* Φημὶ enim non tantùm *Dico* eſt, ſed etiam *cogito, Puto.*

ϐ. 2. ἀπὸ χρυσοῦ αὐτορρύτου] Lego αὐτορύτου, *cum Aldo.* Jupiter in aurum per impluvium decidens mutatus, & in ſinum Danaës delapſus eam compreſſit, & Perſeum ita genuit. Acriſius enim pater Danaës, Filius Abantis, Rex Argivorum, oraculo monitus, impendere ſibi à nepote ex Danaë filia interitum; malum imminens vitaturus, Danaën in χαλκοδέτους αὐλὰς, ut *Sophocles* vocat *Antig. 3. 2.* h.e. thalamum æreum incluſit, ne à qvoqvam conciperet. Sed Jupiter eo qvo dictum eſt modo, Perſeum ex ea genuit. Qvod ubi Acriſius reſciviſſet, puerum cum matre in ciſta incluſum in mare abjecit. Sed ciſtâ ad Seriphum appulsâ ambo ſervati fuerunt, & Perſeus poſteà avum Acriſium, qvem viſitaverat, diſci jactu præter propoſitum interemit. Vide *Pauſaniam lib. 2. & 10. & Sophoclem*

phoclem loco dicto. Vide & *Iſocratem in encomio Helenæ.*

ϐ. 4. φίλον ἄνδρα] partim propter συγγένειαν, qvia filius Jovis erat; partim propter virtutem: partim qvia inviſam huic Deæ Meduſam aggreſſus fuerat.

ϐ. 5. παρθένος] Minerva ſcilicet. Perpetuam enim virginitatem ſervavit. Et peculiari cognomine Παρθένου Athenis culta fuit. Ideò autem hoc cognomine hîc utitur, qvia ut Virgo virginitatis violatricem ultra fuit.

ϐ. 6. ἀυλᾶν] Legerem ἀυλῶν, ab ὁ ἀυλὸς, *tibia.* ἡ ἀυλὴ verò à qvo Genitivus pluralis ἀυλᾶν Doricè formari poteſt, *aulam vel ſtabulum* ſignificat. Veruntamen etiam in tertia, ᾶν pro ων ponitur.

ϐ. 6. τεῦχεν] Lego τεῦχε, metro poſtulante, *& Ald. ac Pal. C.* ſuffragantibus.

ϐ. 6. ἀυλῶν πάμφωνον μέλος] id eſt, tibicinum.

ϐ. 7. Εὐρυάλας] Synecdochicè, pro Εὐρυάλας καὶ Σθενοῦς.

ϐ. 8. καρπαλιμᾶν] *rapacium*, velocium. *Nem. α.* ὠκείας γνάθους.

ϐ. 9. χρεμφθέντα] ἐκρεμφθέντα, ἐκβληθέντα, *emiſſum, profuſum.* χρίμπτω, & χρέμπτω, *appello, admoveo, item emitto.*

ϐ. 9. σὺν ἔντεσι] *cum Inſtrumentis*, cavis videlicet. τὰ ἔντεα enim ſunt propriè *omnia cava, qvæ intra ſuum complexum aliqvid continere poſſunt:* & hac ratione etiam *arma* qvæ induuntur. Præpoſitio *Cum* in tali Syntaxi, σολοικίζει apud Latinos.

ϐ. 11. Εὗροισ' ἄνδρασι θνατοῖς ἔχειν] *qvum inveniſſet hominibus habere*, id eſt, ut homines haberent. Se

ipſa qvippe indignum Tibicinium rata fuit, propter oris deformitate[m]. Hinc *Ovidius:*

I procul hinc, dixit, Non eſt mihi [...] *bia tanti,*
Ut vidit vultus Pallas in amne ſu[...]

ϐ. 13. κεφαλᾶν πολλῶν νόμο[ν] *Capitum multorum legem*, qvòd ex [...] pitum vipereorum ſtridore & ſib[ilo] multiplici, tibiam ad imitation[em] finxiſſet.

ϐ. 14. ἐυκλέα] Lego ἐυκλεᾶ, co[n]tractum Atticum pro ἐυκλεῆ, ex [εὐ]κλεέα, ab ὁ ἡ ἐυκλεής.

ϐ. 14. λαοσσόων] lego λαοσσό[ων] *populos concitantium*, à σόω, idem q[uod] σέω, *concito, agito.*

ϐ. 14. μναστῆρα] μνήμην ἐμπο[ιοῦντα]: vel ut *Lonicerus* reddidit, *Proc*[...] à Procando, id eſt, *Laſcivè peten*[...] Philippus, *Convenientem ludis.* [...] nus convenienter. Neqve enim μ[...] στὴρ *Conveniens eſt*: neq; per ἀγῶν[ας] *ludos*, ſed *certamina bellica*, Poëta [in]telligit.

b. 2. χαλκοῦ θ' ἅμα καὶ δονάκ[ων] Materia, ex qva ἀυλοὶ olim ὡς [τὰ] πολλὰ fieri ſolebant. Fiebant v[...] etiam ex calamo, loto, buxo, cor[nu] oſſe cervino, lauru &c: ut haſce [...] terias recenſet *Pollux lib. 4. c. 9.* [...] hîc addit, qvia lingula ſeu γλωσ[σίς] ἐκ τῶν δονάκων, ex arundinibus [Or]chomenijs parabatur.

b. 4. ναίοισι] *habitant*, id eſt, [...] veniunt. Doricè pro ναίουσι.

b. 4. παρὰ καλλιχόρῳ πόλει [...] ρίτων] id eſt *juxta Orchomenum* [...] *tiæ*, qvæ aliàs μινύειος cognomi[na]tur, ubi Charites religioſè coleb[an]tur. Qva de re *ſuprà Olymp. ιδ.* [...] fuit Orchomenus hæc ad Cephiſ[um] fluvium, de qvo & ipſo ſuprà [...]

b. 3. κ[...]

b. 3. καλλιχόρῳ] propter amœ-
itatem loci. De ο pro ω vide *ſuprà*
d Ol. ζ. A. 11.

b. 6. περὶ χορευτᾶν μάρτυρες] *fi-*
ſaltatorum teſtes, id eſt, ſocij aſsi-
ıi, adeò ut vel teſtes propter præ-
ntiam eſſe poſsint. *Philippus* χο-
υτᾶν reddit, *Certantium*. Minùs
:nè, qvum hîc de uſu tibiarum in
titijs & choreis agatur.

b. 7. Εἰ δέ τις ὄλβος] Annecti-
r ſub finem Confutatio. Poterat
im aliqvis, qvi de tibia fracta inau-
verat, vel ipſe etiam Midas, hujus
ſus conſcius, ipſe ſibi ita occurrere:
qvi hæc victoria ſine infortunio non
it: Ergò, non eſt tantoperè glorioſa.
eſpondet Poëta, ex fallacia Acci-
ntis & Cauſarum I. à communi
minum ſorte, qva nullus ὄλβος
e καμάτῳ eſt. II. à ſpe boni e-
ntus, qvem opinione citius, & vel
diè Fortuna poteſt adducere. III.
ıllas adverſitates tantas eſſe, qvæ
ſsint felicitatem fato decretam in-
cipere, vel annihilare. IV. Sæpè
am in deſperatiſſimis caſibus, præ-
exſpectationem fauſta evenire,
netſi ſperato modo fruſtremur.
qve hæc omnia γνωμικῶς ſuo mo-
:ffert.

b. 7. ἐν ἀνθρώποισιν] Subaudi
. Nam qvi ad, εἰ δέ τις ὄλβος, re-
ferunt τὸ, ἄνευ καμάτου οὐ φαίνεται,
hoc ſenſu: *Si aliqva felicitas inter*
homines infortunij expers non eſt: per-
ficiet tamen eam &c. minus Pindari-
cis conſona proferunt. Sic enim il-
le, ex conſenſu antiqvitatis, *ſuprà*
Pyth. γ. d. 9. ἓν παρ' ἐσλὸν, πήματα
σὺν δύο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι.

b. 9. ἐκ δὲ τελευτάσει] Tmeſis
pro ἐκτελευτάσει δὲ. *Perficiet verò*,
conſummabit.

b. 10. Ἤ τοι σάμερον] *vel hodiè*
etiam, wenns gleich noch heute geſche-
hen ſolte / vel, auch noch wohl heute.
Non autem, *aut hodiè aut poſteà*, ut
pleriqve volunt.

b. 11. δαίμων] *Fortuna*, vel Deus
regens fortunam.

b. 12. ἀλλ' ἔσαι χρόνος] *Grata ſu-*
perveniet qvæ non ſperabitur hora. Ho-
rat. lib. 1. epiſt. 4.

b. 14. ἔμπαλιν γνώμας] hoc eſt,
ἐναντία τῆς γνώμας, *contra vel ſal-*
tem præter exſpectationem aut cogita-
tionem: ſicut *ſuprà Olymp. ιβ. a. 6.*
ἔμπαλιν τέρψιος, pro ἐναντία τέρ-
ψιος. Qvo ipſo loco, παρὰ γνώμαν
exſtat, qvod cum hoc, ἔμπαλιν γνώ-
μας, convenit.

b. 14. τὸ μὲν δώσει] τὸ ἀπροσδό-
κητον ſcilicet.

b. 14. τὸ δ' οὔπω] τὸ ἐλπισθὲν,
videlicet.

F I N I S.

PINDARI NEMEO-nicæ.

PRÆFATIO

HULDRICHI GEMINII AD LI
gvarum Candidatos, Præfixa editioni Cœporini Cratandrina.

PINDARUM *qviſqvis ſtudet*, ut ab Horatia
carmine ordiar, *commendare ceratis Dædali p*
nis nititur, optime Lector. Qvum enim la
dem ejus à cœli plaga, inferorumqve abyſs
qvò lyræ ipſius vox penetravit, colligere nec
ſarium ſit, non feret alarum mitis ceræ gluti
concinnatarum opus, nec ſuperûm ardores, nec inferorum fac
Unde qvi tam immanem gloriam complecti tentabit, *vitreo*
turus eſt nomina ponto. Eqvidem ingenuè fateor, *Lyricorum om*
um (dicerem libentiùs *Poetarum)* facilè principem, indignu
eſſe, ut alterius, qvàm ſummi alicujus eloqventiſsimiqve v
præconio laudetur, nedum noſtro: cui vix tantulum ſuppet
ut altiſsimè poſitum poema ſuſpicere qveam. Qvum verò J
COBUS CŒPORINUS, homo ad nihilum aliud natus, qvàm
erudiendos, illuſtrandosq;, tum vetuſtiſsimos, tum eruditi
mos autores, tanta inſtantia urgeret, ut ſuo nomine in Pind
Olympica, Pythia, Nemea, & Iſthmia, qvæ *Cratander* homo vi
lantiſsimus excuderat, præfarer: non debui optimo viro nega
qvod tantoperè orabat: etiamſi non ignorarem, cui me ludib
aleæ committerem. Ad rem enim facturum fore ratus eſt, ſi
te Pindaricæ lyræ ſonum, ad qvam Muſæ præ omnibus læta
gratæ in chorum coeunt, præſultor aliqvis egregiè ineptiret:
ſibi tamen videretur omnia acu tangere, qvo deinde inuſitat
hoc, & inedicibile Poetæ decus majorem admirationem inve
ret. Homo Herclè vehementer ad gratificandum ſpectatori
intentus: citra luſum enim noſtrum, jamjam ſecum Pinda
amœnitatem attuliſſet, ut capere labor fuiſſet. Attamen q
cunqve conſilio ille nobis perſvaſit, paruimus: imò ſi nudum
tare præcepiſſet, obtemperaviſſemus. Qvoniam autem trans
titium omnibus eſt, Autorum vitam in primis narrare, redi
mus & nos PINDARI noſtri vitam in compendium *ex Suida*.

Pindarum Thebis natum eſſe, omnes conſentiunt, paren
bus non uſqve adeò claris: qvod hinc patet, qvòd alii alios
mi

nini adſignant, divina nuſqvam ceſſante providentia: ne imagibus, aut ſangvini tribuamus, qvòd illius eſt bonitatis. Rari nim admodum fuerunt claro ſangvine creti, qvibus ſimul ingenium ſit, ac eruditio data. Diſcipulum aiunt cujuſdam fœminæ Myrtidis fuiſſe. Liberos treis habuit, marem unum Diophanton: fœminas duas, Eumetem, & Protomacham. Natus eſt item circa ſexageſimam qvintam olympiadem. Xerxe Græciam infeſtante, annos erat natus qvadraginta. Qvumq; annum qvinqvageſimum qvintum ageret, voti compos, qvo perpetuò optaverat, pulcherrimum ſibi finem donari, animam reddidit freqventiſsimo theatro, reclinatus in amatiſsimi Theoxeni genua. Scripſit autem Dorica dialecto, Olympionicas, Pythionicas, Nemeonicas, Iſthmionicas: qvæ quidem victoriæ reliqvæ nobis factæ ſunt. Aliorum operum ejus nomina, ſi placet noſſe, Suida petenda ſunt. Fuit Pindarus non minus dextero ac ſano, qvàm erudito amœnoq; ingenio. Eruditio autem tanta fuit hominis, ut hac in re nemo videatur ei anteferendus eſſe, qvod iſtæ Victoriæ probant: in qvibus alicubi ſubindicat, ſua non temerè citra interpretem intellectum iri. Utitur ille aut non vulgaribus verbis, ſed de ſublimi petitis: aut ſi utitur, ſublimia reddit. Qvod magnificè de illo prædicat *Horatius*, qvum canit:
Dircæum olorem multa aura vehi. Horum autem verborum tam docta eſt apud illum compoſitio, tam terſa contrectatio ac munditiès, ut qvicqvid illis aut adimas, pecces in eruditionem tuam ſemper: ſemper cadit illi feliciter *Jovis teſſera.* Amœnitatem verò qvis dignè laudabit? Exoleta novat, reficit, ac oculis velut præſentia ſubjicit: priſcis honorem, ac majeſtatem induit: præſentia non ſupra modum extollit, neqve invidioſiùs deprimit. Qvis cultus ſimilium ac diſsimilium? qvanta eorum ubertas? qvanta translationum vis? qvàm proprius earum uſus? qvàm loco ſemper adſunt? Sententiarum verò qvàm anxia cura, ne etiam deſint? qvæ harum eſt cum autoritate conjuncta familiaritas, ϗ τὸ ἐπιεικές? Dexteritas ea eſt, ut parem haud invenias: nullum. n. ſic laudat, ut qvid illis vitii hæreat, nõ civiliſsimè taxet. Si nos majorũ criminib., innocẽtia, probitateq; mederi videt, præſentem virtutẽ ſic defendit, ut tamen aculeos domeſticæ infamiæ non eximat, qvo currentem nunqvam non hortetur. Si alicuius majores novit juſtitiã cum audacia mutaviſſe, ſic utranq; non tamen, ut ſimul vitiorum horrorem cum virtutum facibus inferat.
 San-

Sanctitas ea, ut nuſqvam petulantia, nuſqvam procacitas ling
adpareat: nihil ſalax aut laſcivum excidit, qvo pectoris a
qvod ὕπȣλον deprehendere qveas. Ut de Pindaro ſi de qv
qvam, dicere liceat, pectus habuiſſe veri, ſancti, honeſtiq; ſtudi
ſiſsimum, ac incorruptiſsimum. His limpidiſsimis gurgitib
volvitur Pindarici carminis flumen. Nihil eſt in omni ope
qvod non ſit doctum, amœnum, ſanctum, dextrum, antiqvu
prudens, grave, jucundum, circumſpectum, & undiqve abſol
tum. Loqvatur licet de Diis magnificè, at non ſentit de vul
multitudineq; eorum magnificè, ſed ſæpenumero unicam iſta
divinam, cœleſtemq; vim inducit. Imò qvemadmodum *di*
Auguſtinus alicubi, & *Origenes contra Celſum*, de Philoſophis
Poetis ſentiunt: qvòd tametſi verbis ac nominibus plurim
Deos canere viderentur, re tamen ipſa non ignorarent unic
eſſe oportere vim, qvæ Deus eſt: ſic noſtrum videmus, etia
Deos vocet, unicum tamen eſſe credat. Id qvod ne Hebr
qvidem alienum eſt. Qvum enim אלהים, hoc eſt, *deos* per
tuò vocent, unum iſtum conditorem rerum omnium: nihil
incommodi, nihil flagitii, ſi plurimorum numero gentiliu
tum Poetæ, tum Philoſophi unicum Deum adpellent: fit en
iſtud nonnunqvam ornatus gratiæ, amplitudinis ac venuſta
Neqve etiam Latini deſinunt *Camillos, Cicerones, Fabios*, pro *Ca*
lo, Cicerone, Fabio jactare. Longum fuiſset omnium, qvæ jam
Pindaro, inope ſtylo prædicavimus, exempla producere: av
Lectori iſta cõmittimus, cui & has faces indimus, ut ad hunc t
ſaurum confeſtim properet. Qvantum autem hoc putas alla
rum eſſe, optime Lector, qvòd mea qvidem ſententia, nu
Græcorum autorum ſic videtur prodeſſe ad ſacrarum literar
intellectum, atqve hic noſter, præſertim ſi abſtruſiſsimas Heb
orum cantilenas, ac hymnos, qvales Pſalmi ſunt, Jobi carmin
ac aliorum hinc inde numeris ligatæ laudes, cupias penitus
bere perſpectas? Sunt enim apud iſtos cœleſtes cantilenæ,
ut pietate ac ſpiritu omnes antecellunt, ſic ſunt erudition
gravitate, amœnitate, nullis, ne noſtri qvidem huius carmini
inferiores. Qvales fermè omnes Davidicæ, præſertim tam
CIII, pſalmus, & XLIII. filiorum Core, qvæ tales cantil
ſunt, ut ſatis admirari neqveas. Qvamvis ipſi noſtros the
ros interim ſtrenuè ignorantes, ubicunqve ad tam excelſa

erudit

ruditionem non attingimus, myſterium aliqvod fingendo, obis non aliter placemus, qvàm Sophiſta qvidam olim, qvi qvum ı ſchola qvadam polliceretur *Æneida* ſe *Virgilij* prælecturum, ubi m ad rem præſentem eſſet ventum: aderant enim haud parum ulti, qvi cupiebant, qvid montes parturirent videre. Ibi feſti- ıs homo, qvum aliqvot carmina legiſſet, tandem ſic ridiculum urem ejecit: *Arma virumq́; cano: eſt propoſitio de copulato extremo: Arma virumq́;, non eſt ſubjectum, ſed prædicatum: & iſtud prono- en Ego, eſt ſubjectum illius verbi Cano, & eſt propoſitio ſic, Ego cano ma & virum.* Cœpitq; ſeſe homo mirari, ac palàm teſtari, Vir- lium hactenus à nullo mortalium ſic enarratum eſſe. Qvæ le- tas fermè noſtræ Φιλαυτία ſimilis eſt, qva nobis perſvaſimus, nfeſtim ut ſtylus aliqvis contigit, qvantumvis jejunus & ſca- r, jam ad graviſsima qvæq; explicanda ſimus idonei: qvumq́; qvod exponimus, ipſi non intelligimus, fingimus qvod expo- mus, ac pijſsimis eruditiſsimisq́; ποιήματα obtrudimus, ut auto- ätis nonnihil noſtra ab iſtis indipiſcantur. Et ſi moneas, *ne tra oleam*, aut *ne ſutor ſupra crepidam:* protinus illorum πρόμα- ı exiliunt: *Attamen pia ſunt.* Qvibus, inqvam, qvid tum? & *uli ad Romanos Epiſtola* pia eſt: at non exponit pſalmum iſtum, *eus repuliſti nos.* Scribant de Chriſtiana religione, qvàm im- anes velint Commentarios: at de qvibus ſtrenuè ignorant, lo- i ne præſumant. Hoc enim de Hebræorum poëmatis adfir- are auſim, tantum eſſe illis tum eruditionis, tum gratiæ, qvan- m eſt ſive apud Pindarum, ſive Horatium. Qvòd autem à ve- ſtatis ſcientia tantum abſumus, qvòdq́; malumus noſtra legi, àm aliena diſcere, fit ut triduani graculi (Græculi volebam di- re) ſanctiſſimis Hebræorum poëtis ſenſus extorqveamus, ab rum mente alieniſsimos. Has ergo calamitates audaciæ, in- tiæq;, ut aliqvando pellamus, hunc noſtrum Poëtam adeun- s, aurum, argentum, veſtem, ut mutuò det oremus, qvibus ille undat: nec nobis invideat, qvo & ſuis vocabulis diſcamus ve- atem aliqvando nominare, & veſtem ejus ſic agnoſcere, ut ſi pernè ejus cognitio negetur, propius tamen agnoſcamus, qvum ſtitum ejus probè agnoverimus. Nihil moveor Criticis iſtis, ibus ipſa mundities immunda eſt, qviq; arbitrantur flagitium mmum eſſe, *ſi gentilem Poëtam legas:* nam ego non qvemvis gendum propono, ſed eum *in qvo periculi nihil, frugis autem*

multo plurimum indipiſci qveas : qviq́, unus plus ad Hebraorum
ſcripta inveſtiganda prodeſt, qvàm reliqvorum Poëtarum tam Gra
corum, qvàm Latinorum omnium, omnia monimenta. Habuit enir
vetuſtas ſua qvædam, ſicut & qvælibet ætas habet, qvæ non te
merè capias, niſi cum priſcis verſatus ſis: exoleſcunt enim omni
non modò lingvæ, veſtitus, ingenia, ſed homo ipſe qvantus qvar
tus eſt. Qvum autem hic noſter, non locutiones, ſed ingeniu
habere videatur ſanctiſsimæ ætati ſimile, de qvibus poſt lib
calcem paucula dicturi ſumus, tutò ad illum pium auditore
mittimus: imò adſeveramus, pietatem ipſam ad eum ſecurè mi
ti poſſe, tam ſancta & caſta ſunt omnia. Tu interim COEPORIN
noſtri diligentia, Cratandrinisq; ſudoribus fruere: multo enir
emendatior prodit, qvàm hactenus. Offendes fortaſſe mendul
qvæ una litera aut altera conſtent: id verò te nihil moveat, co
nivent ad iſta nonnunqvam oculi ſua ſponte, dum mens ſente
tiam percepit. Vale candide Lector: detq; Deus Opt. Max. u
gentili Poêta magiſtro diſcas veritatem, cùm apud Hebræos i
telligere, tum apud omnes gentes amœniſſimè ex-
ponere. Ex Tiguro, XXIV. die Febr.
M. D. XXVI.

Προσ

Προσφώνησις

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM,

qvum

AD NEMEORUM PINDARI

auſcultationem invitaretur.

στροφὴ κῶλ: θ.

Ὄλβιος Ὅμηρος:
ὄλβιος καὶ Ἡσίοδος. Καὶ γὰρ
ἀμφοτέρους ἀθέσφατον ἀείδειν
μοῖσ' ἐδίδαξαν Πιερίδες ὕμνον.
Ἀλλά με Θηβαγενεῦς με-
λοποιοῖο κλέος τέρπει, κλυ-
τόν τε Νεμέας ἄλσος:
ἔνθ' ἐπέων παγὰν ἀμβροσίων
ἔστιν ἁγνοτάταν ἰδεῖν.

ἀντιστρ: κῶλ. θ.

ἔνθεν ἀγαγεῖν ἐς
ὑμέων κάπους βαθυλείμωνας
νάματα πολλὰ καλλίροα σπεύδω.
εὖ φρονέων ὑμῖν, εὐφυεῖς νέ-
οι, ἰδρείης πολυτέχνου
μάλισθ' ἱέμενοι. Πλοῦτον δὲ
οὐκ ἔραμαι ἀφνειὸν
ἐν μεγάρῳ κακκρύψας ἔχεν, οἴ-
στρῳ φθόνου δεδοναμένος.

ἐπῳδὸς κῶλ: ιγ.

Ἑτέρων τέχναι ἕτεραι. Ἀλλ' ἐν
ὁδοῖσιν εὐθείῃσι στεί-

χοντας

χοντας χρὴ τᾷ φυᾷ μάρνασθαι.
Ὡς γὰρ σθένος ἀνθηρὸν
πράσσει τῷ ἔργῳ: τρόπον τὸν αὐτὸν
φρὰν βουλῆσιν ὀρθά.
Τὺ δὲ ὦ φιλο-
πουλυμαθὲς Μοισᾶν θεραπόντων
ὀτρηρῶν ἐσμὲ, Πινδαρικὰν
ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου
λάμβανε, τῶν NEMEONI-
KÃN κλέος κελαδοῖσαν. Ἀγη-
τῆρ᾽ ἄοκνον ἕξεις.

PP. a.d. XIII. Iannar. Anno æra Chriſt
M. DC. XI.

σωὺ Θεῷ.

N NEMEA PINDARICA,

ϖϱολεγόμενα.

TErtium τμῆμα operis Pindarici, qvod Πεϱίοδ@ communi nomine appellatur, τὰ Νέμεα, hoc eſt, ſolennitates Nemeas, vel veriùs Νεμεονίκας, hoc eſt, victores aliqvot Nemeæos carmine celebratos continet.

Eſt autem ἡ Νεμέα regiuncula Argiæ, à Nemea Aſopi filia, natu
xima (Pauſ. El. prior.) nomen ſortita, teſte Pauſania in Corin-
acis. Alii ϖϱὰ τὸ νέμεσθαι, à paſcendo, qvòd Argus paſtor ille
tum oculis præditus boves Iunonis Argivæ, & Jò etiam in vaccam
tatam ibi paverit. Scholiaſtes à ſorte appellatam notat, qva Da-
filii tractum eum acceperunt; qvum κατανέμεσθαι ſit nanciſci &
editario jure accipere. Situs regiunculæ illius eſt inter Cleonas
Phliuntem, ut Strabo lib. 3. ſcribit. Vide & Plin. lib. 6. c. 6. Fuit in
ppidum ejuſdem nominis Νεμέα, à ſpecu Leonis Nemeæi, qvem Poëta
. κόλπον Νεμέας, & Ol. ιγ. χόϱτυς λέοντ@ nominat, non longius XV.
iis diſtans. Ad hoc oppidum lucus qvidam fuit, in qvo ἀγὼν Ne-
us celebrabatur.

Fuit hic ἀγὼν ἐπιτάφι@ ſeu funebris, hac occaſione inſtitutus.
æ aliqvando inter ſeſe fuerant Lemniades, ut eſt apud Qvintum
yr. l. 9. de interficiendis maritis & maribus adultis omnibus. Ex
la Hyſipyle Thoanti patri, Inſulæ Lemni Regi pepercerat. Qvod
m poſt Argonautarum tranſitum reliqvæ Lemniades intellexiſſent;
ntem qvidem arcæ incluſum ſubmerſerunt: Hypſipylen verò ſuam
nam ut perfidam ferro interficere decreverunt. Illa hoc animad-
ens fugit, & errabunda à latronibus capta, Lycurgo Nemeorum Re-
el, ut alii volunt, Jovis Sacerdoti; vel, qvod veriſimile eſt, utraq;

dignitate ſungenti, vendita fuit, qvi ei Ophelten filium nutrienduͣ tradidit. Circa ea tempora Duces illi ſeptem, qvi cum Polynice ad Th banam expeditionem iverant, dum per ſilvam ad Nemeam iter fac bant, ſiti laborantes fortè fortuna in Hypſipylen inciderunt; qva qvum iſtorum locorum gnaram judicarent, ut ſe ad fontem aliqve deduceret, rogarunt. Illa petentibus gratificatura, Ophelten pueru in Cupreſſeto illius loci inter herbas ludentem reliqvit; & ſitientes, aqvas potabiles deduxit. Interim verò Puer à ſerpente ictus exſpirav Quod qvum Duces cum Hypſipyle reverſi vidiſſent, ſerpente telis conf Ophelten ſepelierunt, & in ſolatium nutricis, & gratitudinis ergò dos funebres circa rogum inſtituerunt. Ibi tum unus ex Ducibus Ar vis Amphiaraus Vates, in exſeqviis, Opheltæ nomen mutavit, & χέμορον *appellavit, non ſine omine, qvòd caſus hujus Pueri eſſet* ἀρ μόρε, *ſiqvidem infeliciſſimè pugnaturi erant. Alii Archemorum hu Euphetæ & Creuſæ filium: Alii Talai filium, & Adraſti fratrem: lii Lyri & Eurydices filium* (puto eſſe perperam lectum Lyri p Lycurgi) *fuiſſe volunt.* Ælianus lib. 4. var. hiſt. cap. 5. *Prona patri Lycurgi ludos hoſce à ſeptem Ducibus inſtitutos fuiſſe ait. Qu ſuo loco relinqvimus. Circa eadem tempora Thoas & Euneos filii Hyp pyles, matrem illic loci qværentes, ibidem appulerunt: qvibus Amph raus matrem Hypſipylen, ab Eurydice matre Opheltæ, in loco qvodam cretiore ad mortis ſupplicium abſconditam & reſervatam, vi fatid oſtendit. Quæ ab illis liberata, Pueris certamen decerni Heroas roga & ab eis impetravit.*

Hoſce ludos paulò pòſt Hercules, Leone Nemeæo in eadem ſyl occiſo, dignitate & amplitudine auxit, & pro Archemoro, Iovi Nem dicavit. Ideò aliqvi ad Herculem originem eorum retulerunt. V ad Nem. γ. δ. 4.

Sed & Epigoni poſtea ad ſecundum bellum Thebanum profectu ludos hoſce renovarunt; qvo tempore de curſu palmam tulit Melan pus Theſei filius, ut habet Pauſanias in Bœot..

Hinc etiam, qvia à militaturis originem traxit hic ludus; ſoli i tiò admiſſi fuerunt milites eorumq́ filii. Succeſſu verò temporis eti δημοτικὸν πλῆθος *fuit admiſſum, referente* Scholiaſte.

Tandem ludos hoſce diu intermiſſos reſtituit Adrianus Imperat teſte Pauſania in Eliac. poſt.

Certamina in hiſce ludis uſitata fuerunt omnis generis, ἱππικὰ γυμνικά. *In ſpecie* ἅρμα *ſeu Currus, cui qvatuor eqvi juncti era cu*

us exempla habebimus hymno 1. & 9. Κέλης autem & δίφρ☉ rece-
in Nemeis non fuerunt, ut vult Scholiaſtes, qui per δίφρον, Κάλπην
in προλεγομένοις Olympiorum appellavimus, intelligere videtur.
rſus in uſu fuit Eqveſtre puerorum certamen, longitudinem habens
rum Διαύλων, ſeu qvatuor ςαδίων ſimplicium, hoc eſt, 5000. paſſuum
metricorum: qvem morem currendi Nemeis & Iſtmiis ludis inter-
ſum, Argivis reſtituit Adrianus Imperator, eumq; hybernis Nemeo-
n ludis celebrari juſſit, ut ſcribit Pauſanias in Eliac: poſt. Item
ον, hym: 8. δίσκ☉: ἅλμα: πυγμή: πάλη ſeu lucta, hymno. 4. 6.
Pauſ: Cor. παγκράτιον, hym: 2. 3. 5. ὁπλιτῶν δρόμ☉. Pauſ:
r. πένταθλον, hym. 7. Etiam Ingenioſa, ut Citharœdorum, de qvi-
memorabile qviddam narrat Pauſanias in Arcadicis: Nemea ce-
antibus Argivis qvum ludis intereſſet certantibus citharœdis Phi-
men, (acerrimus ille libertatis Græciæ vindex, contra tyrannum
rtanum Machanidam) ac tunc fortè Pylades Megapolitanus, homo
gni inter citharœdos nominis, qvi & Pythicam palmam tulerat, Nó-
ſeu carmen illud Timothei Mileſii, qvod Perſæ nominabatur, ac-
ret, ita exorſus: Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν ἑλλάδι κόσμον:
ecerunt in Philopœmenem Græci univerſi oculos, & plauſu ingenti
o, certam ſignificationem dederunt, eum verſum illi maximè con-
re, & ad unum omninò eſſe referendum.

Νεμεονῖκαι in catalogum ſeriùs fuerunt relati, nec etiam monu-
ta eis omnibus poſita fuerunt à Corinthiis & Argivis, teſte Pauſa-
lib. 6. Fuiſſe tamen tandem eos conſignatos, vel inde patet, qvòd Ne-
victoriæ ſæpè ab Autoribus antiqvioribus citantur, qvod ex Catalo-
cceptum judicat Sethus Calviſius, hac de re à me conſultus. Vide
n qvæ infrà ad Nem. η. præmiſſa ſunt, ubi Didymus Νεμεονικῶν
ogi meminit.

Fuit hic ἀγὼν ςεφανίτης, præmiumq; Victori data fuit Corona, ad
plum aliorum ludorum celebrium, ne lucri cauſa, ſed ob virtutis de-
rtaſſe viderentur: tametſi promiſerint Argivi Duces, ſe, ſi opulen-
ſpoliis Thebanis redirent, ἀργυρίτην eum facturos. Sed hoc ob cla-
acceptam ab iis præſtitum non fuit. Ac initiò qvidem Olea Victores
atos aſſerunt, uſqve ad bella Medica tempore Xerxis & Artaxerxis:
pio coronari cœptum eſt, & qvidem Viridi, in memoriam Ophelta,
uper apio reptans à dracone ictus fuerat, ut notat Alexander ab A-
ndro lib. 5. genial. cap. 8. In Iſthmiis autem ex Arido apio Corona
andiu recepta fuit. Quin & Hercules Leone Nemeæo interfecto, A-
ronari voluit, unde σέλινον, Nem. ς. βοτάνα λέοντ☉ dicitur.

Iudices certaminis erant ipſi Argivi, initiò Deceleonæi, inde C
rinthii & Cleonæi. Sedebant autem Judices pullati, habitu Φαιῷ *ſ*
nigro, *originem ſacrorum à luctu promanaſſe indicantes. Officium h*
rum erat, habito judicio de certantibus in unoqvoq; genere, Victore
renũciare, & Corona ornare. Adeò autẽ virtutis fuit habita ratio, ut et
poſt mortẽ gloria victores ſeqveretur. Adeò etiam impoſturæ, & fi
violatio punitæ fuerunt, ut ſi vel maximè per fraudes qvis aliu
ſuperaſſet, tamen neqve ſic Victor renunciaretur, ſed Corona poti
privaretur, & ſimul ignominia notaretur. Exemplum nobile eſt
Creuga Epidamnio pugile apud Pauſaniam in Arcadicis, *cui Argi*
jam mortuo Nemeorum coronam detulerunt, qvòd Damoxenus Syr
cuſanus ejus adverſarius, pacta inter ipſos conventa violâſſet. N
qvum pugilatus initium ſub veſperam feciſſent, inter eos ita conver
rat, cuncta audiente Spectatorum corona, ut viciſſim alter in qv
juſſus eſſet corporis partem, ſingulas alterius plagas acciperet. N
dum inſtituerant pugiles cæſtus, attenuato in acutum loro, ad utri
qve manus καρπὸν *religare, ſed è crudo bovis corio, implicatis art*
qvadam vetere inter ſe lorulis, qvæ μειλίχας *appellabant, & ad vo*
revinctis depugnabant, qvo fiebat ut digiti nudi relinqverentur. T
qvidem Creugas prior Damoxeno in caput plagam inflixit. Damo
nus illum manum immotam ſuſtinere juſſit. Quod qvum ille feciſ
Damoxenus infeſtis digitis partem eam alvi petiit, qvæ infra coſtas
Ea verò fuit cum ungvium duritia, tum percuſſionis impetus, ut in
cta manu viſcera apprehenderit, eaqve dilaniata extraxerit. Exſpi
vit ſtatim Creugas. Argivi Damoxenum, qvòd pactis non ſtetiſ
qvippe qvi non uno, ſed pluribus ictibus adverſarium confeciſſet, ex
mulctarunt: Creugæ verò jam mortuo palmam detulerunt, eidemq;
tuam Argis poſuerunt, qvæ ad meam uſqve ætatem in Lycii Apoll
fuit. Hactenus Pauſanias.

Taraxippus, *hoc eſt, genius herois alicujus, qvi Eqvis pav*
immitteret, uti qvidem in Olympiis & Iſthmiis, in Nemeis nullus f
Saxum tantùm eminuit ſupra curriculi flexum, colore rutilo, cujus
gore concitabantur Eqvi, haud aliter multò, qvam ſi immiſſis ign
injecta fuiſſet trepidatio, ut idem Pauſanias in Eliac. poſt. *ſcribit.*

Porrò non erant hi ludi, ut Olympici & Pythici τετραετηρικο
nonnulli Plinium *ſecuti, qvi* lib. 4. cap. 5. *Iſthmia facit qvinqvenna*
perperam ſtatuerunt: ſed τριετηρικοί *vel* τριετεῖς, *tertio qvoqve a*
currente, poſt biennium qvodq; ſolidum celebrati. Etſi enim plerique

tr

nnio ſolido interpretantur, qvem errorem & ego anteà erravi: victus tamen exemplis à ſolertiſſimo Chronologo Domino Setho Cal-o *Præceptore meo honoratiſſimo collectis, de biennio ſolido, more uſita-qvem in Olympiorum Prolegomenis attigi, accipio. Exempla quæ i roganti pro ſuo præclariſſimo publicum bonum juvandi ſtudio, qvod vi pro unione granum tritici cum Gallo Æſopico mallent, non agno-t; licet alij qvi intelligunt, gratiſſimis ulnis amplectantur, conſigna-hæc ſunt:*

Nemea celebrata anno 2. Olympiadis CXVI. commemorat Dio-us Siculus.

Sic qvum Antigonus poſt victum Cleomenem Nemea celebraſſet, t in Macedoniam ac moritur, teſte Polybio lib. 2. *Obijt autem an-. Olympiadis CXXXIX. Coſſ. Flaminio & Furio.*

Sic Nemea celebrantur eadem anno, qvo clades ad Thraſymenum m in agro Peruſino Romanis ab Hannibale accidit, anno 4. Olym-is CXL. qvi annus habet certum characterem apud Livium, *Ecli-ſolarem in Februario.*

Sic Nemea acta anno 4. Olymp. CXLII. Coſſ. Q. Fabio Cuncta-& Q. Fulvio. Livius lib. 7. dec. 3.

Rurſus acta anno 2. Olympiadis CXLVI. Coſſ. M. Porcio Catone, L. Valerio Flacco. Livius lib. 4. decad. 4.

Ex his exemplis patet, non tantum poſt biennium qvodq; ſolidum nea fuiſſe acta, ſed etiam in unam Olympiadem duas Nemeadas re, & annum eas Olympiadum ſecundum & qvartum occupaſſe. gebantur qvidem, ut Scholiaſtes *notat, die XII. menſis* Πανέμε, *n Macedones & Corinthij ſic vocabant, Attici verò* ἑκατομβαιῶνα, *Junio vel Julio Romanorum ferè convenit. Idem* Scholiaſtes Olymp. ζ. ςϱ. έ. *ſcribit, Nemea ſex diebus (antè vel pòſt, non expri-à Tlepolemio ludo diſtare, qvi die XXIV.* Γοϱπιαίε *celebrabatur, qvi nienſibus eſt* βοηδϱομιών, *& cum Auguſto vel Septembri Romano-ferè coincidit. Atq; ita* Scholiaſtes *ſibi ipſi non conſtat.* Pauſa-*hoſce Nemeorum ludos, hybernos fuiſſe ſcribit* in Corinth: *& in* cis poſter: *Cui potior fides habenda, videatur.*

Initium Nemeorum etſi tempore expeditionis Thebanæ factum: qvod tamen tempus continuatio ordinaria ſit referenda; ex hiſtoria d ſciam, non conſtat. Neqve enim anni Νεμεάδων *ita fuerunt nu-ati & obſervati, aut temporum & hiſtoriarum characteres habiti,* λυμπιάδων & Πυθιάδων. *Qvam ob cauſam etiam neqve ad Olym-*

piadas neqve ad Pythiadas certa ſerie facilè alligari hodiè poſſun
Sanè primam Nemeadem in annum ſecundum Olympiadis LIII. cad
re, Euſebius *autor eſt, ut me nuper monuit Sethus Calviſius.* Ad N
meorum ζ. *notat* Pindari Scholiaſtes *Sogenem viciſſe Nemea*
XIV. Qvod ſi verum eſt, Nemea qvæ τριετηρικὰ, *hoc eſt, ſolidè* διετηρ
κὰ *fuerunt, ultra 28. annos antè florentem Pindarum ordinariè n*
merari non cœpiſſe, ſtatuendum eſt. Aut ergò in numero Olympia
LIII. ab Euſebio *annotatæ error eſt; aut in numero Nemeadum*
Scholiaſte *aſſignato; aliàs enim Nemeas XIV. ab Olympiade LIII. n*
merata, Pindari, qvi Sogenis victoriam carmine celebravit, nativit
tem præverteret, qvod abſurdum eſt; aut intermiſſa Nemea, de no
numerari cœperunt. Ita & hîc ſcrupulus reſtat, licet parvi momen
qvum ad hiſtorias parum conferant Nemeades, ut dictum eſt.

Cæterum, ut & hoc annectamus, de Nemea Pauſanias in Cori
ſua ætate hæc refert: In illis montibus, qvi inter Cleonas & Argos ſu
Nemei Leonis ſpecus adhuc oſtenditur, à qvo vicus Nemea non long
qvindecim ſtadijs abeſt. Ibi Nemei Jovis templum planè inſigne: t
metſi teſtudo collapſa eſt, neqve ullum in eo reliqvum ſignum. Ci
templum Cupreſſetum, qvo in loco nutrix Ophelten depoſuit. Sacra
vi Nemeo Argivi in Nemea faciunt, eiq́ certum Sacerdotem deligu
& armatis viris Curſus certamina proponunt in ipſo Nemeorum co
ventu, qvi per hybernos dies celebratur. Eſt ibidem Opheltæ ſep
crum, lapidea materia incinctum: intra cujus ambitum ara
ſunt. Eſt etiam è ceſpite tumulus Lycurgi Opheltæ
patris. Hæc Pauſanias.

ΠΙΝΔΑΡΟΥ
NEMEONIKAI.

ΕἼΔΟΣ Α.

ΧΡΟΜΊΩͺ ἈΙΤΝΑΊΩͺ,
Ἅρματι.

PRimum hoc εἶδ☉ Chromio Ageſidami filio, Siculo, inſcriptum eſt. Fuit hic Chromius à puero Hieronis Syracuſanorum Regis auriga & familiaris: Sed poſteà opibus auctus, ipſe cœpit per ſe etiam ἱπποτροφεῖν: ideoq; aula Hieronis relictâ, certamina ſolennia ſectatus eſt: ad-
in primo ſtatim certamine Nemeæo, cui interfuit, victoriam Curru re-
avit. Qvòd hic Chromius Αἰτναῖ☉ dicitur, hoc eſt Catanæus, id fit
ter Hieronem, cujus Sympatriota audire voluit, ut ex *Didymo* allegat
liaſtes. Qvare autem Hiero, Aetnæus cognominatus fuerit; ad Olym-
um α & Pythiorum α dictum fuit. Porro *Timæus*, ut idem *Scholia-*
otat, hymnum hunc in victoriam Olympicam ſcriptum eſſe voluit:
erperam, ut vel ex primis ferè verbis hujus εἴδες patet: Ἅρμα δ' ὀ-
ει Χρομίȣ, Νεμέα θ' ἔργμασι νικαφόροις ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλ☉.

Summa & Diſpoſitio hujus εἴδες talis eſt:

Exordium habens
- προσφώνησιν *ad* ἱπποτροφεῖον *Chromij, Ortygiam, qvam commendat*
  - *ab Alphei amoribus.*
  - *ab ornamento Syracuſarum.*
  - *à cultu Dianæ.*
  - *à cognomine cum Delo.*
- *cauſas ſcripti hymni*
  - *celebritatem Ortygiæ ἱπποτροφέȣ victoris.*
  - *Jovis Ætnæi honorem.*
  - *Chromij victoriam.*
  - *Nemeæ feſtivitatem.*

Propoſitio: Chromius Ætnæus eſt laudandus.
- *1. à victoria curruli Nemea, primitijs ſubſecuturarum.*
- *2. à divino auxilio cum virtute Chromij concurrente.*

3. à ſe-

- **Partes**
  - **Confirmatio**
    - 3. à felicitate glorioſa.
    - 4. à virtutis magnitudine, celebratione digna.
    - 5. à gloria conciliata Siciliæ, qvam laudat
      - à poſſeſſione Proſerpinæ, qvæ ... dotem à Jove accepit.
      - à fertilitate omnium frugu...
      - à ſoli bonitate.
      - ab urbium opulentia.
      - à ſtudio incolarum militari.
      - à victoribus Olympicis Sicul...
    - 6. ab hoſpitalitate in
      - Poëtam.
      - peregrinos.
    - 7. à teſtimonio bonorum, probitatis ejus, contra obtrectatores.
    - 8. à natura favente ἀγωνίσμασι, dum
      - robur corporis, ipſi certamini
      - prudentia, propoſito vincendi
      - ſagacitas eventuum, utriqve
      - prodeſt.
    - 9. à divitiarum recto uſu
      - benè ijs fruendo.
      - exiſtimationem honeſtam ſibi conciliando.
      - amicis benefaciendo.
    - 10. ab omine ſecuturarum victoriarum ex his primitijs, qvas confert cu... primo certamine Herculis.
  - **Digreſſio**
    - cui fidem facit ab antiqvitate narrationis.
    - narrans
      - Herculis facinus, ubi commemorat
        - ætatem Herculis infantilem.
        - periculum à duobus ſerpentibus, à Ju... immiſſis.
        - virtutem, qvòd puellus eos arreptos ... nibus ſuffocârit.
      - conſeqvuta
        - domi
          - pavorem
            - ancillarum.
            - Alcmenes matris, qvæ nuda accu...
          - admirationem procerum Thebanorum cu... mis accurrentium.
          - ſtuporem gaudio permixtum Amphitryonis, qvi
            - ſtricto gladio accu...
            - Tireſiam vatem de... ventu conſulu...
        - foris, Tireſiæ prognoſticum de Herculis
          - laboribus
            - tollendo monſt... terra mariq...
            - occidendo qvè... tyrannum.
            - Dijs opitulan... contra Gigan...
          - felicitate
            - pace & tranqvillit... exantlatis labor...
            - nuptijs Hebes.
            - cõverſatione cum ...
            - gloriæ familiæ & p... ris acqviſition...

R

Ratio metrica ita ſe habet:

στροφ: & ἀντιστρ.	ἐπῳδ.
−−∪− −−∪−	1. ∪∪∪− −−∪− −
−−∪− −−∪∪ −∪∪−	2. −∪∪ −∪∪ −∪∪ −
−∪∪ −∪∪ −	3. −∪∪ −∪∪ −
−−∪− −−∪∪ −∪∪−	4. ∪∪−− −∪−− −∪−
−∪−− −∪−	5. −∪−− −∪∪− ∪∪−
−∪∪ −∪∪ −∪∪ −∪	6. ∪∪−− −∪−−
−∪−− −∪−	7. −∪−− −∪−− ∪∪−
−∪−− −∪∪− ∪∪−	8. −∪−− −∪−
−∪−− −∪−	
−−∪− −−∪−	

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ, δεκάκωλος eſt. *Primum* κῶλον *eſt dimetrum lectum, ex duobus Epitritis tertijs. II. trimetrum acatalectum, ex Epi- tertio, Ionico à majore, & Choriambo. III. Dimetrum hypercatalecti- ex duobus Dactylis: qvod aliàs Dactylicum* πενθημιμερὲς *appellatur. ut ſecundum. V. Dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. Tetrametrum catalectum Dactylicum. VII. ut qvintum. VIII. Tri- m catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Ionico à minore. IX. ut m & ſeptimum. X. ut primum.*

Ἐπῳδὸς *verò* ὀκτάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt Dimetrum hyper- cticum, ex Pæone qvarto, & Epitrito tertio. II. Trimetrum hypercata- Dactylicum: qvod &* ἑφθημιμερὲς *Dactylicum appellatur. III. ut n* στροφῆς. *IV. Trimetrum catalectum, ex Ionico à minore, & duobus tis ſecundis. V. ut octavum* στροφῆς. *VI. Dimetrum acatalectum, ex ico à minore & Epitrito ſecundo. VII. Trimetrum catalectum ex duobus Epitritis ſecundis & Ionico à minore. VIII. ut qvintum, ſeptimum & nonum* στροφῆς.

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΝΕΜΕΟ-
ΝΙΚΑΙ.

ΕΙΔΟΣ Α.

ΧΡΟΜΙΩι ΑΙΤΝΑΙΩι,
Ἅρματι.

στρο. α. κῶ. ι.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ,
κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία
δέμνιον Ἀρτέμιδος,
Δάλου κασιγνήτα: σέθεν ἁδυεπὴς
ὕμνος ὁρμᾶται θέμεν
αἶνον ἀελλοπόδων μέγαν ἵππων,
Ζηνὸς Αἰτναίου χάριν.
Ἅρμα δ' ὀτρύνει Χρομίου, Νεμέα
θ', ἔργμασιν νικαφόροις
ἐγκώμιον ζεῦξαι μέλος.

ἀντιστροφ. α. κῶ. ι.

Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται, Θεῶν
κείνου σὺν ἀνδρὸς, δαιμονίαις ἀρεταῖς.
Ἔστι δ' ἐν εὐτυχίᾳ
πανδοξίας ἄκρον: μεγάλων δ' ἀέθλων
Μοῖσα μεμνᾶσθαι φιλεῖ.
Νῦν ἔγειρ' ἀγλαΐαν τινα νάσῳ,
τὰν Ὀλύμπου δεσπότας
Ζεὺς ἔδωκεν Φερσεφόνᾳ: κατένευ-
σέν τέ οἱ χαίταις, ἀρι-
στεύοισαν εὐκάρπου χθονὸς,

ἐπῳ. α. κῶ. η.

Σικελίαν πίειραν ὀρθώ-

PINDARI NEMEONICÆ.

ODA I.

CHROMIO ÆTNÆO, Curru.

α.

Eſpiramen venerandi Alphei,
inclytarum Syracuſarum germen, ô Ortygia,
cubile Dianæ,
Deli ſoror: à-te ſvaviloqvus
hymnus aggreditur ponere
laudem procellipedum magnam eqvorum,
Jovis Ætnæi gratia:
currus verò incitat Chromij, Nemea-
q́, facinoribus victorialibus
laudatorium componere carmen.

a.

nitia verò jacta ſunt, Deorum
llius cum viri, divinis virtutibus.
Eſt autem in felicitate
mnis-gloriæ ſummum: Magnorumq́ certaminum
Muſa meminiſſe ſolet.
Iunc excitavit Chromius *ſplendorem aliqvem Inſulæ,*
vam Olympi poſſeſſor
upiter dedit Proſerpinæ: annu-
q́, ei cæſarie, ut-principa-
um-tenens fertilis ſoli,

A.

iciliam pingvem gubernatu-

σειν, κορυφαῖς πολίων ἀφνεαῖς.
Ὤπασε δὲ Κρονίων
πολέμου μναστῆρά οἱ χαλκεντέος
λαὸν ἵππαιχμον, θαμὰ δὴ καὶ Ὀλυμ-
πιάδων φύλλοις ἐλαιᾶν
χρυσέοις μιχθέντα. Πολλῶν ἐπέβαν,
καιρὸν οὐ ψεύδει βαλών.

στροφ. β. κῶ. ι.

Ἔσταν δ' ἐπ' αὐλείαις θύραις
ἀνδρὸς φιλοξείνου, καλὰ μελπόμενος.
ἔνθα μοι ἁρμόδιον
δεῖπνον κεκόσμηται. Θαμὰ δ' ἀλλοδαπῶν
οὐκ ἀπείρατοι δόμοι
ἐντί. Λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσ-
λὼς ὕδωρ καπνῷ φέρειν
ἀντίον. Τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι.
Χρὴ δ' ἐν εὐθείαις ὁδοῖς
στείχοντα, μάρνασθαι φυᾷ.

ἀντιστροφ. β. κῶ. ι.

Πράσσει γὰρ ἔργῳ μὲν σθένος,
βουλαῖσι δὲ φρήν: ἐσσόμενον προϊδεῖν
συγγενὲς, οἷς ἕπεται.
Ἀγησιδάμου παῖ, σέο δ' ἀμφὶ τρόπῳ
τῶν τε καὶ τῶν χρήσιες.
Οὐκ ἔραμαι πολὺν ἐν μεγάρῳ πλοῦ-
τον κατακρύψας ἔχειν:
ἀλλ' ἐόντων, εὖ τε παθεῖν, καὶ ἀκοῦ-
σαι, φίλοις ἐξαρκέων.
Κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ' ἐλπίδες

ἐπῳ. β. κῶ. η.

πολυπόνων ἀνδρῶν. Ἐγὼ δ' Ἡ-

ρακλέ

ra-eſſet, in *faſtigiis civitatum opulentis.*
Præbuit verò Saturnius
ei belli memorem æreis-armis-utentis
populum eqveſtrem, freqventer ſanè etiam Olympicarum foliis olearum
aureis permixtum. Multa ingreſſus-ſum
tempus non mendacio feriens.

ε.

Steti verò in aulicis foribus
viri hoſpitalis, præclara celebrans:
ubi mihi conveniens
cœna adornata-eſt. Sæpè autem peregrinorum
non expertes ædes ejus
ſunt. Sortitus eſt verò obtrectantibus vir ille *bonos* ad *aqvam incendio ferendum*
contrariam. Artes autem aliorum aliæ.
Oportet autem in rectis viis
ambulantem, ſeqvi-indolem naturæ.

ϛ.

Auxiliatur enim operi qvidem robur:
Conſiliis autem mens: futurum proſpicere,
ceu *cognatum-qvid, qvæ conſeqvitur.*
ô *Ageſidami fili, tuâ autem in indole*
horumq; & illorum uſus ſunt.
Non amo magnas domi divitias abſconditas habere:
Sed de bonis *præſentibus cum benè affici, tum audire, amicis ſufficienter benefaciens.*
Communes enim veniunt ſpes

Β.

multis-laboribus-implicitorum hominum. Ego verò Her-

 culem

ρακλέος ἀντέχομαι προφρόνως,
ἐν κορυφαῖς ἀρετᾶν
μεγάλαις ἀρχαῖον ὀτρύνων λόγον.
Ὡς ἐπεὶ σπλάγχνων ὕπο ματέρος αὐ-
τίκα θαητὰν ἐς αἴγλαν
παῖς Διὸς ὠδῖνα φεύγων διδύμῳ
σὺν κασιγνήτῳ μόλεν,

στροφ. γ. κῶ. ι.

ὥστ᾽ οὐ λαθὼν χρυσόθρονον
Ἥραν, κροκωτὸν σπάργανον ἐγκατέβα.
ἀλλὰ Θεῶν βασιλὶς
σπερχθεῖσα θυμῷ, πέμπε δράκοντας ἄφαρ.
Τοὶ μέν, οἰχθεισᾶν πυλᾶν,
ἐς θαλάμου μυχὸν εὐρὺν ἔβαν, τέ-
κνοισιν ὠκείας γνάθους
ἀμφελίξασθαι μεμαῶτες. Ὁ δ᾽ ὀρ-
θὸν μὲν ἄντεινεν κάρα,
πειρᾶτο δὲ πρῶτον μάχας,

ἀντιστροφὴ γ. κῶ. ι.

δισσαῖσι δοιοὺς αὐχένων
μάρψαις ἀφύκτοις χερσὶν ἑαῖς ὄφιας.
ἀγχομένοις δέ, χρόνος
ψυχὰς ἀπέπνευσεν μελέων ἀφάτων.
Ἐκ δ᾽ ἄρ᾽ ἄτλατον δέος
πλᾶξε γυναῖκας, ὅσαι τύχον Ἀλκμή-
νας ἀρήγοισαι λέχει.
Καὶ γὰρ αὐτὰ ποσσὶν ἄπεπλος ὀρού-
σασ᾽ ἀπὸ στρωμνᾶς ὅμως,
ἄμυνεν ὕβριν κνωδάλων.

ἐπῳδ. γ. κῶ. η.

Ταχὺ δὲ Καδμείων ἀγοὶ χαλ-
κέοις σὺν ὅπλοις ἀθρόοι ἔδραμον.

culem ampleƈtor promptè,
in primitiis virtutum
inſignibus antiqvum producens ſermonem:
Qvomodo, poſtqvam ex viſceribus Matris ſtatim venerandam in lucem
filias Iovis ex-partu evadens gemello
cum Fratre prodiit,

γ.

ideoq; non latens aureo-throno-inſidentem
Junonem, croceas cunas ingreſſus fuerit:
ſed Deorum regina
irritata animo immiſerit Dracones ſtatim.
Qvi qvidem apertis portis
in thalami penetrale latum irrepſerunt, puerulis avidas malas ſuas
circumplicare cupientes. Ille autem rectum qvidem extendit caput,
fecitq;-periculum primum pugnæ,

g.

duabus duos cervicibus
corripiens effugium-non-dantibus manibus ſuis ſerpētes:
ſtrangulatis verò diuturnitas
animas eliſit è-membris infandis.
Intolerabilis verò ſanè metus
perculſit mulieres, qvotqvot fuerunt Alcmenes inſervientes cubili.
Etenim ipſa pedibus ſine-veſtibus proſiliens è ſtrato ſimul-cum-aliis,
propulſavit injuriam beſtiarum.

G.

Confeſtim autem Cadmeorum proceres æreis cum armis crebri accurrerunt.

In

Ἐν χερὶ δ' Ἀμφιτρύων
κολεοῦ γυμνὸν ξίφος ἐκτινάσσων,
ἵκετ', ὀξείαις ἀνίαισι τυπείς.
Τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει
πάνθ' ὁμῶς: εὐθὺς δ' ἀπήμων κραδία,
κᾶδος ἀμφ' ἀλλότριον.

στροφ. δ. κώ. ι.

Ἔστα δὲ θάμβει δυσφόρῳ
τερπνῷ τε μιχθείς. Εἶδε γὰρ ἐκνόμιον
λῆμά τε, καὶ δύναμιν
υἱοῦ. Παλίγγλωσσον δέ οἱ Ἀθάνατοι
ἀγγέλων ῥῆσιν θέσαν.
Γείτονα δ' ἐκκάλεσεν Διὸς ὑψί-
στου προφάταν ἔξοχον,
ὀρθόμαντιν Τειρεσίαν. Ὁ δέ οἱ
φράζε καὶ ϖαντὶ στρατῷ,
ποίαις ὁμιλήσει τύχαις,

ἀντιστρο. δ. κώ. ι.

ὅσσους μὲν ἐν χέρσῳ κτανών,
ὅσσους δὲ ϖόντῳ θῆρας ἀϊδροδίκας:
καί τινα σὺν ϖλαγίῳ
ἀνδρῶν κόρῳ στείχοντα τὸν ἐχθρότατον
φᾶσέ νιν δώσειν μόρον.
Καὶ γὰρ ὅταν Θεοὶ ἐν ϖεδίῳ Φλέ-
γρας Γιγάντεσσιν μάχαν
ἀντιάζωσιν, βελέων ὑπὸ ῥι-
παῖσι κείνου, φαιδίμαν
γαίᾳ ϖεφύρσεσθαι κόμαν.

ἐπῳδ. δ. κώ. η.

ἔνεπεν, αὐτὸν μὰν ἐν εἰρή-
νᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον σχερῷ
ἡσυχίαν, καμάτων

μεγ

In manu verò Amphitryo
è-vagina nudum gladium extractum-vibrans
venit, acutis doloribus perculſus.
Nam domeſticum malum *premit*
omnem pariter: ſtatim verò doloris-expers cor eſt
luctum ob alienum.

δ.

Stetit verò ſtupore difficili
delectabiliq́; permixtus. Vidit enim inuſitatam
generoſitatemq́; & fortitudinem
filii. Irritum igitur ei Immortales
nunciorum ſermonem fecerunt de filio ab angvibus in-(terempto.
Vicinum verò evocavit Jovis altiſ-
ſimi prophetam eximium
vera-vaticinantem Tireſiam. Ille verò ei
dicebat & omni turbæ præſenti,
qvalibus cum *conflictaturus-eſſet fortunis:*

d.

qvot in terra interfecturus,
qvotq́; in *mari beſtias pernicioſas.*
Et aliqvem cum iniqva
hominum inſolentia incedentem odioſiſſimum,
dixit ei daturum fatum i. e. pœnas morte.
Etenim qvando Dii in campo Phle-
græ Gigantibus in-pugna
contrà-ierint; telorum ab im-
petu illius, illuſtrem
terræ commixtum-iri comam.

D.

Dixit porrò, *Ipſum qvidem in pa-*
ce omne tempus deinceps
tranqvillitatem laborum

γ *magnorum*

μεγάλων πoινὰν, λαχόντ' ἐξαίρετον.
5 ὀλβίοις ἐν δώμασι δεξάμενον
θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν,
καὶ γάμον δαίσαντα πὰρ Διῒ Κρονίδα,
8 σεμνὸν αἰνήσειν δόμον.

Commentarius.

γ. 1. ξανθὸς δ᾽ Ἀχιλλεὺς] Lego Ἀχιλεὺς *cum Plantiniana & Commeliniana editione*, metro ſic poſtulante: niſi ante λλ vocalem corripiendam judicemus, qvod alibi ſæpè fit. Hîc autem qvartò laudat Achillem, I. à colore crinium flaveſcẽtium, juventæ & fortitudini convenientium. II. ab educatione apud Chironem. III. ab exercitio virtutis anno ſtatim ſexto plusqvam infantili, cùm jaculando; tùm cum fictis Leonibus & Apris pugnando; tùm interfectas à ſe fictas feras ad Chironem geſtãdo. IV. à conſeqvente ſtupore Dianæ & Minervæ. V. à pedum celeritate, qva ſine Canibus & retibus Cervos inſecutus & aſſecutus cecìdit. Atqve hujus poſtremi, qvandoqvidem incredibile videtur, fidem in relatiõe antiqvam rejicit. Etſi autẽ Achilles Ægineta non fuit, ſed Theſſalus: hîc tamen, ut *Pyth.* η. *E.* 11. inter Æginetas eum recenſet, qvandoqvidem Patre Ægineta ſatus fuit. Simul etiam exemplum aliud (præter Telamonis) Poëta voluit productum, de indole naturali, arti & inſtitutioni naturali inclinatione carenti, longè præferenda.

γ. 1. τὰ μὲν μένων] ἔλλειψις, pro *κατὰ τὰ μὲν μένων, qvoad illa qvidem manens*, id eſt, qvamdiu qvidem manſit. *Lonicerus* inconvenientiùs per *ita* expreſsit. Non autem opus eſt, ἀποδόσει ſubintelli-

gendâ

gendâ παῖδε, ut *Portus* vult, qvi ita reddit: *partim qvidem commorans, &c.* [*partim verò*] *brevis ferri jaculum vibrans, &c.*

γ. 2. Φιλύρας ἐν δόμοις] *in ædibus Philyræ matris Chironis*, hoc eſt, in antro Chironis Philyræ filii. Philyram autem jam potiùs nominat, qvia intra ſexennium magis nutricatione qvaſi materna, qvàm inſtitutione magiſtrali opus habuit. Et tamen etiam ante inſtitutionem indoles ſeſe exſeruit.

γ. 3. ἄθυρεν] ἀθύρειν eſt *pueriliter luſitare res ſerias affectando & repræſentando.* ἀθύρματα ergò hæc Achillis παίγματα fuerunt. Neqve enim ſtultè cogitandum eſt *cum Interpretibus plerisqve*, Achillem puerum ſexennem veros leones & apros pugna confeciſſe, & grandia ipſorum corpora infantilibus humeris ad Chironem deportaſſe: neqve ita ſimplex vel ineptus Pindarus putandus eſt: ſed hoc vult Poëta, Achillem adhuc puerum ſexennem jaculis delectatum fuiſſe; & leones aprosq; ſibi finxiſſe, eosqve σκιαμαχίᾳ confeciſſe, & poſtea ipſorum corpora, gravi cum anhelitu affectato humeris ſuis ad Chironem deportaſſe; & ita ἀθύρμασιν hiſce maturè indolis ſuæ generoſæ indicia feciſſe. Iſt Kinderſpiel geweſen. *Vrit maturè qvod vult urtica manere. Rittershuſius* ad v. 619. l. 3. ἁλι: *Oppiani*, hunc locum laudat, & addit, Puerorum luſibus ſæpè maximi momenti negotia præſignificari. Ut aliqvot exemplis demonſtrat hanc theſin *Muretus lib. 13. Var. lect: cap. 9.*

γ. 5. βραχυσίδαρον ἄκοντα] vel qvia ferrum præfixum reſpectu [...]gni breve eſt: vel qvia jaculu[...] totum ἀνάλογον fuit ætati. S[...] kleine Kinderpfeilichen geweſen, π[...] δικὰ δόρατα.

γ. 6. ἴσον] ἀνέμοις] Lego ἴσον [...]νέμοις, & refero ad πάλλων.

γ. 6. μάχᾳ λεόντεσσιν ἀγρ[...]ροις] Lego, μάχᾳ λεόντεσσι ἀ[...]γροτέροις.

γ. 8. ἔναιρεν] Lego ἔναιρε.

γ. 8. 10. σώματα δὲ &c. ἀσθ[...]νοντα κόμιζεν] Lego, *cum Schol.* [...] *& ferè Aldo*, σώματι δὲ &c. ἀσθ[...]νόντι κόμιζεν, id eſt, corpore illo[...] ctitios leones & apros confe[...] anhelante, ſeu ut *Scholiaſtes* in[...]pretatur, ἄσθματος πλήρει, po[...]bat: trug das er gar keichte/ als we[...] jhm noch eins ſo ſawr würde.

γ. 11. ὅλον δὲ ἔπειτα χρόνον] [...] inceps, poſt cognitam ex hiſc[...] θύρμασι præclaram indolem.

g. 1. κτείνοντ' ἐλάφους] hoc [...] non ἄθυρμα, ſed verum effect[...] fuit.

g. 1. 2. ἄνευ κυνῶν δολίων [...]κέων] Vide Adagium, *Sine Ca[...] & retibus.*

g. 3. ποσσὶ γὰρ κράτεσκεν] [...] paſſim apud *H[o]merum*, πόδας [...] Ἀχιλλεὺς indigitatur: apud q[...] ſæpè commendantur Heroës [...]leritate pedum. Qvia ut *Plato* [...] *de leg.* ſcribit, multùm ad bella [...]fert corporis agilitas, ut non [...]tùm manus ad pugnam & co[...]ctus ſint promptæ, ſed etiam P[...] vel ad inſeqvendum, vel ſi opu[...] ad fugiendum.

g. 4. λεγόμενον δὲ τοῦτο προ[...] ἔπος ἔχω] Fidem facit præce[...]tibus, præcipuè poſtremo, de [...]

pr[...]

ꝛverſis cervis. Sic & *Ovidius* lo-itur, *Pro teſte vetuſtas.* Sic *Nem. α.* 4. de Herculis primitiis, ἀρχαῖον ρωΐων λόγον. Atqve ſic etiam *Are-* ſentit. *Lonicerus*, *Philippus* & *rtus* perperam ad ſeqventia refe-it de Chirone, & poſt ἔχω po-it κῶλον, qvum debeat eſſe pun-m.

. 5. βαθυμῆτα Χείρων] Hacte-Æginetas in genere & in ſpecie lavit. Nunc ſecundò occaſione lati Achillis, Præceptorem ejus ronem celebrat. I. à prudentia. à bona inſtitutione diſcipulo-, Jaſonis & Æſculapii, qvem me-iam edocuit. III. à deſpon-ne Thetidis Peleo. IV. ab edu-ne Achillis in omni genere vir-. Unde poſteà ad Trojam in ſuſtinere potuit Lycios, Phry-, Dardanos, & Æthiopas, qvo-Regem Memnonem interfecit.

6. τρέφεν] Lego τρέφε.

6. λιθίνῳ τ' Ἰάσον' ἔνδον τέγει] ,λιθίνῳ Ἰάσον' ἔνδον τέγει, *intra m lapideum*, h. e. in antro ſuo, l non eſt concipiendum de an-lanè ſubterraneo & obſcuro, le arce, cujus ingreſſus eſt per n exciſus. De Jaſone plura ha-oëta *Pyth. δ.*

7. καὶ ἔπειτ' ἐν Ἀσκληπιὸν] , καὶ ἔπειτ' ἂν Ἀσκληπιόν. De lapio & ejus Medicina plura nt *Pyth: γ.*

9. μαλακόχειρα νομόν] id eſt, έμησιν *diſpenſationem*, ut iuſta exhibeantur, & cum diſcretio-o ratione circumſtantiarum, ffectus, ſymptomatum, & cau horum omnium. ὁ νομός inter *diſtributio* eſt. μαλακόχειρα dum appellat, χειρουργικὴν potiſſimum, qvam veteres Medici calluerunt, ut paſſim liqvet, intelligit. Hæc enim molli manu ut plurimum exercenda eſt.

g. 10. νύμφευσε] *deſpondit*, ἐγαμοστόλησε, *Schol:* hat die Freyſchafft helffen vollzihen, Deos enim convivas nuptiales hoſpitio excepit, *Schol: Portus*, Uxorem duxit, perperam. Chironi enim Thetis nunqvam contigit.

g. 10. αὖθις] non ἐκ δευτέρου, ſed μετὰ ταῦτα. *Schol.*

g. 10.11. ἀγλαόκαρπον Νηρέως θύγατρα] Θέτιν, qvam vocat ἀγλαόκαρπον, qvod *Vulgata verſio* reddidit *Pulchrifrugem: Lonicerus*, *Claram fructibus*, per καρπὸν, *prolem* h. e. Achillem intelligendo. Rectiùs *Portus* reddit, *pulchrum carpum*, *h. e. primam palmæ partem habentem*, ut Synecdochicè intelligatur *Formoſa*, die ſeine weiſſe Armichen hat: ſicut aliàs καλλίσφυρος *pulchros talos habens*, & λευκώλενος, *album cubitum habens*, eadem συνεκδοχῇ uſurpatur.

g. 11. γόνον τέ οἱ φέρτατον] Lego γονάν τέ οἱ φερτάταν, *Sobolem ei præſtantiſſimam*, h. e. Achillem. Sic etiam metrum, qvod aliàs in ultima τοῦ φέρτατον laborabat, integritati reſtituitur.

g. 12. ἀρμένοισι] Lego ἐν ἀρμένοισι, *in congruis & convenientibus naturæ atq; indoli Achillis*, qvæ circa primum ſexenniũ ſtatim ſeſe prodidit.

g. 13. πάντα θυμὸν] *totum animum.* Nominaliter & Adjectivè, πάντα: non Adverbialiter, ut aliqvi velle videntur.

G. 2. ῥιπαῖσι] *impulſibus*, à ῥίπτειν.

G. 1. 2. *ἀνέμων ῥιπαῖσι πεμφθεὶς*] *nave ſcilicet vectus è Syro inſula*, ubi in gynæceo latuerat, ad Ilium. *Horatius Od.*8. *lib.* 1. qvid latet? ut marinæ filium dicunt Thetidis ſub lacrimoſa Trojæ Funera.

G. 3. *ὑπὸ τροΐαν*] *Scholia* pro *εἰς* poni cenſent, fortè ſine neceſſitate. *Scholia* etiam legiſſe videntur *τρωΐαν*, ſiqvidem ſubaudiri volunt *χώραν*: iterum citra neceſsitatem.

G. 4. *Λυκίων*] qvorum duces erant Sarpedon, & Glaucus, *Il.* ε.

G. 5. *Φρυγῶν*] qvorum duces erant Phorcys & Aſcanius. *Il*, ε.

G. 6. *Δαρδάνων*] qvorum dux erat Æneas.

G. 7. *ἐγχεσιμόροις Αἰθιόπεσσι*] Legendum fortè *ἐγχεσιμώροις*. Eſt autem *ἐγχεσίμορος*, *περὶ τὸ ἔγχος μεμορημένος*, *circa haſtam occupatus, haſta valens, haſtæ ſtudioſus.* Interdum in hac dictione, præſertim qvando *ἐγχεσίμορος* dicitur, penultima *ἐκτάσει* per *ω* ſcribitur, *ἐγχεσίμωρος*, verbi grátia, qvando *Homerus Odyſ.* γ. *μυρμιδόνας ἐγχεσιμώρους* vocat. Qvod aliqvi non ſatis attendentes ex *ἐκτάσει* factum, putant compoſitum eſſe ex *μωρός*, vel ut olim Atticè ſcribebatur, *μῶρος*, id eſt, *fatuus*, ut ſignificetur in hoc & ſimilibus (*ὑλακόμωρος*) ſolita circa aliqvam rem occupatio, qvalis fatuorum eſſe & dici ſolet, vel qva qvis qvaſi infatuatur. Sicut dicimus: Er iſt ein Geldtnarr/ Freßnarr/ Stocknarr. Qvod etſi aliàs non planè rejiciendum: *Euſtathius* tamen, qvi dictionem *μωρὸς* vel *μῶρος* Homero longè recentiorem, adeoq; ei incognitam

contendit, hanc expoſitionem re
cit. *Scholiaſtes* legiſſe videtur *ἐγχ*
σιφόροις, qvod minùs probandu
Si tamen legatur *ἐγχεσφόροις*,
Aldus habet; fortè *γνησίαν* Pind
ri dictionem habebimus, ut co
jicio. *Lonicerus* reddidit, *Haſtis*
prælio minimè gnavis, die mit jh
Spieſſen wie die gecken dargeſtand
Malè, qvum laus eſſe debeat.

G. 7. *ἐπιμίξαις Scholiaſtes* legi
videtur *ἐπιπήξας*.


G. 8. *ἐν φρασὶ πάξαιτο*] *ani*
ſuo infigeret, id eſt, conſtanter
proponeret, & id unicè allaborar
ut Æthiopum Regem reditu pri
ret, hoc eſt, interficeret: qva de
plura *Nem.* ς. Malè *Scholiaſtes* ex
nit: *καθήκοιτο τῆς ψυχῆς Αἰθιόπ*
διὰ τοῦ πολεμεῖν: qvod ipſe inco
veniens ſuſpicatus, etiam prior
ſententiam admittendam cenſet.

G. 10. 11. *ἀνεψιὸς ζαμενὴς Ἑ*
νοιο μέμνων] Memnon Rex Aeth
pum, filius Tithoni & Auroræ, H
leni *patruelis*. *Lonicerus* perpera
reddit, *Nepos*. Qvod cùm vocab
li *ἀνεψιὸς* ſignificatio, tùm v
multò magis ipſa ſeries genealo
ca reſpuit. Ea ſic habet:

Vide ſignum ℙ.

Fuerunt ergò Memnon & Helen
fratrum filii, æqvali gradu à Lao
donte deſcendentes: Minimè aut
aliter alterius Nepos. Uterqve v
Laomedontis nepotes.

δ. 1. *τηλαυγὲς ἄραρε φέγγος*
Tertiò deniqve in hac Digreſſi
rurſus ad Æginetarum laudes in
nere ſe convertit, qvas deſum
I. à gloria & celebritate *αὐτοθ*
id eſt, propriis ſuis virtutibus
acq



viſita. II. à proſapia Jovis. III. ...ctoria certaminis Nemeæi, Jovi ...i, cujus gloria Æginetis hac qvo... vice per Ariſtoclidem parta eſt. ...; hac ratione Digreſsionem con...dit, & deinceps ad laudes Ariſto...æ ſeſe recipit, ut videbimus.

2. Αἰακιδᾶν] id eſt, Αἰγινητῶν, ...Aeaco deſcendentium.

3. τεὸν γὰρ αἷμα] ſc: οἱ Αἰακίδαι. ...cus enim Jovis filius fuit.

4. σέο δ' ἀγὼν] Jovi enim Ne...o, ab Hercule pro Archemoro conſecratus, ut *in* προλεγομένοις *...iorum* diximus.

4. τὸν ὕμνον ἔβαλεν] h. e. ὃν ...ς ἐκελάδησε, celebravit, laudum jaculis qvaſi ferijt. Eadem Metaphora utitur ſuprà *Olymp.* β. *e.* 2.

ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον
ἄγε θυμὲ, τίνα βάλλομεν,
ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρε-
νὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς
ἱέντες; Et alibi paſsim Carmina Iaculis comparat.

δ. 5. ἐπιχώριον] toti Æginæ inſulæ commune, vel potiùs, in inſula illa qvaſi natum, hoc eſt, illius proprium.

δ. 6. βοᾷ δὲ νικαφόρῳ σὺν Ἀριστοκλείδᾳ] Abſoluta Digreſsione de laudibus Æginetarum, jam ad Ariſtocliden redit, & præter ſuperiora ſeptem, nova argumenta laudis ejus addu-

adducit. Laudat ergo eum Octavò, à victoria Nemeæa, cujus etiam ſuprà meminit. IX. à decore in patriâ collato, poſitivè. X. à decore in Θεάριον Apollinis collato. XI. à præſtantia ejus, qvæ non tantùm ex opinione inani pendet, ſed reipſa talis eſt. Qvod γνώμη illuſtrat. XII. à facilitate morum erga qvamqve ætatem, qva inter Juvenes eſt Juvenis; inter Viros, Vir; inter ſenes, ſenex. XIII. à cura & ratione rerum præſentium, præcipuè Occaſionum oblatarum.

δ. 6. βοᾷ] *Scholia* notant, aliqvos legiſſe βοᾶ, perperam.

δ. 6. σὺν Ἀριστοκλείδᾳ πρέπει] h. e. ἐκπρεπὴς ὑπάρχει, σὺν Ἀριστοκλείδᾳ: Vel per τμῆσιν, pro συμπρέπει Ἀριστοκλείδᾳ. *Scholiaſtes.* Vel σὺν Ἀριστοκλείδᾳ, *auſpiciјs Ariſtoclidæ*, vel nomine Ariſtoclidæ. *Lonicerus.*

δ. 8. τάνδε νᾶσον] Αἴγιναν.

δ. 8. 9. εὐκλεεῖ προσέθηκε λόγῳ] Lego *cum Aldo* εὐκλέϊ προσέθηκε λόγῳ, *celebri adjunxit ſermoni:* Sicut *Ol. α. a. 17.* κράτει προσέμιξε δεσπόταν, *victoriæ admiſcuit dominum*, h. e. victoria potiri fecit. Sic hoc loco, *encomiјs ornari fecit.* Vel per ὑπαλλαγὴν, pro ὃς τάδε νάσῳ εὐκλέα προσέθηκε λόγον, h. e. εὐκλέος λόγου προσθήκην ἐποίησε. *Schol.*

δ. 10. 11. σεμνὸν ἀγλαΐαισι μερίμναις Πυθίου Θεάριον] Vel σεμνὸν ἀγλαΐαισι μερίμναις, in caſu ſexto: *venerabile ob præclaras cogitationes Apollinis ſcilicet vaticinantis:* vel potiùs in Dativo, προσέθηκεν ἀγλαΐαισι μερίμναις, τῶν Ποιητῶν ſcilicet. Τὸ Θεάριον autem fuit templum Apollinis Pythiј in Ægina inſula; cujus Sacerdotes, Θεωροὶ fuerunt appella

d. 1: ἐν παισὶ νέοισι, παῖς] ſc
Ἀριστοκλείδας ἐστί. *Scholiaſtes* inco
modiùs ſubaudit, ὁ Ἀριστοκλείδας ἀ
ἐπίσταται, qvod refert ad ſeqvens: μ
ρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότεον ἔθν
Qvum ſenſus planus ſit juxta pri
rem expoſitionem. Notat aute
facilitatem morum Ariſtoclidæ. V
de adagium, *Polypus.*

d. 6. τέσσαρας ἀρετὰς] pro
τετάρτην ἀρετὴν, ſcilicet præter pri
res tres hactenus enumeratas, v
inter Juvenes eſſe Juvenem: in
Viros, Virum: inter Senes, Sene
His jam annumerat qvartam,
παρκείμενον φρονεῖν, præſentium
caſionum, perſonarum & rerum
tionem habere. Neſcio, an ſeriò,
jocosè nuper *Amicus qvidam meus*
qvatuor virtutibus Cardinalibus
cipiendum hunc locum dixerit. Q
de re diſpice, Amice Lector.

d. 6. θνατὸς αἰὼν] Lego, ὁ θ
τὸς αἰών. *Aldus* habet, ὁ μακρὸς αἰ
minus benè.

d. 8. τῶν οὐκ ἄπεστι] ſc: ὁ Ἀρι
κλείδας.

d. 8. Χαῖρε φίλος] Epilog
continens I. ſalutationem Ari
clidæ amicam. II. Commendat
nem cùm hymni hujus, partim
comparationem rerum ſvaviu
mellis, lactis, roris: partim à ſvav
te harmoniæ Æolicæ, unà cum ta
ta excuſatione moræ: Tum ſuiip
cum Aqvila comparati. III. ex
nuationem aliorum Poëtarum, c
Graculis clamoſis comparatoru
IV. brevem repetitionem laud
Ariſtoclidæ, à congerie victoriaru
cum præſentis Nemeæ; tum præt
tarum Epidauriæ & Megaricæ.

d. 8. χ

d. 8. χαῖρε φίλ☉] τὸ χαῖρε
ox vel ſalutantium & accedentium: el etiam à ſe invicem diſcedentium: el etiam propinantium, ut *Scholia-s* videtur. Qvod ultimum huc poſsimum qvadrare, mox ſubſeqventa arguunt.

d. 10. μεμιγμένον μέλι λευκῷ ὺν γάλακτι] Carmen ſuum mixtu- lactis & mellis, rerum ſcilicet dulum & gratarum comparat. Allericè autem innuere vult, Carmen oc ſuum & naturæ facilitate prætum, minimeq́; affectatum aut coctum eſſe; ſicut *Lac* à natura aniali ſuppeditatur, & candidum eſt: arte elaboratum, dulciſsimum, atiſsimumq́; redditum eſſe; ſicut *el* labore Apum effectum, dulcene præſtat. Alia collatione Natu- & Artis utitur *Nem. δ. α. 13.*

d. 11. ἐέρσα] Rorem huic mixturæ perſum intelligit tibiarũ accẽtum.

d. 12. πόμ' ἀοίδιμον] *potum canbilem* h. e. hymnum propinatum, e. tranſmiſſum. Simili ratione *Omp. ζ. α. 1.* hymnum ſuum vino & ctari propinato comparat.

d. 13. Αἰολῖσιν ἐν πνοαῖσιν αὐλῶν] l propter *harmoniam Muſicam Æoam*; vel propter *Dialectum Æolim*, Doricæ cognatam: vel qvia ndarus, ut Thebanus, *Æolenſis* e- , qvandoqvidem Thebani Æonſium erant ἄποικοι, ab Æolo Aamantis filio. *Scholia.* Sed pria ratio videtur optima, lyra ſcilicet *do Æolico* carminibus hiſce apta- Sic *Horatius lib. 2. Od. 13. Æolijs fibus qverentem.* Ad ſeqvens εἶδ☉ ira de Modis dicentur.

D. 1. ὀψέπερ] Excuſatio moræ, rtaſsè officioſa, qvia ſcilicet vidit alios Poëtas, Bacchylidem &c. ſe præveniſſe feſtinando. Hanc moram autem compenſat hymni præſtantia, ſe *Aqvilæ*, illos *Graculis clamoſis*; ſuumq́; hymnum, *ſublimi Aqvilæ volatui*; illorum verſificationes *Graculorum humilibus in terra ſaltibus*, comparans. Ac licet illi præveniendo præmia aliqva fortè ſibi præripuerint, puta in Ægina præſentes: *ſe tamen inſtar Aqvilæ ex longinqvo prædam olfacientem, ungvibus prenſaturum*, h. e. illis non putantibus præmium condignum reportaturum, ominatur.

D. 5. ποσὶν] id eſt, ὄνυξι.

D. 6. κραγέται δὲ κολοιοὶ] *ſuprà Olymp.* ϛ. ſimili ferè allegoria de Cornicibus uſus eſt. Graculi à terra non altè admodum ſubvolant.

D. 8. εὐθρόνε Κλεῦς ἐθελοίσας] Muſa volente & favente. Κλεῦς pro Κλειοῦς.

D. 10. Νεμέας Ἐπιδαυρόθεν τ' ἄπο] τὸ ἀπὸ tàm ad utrumq; antecedens refertur, & ad Νεμέας, & ad Ἐπιδαυρόθεν: ſicut & alibi interdum cum Adverbio de loco in θεν conjungitur: qvàm ad conſeqvens Μεγάρων.

D. 10. 11. Ἐπιδαυρόθεν τ' ἄπο καὶ Μεγάρων] Epidauria, qvæ & Æſculapia, in honorem Æſculapij fuerunt celebrata, in luco Æſculapij ad Epidaurum, Argolidis urbem. Præſides eorum initiò fuerunt Æſculapij poſteri: inde primates Argivi. Fuerunt autem Τετραετηρικὰ ſeu διὰ πενταετηρίδος celebrata: novem diebus poſt eum diem Menſis qvo Iſthmia celebrari fuerunt ſolita, licet Iſthmia biẽnalia fuerint, ut ſuo loco dicetur. *Scholia.* Megarica autẽ ſtatim initio

veris

veris fiebant. *Schol.* τὰ Μέγαρα autem urbs vicina Athenarum.

D. 11. δέδορκεν φάος] *Philippus* Activè interpretatus eſt, *Vidit*: Rectiùs reliqvi Paſsivè, *Conſpicitur*; ſicut & alibi interdum hoc præteritum Medium Paſsivè accipitur, vebi gratia, *Olymp. α. δ. 11.* τὸ δὲ κλέ[ος] τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδω[ν]. Aliàs Præterita Media ſæpè à ſignificatione Præſentis non longè abſunt.

ΕἿΔΟΣ Δ.

ΤΙΜΑΣΆΡΧΩι ἈΙΓΙΝΗΤΗι, Παλαιςῇ.

QVartum hoc εἶδος iterum Æginetæ cuidam Timaſarcho videlicet, Timocriti jam demortui filio, Euph[a]nis nepoti inſcribitur: ut & ſeqventia qvatuor Æginetis vic[to]ribus ſunt dedicata. Unde peculiaris Poëtæ erga Æginetas [af]fectio elucet, cujus etiam in hoc hymno mentio fit aliqva. Vicit autem [Ti]maſarchus πάλῃ hoc eſt *lucta*.

Vide pag. ſeqv. ſignum ☾.

In ratione metrica, etſi Ἐπῳδὸς à ςροφῇ & ἀντιςροφῇ utplurimu[m] diſcrepat: hîc tamen planè cum ijsdem convenit, tali typo:

1.	υ–υ–	υυ–
2.	υ––υ	υ–
3.	––υ–	υυ–
4.	––υ–	υυ––
5.	––υ–	υυ–
6.	–υ–υ	υ–υ–
7.	υ–υυ	–υ
8.	–υ–υ	–υυ– –
9.	–υυ–	υυ
10.	–υ–υ	–υυ–
11.	υ–υυ	–υ
12.	υυυ–	υυ–υ –
13.	––υυ	–υ–υ ––

Qvodlibet ergò μέλος τρισκαιδεκάκωλόν eſt. Primum κῶλον eſt D[i]metrum catalecticum, ex Dijambo & Ionico à minore. II. Dimetrum brach[y]catalectum ex Antiſpaſto & Dijambo. III. Dimetrum catalecticum, ex Epitr[ito] tertio & Ionico à minore. IV. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio & [I]onico à minore. V. ut tertium. VI. Dimetrum acatalectum Periodicum, ex D[i]trochæo & Dijambo. VII. Dimetrum brachycatalectum ex Pæone ſecundo, [&] Choriambo. VIII. Dimetrum hypercatalectum, ex Ditrochæo & Choriambo. I[X.] Dimetrum brachycatalectum, ex Choriambo & Ionico à minore. X. ut octavu[m] niſi qvod eſt acatalectum. XI. ut ſeptimum. XII. Dimetrum hypercatalectu[m] ex Pæone qvarto & tertio. XIII. Trimetrum brachycatalectum, ex duobus [Io]nicis à majore, interpoſito Ditrochæo.

Summ

Summa & diſpoſitio hujus εἴδους.

- *Exordium*
  - *ſumptum à conſeqventibus Labores & Victoriã*
    - *ut ſunt*
      - *εὐφροσύνα, qvæ eſt Victoris.*
      - *Carmina, qvæ ſunt Poëtarum.*
      - *εὐλογία, qvæ eſt amicorum & vulgi.*
    - *qvæ commendat*
      - *per comparationem cum aqvis calidis, qvibus mẽbra feſſa gaudent.*
      - *à durabilitate*
        - *ſi Charites faveant.*
        - *ſi carmen elaboratum fuerit.*
  - *munitũ*
    - *venia uſurpationis.*
    - *cauſa finali, in honorem ſc:*
      - *Jovis Dei tutelaris horum ludorum.*
      - *Nemeæ, loci victoriæ.*
      - *Timaſarchi, victoris.*
      - *Luctæ, materiæ victoriæ.*
      - *Æginæ, patriæ victoris.*
- *Propoſitio:* Timaſarchus eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - *1. ab Ægina patria, laudanda*
    - *ab incolis Æacidis.*
    - *ab ædificijs & munitionibus.*
    - *ab hoſpitalitate.*
    - *à juſtitia.*
    - *à Timaſarcho cive, reciprocè.*
  - *2. à patre Timocrito, qvem*
    - *ſi viveret, Filio hymnos accenturum ominatur.*
    - *laudat*
      - *à peritia Muſicæ.*
      - *à pluribus victorijs*
        - *Cleonæis.*
        - *Athenienſibus.*
        - *Thebanis.*
      - *ab amicitia & cognatione Æginetarum & Thebanorum, qvam illuſtrat exemplo Herculis & Telamonis, ſociorum*
        - *in vaſtatione Ilij.*
        - *in expugnatione Meropum Coorum.*
        - *in oppreſſione Alcyonei, licet magna cum clade ſociorum; qvam tamen excuſat Fortuna communi.*
- *Digreſſio. & Regreſſio.*
  - *in qva ſibi temperationem præcipit*
    - *à lege encomiaſtica.*
    - *ob temporis brevitatem.*
    - *ob deſiderium perficiendi carminis ante promiſſum novilunium.*

*

- 8 Digreſſio
  - qvam defendit
    - animum obfirmando, contra
      - adverſarios, qvibus opponit animoſitatem ſuam, palàm omnia agentem.
      - invidos, qvibus opponit
        - fortunam ſuam.
        - fiduciam in grati divina.
    - ſeipſum adhortando, ad pergendum
      - propter ſvavitatem carmi
      - qvia gratum futurum mul
  - in Æginetarum majores & propinqvos, v. g.
    - qvosvis in Oenona ſive Ægina.
    - Teucrum in Cypro, filium Telamonis.
    - Aiacem in Salamine.
    - Achillem in Euxino Ponto.
    - Thetidem in Phthia.
    - Neoptolemum in Epiro.
    - Peleum in Theſſalia, qvi
      - Iolcum
        - occupavit.
        - Theſſalis adj xit.
      - periculum à Cretheic ſtructum evaſit.
      - Thetidem uxorem du
      - Deos convivas nupti habuit.
      - dona nuptialia à Dij accepit.
      - potentiam poſteris a qviſivit.
  - à qva ſe revocat
    - allegoricè, ex re nautica.
    - impoſſibilitate omnia Æacidarum percenſendi.
- II Regreſſio in laudes Timaſarchi
  - 3. à majoribus Theandridis
    - ob crebras victorias
      - Olympicas.
      - Iſthmicas.
      - Nemeas.
    - ob ἐπινίκια creberrima.
  - 4. ab avunculo Callicle
    - digno hymno
      - durabiliſſimo, comparatè cum marmore Pario.
      - pulcherrimo, comparatè
        - cum candore marm ris Parij.
        - cum auri fulgore.
        - cum regali dignitate
    - Iſthmionica.
  - 5. ab avo materno Euphane, gloriæ Calliclis filij
    - ſpectatore.
    - prædicatore. Qvod γυ illuſtrat.
  - 6. ab alipte præſtante Meleſia, qvem laudat
    - ab eloqventia.
    - ab inſuperabilitate orationis.
    - ab animo
      - molli, in bonos.
      - aſpero, in adverſos

Eἰδ

ΕἼΔΟΣ Δ.

ΤΙΜΑΣΑΡΧΩι ʼΑΙΓΙ-νήτῃ, Παλαιςῇ.

ODA IV.

TIMASARCHO ÆGI-netæ, Palæſtritæ.

ςροφ. α. κώ. γ.

Ἄ"Ρις☉ ἐυφροσύνα
πόνων κεκριμένων
ἰατρός: αἱ δὲ σοφαὶ
Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαὶ,
θέλξάν νιν ἁπτόμεναι.
Οὐδὲ θερμὸν ὕδωρ τόσον
γε μαλθακὰ τεύχει
γυῖα, ὅσσον ἐυλογία φόρ-
μιγγι συνάορ☉.
Ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
τερον βιοτεύει,
ὅ, τι κε σὺν Χαρίτων τύχᾳ

γλῶσ-

α.

Optimus Lætitia
laborum judicatorum
Medicus eſt: & ſapientes
Muſarum filiæ Odæ
demulcent eos conjunctæ.
Neqve calida aqva tantum
mollia facit
membra, qvantum Laus Ci-
tharæ comes.
Sermo verò factis diutur-
niùs vivit,
qvem cum Charitum fortuna,

γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βαθείας.

ἀντιστροφ: α. κῶ. ιγ.

Τό μοι, θέμεν Κρονίδᾳ
τε Διῒ, καὶ Νεμέᾳ,
Τιμασάρχου τε πάλᾳ,
ὕμνου προκώμιον εἴη.
Δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν
Ἠΰπυργον ἕδος, δίκᾳ
ξεναρκεῖ κοινὸν
φέγγος. Εἰ δ' ἔτι ζαμενεῖ Τι-
μόκριτος ἀλίῳ
σὸς πατὴρ ἐθάλπετο, ποι-
κίλον κιθαρίζων,
θαμά κε τῷδε μέλει κλιθεὶς,
ὕμνον κελάδησε Καλλίνικον:

ἐπῳ. α. κῶ. ιγ.

Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶ-
νος ὅρμον στεφάνων
πέμψαντα, καὶ λιπαρᾶν
εὐωνύμων ἀπ' Ἀθηνᾶν,
Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοις:
οὕνεκ' Ἀμφιτρύωνος ἀ-
γλαὸν παρὰ τύμβον
Καδμεῖοί νιν οὐκ ἀέκοντες
ἄνθεσι μίγνυον,
Αἰγίνας ἕκατι. Φίλοι-
σι γὰρ φίλος ἐλθὼν,
ξένιον ἄστυ κατέδραμεν
Ἡρακλέος ὀλβίαν πρὸς αὐλάν.

στροφ. β. κῶ. ιγ.

Ξὺν ᾧ ποτε Τροΐαν
κρατιστος Τελαμὼν

lingva è-mente protulerit profunda.

a.

Qvod mihi, ponere Saturnidæ-
q; Jovi, & Nemeæ,
Timasarchiq; luctæ,
hymni præambulum liceat.
Accipiat autem illud *Æacidarum*
bene-turrita ſedes, ob-juſtitiam
hoſpitibus-ſufficientem, commune
lumen. Si verò adhuc vegeto
Timocritus Sole
tuus pater foveretur; utiqve *va-*
riè citharam-pulſans,
freqventer huic carmini incumbens,
hymnum cantaturus-eſſet Callinicum:

A.

qvi & Cleonæo à certami-
ne ſeriem coronarum
miſit, & ſplendidis
ac *celebribus ab Athenis,*
Thebisq; in ſeptiportibus:
qvandoqvidem Amphitryonis
celebrem apud tumulum
Cadmei illum haud inviti
floribus ornabant,
Æginæ gratia. Ad *ami-*
cos enim amicus profectus,
in *hoſpitalem urbem deſcendit,*
Herculis beatam ad aulam.

ε.

Cum qvo olim Trojam
robuſtus Telamon

 vaſtavit,

πόρθησε, καὶ Μέροπας,
καὶ τὸν μέγαν πολεμιστὰν
ἔκπαγλον Ἀλκυονῆ:
οὐ, τετραορίας γε πρὶν
δυώδεκα πέτρῳ,
ἥρωάς τ' ἐπεμβεβαῶτας
ἱπποδάμους ἕλεν
δὶς τόσσους. Ἀπειρομάχας
ἐών κε φανείη,
λόγον ὁ μὴ ξυνιείς. Ἐπεὶ
ῥέζοντά τι, καὶ παθεῖν ἔοικεν.

ἀντιστρο. β. κῶ. ιγ.

Τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν
ἐρύκει με τεθμὸς,
ὧραί τ' ἐπειγόμεναι:
ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ,
νουμηνίᾳ θιγέμεν.
Ἔμπα καί περ ἔχει βαθεῖ-
α ποντιὰς ἅλμα
μέσσον, ἀντίτειν' ἐπιβουλί-
α: σφόδρα δόξομεν
δαΐων ὑπέρτεροι ἐν
φάει καταβαίνειν.
Φθονερὰ δ' ἄλλος ἀνὴρ βλέπων,
γνώμαν κενεὰν σκότῳ κυλίνδει

ἐπῳδ. β. κῶ. ιγ.

χαμαιπετοῖσαν. Ἐμοὶ
δ' ὁποίαν ἀρετὰν
ἔνδωκε πότμος ἄναξ,
εὖ οἶδ', ὅτι χρόνος ἕρπων,
πεπρωμέναν τελέσει.
Ἐξύφαινε γλυκεῖα καὶ

vaſtavit, & Meropas,
& magnum bellatorem
ſtupendum Alcyonea:
non tamen *priuſqvam qvadrigas*
duodecim ſaxo,
heroasq́ qvi-conſcenderant currus illos
eqvorum-domitores peremit
bis tot i. e. 24. *Inexpertus-belli*
eſſe videri qveat,
dictum hoc *qvi non intelligit. Qvoniam*
facientem aliqvid etiam pati convenit.

b.

Prolixa autem eloqvi
probibet me lex,
boræq́ properantes:
cupiditateq́ trabor qvoad *cor,*
novilunium contingendi.
Veruntamen etſi occupet profun-
da marina ſalſedo
medium, reſiſte adverſariorum *inſidi-*
is: multum videbimur
hoſtibus ſuperiores in
luce ambulare.
Invidè autem alius vir intuens,
conſilium inane in *tenebris volvit*

B.

rritè-in-terram-cadens. Mihi
verò qvalem virtutem
ndidit Fortuna regina,
bene ſcio, qvòd tempus inſeqvens
fatalem perficiet.
Contexe igitur ô *dulcis etiam*

hoc

τόδ' αὐτίκα φόρμιγξ,
Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέ-
λος ϖεφιλημένον
Οἰνόπᾳ τε, καὶ Κύπρῳ:
ἔνθα Τεῦκρος ὑπάρχει
ὁ Τελαμωνιάδας: ἀτὰρ
Αἴας Σαλαμῖν' ἔχει ϖατρώαν:

στροφ. γ. κῶ. ιγ.

Ἐν Εὐξένῳ ϖελάγει
φαεννὰν Ἀχιλεὺς
νᾶσον: Θέτις δὲ κρατεῖ
Φθίᾳ: Νεοπτόλεμος δ' Ἀ-
πείρῳ διαπρυσίᾳ.
βουβόται τόθι ϖρῶνες ἔξ-
οχοι κατάκεινται,
Δωδώναθεν ἀρχόμενοι, πρὸς
Ἰόνιον ϖόρον.
Παλίου δὲ παρ ϖοδὶ λα-
τρείαν Ἰαωλκὸν
ϖολεμίᾳ χερὶ ϖροστραπὼν
Πηλεὺς, ϖαρέδωκεν Αἱμόνεσσιν,

ἀντιστρ. γ. κῶ. ιγ.

δάμαρτος Ἱππολύτας
Ἀκάστου δολίαις
τέχναισι χρησαμένης:
τᾷ δαιδάλᾳ δὲ μαχαίρᾳ
φύτευέν οἱ θάνατον
ἐκ λόχου Πελίαο ϖαῖς.
Ἄλαλκε δὲ Χείρων,
καὶ τὸ μόρσιμον Διόθεν ϖε-
ϖρωμένον ἔκφερεν.
Πῦρ δὲ ϖαγκρατὲς θρασεο-

hoc ſtatim Cithara,
Lydia cum harmonia car-
men gratum
Oenopæq; & Cypro:
ubi Teucer autor-regni-eſt
Telamoniades: ſed
Aiax Salaminem habet patriam:

γ.

in Euxino verò *mari*
ſplendidam Achilles
inſulam: Thetis verò dominatur
Phthiæ: Neoptolemus verò E-
piro univerſæ:
boves-paſcentes ubi montes ex-
imii poſiti ſunt,
à-Dodone incipientes, ad
Jonium meatum uſqve.
Pelii autem ad radices in-ſervitu-
tem-redactam Jaolcum
hoſtili manu qvum-expugnaſſet
Peleus, tradidit Æmonibus,

ε.

uxore Hippolyta
Acaſti, doloſis
artibus usâ:
artificioſoq; gladio
machinatus-eſt illi mortem
ex inſidiis Peliæ filius.
Defendit autem eum *Chiron,*
& qvod fatale à-Jove de-
ſtinatum ei eſſet, *expoſuit.*
Ignem verò ille *omnia-vincentem, audaci-*

λ *umq;*

μαχᾶν τε λεόντων
ὄνυχας ὀξυτάτους, καὶ ἀ-
κμὰν δεινοτάτων σχάσαις ὀδόντων.

ἐπῳδ. γ. κώ. ιγ.

ἔγαμεν ὑψιθρόνων
μίαν Νηρεΐδων:
εἶδεν δ' εὔκυκλον ἕδραν,
τᾶς οὐρανοῦ βασιλῆες
πόντου τ' ἐφεζόμενοι,
δῶρα καὶ κράτος ἐξέφα-
ναν ἐς γένος αὐτῷ.
Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ πε-
ρατόν. Ἀπότρεπε
αὖτις Εὐρίαν ποτὶ χέρ-
σον ἔντεα ναός.
Ἄπορα γὰρ λόγον Αἰακοῦ
παίδων τὸν ἅπαντά μοι διελθεῖν.

στροφὴ δ. κώ. ιγ.

Θεανδρίδαισι δ' ἀε-
ξιγυίων ἀέθλων
κάρυξ ἕτοιμος ἔβαν,
Οὐλυμπίᾳ τε, καὶ Ἰσθμοῖ,
Νεμέᾳ τε συνθεμένοις:
ἔνθα πεῖραν ἔχοντες, οἴ-
καδε κλυτοκάρπων
οὐ νέοντ' ἄνευ στεφάνων. Πά-
τραν νιν ἀκούομεν
Τιμάσαρχε σὰν ἐπινι-
κίοισιν ἀοιδαῖς
πρόπολον ἔμμεναι. Εἰ δέ τοι
μάτρωΐ μ' ἔτι Καλλικλεῖ κελεύεις

umq; - in - pugna Leonum
ungves acutiſſimos, & a-
ciem horrendiſſimorum qvum cohibuiſſet dentium,

G.

duxit - uxorem altithronarum
unam Nereidum:
viditq; rotundatam ſellam,
cui cœli reges
marisq; inſidentes,
dona & potentiam exhibue-
runt in poſteros ipſi.
Gadium pars vergens *ad occaſum, non trans-*
iri - poteſt. Converte igitur
rurſus Euriam ad ter-
ram armamenta navis.
Impoſſibile - eſt enim ſermonem de *Æaci*
filiis univerſum mihi percurrere.

δ.

Theandridis autem mem-
bra - augentium certaminum
præco promptus veni,
cum - Olympia, & Iſthmo,
Nemeaq; fœdus - pactis:
ubi ſpecimen edentes, do-
mum inclytos - fructus - ferentibus
non redeunt ſine coronis. Fami-
liam illam audimus
Timaſarche tuam victo-
rialibus carminibus
qvaſi *præfectam eſſe. Si verò ſanè*
Avunculo me etiam Callicli jubes

ἀντι. δ. κώ. ιγ.

στάλαν θέμεν : Παρίου
λίθου λευκοτέραν.
Ὁ χρυσὸς ἑψόμενος
αὐγὰς ἔδειξεν ἁπάσας :
ὕμνος δὲ τῶν ἀγαθῶν
ἐργμάτων, βασιλεῦσιν ἰ-
σοδαίμονα τεύχει
φῶτα. Κεῖνος ἀμφ' Ἀχέροντι
ναιετάων, ἐμὰν
γλῶσσαν εὑρέτω κελαδῆ-
τιν, Ὀρσοτριαίνα
ἵν' ἐν ἀγῶνι βαρυκτύπου
θάλλησε Κορινθίοις σελίνοις.

ἐπῳδ. δ. κώ. ιγ.

Τὸν Εὐφάνης ἐθέλων
γεραιὸς προπάτωρ
ὁ σὸς ἀείσεται παῖ.
Ἄλλοισι δ' ἅλικες ἄλλοι.
Τῶν δ' αὐτὸς ἂν τυχέῃ,
ἔλπεταί τις ἕκαστος ἐξ-
οχώτατα φάσθαι.
Οἷον αἰνέων κε Μελησί-
αν, ἔριδα στρέφοι.
Ῥήματα πλέκων, ἀπάλαι-
στος ἐν λόγῳ ἕλκειν,
μαλακὰ μὲν φρονέων ἐσλοῖς,
τραχὺς δὲ παλιγκότοις ἔφεδρος.

d.

columnam ponere : Pario
lapide candidiorem ponam.
Aurum excoctum
fulgores emittit omnes :
hymnus verò præclarè
geſtarum-rerum, Regibus ſor-
te-æqvalem facit
virum. Ille apud Acherontem
habitans, meam
lingvam inveniat decantatri-
cem, Tridentem-concutientis
ſicut in certamine graviſtrepi
decoratus-fuit Corinthiacis apijs.

D.

Qvem Euphanes libens
ſenex progenitor
tuus canet, ô Juvenis.
Alijs verò coætanei-ſunt alij.
Qvæ verò ipſe aliqvis *attigerit*, vivens ea ætate,
ſperat unusqvisqve ex-
cellentiſſimè ſe *enarraturum.*
Qvalem ſi-qvis-laudet etiam Meleſi-
am; ille *contentionem averterit.*
Verba Meleſias *contexens, inſupera-*
bilis in oratione animos *trahit,*
mollia qvidem cogitans bonis,
aſper verò inimicis animadverſor.

Commentarius.

A″ριςος εὐφροσύνα &c:] Partes hujus εἴδȣς ſunt qvinqve: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio. Exordium petitum eſt à conſeqventibus Labores & Victoriam, ut ſunt, Εὐφροσύνα, lætitia & exultatio mentis, qvæ eſt ipſius Victoris; Carmina, qvæ ſunt Poëtarum; & Εὐλογία, qvæ eſt amicorum & vulgi. Atqve hæc, præcipuè Carmina & εὐλογίαν commendat, partim per comparationem cum lavacris calidis, qvibus membra feſſa gaudent: partim à durabilitate, ſub gemina tamen conditione, ſi Charites naturæ faveant, & Carmen accurato artificio elaboratum fuerit. Deinde munitum eſt, partim venia uſurpationis: partim cauſis finalibus, & objectis, qvibus hoc Exordium adeoq; totus hymnus honorem conciliat, v. g. Jovi, Deo tutelari ludorum Nemeorum; Nemeæ, loco victoriæ; Timaſarcho, victori; Luctæ, materiæ victoriæ; Æginæ, victoris patriæ. Eſtq; in his implicita Propoſitio: *Timaſarchus eſt laudandus.*

α. 1. 3. ἄριςος Εὐφροσύνα ἰατρός] *Scholiaſtes* τὸ ἄριςος pro ἀρίςη poni cenſet, refertq; vel ad ἰατρὸς, qvod interdum etiam in fœminino uſurpatur, ut ex *Ælio Dionyſio Stephanus in voce* ἰάτρεια annotat: qvaſi verò ad Fœmininum, in oratione Subſtantiva, Maſculinum aut aliud genus, inferri non poſſet: (*Fames eſt optimus coqvus*) vel ad εὐφροσύνα,

qvod multò adhuc ineptius. Ol
meminiſſe juvabit. Item: Nach geth
ner arbeit iſt gut feyren und ruhen:
cet ſenſus paulò alius.

α. 2. πόνων κεκριμένων] i.e. κρ
λαβόντων καὶ συντελεσθέντων. *Sch*

α. 4. Μοισᾶν θυγατέρες] Le
Μοισᾶν θύγατρες.

α. 5. νιν] *Ariſtarchus* retulit ad
φροσύνην, qvem & *Philippus* ſeq
tur: ſed perperam. Neqve enim
φροσύνα θέλγεται, ſed ipſa θέλγ
Didymus rectiùs ad πόνȣς. Cui ſen
tiæ ſeqvens comparatio ſuffragat

α. 5. ἁπτόμεναι] *Lonicerus*, Co
tactæ, malè. Rectiùs *Portus*, Co
trectantes qvaſi eos, ut Medici ma
corpora ægrotantium. Rectiſsi
Philippus, adjunctæ, vel conjunctæ.

α. 6. ȣ̓δὲ θερμὸν ὕδωρ] id eſt, θ
μὰ λȣτρά. Senſus eſt: Thermæ q
dem defatigata membra reficiu
& ad labores novos ſuſtinendos
ſtaurant: ſed longè efficaciùs ἡ εὐ
γία φόρμιγγι συνάορος, victor
aliqvem, etiam poſt multos labo
exantlatos, ad novas victorias p
parat. *Plutarchus* περὶ εὐθυμίας
honores transfert, ubi ita allegan
Pindarica verba: ȣ̓δὲ θερμὸν ὕδωρ
σόνδε τέγζει μαλθακὰ γυῖα. Qvæ H
mannus Cruſerius interpretatus:
tantum aqvæ calidæ mollis terra ebib
pro γυῖα, γαῖα legiſſe videtur, ſa
qvidem ineptè. Vide Adagium, *H*
calana balnea.

α. 6. τόσον γε] Legendum
cum *Ald: Plantin: & Commel:* τό
γε: vel cum *Plutarcho* τοσόνδε.

α. 7. μα

a. 7. μαλθακὰ τεύχει] *emollit,*
ecreat. In *Plutarchi* loco citato, τέγ-
ει, minùs commodè legitur.

a. 8. γυῖα] κεκμηκότα ſcilicet.

a. 8. τόσον] pro ὅσον.

a. 9. Φόρμιγγι συνάορ☉] σύν-
ορ☉ Doricum eſt pro συνήορ☉,
ngruens, & velut apto qvodam vin-
ılo connexa, ab ἀείρω, *conjungo.*
om. Od. θ: Φόρμιγγός θ' ἣ δαιτὶ συν-
ρός ἐστι θαλείῃ. *Scholiaſtes* exponit
ιωνοῦσα.

a. 10. ῥῆμα δ' ἐργμάτων χρονιώ-
ερον βιοτεύει] ῥῆμα, hoc eſt, ὕμν☉,
ynecdochicè, longè diutius vivit fa-
s. Facta enim cum ipſo actu tranſ-
nt: ſed celebratio factorum vivit,
ad poſteritatem eorundem me-
oriam tranſmittit. Sic *Ol:* δ. *a.* 1.
mnum vocat χρονιώτατον φάος εὐ-
θενέων ἀρετᾶν.

a. 12. σὺν χαρίτων τύχᾳ] *cum*
atiarum contingentia, *vel* ut *Portus*
preſsit, *Favore.* Intelligitur natu-
is inclinatio ad Poëſin; ſine qva
nia affectata, coacta & ingrata.
m *victurus genium debet habere*
er, ſecundum *Martialem.*

a. 13. γλῶσσα φρενὸς ἐξέλοι βα-
ας] *Lingva è profunda mente protu-*
t, accuratè ſcilicet expenſum. Vult
ò Poëta *Naturam & Curam* in
ëta concurrere: qvod etiam in-
t *Nem:* γ. *d.* 10. ubi μεμιγμένον
ι λευκῷ σὺν γάλακτι, carmen à
ura & arte profectum appellavit,
vidimus. Ejusmodi Sola ſunt
acia; reliqva piperi & alijs aro-
tibus fiunt tunicæ. *Ad hunc locum*
icerus ita: Qvî fit, qvòd pleriqve
nes hodie ἐφήμερα ſcribant? Ra-
eſt in expedito: qvia non ex pro-
da mente ſcribunt, nec ritè ſecum
omnia reputant, nec alto conſilio
componunt, non domi primùm be-
nè ruminant; non in nonum, ut *Ho-*
ratius ait, annum premunt: ſed [αὐτο-
σχεδιάζει, ut gloriantur, ſcribunt, h.e.]
qvamprimùm lingva in ore qvicqvā
conceperit, priusqvam mens & ani-
mus reſciſcat, ejectum & in publi-
cum protruſum iri neceſſum eſt. At-
qvi & ſapientum & Pindari hîc con-
ſilium eſt, ne lingva mentem præcur-
rat. *Hæc ille, & rectè.* Qvum autem
Poëta ſuum qvoq; hymnum qvà na-
turam, qvà artem perfectum eſſe in-
telligat: ſimul tacitè Timaſarchi, cui
talem hymnum ſcribit, benevolentiā
captat. *Qvod idem Lonicerus notat.*

a. 1. τό μοι] *Scholiaſtes* pro τοῖόν
μοι, ſcilicet σὺν χαρίτων τύχᾳ &c:
Potiùs τό μοι pro ὅ μοι. *Qvod mihi*
liceat ponere προκώμιον.

a. 2. Διΐ] Synizeſis.

a. 3. Τιμασάρχου] —υ—— pro
——υ— per ἰσοδυναμίαν.

a. 4. ὕμνου προκώμιον εἴη] pro ἐξ-
είη, *liceat mihi ponere* προκώμιον, h.e.
προοίμιον, qvaſi πρὸ τοῦ κώμου γραφό-
μενον. Qvod *Scholiaſtes* προκώμιον
dici cenſet, vel qvia optet Poëta hunc
hymnum abſolvere, πρὸ τοῦ κωμά-
ζειν τὸν νικητήν: vel, ut ſit προκώμιον
aliorum hymnorum ab alijs ſcripto-
rum: id meritò rejicimus; qvum di-
ſertè de προκωμίῳ hujus ſui hymni
loqvatur.

a. 5. Δέξαιτο δ' Αἰακιδᾶν] Confir-
matio Propoſitionis, I. ab Ægina
patria, qvam laudat I. ab incolis Æa-
cidis, II. ab ædificijs & munitionibꝰ,
III. ab hoſpitalitate. IV. à Juſtitia. V.
à Timaſarcho cive reciprocè, h.e. qvi
non minus patriā ornat, qvàm patria
ipſum. II. Propoſitionem confirmat,
à Pa-

à Patre Timaſarchi Timocrito, qvem ſi viveret, Filio hymnos accenturum ominatur; laudatq; I. à peritia Muſicæ. II. à pluribus victorijs Cleonæis, Athenienſibus & Thebanis. III. ab amicitia & cognatione Æginetarum & Thebanorum, qvam illuſtrat exemplo Herculis Thebani & Telamonis Æginetæ, qvi ſocij fuerunt cùm in vaſtatione Ilij; tùm in expugnatione Meropum Coorum; tùm in oppreſsione Alcyonei gigantis: licet hæc tertia victoria magnâ conſtiterit clade ſociorum, ſaxo nimirum duodecim qvadrigis, & viginti qvatuor heroibus à Gigante interemptis. Sed hanc tamen cladem excuſat à fortuna communi in bellis, de qva qvi ſecus judicaret, ἀπειρομάχαν eum eſſe oporteret.

a. 6. εὔπυργον] Lego ἠΰπυργον.

a. 7. δίκᾳ ξεναρκεῖ κοινὸν φέγγος] Aliqvi τὸ κοινὸν φέγγος in accuſativo accipiunt, à verbo δέξαιτο pendente, & ipſum hymnum intelligunt, qvòd τὰ ἔργα κοινῶς φωτίζῃ. Atq; hi τὸ δίκᾳ ξεναρκεῖ, vel in Dativo accipiunt, *Juri hoſpitali commune lumen*, ut *Vulgata verſio & Porti*; vel in Caſu ſexto, *Jure hoſpitij vel hoſpitalitatis*, ut *Lonicerus & Philippus*. Aliqvi rectiùs ad τὸ δέξαιτο, ἀπὸ κοινοῦ ſubaudiendum putant, τὸ ὕμνου προκώμιον: & τὸ κοινὸν φέγγος in Nominativo accipiunt; δίκᾳ ξεναρκεῖ, in caſu ſexto; intelliguntq; ipſam Æginam, qvæ ſit κοινὸς qvaſi ὀφθαλμὸς (auff die jederman ein auge hat) πάντων, διὰ τὴν φιλοξενίαν καὶ δικαιοσύνην. Hoſpitalitatem Æginæ etiam *in præcedente εἴδει* celebravit, dum πολυξέναν, α.3. nominavit: Juſtitiam verò *Olymp. η. Α. 10.* extulit: ἔνθα σώτειρα Διὸς ξενίου πάρεδρος ἀσκεῖτ Θέμις ἔξοχ' ἀνθρώπων. Qvam cauſam & Æacus, qvi Juſtitiæ leg Æginetis præſcripſerat, Judex ap Inferos à Poëtis fingitur. *Jam ju cantem vidimus Æacum. Horat.*

a. 12. τῶδε μέλει κλιθείς] *huic h mno incumbens*, intentus.

a. 13. ὕμνον καλλίνικον] De h ad εἶδος præcedens.

A. 1. Κλεωναίου τ' ἀπ' ἀγῶνος αἱ Κλεωναὶ urbs Argolidis non m gna, dicta vel à Cleone Pelopis F. ut alij volunt, à Cleone Aſopi Fil *Pauſ. Cor.* Cujusmodi autem ἀ Cleonis celebratus intelligatur, n exprimitur.

A. 2. 3. ὅρμον στεφάνων πέμψαντα] ſc: ὕμνον καλλίνικον, qvi miſit *catenam qvaſi coronarum*, h. e. plu mas coronas. Innuit ergò Timoc tum plurimas victorias Cleonæ Athenienſes & Thebanas reporta adeò ut coronarum ὅρμον obtinu rit, qvem ei hymnus καλλίνικος qv miſit vel tradidit, diverſis vicibu dum inter coronandum accineret

A. 4. λιπαρᾶν εὐωνύμων ἀπ' Θηβᾶν] Hîc qvoqve cujuſmodi c tamina intelligatur, incertum, qv plura Athenis fuerint. λιπαρὰς cat, *ſplendidas*, propter res præcl geſtas: εὐωνύμους, propter laudes celebrationes.

A. 5. Θήβαις τ' ἐν ἑπταπύλοι in Iolæis ſc: & Herculanis, qvæ Amphitryonis tumulum fuerunt lebrata.

A. 6. Ἀμφιτρύωνος] *Scholia* exponit Ἀμφιτρυωνίδου id eſt, H culis: ſicut ὑπερίονος ἠελίοιο ap *Homerum*, pro ὑπεριονίδου. Sed crimen eſt, qvòd in ύων deſinen

Pat

atronymicorum rationem habere
ō poſſunt, uti reliqva qvidem in ίων.
A. 8. Καδμεῖοι] *Thebani*, à Ca-
mo Thebarum conditore.
A. 10. Αἰγίνας ἕκατι] *propter Æ-*
nam. Thebe enim & Ægina ſoro-
s fuerunt, Aſopi filiæ, à qvibus hiſ-
locis nomina indita. Notat *Scho-*
ſtes, Thebanis aliqvando, cum A-
enienſibus belligerantibus oracu-
m datum fuiſſe, τοὺς συγγενεῖς ἐλέ-
αι συμμάχους. Illos itaq; Ægine-
s tales judicaſſe, & in συμμαχίαν
ſciviſſe.. In Αἰγίνας media pro
evi ponitur: ut & *Iſthm.η.*ϐ. *14.* vel
gendum Οἰνόπας, qva de voce poſt-
monebitur *ad B. 10.* Scholion fuit
tè arreptum pro textu.
A. 12. ξένιον ἄστυ] ob antiqvum
hoſpitij, qvod Herculi olim cum
aco & Telamone fuit.
. 1. Τρωΐαν] Lego Τροΐαν.
. 2. καρτερός] Lego κράτιστος.
ſet & legi κραταιὸς: niſi fortè
s ideò reſpuat, qvod de Re potiùs
m Perſona hoc nomen uſurpe-
. Alias καρτερός – υ – pro υ – –
eretur per ἰσοδυναμίαν.
. 2. 3. Τελαμὼν πόρθησε] Vide
n. γ. b. 11.
. 3. καὶ Μέροπας] i.e. *Coos inſu-*
s, qvi olim Μέροπες fuerunt di-
Meminit horum etiam *infrà*
m. ς. ϐ. *9.* ut & vaſtationis Ilij, &
yonei oppreſsi. Cos autem vel
eſt inſula maris Carpathij, cujus
olæ olim à Merope Triopæ filio
ominati fuerunt. Occupata Coa
propter Calciopen Eurypyli Re-
nſulæ Filiam, ex qva genuit Her-
s Theſſalum, cujus filij Phidip-
& Antiphus ad Ilium militarunt.
l. & Hom. Il. ϐ.

ϐ. 5. ἔκπαγλον Ἀλκυονῆ] Ἀλκυονεὺς Gigas immaniſsimus, in qvem Hercules prope Iſthmum Thracicum latrocinantem incidit cum Telamone, qvo cum ſocio etiam eum interfecit, ſed perditis prius jactu immanis ſaxi duodecim curribus, & 24. ſeſſoribus; altero ſaxo, qvod in ipſum Herculem contorſerat, clava ab eodem eliſo: qvod in Iſthmo multis ſeculis pòſt jacuiſſe, *Scholiaſtes* ſcribit.

ϐ. 10. δὶς τόσους] Lego *cum Aldo* δὶς τόσσους, h. e. δὶς δυώδεκα, vel εἰκοσιτέσσαρας. Ergò δίφροι fuerunt, in qvorum unoqvoqve dominus cum auriga conſedit.

ϐ. 10. ἀπειρομάχας ἐὼν κε φανείη] Simile eſt dictum *Cæſaris: Errat, qvi in bello eventus omnes ſecundos exſpectat.*

ϐ. 13. ῥέζοντά τι] *Politicè dictum*; ſi qvid præclari agendum eſt, uti qve etiam aliqvid eſt patiendum, vel labore, vel ſumptu, vel utroqve: & vel maximè in bellis, ubi Mars dominatur ἀλλοπρόσαλλος, ut *Iliad.ε.* nominatur. *v.830.* μηδ' ἅζεο θοῦρον Ἄρηα

Τοῦτον μαινόμενον, τυκτὸν κακὸν ἀλλοπρόσαλλον,
ὃς πρώην μὲν ἐμοί τε καὶ Ἥρῃ στεῦτ' ἀγορεύων
Τρωσὶ μαχήσεσθαι, ἀτὰρ Ἀργείοισιν ἀρήξειν:
Νῦν δὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλεῖ, τῶν δὲ λέλασται.

Affine huic eſt illud *Tragicum*: τὸν δρῶντά που τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται. Nec longè abeſt illud Phyſicum: *Agens in agendo repatitur.* Videtur autem tacitè excuſare ſiniſtrum aliqvod qvod Timaſarcho luctanti acciderit, v. g. qvia fortaſsè initiò ſuccumbere,

vel lapſus eſſe, vel tale qvid pati viſus; & tamen recollectis viribus victoria potitus fuit. Cujuſmodi caſus cùm aliàs ſæpiſsimè in bellis eveniũt, tùm ipſum qvoqve Herculem afflixit, qvi tamen nihilominus ſuperior evaſit. Nuſqvam minus enim qvàm in bellis eventus conſilijs reſpondent. Commemorat *Peucerus in præfatione in Verſionem Philippi*, ex antiqvitate, Alexandrum Magnum aliqvando in bello vulneratum, ex hoc ipſo agnoviſſe, militem eum Thebanum eſſe, qvi procul magno clamore qvaſi cõſolaturus Regem, pronunciaverat hunc verſum Pindari, *ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν*. Et non tantùm ſono qvi Bœotijs communis erat, Alexãdrum motum; ſed inſignem etiam hunc verſum Pindari, cujus ſcripta maximi fecit, agnoviſſe, arbitratur.

b. 1. *τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν*] Inſtituit Digreſsionem, cujus qvatuor ſunt membra. Primò enim ipſe ſibi in digrediendo temperationem præcipit, partim à lege *ἐγκωμιαστικῇ* in genere, qvæ ad rem & perſonam laudandam pertinentia afferre jubet, non aliena: vel etiam in ſpecie à pollicitatione ſua, qvam pro lege jam ducit: partim ob temporis brevitatem, qvæ non ſinit prolixè evagari: partim ob deſiderium abſolvendi carminis ante promiſſum novilunium. II. Hanc ſuam digreſsionem defendit, partim animum obfirmando, cùm contra adverſarios, qvibus animoſitatem ſuam palàm omnia agentis: tum contra invidos, qvibus fortunam & in gratia divina fiduciam ſuam opponit: partim ſeipſum ad pergendum exhortãdo, cùm propter carminis ſui ſvavitatem; tùm

qvia gratum futurum multis. Atq
ſic III. in Æginetarum majores
propinqvos, ut omni laude dign
excurrit, v. g. in genere qvoſvis
Oenopa ſive Ægina: Teucrum filiu
Telamonis in Cypro: Aiacem in S
lamine: Achillem in Euxino Pont
Thetidem in Phthia: Neoptolemu
in Epiro: Peleum in Theſſalia, de q
hæc præcipuè commemorat, Qv
Iolcum occupârit, & Theſſaliæ adju
xerit; Qvòd periculum à Crethei
ſtructum evaſerit; qvòd Thetidem
xorem duxerit; qvòd Deos, conviv
nuptiales habuerit; qvòd dona n
ptialia à Dijs acceperit; qvòd pot
tiam poſteris acqviſierit. IV. art
ciosè ex hac Digreſsione ſeſe ad ſ
pum revocat, partim allegoricè, ſu
pta locutione ab ultima navigatio
ad columnas Herculis, ultra qvas
vigatio non tentanda: partim ab i
poſsibilitate omnia Æacidarum
cinora percenſendi.

b. 2. *τεθμὸς*] vel lex encomiaſti
ut voluit *Ariſtarchus*: vel promiſ
Poëtæ intra certum tempus. v. g.
novilunium proximum à victori
vel ſaltem à termino promiſsionis
abſoluturum & traditurum carm
Cujus promiſsionis religio jam P
tæ pro lege eſt, ut expoſuit *Ammon*
Ideò etiam ſubjicit, *ὧραί τ' ἐπει*
μεναι, & qvæ de *νουμηνίᾳ* ſeqvuntu

b. 4. *ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ*] *ἴυγ*
avis qva veneficæ ad illecebras am
utuntur. Theocr: in Pharmac: Poſ
per Metonymiam *Deſiderium ve*
mens, cujus cauſa ignota eſt, & qv
qvaſi per faſcinum inſinuatũ vide
ſignificat, ut & hoc loco. Vide A
giũ *Iynge trahor*, wann einen der
ſtein zeugt. Plura vide *ad Pyt. δ. v. 1*

b. 5.

b. 5. νυμηνίᾳ θιγέμεν] *novilunium* *ttingendi*, ad cujus ſcilicet diem hy- nnum promiſi. θίγειν aliàs cum Ge- itivo conſtruitur, hîc cum Dativo, : & *Pyth. δ. IG. 8.* ἀσυχίᾳ θιγέμεν. *ytb. η. ϛ. 4.* ἀρεταῖς κλειναῖσιν Αἰα- δᾶν θίγοισα. *Pyth. θ. B. 1.* ψεύδει θιγεῖν.

b. 6. 7. 8. καίπερ ἔχει βαθεῖα ποντ- ιὰς ἅλμα μέσσον] *etiamſi profunda* *arina* i. e. maris ſalſedo *medium oc-* *pet*, i. e. qvamvis res videatur ardua ſuperatu difficilis, & multorum prehenſionibus ſit obnoxia, Di- edi videlicet oratione: tamen reſi- ô anime mi adverſariorum inſi- s & reprehenſionibus, & obtende qvaſi vela tua, qvæ vel illis invitis magis promovebuntur. ἅλμα c loco non eſt Neutrum, ſignifi- ns *ſaltum*, uti *Lonicerus & Philippus* ldiderunt: ſed Fœmininum, *Sal-* *inem, vel ſalſuginem maris* ſignifi- ns: ut & *Pyth. ϛ. δ. 15.* ὑπὲρ ἕρκος μας. *Pyth. δ. b. 14.* εἰναλίᾳ σὺν ἅλ- . Sic *Nem. ς. G. 9.* δι᾽ ἅλμας. Il- ab ἅλλομαι Verbale eſt: hoc ab λς *Sal* Denominativum. Qvæ hîc *oliaſtes* affert, de abruptione me- narrationis de Herculè cœptæ, pta ſunt. Faciliùs recipi poſſent, e de remotione Æginæ in medio ſi mari à Thebis, profert. Sed ta- n nec illa ſenſui ſatis ſufficiunt.

. 9. δόξωμεν] Lego δόξομεν, *vi-* *imur.* ut & *Scholia & Aldus* ha- t, & metrum poſtulat.

. 10. 11. δαΐων ὑπέρτεροι ἐν φάει ταβαίνειν] *adverſarijs ſuperiores in* *verſari vel ambulare.* *Lonicerus* è: *alioqvi magis atq; hoſtes noſtri in* *deviare videbimur.* Rectiùs *Scho-* *es* τὸ καταβαίνειν expoſuit διο- ειν. *Portus, palàm in certamen de-* *ſcendere*, non omninò malè.

b. 12. φθονερὰ βλέπων] der da neidiſch ausſicht.

B. 1. χαμαιπετοῖσαν] Vide *Pyth.* *ς. γ. 1.* Philippus, *Humile conſilium.* Potiùs *Irritum.* *Aldus* habet diviſim, χαμαὶ πετοῖσαν, ſed *C. Rittershuſius* ὑφ᾽ ἓν mavult.

B. 1. 2. ἐμοὶ δ᾽ ὁποίαν ἀρετὰν] Reli- gioſa ſententia, in qva nihil niſi agni- tio Chriſti deſideratur. Intelligit autem δύναμιν ποιητικήν.

B. 3. ἔδωκε] Lego ἔνδωκε, *indidit.*

B. 8. Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ] De tri- bus Grecorum harmonijs præcipuis, vide *Ol. ε. A. 6.* Habetur autem mo- dus Lydius pro decenti & honeſto, & juvenibus conveniente. Ideoq; Poëta noſter *Olymp. ε.* Pſaumidi ju- veni licet caneſcenti, λυδίους αὐλούς: *Olymp. ιδ.* Aſopicho παιδί, Λύδιον τρό- πον: hîc Chromio viro Juveni, Λυ- δίαν ἁρμονίαν, ut ætati huic conveni- entem, adornat. Vide *ad Olym. ιδ. ϛ. 6.*

B. 10. Οἰνώνᾳ] i. e. Æginæ, qvæ Οἰ- νώνη vel Οἰνώνα Weinmarckt vel Weinmar olim dicta fuit, nomine communi cum duobus Atticæ δή- μοις, teſte *Strabone lib. 8. Pauſania lib.* *2. & Plinio lib. 4. c. 12. Herodoto in Il-* *rania.* Item Οἰνόπη, ſicut etiam Οἰνό- πα hoc loco erit legendum. Sic *in-* *frà Iſth. η. γ. 1.* νᾶσος Οἰνοπία no- minatur. Et apud *Ovid. lib. 7. Met.*

Oenopiã Minos petit Æacideia regna.
Oenopiam veteres appellavêre: ſed ipſe
Æacus Æginã genitricis nomine dixit.

B. 10. 11. Κύπρῳ, ἔνθα Τεῦκρος ἀπάρχει] Teucer filius Telamonis Æginetæ, qvum ab Ilio reverſus eſ- ſet, Salamine inſula, qvam pater te- nebat, ab eodem prohibitus, qvòd Ajacis fratris αὐτόχειρος curam mi-

nùs habuiſſe judicatus fuiſſet, in Cyprum inſulam conceſsit, ibidemq; Salaminem urbem patriæ inſulæ cognominem condidit. *Pauſ.lib. 8.* Pro *ἀπάρχει*, qvod in Activa διαθέσει in uſu vix habetur; *ἀπάρχομαι* autem *primitias decerpo* notat, Lego cum *Scholiaſte & C.Rittershuſio* ὑπάρχει, id eſt, *primus autor regni eſt*, condita ſc: Salamine.

B. 13. *Αἴας Σαμαμῖν' ἔχει πατρώαν*] non qvidem imperio, qvum vivo adhuc patre Telamone ad Iliũ propria manu conciderit, ſed origine & jure, qvo jure Teucer exilio orbatus fuit: Euryſaces verò Ajacis filius eodem gaviſus, in locum patris ſucceſsit: cujus filius Phylæus civitate Attica donatus, Athenienſibus Inſulam tradidit. *Pauſ. in Att. πατρώαν* appellat, ad differentiam Salaminis urbis Cypri à Teucro poſteà conditæ, qvæ Ajaci *πατρώα* non fuit. Ajacem autem adducit, ut Telamonis Æginetæ filium.

γ. 1. *ἐν δ' εὐξένῳ πελάγει*] Lego, *ἐν εὐξένῳ πελάγει*: metro τὸ δὲ reſpuente, qvod & *Aldus* ignorat.

γ. 2. *Φαεννὰν Ἀχιλλεὺς νᾶσον*] Lego, Ἀχιλεύς. Achillem adducit, ut Pelei Æginetæ filium. Atq; ſic oſtendere vult, qvàm diverſis in locis Æginetæ, & eorum poſteri, imperium ſuum extenderint. qvanqvam hæc qvæ de Achille dicuntur, non de vivo accipienda ſunt, ſed ex ſuperſtitioſa opinione de ejus manibus. Intelligit autem Inſulam Achilleam, alio nomine Λευκὴν appellatam, qvã ob cauſam hîc *μεταληπτικῶς*, *Φαεννὰν* Poëta indigitat. Eſt ea inſula Põti Euxini, in alto ſita, inter oſtia Boryſthenis, & Tyræ qvi ex Dacia in-

fluit, nec ita procul ab Iſtri oſtijs, pã
va admodum, & vix viginti ſtadio
rum ambitu patens, ſilvis undiq; co
denſa, & cum feris tùm mitibus b
ſtijs referta, abundans avibus cand
dis, qvæ *οἱ ἐρωδιοὶ* dictæ ibidem nidi
cant, & gregatim circumvolitante
navigantibus inſulæ indiciũ faciun
Dicitur & *Achillea, & Achillis inſul*
qvòd Thetis Achillis corpus h
tranſportaſſe & tumulo condidi
credatur. Qvam ob cauſam & ſim
lacrum & delubrum Achillis ibi fu
in qvod nulla ingrediebatur ales,
ſi qva fortè advolaſſe, raptim f
gam properabat. Ferunt Achille
hucusq; Iphigeniam à Diana ſur
ptam amore inſecutum fuiſſe. Vid
ri hæc poſſunt apud *Strabonem lib.*
Pauſaniam in Lacon. Plinium l. 4.c.
& 13. Lycophronem Caſſand. Mel
lib. 2. Solinum c. 29. Eadem etiam, τ
μακάρων fuit dicta, teſte *Plinio lib.*
c. 13. fortè qvòd Heroum manes
degere crederentur. Qvo facere
dentur, qvæ *Pauſanias in Laconicis* h
bet: Navigaſſe in Leucen primus
mnium Leonymus Crotoniates
citur. Qvum enim inter Crotoni
tas & Locros in Italia bellum ge
retur, & Locri ob eam, qvæ ipſis e
cum Opuntijs propinqvitatem, A
cem Oilei F. prælium commiſſuri
vocaſſent, Leonymum Crotonia
rum ducem in eam hoſtilis aciei p
tem impreſsione facta, qvam cu
imperio obtinere Ajacem audier
vulnus ajunt in pectore accepiſſe.
eo qvum vehemẽter laboraret, D
phos opem ab oraculo imploratu
veniſſe: reſponſum verò tuliſſe; ſi
Leucẽ inſulam profectus eſſet, Aja
ei vulneris remediũ monſtraturu

Qvu

Qvum verò jam ſanatus domum re-
ertiſſet, commemoraſſe, Achillem,
jacem Oilei F., & Telamonis item
jacem, ſe vidiſſe, cumq; illis unà
atroclum & Antilochum; & Achilli
vidẽm nuptam Helenam, mandaſſe
bi, ut Himeram Siciliæ appulſus
eſichoro nunciaret, oculorum ca-
mitatem ob Helenæ ei iram acci-
ſſe. Ex eo factum, ut carmen con-
ario argumento, qvam παλινῳδίαν
cant, Steſichorus fecerit. *Hæc*
uſanias.

γ. 3. Θέτις δ' κρατεῖ Φθίᾳ] The-
, ut Pelei Æginetæ uxor. Hanc
thiæ regiunculæ Theſſaliæ domi-
tam dicit, vel ratione mariti, qvi
m regiunculam tenuit; vel in ſpe-
, qvia Θετίδειον oppidum & ſacel-
n ab ea cognominatum fuit, qvòd
ſanata fuerit, qvum à Vulcano,
vo arma Achilli fabricata, non
eſtito qvem promiſerat concubi-
, aſtutè abſtulerat, indignante,
llei jactu in pede ſauciata fuiſſet:
ex *Phylarcho Scholiaſtes* notavit.
ατεῖ Φθίᾳ, pro κρατεῖ ἐν Φθίᾳ.

γ. 4. Νεοπτόλεμος δ' Ἀπείρῳ διαπρυσίᾳ] Neoptolemus, hoc eſt, Pyr-
us, Achilis F. ut Pelei Æginetæ
os. Hic Epiro dominatus eſt,
qvidem διαπρυσίᾳ, id eſt *uni-*
ſe, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι πέρατος,
Scholiaſtes rectè exponit, Durch
durch. Aliàs διαπρύσιος eſt *Pe-*
rabilis, qvaſi διαπορεύσιος. Sic
d. θ. διαπρύσιον γεγωνώς, *qvum*
clamaſſet, ut omnium etiam remo-
morum aures penetraſſet, omnium
vam ab initio ad finem. Pleriqve
erpretes reddunt *Epiro celebratæ*,
minùs benè.

γ. 6. βουβόται τόθι πρῶνες] Epi-
rum ut bobus paſcendis aptam de-
ſcribit. Et prædicatur aliàs majeſta-
te boum nobilis Epirus, eò qvòd
Larinus qvidam de Geryonis bobus
Herculi aliqvot ſuffuratus ibi reti-
nuerit, & indolem illam propagâ-
rit: unde & Epiri boves, Λάρινοι
βόες dicti fuerunt, ut *Scholiaſtes* no-
tat. Utrumq;, & βουβοσίαν, & maj-
eſtatem boum Epiri, *Ovidius* ex-
preſsit *lib.* 8. *Met.* de apro Calydo-
nio ita loqvens: *qvanto majores her-*
bida tauros
Non habet Epirus; ſed habent Sicu-
la arva minores.
Plinius lib. 8. *cap.* 45. majeſtatem bo-
um Epiri ad aliam cauſam refert, ad
dilationem ſc. coitus uſqve ad qvar-
tum annum. *In noſtro orbe* (inqvit)
Epiroticis bobus laus maxima, à Pyr-
rhi (ut ferunt) jam inde Regis cura.
Id conſeqvutus eſt, non ante qvadri-
matum ad partus vocando. Prægran-
des itaq; fuêre, hodieq; reliqviæ ſtirpi-
um durant.

γ. 8. Δωδώναθεν] i. e. *à Dodona*
Epiri urbe. Secunda ſyllaba pro bre-
vi ponitur. Videtur deſcribere mon-
tes Acroceraunios. Niſi cum *Aldo*,
legere velimus Δωδόναθεν: cui ta-
men obſtat ſecunda ſyllaba aliàs
ſemper longa per ω.

γ. 9. πρὸς Ἰόνιον πόρον] *ad mare*
uſq; Jonicum. πόρον autem nomi-
nat, qvia ſub Epiro paulò anguſtius
eſt Jonium mare, Epiro & Acarna-
niæ ex una, & Elidi Peloponneſi ex
altera parte interjectum. *Romana*
& Brubachiana habent Ἰώνιον, con-
tra metrum. *Infrà ad Nem.* ζ. *Scho-*
liaſtes hunc locum allegans, Ἰόνιον
πόντον ſcribit; πόρον tamen etiam
legi non diſsimulans.

γ. 11. *λατρείαν Ἰαωλκὸν*] Ἰαωλκὸς vel Ἰωλκός Magneſiæ oppidum, à Peleo Ægineta ſubactum & Theſſaliæ adjunctum hac occaſione juxta Poëtam *in ſeq. εἴδ.*, & h. l. *Scholiaſten*: Cretheis, qvæ hîc Hippolyta dicitur, qvòd Hippolyti eſſet filia, Acaſti Regis Jolci & Magneſiæ uxor, qvum Peleum ad ſui complexum provocans perſvadere ei non potuiſſet, ignominiam reverita, amore in odium converſo, coram Acaſto ſtupri intentati eum accuſavit. Qvi uxori fidem adhibens, Peleum in Pelij montis deſerta perduxit, ibiq; inermem, gladium videlic. à Vulcano factum clâm ei furatus, beſtiis cadaver futurum reliqvit. At Dii Pelei innocentiam commiſerati, per Vulcanum ei gladium novum miſerunt, qvo beſtias irruentes interemit. Atqve ita ſervatus, in Acaſtum copias armavit, & Jolcum ſubjugavit, Theſſaliæq; adjunxit: qvod ſolum ſine exercitu feciſſe εἴδει proximo dixit. Pro *λατρείαν* fortè *λατρίαν* legi debet, cujꝰ Maſculin: *λάτριος* eſt *Olym. 1. b. 1.*

γ. 12. *πολεμίᾳ χειρί*] Lego *πολεμίᾳ χερὶ*.

γ. 13. *Αἱμόνεσσιν*] i. e. *Theſſalis*, qvi & Αἵμονες vel Αἵμονες, ab Hæmone, ut Theſſali à Theſſalo Hęmonis filio, dicti fuerunt. *Strab. l. 9.* ſub finem.

g. 1. 2. 3. *Ἱππολύτας δολίαις τέχναισι χρησάμενος*] Ita omnes qvos vidi habent, ut ſit, *Hippolytæ doloſis artibus uſus*, non qvòd Hippolytæ dolos imitatus, aut Hippolytæ auxilio doloſo uſus fuerit: ſed qvòd dolis ejus ita uſus fuerit, eosq; ita in uſum ſuum converterit, ut inde occaſionem acceperit juſtæ vindictæ, & Jolci capiendæ. Potiùs lego, contra omnes qvos vidi, *δάμαρτος Ἱππολύτας Ἀκάστου, δολίαις τέχναισι χρησαμένης*, poſtqvam Hippolyta doloſis artibus [...] fuiſſet. Qvæ qvales fuerint, jam di[...] eſt, & in ſeqvente εἴδ. Poëta repet[...]

g. 4. *τᾷ Δαιδάλου δὲ μαχαίρ[...]* Gladio, h. e. modo aggrediendi D[...] dali, doloſo ſcilicet. Sicut enim D[...] dalus Minoëm Regem Cretæ n[...] vi aut gladio materiali, ſed dolo [...] tus fuit, dum ſcil. Cocali Siculi ([...] qvem Minos ſe contulerat) filiab[...] perſvaſit, ut per cõtignationem f[...] ventem aqvam in eum dejicerent, [...] qve ita interimerent; qvod *Pauſan[...] in Achaicis* obiter attingit: Ita & [...] caſtus in Pelium montem Pelea e[...] ctum feris dilacerandum doloſè [...] jecit. *Scholiaſtes*. Sed in congruè. [...] *dymus* legit *δαιδάλῳ* i. e. *artificio[...] artificioſè fabrefacto gladio*, à Vul[...] no ſcilicet. (*τὰ δαίδαλα ſunt arti[...] oſa*). Qvia videlicet Acaſtus art[...] cioſum gladium Pelei clam ſurri[...] erat, ut ita in montanis inermis r[...] ctus, à Centauris diſperderetur. [...] qvem ſenſum *Scholiaſtes Heſiodi* v[...] ſus allegat:

ἥδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φα[...]
το βουλή:
*αὐτὸν μὲν * κρύψαι δ' ἀδο[...]*
τι μάχαιραν
καλὴν, ἥν οἱ ἔτευξε περικλυ[...]
ἀμφιγυήεις:
ὡς τὴν μαστεύων οἶος κατὰ [...]
λιον αἰπὺ, (δαμ[...]
αἶψ' ὑπὸ Κενταύροισιν ὀρεσκῴ[...]

Neqve diſplicet hæc *Didymi* lec[...] Niſi qvis *δαιδάλᾳ* potiùs legend[...] putet.

g. 5. *φύτευεν*] non ſtatim intu[...] ſed *plantavit*, h. e. ea fecit, ex qvi[...] initiò tale qvid non appareret, de[...] ceps tamẽ interitus ipſi eveniret, [...] ut dum aliqvid plantatur, nõ ſta[...] fruc[...]

ructus apparet, ſed ſuo poſt tẽpore
roducitur. Et hanc ἔμφασιν Verbũ
φυτεύειν etiam alibi apud noſtrum
Poëtam habet, v.g. *Pyth.* θ.ε.3. θυγα-
τρὶ φυτεύων κλεινότερον γάμον.
Nem. η. Α. 10. σὺν θεῷ φυτευθεὶς ὄλ-
βος. *Pyth.*δ.G 13. θεόπομποί σφισι τι-
μαὶ φύτευθεν. *Iſth.*ς.α.3. σὺν τέ οἱ δαί-
μων φυτεύει δόξαν. Lego potiùs φί-
τυεν, qvod ι producit, qvũ hîc υ pro
nga ponatur. Significat autem φι-
τύω & φιτύω *genero, procreo*, & de
are propriè dicitur. Sic *Sophocles*
jace a.5.ſc.1. φιτεύσας &c. ad qvem
cũ *Schol.* idem monet. Unde & *Pa-*
ὁ φῖτυς appellatur. Sic *Trach.2.*3.
g. 6. Πελίαο παῖς] *Acaſtus filius Pe-*
De Pelia *Pyth* δ. plura habentur.
g.7. ἄλαλκε δὲ Χείρων] Opem ei fe-
ns in expugnanda Jolco; & ulci-
endo Acaſto: qvod tamen εἴδει *præ-*
lente à ſolo Peleo factũ prędicavit.
g. 8. τὸ μόρσιμον Διόθεν] i. e. *qvod ei*
ale à Jove deſtinatum eſſet in poſte-
m, præcipuè qvoad nuptias The-
is.
g.9. ἐκφέρειν] i. e. ἐπεδείκνυε, pa-
ecit.
g. 10. πῦρ δὲ παγκρατὲς] Lego,
ρ δὲ παγκρατές τε. Vel lego *cum*
lo, πῦρ δὲ παγκρατὲς θρασυμα-
,&c. Intelligi vult, Peleum The-
m jam in ignem, jam in Leonem,
in angvem ſeſe transformantẽ,
dẽ conſtrictam ſuperaſſe, & uxo-
duxiſſe. Qva de re ſuprà.
g. 13. ἀκμάν τε δεινοτάτων ὀδόντων]
de Leonis dentibus, vel de Ser-
tis, vel de Tigridis accipiendum.
arias .n. formas Thetis ſeſe trãs-
navit. Vide *Ovid. lib. 11. Met.*
o autem καὶ ἀκμὰν δειν: &c.
.13. χάσαις] *poſtqvam inhibuit.*
aphora à remigantibus, qvi ceſ-
ſantes à remigatione, χάζουσι τὰς κώπας. *Scholiaſtes.*

G.3. εὔκυκλον ἕδραν] i. e. κυκλοτερὲς συμπόσιον in nuptiis. Sic *ſuprà Pyth.* γ. ε. 2. καὶ Κρόνου παῖδας βασιλῆας ἴδον χρυσέαις ἐν ἕδραις. In εὔκυκλον, prima ponitur pro brevi, ſi textus modò mendo caret. Qvi per εὔκυκλον ἕδραν, *Cœlum* intelligunt, parum ad rem faciunt.

G.6. δῶρα καὶ κράτος ἐξέφαναν ἐς γένος αὐτῷ] *Munera nuptialia*, qvæ *Pyth.*γ.ε.3. ἕδνα vocavit, & potentiã exhibuerunt ipſi in genus, h. e. in poſteros. Munera enim obtulerunt omnes Dii, Deæq;, v. g. Neptunus Eqvos; Vulcanus Enſem; alii aliud; ſola Eris non invitata, pomum aureum, cui inſcriptũ fuit, ἡ καλὴ λαβέτω, qvodq; belli Trojani occaſio fuit, inter cõvivantes Deas miſit. Potẽtiam verò qvod attinet, illam ἐς γένος αὐτῷ ἐξέφαναν, adeoq; in Achille & Neoptolemo, eorumq; poſteris abundè præſtiterunt.

G. 7. ἐς γένος] *in poſteritatẽ. Rom. Brub.& Cõmel:* habẽt ἐς γένας, perperam. *Philipp. & Lonic.* alieniùs reddiderunt, *Singuli juxta naturam ſuam.* Cenſet *C. Ritterſhuſius* legendum ἐγγενὲς, qvod ad κράτος relatum facilè ferri poſſet.

G.8. Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατὸν] Τὰ Γάδειρα, *Gades*, inſula prope fretum Herculeũ in Oceano occidentali, ultra qvam navigatio olim videbatur inutilis & impoſsibilis, qvum orbis habitati terminus crederetur. Vide Adagium, *Ad Herculis columnas.* In Γαδείρων ſecunda ſyllaba pro brevi ponitur, Sicut & ſuprà diphthongi tales ante liqvidam correptæ inveniuntur, niſi fortè legendum Γαδέρων.

G.9. πρὸ-

G. 9. *περατὸν*] media producitur.

G. 10. *Εὐρώπαν ποτὶ χέρσον*] In *Εὐρώπαν*, media pro brevi ponitur. Fortè legendum *εὐρίαν*, *ad terram Euriam ſive Orientalem.* Regredere verſus ortum. Sicut enim à *νότος*, *νότιος*, à *ζέφυρος*, *ζεφύριος*: ita & ab *εὖρος*, *εὔριος* dici, abſurdum non eſt.

G. 11. *ἔντεα ναός*] *Remos & vela.*

δ. 1. *Θεανδρίδαισι*] Poſtqvam ex Digreſsione allegoricè ſeſe revocavit; redit nunc ad laudes Timaſarchi, qvem ut ſuprà à Patria & Patre: ita hîc III. à majoribus Theandridis commendat, qvos & crebras victorias Olympicas, Iſthmicas & Nemeas reportaſſe; & *ἐπινικίοις* creberrimis celebratos & ornatos fuiſſe ait. IV. ab avunculo Callicle, qvem dignum prædicat hymno & durabiliſsimo, comparatè cum marmore Pario: & pulcherrimo, comparatè partim cum candore marmoris Parii; partim cum fulgore auri; partim cum dignitate regali. In ſpecie hunc Calliclem prædicat Iſthmionicam. V. ab Avo materno Euphane, gloriæ Calliclis filii ſpectatore, & optimo prædicatore. Qvod *γνώμη* illuſtrat de *αὐτόπταις*. VI. ab Alipte præſtante Meleſia, qvem laudat partim ab Eloqventia & inſuperabilitate orationis; partim ab animo molli, in bonos; aſpero, in adverſos.

δ. 1. *Θεανδρίδαισι*] Theandridis majoribus Timaſarchi, à Theandro qvodam nomen habentibus.

δ. 3. *ἔβαν*] *ego veni*, in prima perſona. *Lonicerus* malè in tertia exp nit, *Præco venit.*

δ. 4. *Ὀλυμπίᾳ τε*] Lego, *Ὀυλυ πίᾳ τε.*

δ. 4. *Ἰσθμοῖ*] Dativus ab *ἡ Ἰσθ* *terra Iſthmi.*

δ. 5. *Νεμέᾳ*] ∪ ∪ – pro – –, per *δυναμίαν.*

δ. 5. *συνθέμενος*] *fœdus pac* Lonicerus, *ornatus*, ineptè. go, contra omnes qvos vidi, *σ θεμένοις. Theandridis cum Olym Iſthmo & Nemea qvaſi fœdus pacti victoriis*: propter earundem cre tatem.

δ. 6. *ἔνθα*] non tantùm refe ad Nemeam, ut aliqvibus vide ſed ſimul etiam ad Olympiam Iſthmum.

δ. 7. *κλυτοκάρπων*] propter riam, qvæ laborum & victoria fructus eſt pulcherrimus.

δ. 8. *ὀ νέον]' ἄνευ*] *Aldus* pe ram *ὀ νέων γ' ἄνευ.*

δ. 9. *πάτραν νιν*] i. e. *φατ ἐκείνην τῶν Θεανδριδῶν* : vel in nere, patriam illam tuam Ægin

δ. 10. *τεὰν*] *συνίζησις* : vel le dum eſt *σάν.*

δ. 12. *πρόπολον ἔμμεναι*] *p ctam & adminiſtratricem eſſe*, it diſpenſet qvaſi victoriales hym qva in re ſuorum civium curam bere videtur vel maximam. We Rohre ſitzt/ ſchneidt jhm gern die Pfeiffe.

δ. 13. *μάτρωι*] id eſt, *θείῳ*, *a culo*, *μητρὸς ἀδελφῷ*. Poſtrema duarum ſyllabarum facienda *συνίζησις.*

d. 1. *στάλαν θέμεν*] *Columna nere*, h. e. Carmen ſcribere. In *λαν* prima pro brevi ponitur.

d.1.2.

d. 1. 2. Παρίϰ λίθϰ λευκοτέραν] ἡ ιάρ☉. Inſula una ex Cycladibus in mari Ægæo, nobilis lapide Pario, ad αρμα ργλυφίαν aptiſsimo, & duabiliſsimo. Foſſæ, unde lapis excis eſt, tractu temporis denuo imlentur, non ſine miraculo, ſicut & etallis in Æthalia inſula, & ſalisdinis in Rhodo contingere ſcribir *Strabo lib. 5. & 10.* Subintelligenum autem eſt verbum θήσω.

d, 6. ἔδειξεν] *Oſtendit, emiſit*, id eſt, tendere vel emittere ſolet.

d. 6. 7. βασιλεῦσιν ἰσοδαίμονα τεύι] *regibus fortuna aqvalem facit.* So wird man dem Keiſer gleich, *ut , in cantico illo de Virtute*) ὁ δαίμων piſsimè *f rtunam* ſignificat, ſive nam ſive malam. Indé εὐδαίμων ix. *Lon cerus* abſqve cauſa reddi-, *Regibus & Diis parem facit.*

d. 8. 9. ἀμφ' Ἀχέροντι ναιετάων] . *jam defunctus.*

d. 12. ἵνα] hoc loco eſt, *qvemaddum, prout.*

d. 11. 12. ὀρσοτριαίνα ἐν ἀγῶνι βατύπϰ] i. e. *in certamine Iſthmico*, ptuno ſacro.

d. 13. θάλησε] lego θάλλησε. Nam αλλέω in uſu eſt. *Plutarch. in Con- ad Apollon:* citat verſum hunc:

Ιῶ δ' ἄμμες, πρόσθ' ἄλλοι ἐθάλλεον, αὐτίκα δ' ἄλλοι.

. 13. Κορινθίοις σελίνοις] *apiis Cobiacis*, hoc eſt, Corona ex apio a- in Iſthmicis ludis, qvorum præs Corinthii erant.

. 1. τὸν] Καλλικλῆ.

. 1. Εὐφάνης] avus maternus aſarchi, pater Calliclis.

. 3. ὁ σὸς ἀείσεται παῖ] Videtextus corruptus. Nam pro ∪– ∪∪–, eſt, ∪∪∪– ∪––.

Senſus autem eſt: Ille Euphanes potiùs celebrabit apud inferos Calliclem filium ſuum etiam defunctum, utpote qvi ſpectator fuerit ipſius victoriæ, & ut σύγχρον☉ eum optimè norit. Ideoq; ſubjicit: ἄλλοισι δ' ἄλικες ἄλλοι, Alii aliis ſunt σύγχρονοι, qvi ſe mutuò rectiùs noverunt, qvàm poſteriores priores. Euphanem hunc, etiam Poëtam fuiſſe hinc colligere licet.

D. 5. τὰ δ' αὐτὸς ἄν τις τύχῃ] Etiam hîc textus corruptus eſt. Lego, τῶν δ' αὐτὸς ἂν τυχέῃ, *Quacunqve ipſe attigerit*, ſc. ea ætate vivens.

D. 7. ἐξοχώτατα φάσθαι] *optimè enarrare*: vel paſsivè, *optimè à ſe enarrari.*

D. 8. οἷον αἰνέων κε Μελησίαν] *Ariſtarchus* Spiritu leni afficit, οἶον, Adverbialiter & θαυμαστικῶς, *Qvàm*, vel *Qvaliter* aliqvis ἔρδα στρέφοι. Rectiùs legemus οἷον, & interpretabimur Nominaliter. *Qvalem laudans qvis Meleſiam*. Qvalem, h. e. nobis ὁμήλικα. Subintelligendum eſt τὶς, qvod & *Scholiaſtes* monet. Hunc Meleſiam autem, qvem *Scholia* genere Athenienſem faciunt, etiam *ſuprà Olymp. η. g. 4.* pluribus celebravit. Fuit in Ægina ἀλείπτης & παγκρατιαστής. Ἀλείπτης autem eſt *unctor certatorum, præcipuè in lucta & pancratio, & tanqvam magiſter ſeu præceptor, in hiſce certaminibus alios informans.* Solebant enim in hiſce certaminibus congredi nudi & inuncti, ut membra partim corroborarentur, partim levore obducta prehendenti adverſario extorqverentur. Obſervat autem Poëta τὸ πρέπον in laude hujus Meleſiæ, verbis ex arte παλαιστικῇ deſumptis, ut perſo-

næ huic cővenientibus uſus, *ςρέφοι, πλέκων, ἀπάλαιςος, ἕλκει, μαλακά, τραχύς.*

D. 9. *ἔριδα ςρέφοι*] *litem omnem avertere qveat*, q. d. Meleſiam citra controverſiam laudare licet. Portus *Contentionem aliqvis torqvebit in æmulum & contentioſum hominem, ſuum adverſarium ſuperabit, & ideò torqvebit:* paulò longiùs recedit.

D. 10. *ῥήματα πλέκων*] Diſertè hæc de Meleſia loqvuntur, ut & *Didymus* rectè judicavit. Et tamen aliqvi in Timaſarchum violentiſſimè detorqvent.

D. 11, *ἐν λόγῳ ἕλκει*] *ψυχαγωγεῖ*. Sicut Rhetorica eſt *ψυχαγωγ*

D. 12. *μαλθακά*] Lego *μαλακ*
De ſenſu ſimili vide *Pyth.* Є. *d.6.* &

D. 12. *ἐσλοῖς*] prior iterum bre
eſt, ut alibi interdum.

D. 13. *τραχὺς*] Doricum pro
nico *τρηχύς*, qvod *α* productum
guit. Exempla de hac voce ſunt p
ra apud Poëtam.

D. 13. *παλιγκότοις*] *inimicis,*
verſariis, qvi temerè iras reſumunt.

D. 13. *ἔφεδρος*] *animadverſor, o*
ſionis ulciſcendi captator, der ei
friſch auff dem Dache iſt / der ei
auff dem Nacken ſitzt / der friſch hi
einem her iſt.

ΕἸΔΟΣ Ε.

ΠΥΘΕᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ ΥἹῼ ΛΑΜ-πωνος, παγκρατιαςῇ.

QVintum hoc εἶδος Pytheæ Lamponis hiſtorici filio Ægin
pancratii victori, eſt dedicatum, qvi etiam in *ſexto Iſthmio*
cum fratre Phylacida, (qvem & *qvintum Iſthmiorum* celeb
& avunculo Euthymene (cujus etiam hîc fit mentio,)
mine celebratur.

Vide pag. ſeqv. ſignum Ӿ.

Ratio verò metrica ita ſe habet:

ςροφ: & ἀντιςρ.	ἐπῳδ.
1. – – ∪ – ∪ – ∪ –	1. – – ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
2. – ∪ – – – ∪ – – –	2. – ∪ – – – ∪ – –
3. ∪ ∪ – ∪ ∪ – – – ∪ ∪	3. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – – – ∪ – –
4. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪	4. – ∪ – – – ∪ –
5. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – –	5. – – ∪ ∪ – ∪ ∪ – –
6. – ∪ – – – ∪ – –	6. – ∪ – – – ∪ –
7. – ∪ – – – ∪ – –	7. – – ∪ – – – ∪ ∪ – – ∪ –
8. – ∪ – – – ∪ –	8. – ∪ ∪ – – – ∪ ∪
9. – – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	9. – – ∪ ∪ – ∪ ∪ – – – ∪ –
10. – – ∪ – – – ∪ – –	10. – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
11. – ∪ – – – ∪ – –	11. ∪ ∪ – – – ∪ – –

Summa & Diſpoſitio hæc eſt:

- *Exordium à collatione*
  - *ſtatuarum*
    - *qvarum artificem ſe non eſſe, fatetur.*
    - *qvæ immotæ in eodem loco manent.*
  - *hymnorum, qvi laudes celebratorum in totum mundum exportant, ceu navis qvascunq; merces.*
- *Propoſitio,* Pytheas eſt celebrandus, *elaborata ad ipſum Hymnū* ἀποστροφῆ.
- *Confirmatio*
  - *1. à Patre Lampone.*
  - *2. à robore.*
  - *3. à victoria Nemea, qvàm exaggerat ab ætate juvenili.*
  - *4. à decore collato in majores Æacidas.*
  - *5. à decore collato in Æginam patriam, qvam laudat*
    - *ab hoſpitalitate.*
    - *ab* εὐανδρίᾳ.
    - *à ſtudio navigationum.*
    - *à celebritate, A. 5.*
- *Digreſſio de Æacidis*
  - *ortum ducentibus ex bellicoſis.*
    - *Saturno.*
    - *Jove.*
    - *Nereidibus.*
  - *è qvibus nominat*
    - *Peleum* } *ex Endeide.*
    - *Telamonem* } *ex Endeide.*
    - *Phocum, ex Pſamathe.*
  - *qvomodo Æginam celebrem fecerint*
    - *viris.*
    - *navibus.*
  - *qvomodo Græciam precibus à ſiccitate noxia liberarint.*
  - *qvomodo Æginam deſeruerint. Sed mavult*
    - *hoc tacere, qvod* γνωμικῶς *effert.*
    - *prædicare eorum*
      - *felicitatem.*
      - *robur.*
      - *bella.*
  - *qvomodo Muſæ & Apollo accinuerint ipſis, in genere.*
    - *in laudibus eorum cum qvovis certare, per cōparationē cum*
      - *ſaltu qvàm maximo.*
      - *pernicitate Aqvilæ.*
  - *qvomodo in ſpecie cecinerint Muſæ in nuptiis Pelei & Thetidis*
    - *de periculo à Cretheide.*
    - *de innocentia Pelei.*
    - *de liberatione ejus ex periculo.*
    - *de matrimonio ejus cum Thetide*
      - *conciliāte Iove.*
      - *cōſentiēte Neptuno.*
- *Regreſſio ad Cōfirmationem.* Vide pag. ſeq.

Regreſſio ad Confirmationem
- *6. à fortuna congenita.*
- *7. ab avunculo Euthymene, qvem prædicat*
  - *à felicitate victoriarum.*
  - *ab hymnis variis.*
  - *reciprocè, à cognato Pythea, ejuſ… (indol…*
- *8. à victoriis*
  - *Nemaica præsēte:*
  - *Æginetica in*
    - *Hydrophoriis.*
    - *Æaciis.*
  - *Megarica.*

  Poſt hæc inſerit approbationem ſtudii Græcorum.
- *9. ab inſigni Alipte & magiſtro Menandro Athenienſi.*
- *10. ab avo materno Themiſtio*
  - *omni laude digniſſimo, qvod effert*
    - *remotivè.*
    - *poſitivè*
      - *propriè.*
      - *allegoricè.*
  - *bis victore in Epidauro*
    - *pugilatu,*
    - *pancratio.*
  - *q̃ gloriam attulit Æginæ*
    - *coronis in Æaceo ſuſ…*
    - *carminibus Gratia… ple…*

ΕἸΔΟΣ Ε.

ΠΥΘΕᾼ ΑΙΓΙΝΗΤῌ ΥἹΩι ΛΑΜπωνος, παγκρατιαστῇ.

στροφ. α. κώ. ια.

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰ-
μ', ὥς τ' ἐλινύσοντά μ' ἐργάζε-
σθαι ἀγάλματ', ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
ἑσταότ'. Ἀλλ' ἐπὶ πάσας
ὁλκάδος, ἔν τ' ἀκάτῳ, γλυκεῖ' ἀοιδὰ
στεῖχ' ἀπ' Αἰγίνας, διαγγέλ-
λοισ' ὅτι Λάμπωνος υἱὸς
Πυθέας εὐρυσθενὴς
νικῆ Νεμείοις παγκρατίου στέφανον.
Οὔπω γένυς φαίνειν τέρειναν
ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν.

ἀν

*Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ ἑνδεκάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Dimetrum
catalectum ex Epitrito tertio & Dijambo. II. Dimetrum hypercatalectum, ex
luobus Epitritis ſecundis. III. Trimetrum brachycatalectum, ex Pæone tertio, E-
itrito primo, & Ionico à minore. IV. Trimetrum catalectum Dactylicum. V.
rimetrum acatalectum, ex Choriambo, Pæone tertio, & Epitrito ſecundo. VI. Di-
netrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. VII. ut ſextum. VIII. Dime-
rum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. IX. Trimetrum acatalectum, ex
pitrito tertio, Ionico à majore, & Choriambo. X. Dimetrum hypercatalectum ex
uobus Epitritis tertijs. XI. ut ſextum & ſeptimum.*

*Ἐπῳδὸς itidem ἑνδεκάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Dimetrum hyperca-
lectum ex Ionico à majore & Choriambo. II. ut ſextum στροφῆς. III. Tri-
etrum acatalecticum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. IV. ut
tavum στροφῆς. V. ut primum ἐπῳδοῦ. VI. ut octavum στροφῆς. VII. Tri-
etrum acatalectum, ex duobus Epitritis tertijs, & interjecto Ionico à majore.
III. Dimetrum acatalectum, ex Choriambo, & Ionico à majore. IX. Trime-
um acatalectum, ex Ionico à majore, Choriambo, & Epitrito tertio. X. Trime-
um catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Ionico à minore. XI. Di-
etrum acatalectum, ex Ionico à Minore & Epitrito ſecundo.*

ODA V.

PYTHEÆ ÆGINETÆ, FILIO LAMponis, Pancratiaſtæ.

α.

*NON ſtatuarius ſum,
ut non-movenda fabri-
cer ſimulacra, ſuper eadem baſi
ſtantia. Sed in qvavis
nave-oneraria & cymba, ô dulce carmen
proficiſcere ab Ægina, nun-
cians, qvòd Lamponis filius
Pytheas robuſtus,
victor-reportarit in-Nemeis Pancratij coronam.
Nondum gena* ei *protulit teneram
matrem floridæ-vitis oporam.*

ἀντιστροφ: α. κώ. ια.

Ἐκ δὲ Κρόνου Διός τε ἥ-
ρωας αἰχματὰς φυτευθέντας,
καὶ ἀπὸ χρυσέων Νηρηΐδων,
Αἰακίδας ἐγέραρεν,
ματρόπολίν τε, φίλαν ξένων ἄρουραν:
τάν ποτ' εὔανδρόν τε, καὶ ναυ-
σὶ κλυτὰν θέσσαντο, πὰρ βω-
μὸν πατρός θ' Ἑλλανίου
στάντες πίτναντ' εἰς αἰθέρα χεῖρας ἁμᾶ,
Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ,
καὶ βία Φώκου κρέοντος,

ἐπῳ. α. κώ. ια.

τοῦ τᾶς Θεοῦ, ὃν Ψαμάθεια
τίκτ' ἐπὶ ῥηγμῖνι πόντου.
Αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν, ἐν δίκᾳ τε
μὴ κεκινδυνευμένον:
πῶς δὴ λίπον εὐκλέα νᾶσον,
καὶ τίς ἄνδρας γ' ἀλκίμους
δαίμων ἀπ' Οἰνώνας ἔλασεν. Στάσομαι.
Οὔ τοι ἅπασα κερδίων,
φαίνοισα πρόσωπον, ἀλάθει' ἀτρεκής.
Καὶ τὸ σιγᾶν, πολλάκις ἐστὶ σοφώ-
τατον ἀνθρώπων νοῆσαι.

στροφ. β. κώ. ια.

Εἰ δ' ὄλβον, ἢ χερῶν βίαν,
ἢ σιδηρίταν ἐπαινῆσαι
πόλεμον δεδόκηται, μακρά μοι
δ' αὐτόθεν ἅλμαθ' ὑποσκά-
πτοι τις: ἔχω γονάτων ἐλαφρὸν ὁρμάν.
Καὶ πέραν πόντοιο πάλλον-
τ' αἰετοί. Πρόφρων δὲ κἀκεί-

a.

Ex Saturno autem Joveq́ he-
roas bellicoſos prognatos,
& ab aureis Nereidibus,
Æacidas decoravit,
metropolinq́, amantem hoſpitum terram:
qvam olim & viris-valentem, & navi-
bus inclytam fundaverunt, ad a-
ram patrisq́ Hellenij
ſtantes tetenderunt ad æthera manus ſimul
Endeidis celebres filij,
& robur Phoci regis,

A.

Deæ filij, *qvem Pſamathea*
peperit in littore maris.
Vereor rem-magnam eloqvi, juſteq́
non perpetratam, licet cum periculo:
qvomodo ſcilicet reliqverint celebrem Inſulam,
& qvæ viros fortes
fortuna ex Oenona expulerit. Stabo reticens.
Non enim omnis utilis eſt,
oſtendens rei apertam *faciem Veritas exacta.*
Et Tacere-poſſe, ſæpè eſt ſapien-
tiſsimum hominum ſcire.

E.

Si verò felicitatem, aut manuum robur,
aut ferreum laudare eorum
bellum viſum-fuerit: etſi *longos mihi*
inde ſaltus fodi-
at aliqvis: tamen *habeo genuum levem impetum.*
Nam & *trans mare libran-*
tur Aqvilæ. Promptus verò etiam-il-

lis ce-

νοις ἄειδεν Παλίῳ
Μοισᾶν ὁ κάλλιστος χορός: ἐν δὲ μέσαις
Φόρμιγγ' Ἀπόλλων ἑπτάγλωσσον
χρυσέῳ πλάκτρῳ διώκων,

ἀντιστροφ: ε. κῶ. ια.

ἁγεῖτο παντοίων νόμων.
Αἱ δὲ, πρώτιστον μὲν ὕμνησαν,
Διὸς ἀρχόμεναι, σεμνὰν Θέτιν,
Πηλέα θ': ὥς τέ νιν ἁβρὰ
Κρηθηῒς Ἱππολύτα δόλῳ πεδᾶσαι
ἤθελε, ξυνεῦνα Μαγνή-
των σκοπὸν πείσαισ' ἀκοίταν
ποικίλοις βουλεύμασι.
Ψεύσταν δὲ ποιητὸν συνέπαξε λόγον,
ὡς ἄρα νυμφείας ἐπείρα
κεῖνος ἐν λέκτροις Ἀκάστου

ἐπῳ. α. κῶ. ια.

εὐνᾶς. Τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν.
Πολλὰ γάρ μιν παντὶ θυμῷ
παρφαμένα λιτάνευεν. Τοῦ δὲ ὀργὰν
κνίζον αἰπεινοὶ λόγοι:
εὐθὺς δ' ἀπανάνατο νύμφαν,
Ξεινίου πατρὸς χόλον
δείσας. Ὁ δ' ἐφράσθη, κατένευσέν τέ οἱ
ὀρσινεφὴς ἐξ οὐρανοῦ
Ζεὺς, ἀθανάτων βασιλεὺς, ὥστ' ἐν τάχει
ποντίαν χρυσαλακάτων τινὰ Νη-
ρεΐδων πράξειν ἄκοιτιν,

στροφ. γ. κῶ. ια.

γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί-
σαις: ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ κλειτὰν
θαμὰ νίσσεται Ἰσθμὸν Δωρίαν:

lis cecinit in-Pelio
Muſarum pulcherrimus chorus: interq́ medias
citharam Apollo ſeptiſonam
aureo plectro pulſans,

b.

præcentor-erat omnigenorum carminum.
Illæ verò, primò qvidem hymno-celebrarunt
à-Jove exorſæ, venerandam Thetin,
Peleumq́: qvomodoq́ ipſum laſciva
Cretheis Hippolyta dolo irretire
voluit, uxor Magne-
tum gubernatorem qvum-perſvaſiſſet maritum
variјs commentis.
Mendacem autem confictum concinnavit ſermonem,
qvaſi ſcilicet conjugialem tentaſſet
ille in ſtratis Acaſti

B.

torum. Sed contrarium erat verum.
Sæpè enim illum toto animo
ad-iniqva-adhortata ſupplex-oravit. Hujus v. animum
angebant moleſti ſermones:
rectaq́ recuſavit hanc *ſponſam,*
Hoſpitalis patris iram
reveritus. Senſit autem hoc, *annuitq́ ipſi*
nubium-excitator ex cœlo
Jupiter, immortalium rex, ut confeſtim
marinarum colum-auream-habentium aliqvam Ne-
reidum efficeret-conjugem,

γ.

affini futuro *Neptuno poſtqvam-id-* Jupiter *-perſva-*
ſiſſet: qvi ab-Ægis ad inclytam
ſæpè proficiſcitur Iſthmum Doriam:

ξ *ubi*

ἔνθά μιν εὔφρονες ἶλαι
σὺν καλάμοιο βοᾷ Θεὸν δέκονται,
καὶ σθένει γύων ἐρίζον-
τι θρασεῖ. Πότμος δὲ κρίνει
συγγενὴς ἔργων περὶ
πάντων. Τὺ δ' Αἰγίνᾳ θεοῦ Εὐθύμενες
Νίκας ἐν ἀγκώνεσσι πιτνῶν,
ποικίλων ἔψαυσας ὕμνων.

ἀντιστροφ. γ. κώ. ια.

* ἤτοι * μεταΐξαντα. καὶ
νῦν τεὸς μάτρως ἀγάλλει σεῖ-
ο ὁμόσπορον ἔθνος Πυθέας.
Ἁ Νεμέα μὲν ἄρηρεν,
μείς τ' ἐπιχώριος, ὃν φίλησ' Ἀπόλλων.
Ἅλικας δ' ἐλθόντας, οἴκοι
τε κρατεῖ, Νίσου τ' ἐν εὐαγ-
κεῖ λόφῳ. Χαίρω δ', ὅτι
ἐσλοῖσι μάρναται πέρι πᾶσα πόλις.
Ἴσθι: γλυκεῖαν τῇ Μενάνδρου
σὺν τύχᾳ, μόχθων ἀμοιβὰν

ἐπῳ. γ. κώ. ια.

καρπώσαο. Χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν
τέκτον' ἀεθληταῖσιν ἔμμεν.
Εἰ δὲ Θεμίστιον ἵκεις ὥς τ' ἀείδειν,
μηκέτι ῥίγει. Δίδου
φωνάν, ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον
πρὸς ζυγὸν καρχασίου,
πύκταν τέ νιν, καὶ παγκρατίου φθέγξαι ἑ-
λεῖν Ἐπιδαύρῳ διπλόαν
νικῶντ' ἀρετάν: προθύροισι δ' Αἰακοῦ,
αὖθι ποιάεντα φέρειν στεφανώ-
ματα, σὺν ξανθαῖς Χάρισσιν.

ubi eum hilares turmæ
cum fiſtulæ clamore Deum excipiunt,
& robore membrorum in honorem ejus *certant audaci. Fortuna autem judicat*
congenita factis de
omnibus. Tu verò in-Ægina, Deæ, ô Euthymenes,
Victoriæ in ulnas prolapſus,
varios attigiſti hymnos.
g.
* * * * * *Etiam*
nunc tuus ex-ſorore-nepos exhilarat tuam conſangvineam gentem Pytheas.
Nemea qvidem adaptata-eſt ei,
menſisq; patrius, qvem amavit Apollo.
Coætaneos verò adventantes domiq; ſuperabat, Niſiq; ad in-valles-devexum tumulum. Gaudeo autem, qvòd
bona-facta exerceat admodum tota civitas.
Scito: dulcem Menandri
cum fortuna, laborum remunerationem
G.
cum-fructu-reportaſti. Oportet autem ab Athenis
artificem athletis eſſe.
Si verò Themiſtium venis ut laudes,
ne porrò exhoreſcas. Ede
vocem, velaq; extende
ad jugum corbis,
pugilemq; eum, & pancratij dicito adeptum-eſſe in-Epidauro duplicem
vincendo virtutem: & ad-veſtibulum Æaci
rurſus herbaceā tuliſſe coronamentā, cum flavis Charitibus.

COMMENTARIUS.

ΟΥ'Κ ἀνδριαντοποιός εἰμι] Partes hujus εἴδȣς qvinqve ſunt: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio & Regreſsio. Exordium ſumitur à collatione Statuarum, qvarum artificem ſe non eſſe fatetur; qvasqve immotas in eodem loco manere ait: & Hymnorum, qvi laudes celebratorum in totum mundum exportant, ceu naves qvæcunqve merces. Propoſitio exornata ἀποςροφῇ ad ipſum Hymnum, eſt: *Pytheas eſt celebrandus*. Confirmatio hujus Propoſitionis ducitur, I. à patre Lampone, II. à robore. III. à victoria Nemea, qvam exaggerat ab ætate juvenili. IV. à decore collato in majores Æacidas. V. à decore collato in patriam Æginam, qvam laudat ab hoſpitalitate, ab εὐανδρίᾳ, à ſtudio navigationum, &, qvod paulò pòſt habetur, à celebritate, dum εὐκλέαν νᾶσον appellat. Atq; his poſterioribus ſtatim aliqva interſperſa ſunt, qvæ ad Digreſsionem pertinent, de qva poſteà.

α. 1. Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμι] Occaſio hujus Exordij, ut *Scholia* habent, inde fuit. Rogaverant Pytheæ amici Poëtam, ut hymnum ejus victoriæ ſcriberet. Qvi qvum tres drachmas aureas (puto legendum *ter mille*, γ' pro γ.) poſtulaſſet, reſpõderant; ſe ſtatuam ei pro hoc precio ponere poſſe. Poſteà tamen γνωσιμαχήσαντες reverſi, ultrò idem precium obtulerant. Poëta igitur, ut oſtenderet eis, qvàm malè initiò ju dicaſſent; collationem hanc init ſtatim inſtituit, Hymnum ſtatuâ lo gè nobiliorem & precioſiorem eſ contendens, non ſine tacito ὀνειδισμῷ judicij ipſorum.

α. 2. ὥς' ἐλλινύσοντ' ἐργάζεσθαι ἀγάλματα] *Brubachiana*, ὡς ἐλλινύζοντά μ' ἐργ: ἀγ. Lego, ὥς' ἐλινύσοντ μ' ἐργ: ἀγ. Ἐλινύειν, *Ceſſare, Qvieſcere, Ocioſum eſſe*. Tales ſunt ſtatuæ, π' αὐτᾶς βαθμίδος ἑσταῦιαι, qvæ n ſeipſas promovent, nec in conſp ctum ullorum veniunt, niſi eorun qvi ipſas acceſſerint. Hymni ve ceu navigijs invecti ſeipſos prom vent, nec adeuntes exſpectant, ſed i ultrò conſpectui qvaſi aliorum ſe offerunt, & ita laudes celebratoru publicas faciunt. Eodem ſenſu *Iſ* β. G. 5. de hymnis ſuis dicit, οὐκ ἐλινύοντας αὐτȣ̀ς εἰργασάμην. *Philipp* reddidit perperam *mobilia*: niſi fo σφάλμα graphicũ eſt pro *immobil*

α. 5. ἐπὶ πάσας ὁλκάδος ἔν τ' ἀκάτῳ] ἡ ὁλκάς, *navis oneraria eſt*, ſc ſchiff. ὁ ἄκατος, *navis actuaria*, ſeid ſchiff. q. d. In qvocunqve navigio ve majore ſive minore, qvacunq; c caſione, Hymnus, laudes Victorur ceu merces vendibiles, in qvaſcun mundi plagas exportat. Deſunt h κώλῳ qvinqve Syllabæ, υ –υ– qvod neminem video animadv tiſſe. Illas ita reſtituo, γλυκεῖ' ἀ δά, conjecturam *Scholijs* ſuppedita tibus. Eſt enim ἀποςροφὴ ad H mnum ſuum in Æginam ad vic rem miſſum.

α. 6.

α. 6. ϛοῖχ' ἀπ' Αἰγίνας] Lego, εῖχ' ἀπ' Αἰγίνας. Non vult Hymnū um in Ægina manere, uti ſtatuam i manere neceſſe eſt, ſed qvavis ocaſione inde in omnes mundi angus evagari, & laudes victoris διαγέλλειν.

α. 7. ὅτι] ultima ſyllaba pro lon ponitur.

α. 7. Λάμπωνος υἱὸς] ὁ Λάμπων ſtoricus Ægineta, qvi bellum Perum Xerxis deſcripſit, ut meminit *uſanias in Laconicis*, *lib*. 3. Vide *hm*. ϛ. *G*. 1.

α. 9. νικῇ] pro νικᾷ. *Scholia*.

α. 9. Νεμίοις] Alii Νεμέοις, Lego μείοις. Ellipſis pro ἐν Νεμείοις. Sic *m*. η. *A*. 9. Νέμειον ἄγαλμα.

α. 10. ὔπω γένυς φαίνειν] Allegoa deſcriptio imberbitatis juveni. *Scholiaſtes* legit γένυσι, ut φαίνειν Nominativum Πυθέας referatur. d ſyllaba in verſu præter ratiom abundans, hanc lectionem icit.

α. 11. ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν] ἡ άνθη, *flos vitis*, hoc loco allegori notat ἴȣλον, *primam barbæ lanugin*. ἡ ὀπώρα, *tempus decerpendorum ctuum*, vel Metonymicè *ipſi frus*; hoc loco *ipſam barbam virilem* tat. Eſt autem ὑπαλλαγὴ dithynbica, pro οἰνάνθαν ματέρ' ὀπώς. Sic *Nemor*. θ. ι. 6. ἀσυχία λεῖ συμπόσιον, pro συμπόσιον λεῖ ἀσυχίαν. Sic *Olymp*. ιγ. . ὕβρις κόρȣ μάτηρ, pro κόρος εως μάτηρ. *Aretius* per οἰνάνθην *demiam* intelligi poſſe, & ὑπαλλαγῆ opus non eſſe cenſet; qvod n probatur. Etſi enim (qvod ille nen non monet) in anno Græcon, qvi à Solſtitio æſtivo initium ſumpſit, ὀπώρα in ordine iſto prior eſt & qvaſi mater futuræ οἰνάνθης: tamen nec natura prior eſt, nec ejus prioritas ad barbitiem juvenis accommodari poteſt, ubi non plena barba τȣ̃ ἰȣ́λȣ, ſed ὁ ἴȣλος illius qvaſi mater cenſeri poteſt.

a. 1. ἐκ Κρόνȣ καὶ ζηνός] Lego ἐκ Κρόνȣ Διός τε. Ex Saturno eſt Chiron, cujus filia Endeis genuit Æaco Peleum & Telamonem: ex Jove eſt Æacus.

a. 3. ἀπὸ χρυσέων Νηρηΐδων] *ab aureis*, id eſt, pulcherrimis Nereidibus, v. g. Pſamathe, qvæ Æaco peperit Phocum: & Thetide, qvæ Peleo Achillem. In χρυσέων, υ hoc loco corripitur, ut & alibi apud noſtrum Poëtam ſæpè.

a. 5. ματρόπολίν τε] Æginam urbem cognominem Inſulæ, qvæ ματρόπολις eſt Salaminis, Cypri, Jolci, Leuces, qvas Aegina oriundi tenuerunt, Telamon, Teucer, Peleus, Achilles.

a. 5. φίλαν ξένων ἄρȣραν] Jam ſæpè ab hoſpitalitate laudata Aegina fuit.

a. 6. τάν ποτ' εὔανδρόν τε] Digreſſio in hiſtoriam Aeacidarum, cujus pars aliqva Confirmationi Propoſitionis hactenus interſperſa fuit; aliqva & qvidem major deinceps ſeorſim pertractatur. Commemorat autem de Aeacidis I. Ortum nobilem imò divinum, ex Saturno, Jove, & Nereidibus. II. Eorundem bellicoſitatem. III. perſonas maximè nobiles & antiqvas, ipſius videlicet Aeaci filios, ex Endeide qvidem Peleum & Telamonem; ex Pſamathe verò Phocum. IV. Qvomodo hi omnes Aeginam inſulam celebrem

ξ 3 fecerint

fecerint viris & navibus. V. Qvomodo precibus ſuis totam Græciam à ſiccitate noxia liberarint. VI. Qvomodo rurſus ex iiſdem, Peleus & Telamon AEginam infortunio qvodam deſerere coacti fuerint. Sed mavult Poëta hoc tacere, (qvod γνώμη de taciturnitate illuſtrat) & aliàs potiùs eorum felicitatem, robur & bella prædicare, imò & in pertractandis laudibus eorum cum qvovis certare. Qvod effert comparatè à ſaltus termino qvàm maximo, & à pernicitate Aqvilæ etiam mare transvolantis. VII. Qvomodo Muſæ & Apollo accinuerint ipſis in genere. VIII. Qvomodo in ſpecie cecinerint Muſæ in nuptiis Pelei & Thetidis, & qvidem de periculo qvod olim impendit Peleo à Cretheide impudica: de Pelei innocentia: & liberatione ejus ex periculo: & de matrimonio ejus cum Thetide, conciliato ei à Jove, conſentiente Neptuno. Inde ſe ad laudes Pytheæ iterum convertit, ut deinceps videbimus.

a. 6. ἔυανδρον] *Viris claram fecerunt*, dum ipſi generoſa virilitate cōſpicuos ſeſe exhibuerunt, & poſteris exemplo fuerunt.

a. 7. ναυσὶ κλυτὰν] Ita enim navigandi ſtudium, qvod horum auſpicio cœperat, in AEgina incrementa & vires accepit, ut Aeginetæ poſteà navalibus copiis, Athenienſibus ferè ipſis fuerint potentiores, & Perſico bello ad Salaminem, non tantùm maximum navium numerum ſecundum Athenienſes deduxerint, ſed & palmam tùm temporis Athenienſibus dubiam fecerint: imò & maris dominium aliqvandiu inter Græcos tenuerint. Vide *Herod: Urania. Str*
bonem lib. 8. Pauſaniam lib. 2.

a. 7. θέοσαντο] De hoc Verbo *H*
ſychius tantum monet, qvid ſigni
cet, v. g. ἐκάθισαν, qvæ ſignificati
huc qvadrat, ἐζήτησαν, ἱκέτευσα
ἐνεδύσαντο. De themate nihil mone
qvod vel θέω, vel θέοσω, vel θέννυμ
vel ſimile analogia innuit.

a. 8. παρ βωμὸν πατέρος Ἑλλαν
ςάντες] Lego πατρός θ' Ἑλλανί
h. e. *ſuis precibus toti Græciæ ſalute*
à Jove impetrârunt. Qvum enim di
turna ſiccitate Græcia laboraret,
non minus reliqva qvæ extra Iſthm
eſt Gręcia, qvàm tota Peloponneſ
cœleſtium aqvarum penuria affec
eſſet; miſsi Delphos ſunt, qvi ex or
culo calamitatis remedium qvæ
rent. Reſpondit Pythia: Jovem pl
candum; utendum verò, modò ve
obſeqvi, AEaco deprecatore. Mi
itaqve ex ſingulis urbibus ad AE
cum, ut deprecationem ſuſcipere
oratum. Ille Jovi Πανελλωίῳ, qve
hîc Poëta Ἑλλάνιον vocat, (qvòd
totius Græciæ ſalutem; inſtantib
omnium totius Græciæ urbium
gatis, invocatus & exoratus fueri
ſacris ritè peractis, & votis nuncup
tis, imbrium Græciam compotem
cit. (Eſt deſumptum ex hiſtoria E
& detortum ad AEacum) ut eſt
pud *Pauſaniam lib. 2.* & *Iſocratem*
Evagora. Utrobiqve ſoli AEa
hoc tribuitur: Poëta verò hoc ad
lios etiam ejus extendit. Πατέ
Ἑλλάνιον nominat Jovem, cùm q
AEacidarum pater eſt, tum qvia
preces AEacidarum, toti Græciæ
lutem contulit: qvo nomine Πανε
λλωίος aliàs dicebatur.

a. 9. π

a. 9. πίτναντο] Prima hîc corripi-ur, *extendebant*, à πίτναμαι, *exten-*o, vel πίτνημι.

a. 9. ἐς αἰθέρα] Lego, εἰς αἰ-θέρα.

a. 10. Ἐνδαΐδος] Fuit hæc Ἐν-ἀΐς vel Ἐνδηΐς Chironis filia, ex qva Eacus Peleum & Telamonem ge-uit, qvi hîc Ἐνδαΐδος ἀρίγνωτες υἱοὶ ominantur. Duæ ſyllabæ: δος ά, ro una longa ponuntur.

a. 11. καὶ βία Φώκου κρέοντος] h. e. *hocus*, Metonymia adjuncti pro bjecto: ſicut apud *Homerum*, μένος λκινόοιο, pro Ἀλκίνοος, & ſimilia ſsim.

A. 1. ὁ τᾶς Θεοῦ, τὸν Ψαμάθεια ικτε] Lego, τοῦ τᾶς Θεοῦ, ὃν Ψαμά-α ἵκτε. Etſi enim ὁ τᾶς Θεοῦ, ntaxi ad ſenſum relatâ defendi ſſet, v. g. ſi βία Φώκου intelligatur Φῶκος, inferri poſſet ὁ τᾶς Θεοῦ: men qvia ſecunda ἐπῳδὸς à di-one Οὐνᾶς incipiens reclamat; li-tertia facilè in ordinem redigi teſt: malo τοῦ [Φώκου] τᾶς Θεοῦ. qvia ultimam in Θεοῦ oportet eſ-brevem, pro τὸν, legendum omni-eſt ὃν. ἡ Ψαμάθεια autem, qvæ & μάθη, Nereidum una fuit, ex qva acus Phocum ſuſcepit. Sicut Πη-όπη, Πηνελόπεια.

A. 2. ἐπὶ] ι producendum: cui rei vida ſubſeqvens inſervit.

A. 3. αἰδέομαι μέγα εἰπεῖν] omodo & qvam ob cauſam Pe- & Telamon AEginam reliqve-, veretur jam commeminiſſe, ne dibus vituperia admiſcere vide-. Intelligit autem cædem ci fratris, de qva *ſuprà ad Ol. η.* dictum eſt.

A. 3. 4. μέγα, ἐν δίκα τε μὴ κε-κινδυνευμένον] μέγα, qvia Homi-nis vitam concernit, imò Fratris: κεκινδυνευμένον, qvia periculum fuit propriæ ſalutis, ſi Phocus dolum ſenſiſſet, & injuriam præveniſſet, imò & pro voto rem perfeciſ-ſent, tamen periculum præſens facilè præviderunt: μὴ ἐν δίκα, qvia homicidium fuit, imò fratricidium. *Scholiaſtes* τὸ ἐν δίκα μὴ κεκινδυνευ-μένον, intelligi poſſe cenſet τὸ, ἀλη-θές. ὁ γὰρ, inqvit, μὴ ἔχει κίνδυνον κατὰ τὴν δίκην, ἀληθές ἐστι. Sed hæc expoſitio huc non qvadrabit.

A. 5. Οὐκλέαν νᾶσον] ita perperam habent *Romana, Brubachiana & Cra-tandrina.* Rectè *Plantiniana & Com-meliniana* habent Οὐκλέα νᾶσον.

A. 6. ἄνδρας ἀλκίμους] Lego, vel ἄνδρας γ' ἀλκίμους, vel ἀνδρῶν ἀλκίμους: ſicut δῖα θεάων: δῖα γυναικῶν. Intelligit autem Peleum & Telamonem.

A 7. ἀποινώσας ἔλασεν] *ultus ex-pulerit*, τὰ ἄποινα ſunt *præmium*, *retributio.* Inde ἀποινόω, *præmio con-digno afficio*, ſive in bonam ſive in ma lam partem, retribuo, ulciſcor. *Scho-liaſtes* legiſſe videtur, ἀπ' Οἰνώνας ἔλασεν: non malè; qvod & retinui: qvum AEgina etiam Οἰνώνα fuerit dicta, ut anteà monitum. Video hoc ἀπ' Οἰνώνας etiam *C. Rittershuſium* probare. Qvod verò *Aretius* ab hac inſula Οἰνώνα, Participium hoc ἀποι-νώσας deductum cenſet; meritò rejicimus: qvum ἀποινωνήσας eſſe oportuiſſet.

A. 7. σάσομαι] *Subſiſtam, Pedem figam*, ulterius non progrediar, h. e. Tacebo.

A. 8. ἄπα-

A. 8. ἅπασα] Lego ἁπάσα, Doricè pro Jonico ἁπάσῃ, qvod α in fine productum arguit.

A. 8. κερδίων] Comparativus pro Poſitivo.

Ϲ. 3. 4. μακρά μοι δ᾽ αὐτόθεν ἅλμαθ᾽ ὑποσκάπτοι τις] Allegoria à πεντάθλοις deſumpta, qvibus σκάμματα ἐσκάπτοντο ἀλλομένοις, aliàs longiora, aliàs breviora. Jubet ergò Poeta ſibi qvaſi ſignum aliqvod in encomiis Aacidarum poni, idq; ſe transſilire poſſe ſperat, fretus carminum ſuorum felicitate. Es ſol mir kein Sprung zu weit ſein. Αὐτόθεν i. e. *in eodem argumento*, ſive de ὄλβῳ, ſive de χερῶν βίᾳ, ſive de πολέμοις Aeacidarum.

Ϲ. 5. ἔχω γονάτων ἐλαφρὰν ὁρμὰν] Manet in Allegoria & Metaphora à ſaltu petita, ſperatq; ex agilitate genuum ſuorum victoriam. In ἐλαφρὰν ultima pro brevi ponitur vel legendum ἐλαφρὸν. Atticè. Sicut ἀγέλαι ὑποδείσαντες *Sophoc. Ajace.* θῆλυς ἐέρση. *Homer.* pro ἀγέλαι ὑποδείσασαι, θήλεια.

Ϲ. 6. καὶ πέραν πόντοιο πάλλοντ᾽ αἰετοί] Nova allegoria ſibi victoriam promittit. Se enim Aqvilæ comparat, qvæ etiam ultra mare transvolat, Graculis & aliis avibus longo intervallo poſt ſe relictis.

Ϲ. 7. πρόφρων] *promptus, lubens*, Lonicerus malè, *Haud imprudenter.*

Ϲ. 7. κἀκείνοις] Αἰακίδαις ſcilicet. *Lonicerus* ad αἰετοὺς referens, *Quibus cum aqvilis Muſarum Chorus canit*, perperam reddidit. Et *Aretius* cum ipſo errat.

Ϲ. 8. ἀείδει] Lego ἄειδεν.

Ϲ. 9. ἐν δὲ μοίσαις] Alii ἐν δὲ μέσαις. Lego ἐν δὲ μέσαις, ſub qv qvidem intelligitur μοίσαις; ſed textum tamen pro eo reponendu non eſt.

Ϲ. 10. φόρμιγγ᾽ ἑπτάγλωσσον id eſt, ἑπτάφωνον. *Citharam Sep ſonam*, hoc eſt, ſeptem χορδαῖς i ſtructam; vel ſeptem diſtinct φθόγγους ſeu ſonos ex percuſſio edentem. *Suprà Pyth.* Ϲ. *G. 11* eode ſenſu ἑπτάκτυπον φόρμιγγα app lavit.

Ϲ. 11. διώκων] Exprimit hoc V bo partim τὸ τάχος τῆς πλήξε ut vult *Scholiaſtes* : partim induſt am pſallentis.

b. 1. παντοίων νομῶν] Lego μων *omnigenorum carminum vel lodiarum.* οἱ νόμοι enim ſunt præ alia ſignificata, *modi Muſici.*

b. 3. Διὸς ἀρχόμεναι] Qvod *prà Nem.* Ϲ. α. 1. Ὁμηρίδαις tribu Ἐκ Διὸς ἄρχεσθαι: idem hîc & M ſis. Simile eſt ferè Exordium γων *Heſiodi*, in qvo etiam Muſas Jovem celebrandum invitat.

b. 4. 5. ἁβρὰ Κρηθηΐς] De hac *Nem.* δ. ſatis dictum.

b. 6. ξυνεῦνα] α finale corr tur. (Potiùs ergò ſcribendum ξυ να) Sed ξυν etiam pro longa nitur: qvaſi ex ξυνός, qvod ide eſt ac κοινός, deſcenderet.

b. 6. 7. μαγνήτων σκοπὸν ἀ των] id eſt, *Acaſtum maritum*, σκοπὸν ſeu ἄρχοντα Μαγνήτω Jolco. Pro ἀκοίταν, Ἄκαστον ſi legeret, non multum erraret. mallem ἀκοίταν, qvum Ἀκάστου lò pòſt fiat mentio.

b. ὡς ἄρα] α prioris ſyllabæ ducendum.

B.

B. 1. ἐυνᾶς] Lonicerus *Sedem* red-
idit, Fortè ἕδραν legit. Sed minùs
ppoſitè.

B. 3. παρφαμβρα] *ſolicitans*, hat
m zugemutet/ vnd ihn zuvberreden
h bemühet.

B. 4. κνίζον] ἐλύπουν. *Schol.*

B. 4. αἰπεινοὶ λόγοι] προσάντεις
ἢ χαλεποί, *Schol.*

B. 6. ξενίου πατρός] *Jovis hoſpita-*
, qvi hoſpitii violati ſeverus ultor
. πατέρα appellat, vel qvia in ge-
re eſt πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε:
l qvia in ſpecie eſt Æaci patris pa-

B. 7. ὁ δ᾽ ἐφράσθη] ὁ ζεὺς ξένιος.

B. 10. ἰνὰ Νηρεΐδων] τὴν Θέτιν
licet.

B. 11. πράξειν ἄκοιτιν] laborio-
n conciliationem Uxoris innuit;
ut & *ſuprà Nem. γ. b. 10.* dixit, κα-
ταρψεν ἐγκονητί.

γ. 1. γαμβρὸν Ποσειδάωνα πεί-
ις] ὁ ζεύς ſcilicet. *Philippus* de ipſo
eo accipit perperam. Perſvaſit
ò Jupiter Neptuno, ut γαμβρὸς
potiùs σύγγαμβρος, *congener &*
us Pelei fieret, ut Peleum in affi-
item bona cum gratia admitte.
Neptunus Amphitriten uxorem
uit; Peleus illius ſororem Theti-
n. haben alſo zwo Schweſtern ge-
.

. 2. Αἰγᾶθεν] *ab Ægis.* αἱ Αἰγαί
la ad Eubœam, è regione Anthe-
is Bœotiæ, ubi Neptunus religi-
ſimè cultus fuit in templo in mõ-
celſo poſito, qvi & inde Ægæus
tunus, & *Lycophroni verſ. 135.* Αἰ-
ών, cognominatus fuit, & ipſum
e Ægæum, ut conjicit *Strabo lib.*
9. Meminit earum & *Home-*
liados ν. *& Odyß.* ε. *v.* 381. Fingit

ergò Neptunum ex Ægis loco ſibi
ſacro, freqventer in Iſthmum ſibi iti-
dem ſacrum commeare, ubi ei ludi
Iſthmici peragebantur.

γ. 4. ἶλαι] αἱ ἶλαι ſunt τάξεις καὶ
συστροφαὶ τῶν νέων ἐν τῷ χορῷ γινό-
μεναι. *Scholiaſtes*, Qvi & εἰλαπίνας
inde dictas cenſet, ὅπου αἱ ἶλαι τῶν
κωμαζόντων μετὰ τὰς νίκας.

γ. 5. καλάμοιο] αὐλῶν, *Scholi-*
aſtes.

γ. 6. καὶ σθένει γυίων ἐρίζονται
θρασεῖ] Iſthmiorum hîc meminit
in gratiam Euthymenis, avunculi
Pytheæ, qvi Iſthmia olim vicerat;
ad qvem paulò poſt ſe convertit.
Scholiaſtes.

γ. 7. πότμος ἢ κρίνει] Abſolu-
ta Digreſsione de Æacidis, redit
jam ad Confirmationem Propoſiti-
onis, ſeu ad laudes Pytheæ, qvem
commendat præter priora, VI. à for-
tuna congenita, γνωμικῶς. VII. ab
avunculo Euthymene, qvem prædi-
cat à felicitate victoriarum; ab hy-
mnis variis; reciprocè à cognato
Pythea, ejuſdem indolis & virtutis
Juvene. VIII. à congerie victoria-
rum, v. g. à Nemaica præſente, Ægi-
netica tàm in Hydrophoriis; qvàm
in AEaciis, & Megarica. Huic mem-
bro ſubjicit approbationem ſtudii
Græcorum, qvòd ἐσλοῖσι μάρναντι.
IX. ab inſigni magiſtro & alipte
Menandro Athenienſi. X. ab avo
materno Themiſtio, qvem omni lau-
de dignisſimum prædicat: qvod ef-
fert, partim Remotivè, non eſſe hæ-
ſitandum: partim Poſitivè, cum
propriè, Vocem in laudes ejus eſſe
promendam: tum Allegoricè, Vela
carminis eſſe qvàm altisſimè ſuſpen-
denda, ut plenisſimum ventum lau-

dum

dum ejus excipere poſsint: bis victorem in Epidauro laudat, ſemel pugilatu, inde pancratio: gloriamq; in Æginam patriam contuliſſe dicit, partim coronas victoriales in templo Æaci ſuſpendendo; partim carmina Gratiarum plena ſecum afferendo, qvibus patria ſimul celebrata fuit.

γ. 7. πότμος δὲ κρίνει συγγενὴς] *Lonicerus* hæc verba ad antecedentia refert, ad σθένει γυίων ἐρίζοντας, *Apud qvos juvenes de omnibus operibus cognata fortuna locum arbitri retinet.* Sed veriùs hîc initium Regreſsionis ad laudes Pytheæ conſtituitur. *Philippus* ſenſum ita expreſsit: *Ut cujusqve fortuna eſt, ita habet exitus*, h. e. Prout aliqvis natura fortunatus eſt, ita & eventus factorum ſortitur. Κρίνει ἔργων περὶ πάντων, effectivè & gubernativè, h. e. κυβερνᾷ ἔργα πάντα. Si autem Signativè, ὑπαλλαγή eſt, pro ἔργα κρίνεται περὶ πότμου συγγενοῦς, hoc eſt, ex eventis cognoſcitur, qva qvis fortuna naturaliter præditus ſit. Simili ſententia utitur *Iſthm.* ε. α. ς. κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμον' ἀνδρῶν. Intelligit autem hoc loco, ut *& Iſth.* α. γ. 6. per πότμον συγγενῆ, vel ut *Olymp.* ιγ. ε. ς. appellat, per δαίμονα γενέθλιον, *fortunam uniuscujusqve genuinam*, qva alter altero felicior vel infelicior eſt naturaliter, ſive ea ab aſtris ſuo modo dependeat, ſive per Genios Dei nutu gubernetur.

γ. 9. 10. θεᾶς Νίκας] lego, θεοῦ Νίκας. Nam & ἡ Θεὸς dicitur. Sicut *& A.* ι. τὸ τᾶς Θεοῦ.

γ. 9. Εὐθύμενες] Εὐθυμένης, μητράδελφος Pytheæ, παγκρατιαστὴς, fortunatiſsimus, qvi propter crebrò reportatas victorias, in uln[...] Victoriæ incidiſſe allegoricè dicit[...]

g. 1. ‒ ‒ ‒ ∪ ‒ ∪ ‒ ∪ Καὶ] Deſu[...] huic colo ab initio ſeptem ſyllab[...] Etſi enim *Romana & Brubachiana* [...] *dit:* ita expleverunt, ἤτοι μεταΐξα[...] τα: Tamen nec Syntaxis cohære[...] nec proſodia ſalvatur, nec ſenſ[...] integer eſt. *Aretius* ita ſalvari poſſe[...] cenſet, ſi præcedens κῶλον ita leg[...] tur, ποικίλον ἔψαυσας ὕμνον, & tu[...] inferatur, ἤτοι μεταΐξαντα. Sed [...] utrumq; κῶλον proſodicè claudic[...] bit, nec ſenſus juſtus dabitur. Poti[...] defectum, aut ſaltem inſignem co[...] ruptionem fateamur: qvumq; co[...] jecturis nihil aſſeqvi poſsimus, [...] medium *ex Codice aliqvo vetuſto*, q[...] hactenus in Nemeis & Iſthmiis n[...] hi uti licuit nullo, exſpectemus.

g. 2. πρὸς μάτρως] i. e. *tuus ex* [...] *rore nepos Pytheas*, qvi tibi per m[...] trem ſuam cognatus eſt.

g. 2. 3. κείνου] lego σεῖο.

g. 3. ὁμόσπορον ἔθνος] id eſt, [...] ginetas.

g. 4. μὲν ἄρηρεν] Paſsivè, *adopta*[...] *eſt ei*, i. e. victoriam Nemeam repo[...] tavit. *Nemea* kömpt jhm recht. Q[...] ſi legeremus, μιν ἄρηρεν?

g. 5. μεὶς τ' ἐπιχώριος] Intel[...] gitur Menſis apud Æginetas Δελφ[...] νιος, Apollini Delphinio ſacer, [...] deoq; ei charus, in qvo ſacra faciu[...] Æginetæ Apollini οἰκιστῇ καὶ δωμ[...] ἴτῃ, ut ex *Pythæneto Scholiaſtes* n[...] tat. Simul etiam certamina inſtitu[...] fuerunt, ὑδροφόρια, ut idem n[...] tat: in qvibus Pytheas victor a[...] qvando evaſit.

g. 6. ἅλικας δ' ἐλθόντας, οἴ[...] τε κρατεῖ] intelligit Æacia, in q[...] b[...]

bus Pytheas, οἴκοι, h. e. *in Ægina*, æ-
qvales Juvenes ἐλθόντας, h. e. *pere-
grinos aliunde profectos* vicit.
g. 7. Νίσου τ' ἐν εὐαγκεῖ λόφῳ]
n colle benè devexo Niſi, h. e. Mega-
is, qvæ olim Niſa dicebantur, à Ni-
o Pandionis ſecundi Filio. Celebra-
antur ibi Pythia Apollini, & Ἀλκα-
θοῖα, de qvibus *ad Iſthm.* η. ζ. 15. in
vorum alteris Pytheas vicit.
g. 8. 9. χαίρω δ' ὅτι ἐσλοῖσι μάρ-
ναται πέρι πᾶσα πόλις] Approbat
udium Græcorum ſuorum, qvòd
mnis civitas Græciæ ἐσλοῖσι μάρ-
ναται, ad bona adſpiret, bona exer-
cat, cùm naturæ indolem ſecuta,
m conſtans propoſitum exſecuta:
q; faciat πέρι, *excellenter, abundan-
r*. Vide *ſuprà Nem.* α. ϛ. 10. qvæ de
ράσει, μάρνασθαι φυᾷ, fuerunt
notata. τὸ μάρναται eſt 3. ſing.
æſ: Sub: Medii, Doricè pro μάρ-
ναται, unde etiam penultimam
oducit. Etſi enim, ut ἵσταται regu-
riter formari deberet. Qvî tamen
formetur, vide *ad Pyth.* δ. *D.* 13.
g. 10. γλυκεῖαν τοι] lego, γλυκεῖαν
Μενάνδρου σὺν τύχᾳ.
g. 10. Μενάνδρου] Fuit hic Μέναν-
δρος, ἀλείπτης ſeu magiſter Pytheæ,
triâ Athenienſis.
g. 11. γλυκεῖαν μόχθων ἀμοιβὰν]
toriam ſcilicet & gloriam.
G. 1. ἐπαύρεο] Ellipſis, pro ἴσθι
ἐπαύρεο, hoc eſt ἐκαρπώσαο, ut
oliaſtes exponit. Et ſanè legen-
n etiam videtur καρπώσαο, me-
ratione ſuffragante. Vult autem
ta non tantùm à felici magiſtro
heam laudare, ſed etiam ipſum
monere, ut ſecundum Deum, ἀλεί-
huic acceptum referat, qvòd vi-

ctoriam hāc reportârit. Præceptoris gloria, eſt etiam diſcipulo glorioſa.

G. 1. χρὴ δ' ἀπ' Ἀθανᾶν τέκτον' ἀεθληταῖσιν ἔμμεν] Non tantùm à patria Athenis, Menandrum commendat: ſed tacitè etiam Athenas, à præſtantia Artificum in omni genere. Von Athen müſſen ſie ſein die rechten Meiſtere. Et ſanè Athenienſes hoc nomine clari fuerunt. Ideò & *Homerus Iliad.* ϐ. Meneſteum Athenienſium ducem ita commendat:

τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ,
κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας:
Νέστωρ οἶος ἔριζεν· ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν.

Κοσμήτωρ ergò Homero eſt, qvi hoc loco Pindaro τέκτων ἀεθληταῖς ὤν, Ein guter Trillmeiſter/ Ein guter Abrichter. Et in ſpecie qvidem παγκρατίου & παλαιστρικῆς inventio Theſeo tribuitur, ut qvi Minotaurum ejusmodi certamine ſuperârit. Aliqvi παλαιστρικὴν Phorbanti Theſei præceptori, vel ut alii volunt, Aurigæ attribuunt. *Iſter* à Minerva πάλιν Theſeum didiciſſe notavit, ut habet *Scholiaſtes*. In ἀεθληταῖσιν eſt συνίζησις. Pro ἔμεν, lego ἔμμεν.

G. 3. εἰ δὲ Θεμίστιον] Θεμίστιος hic, avus maternus Pytheæ fuit. Vide *Iſthm.* ϛ. *g.* 8.

G. 4. μηκέτι ῥίγει] bedencke dich nur nicht ein mal, *noli hæſitare*.

G. 5 ἀνὰ δ' ἱστία τεῖνον πρὸς ζυγὸν καρχασίου] Allegoricè, laudes Pytheæ copioſè pertexendas innuit. τὸ καρχήσιον, eſt *ſummus corbis malo impoſitus*, Maſtkorb / ad qvem uſqve vela attollunt &

extendunt, qvando copioſo volunt uti vento. Vide Adagium, *Summis uti velis.*

G. 8. Ἐπιδαύρῳ] *Epidaurus* Argolidis urbs, AEſculapio ſacra, ubi Ἀσκληπιεῖα celebrabantur.

G. 9. προθύροισι δ' Αἰακοῦ] templo ſcilicet Aeaci, qvod in celeberrimo urbis AEginæ loco ſitum, Αἰάκειον fuit appellatum, *Pauſ. lib.* 2. in

cujus primo ingreſſu Themiſtiu[s]
coronas ſuas ſuſpendere fuit ſoli[tus].

G. 10. ἄνθεα ποιάεντα] lego ἀνθ[…]
rurſus.

G. 11. σὺν ξανθαῖς χάρισιν] *cum*
flavis ſc. qvoad πλοκάμους, h. e. *pul-*
chris Gratiis, Gratiis faventibus, pe[r]
carmina ſcilicet. Lego χάρισσιν, u[t]
Pyth. δ. γ. 14. θέμισσι.

ΕἸΔΟΣ ϛ'.

ΑΛΚΙΜΙΔΗι ΑἸΓΙΝΗΤΗι, παιδὶ παλαιστῇ.

Sextum hoc εἶδος Alcimidæ AEginetæ inſcribitur, qvi in N[e-]
meis Lucta vicit, & qvidem παῖς. Solebant enim & Impube[-]
res ad certamina admitti cum Impuberibus; & Viri cum V[i-]
ris. *Aſclepiades*, ut Scholiaſtes notat, hunc Alcimidem Crete[n-]
ſem eſſe voluit, Theonis cujuſdam Filium. Verum AEgineta[m]
eum eſſe habendum, ſatis ex ipſo hymno liqvet.

Vide pag. ſeqvente ℔.

Typi metrici hi ſunt:

στροφ. & ἀντιστρ.	ἐπῳδ.
1. ∪ – – – ∪ – ∪ ∪ –	1. – ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
2. ∪ – ∪ ∪ ∪ –	2. ∪ ∪ – ∪ ∪ ∪ –
3. – ∪ – ∪ ∪ –	3. – ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ –
4. ∪ – – ∪ – ∪ – ∪ ∪ –	4. – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
5. ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ – –	5. ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
6. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	6. – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪
7. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	7. – – ∪ ∪ – –
8. – – – ∪ – ∪ ∪ –	8. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪
9. – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	9. ∪ – ∪ – – – – –
10. – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	10. ∪ ∪ – ∪ – ∪ – ∪ ∪ –
11. – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	11. ∪ ∪ – ∪ ∪ –
12. – ∪ – ∪ – – ∪ ∪	
13. ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ –	

Summa & diſpoſitio hujus εἴδȣς.

- *Exordium*
  - *ducitur ab Hominum & Deorum*
    - *convenientia*
      - *integra, in communi ortu ex Terra.*
      - *ſecundum qvid*
        - *μεγάλῳ νόῳ, animo.*
        - *Φύσει: donis corporis.*
    - *diſcrepantia*
      - *integra, δυνάμει κεκριμένα*
        - *Dij*
          - *ſunt omnipotentes.*
          - *cœlum incolunt incorruptum.*
          - *ἀθάνατοι ſunt.*
        - *Homines*
          - *ſunt ȣ̓δέν.*
          - *terram incolunt corruptibilem.*
          - *ſunt θνητοί.*
      - *ſecundum qvid, Homines neſciunt Fortunæ & Mortis*
        - *qvalitatem.*
        - *tempus*
          - *diurnum.*
          - *nocturnũ.*
  - *accommodatur ad Alcimidam, qvi & ipſe ex Terra, originem ſuam arguit, naturam ejus repræſentans.*
- *Propoſitio:* Alcimidas eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  - *1. à familia proprio, qvæ*
    - *ceu bona terra per vices*
      - *fructum fert.*
      - *qvieſcit & vires recolligit, ut deinceps iterum fructum ferat.*
    - *ſic per vices victorias reportat. Nam*
      - *certamina ſubierunt, & vicerunt tres*
        - *Alcimidas jam in Nemeis.*
        - *Praxidamas ejus avus qvi*
          - *vicit*
            - *in Olympijs primùm.*
            - *in Iſthmijs qvinqvies.*
            - *in Nemeis ter.*
εἴ τί περ ἂν γ' ἀερθεὶς
ἀνέκραγον. Οὐ τραχύς εἰμι καταθέμεν.
Εἴρειν στεφάνους ἐλα-

præbuerit. *O Theario, tibi*
verò conſentaneam opportunitatem felicitatis Parca

G.

tribuit: conatumq́ honeſtorum te *ſuſcipientem*
prudentia non oblædit mentis.
Hoſpes ſum, tenebricoſum ſummovens
vituperium. Aqvæ velut puræ
rivos, amicum ad virum afferens
decus verum, laudabo.
Conducibilis verò bonis merces hæc.

δ.

Exiſtens autem propè Achæus non reprehendet me vir,
Jonium ſupra mare habitans.
Et amicitia - hoſpitali fretus - ſum: interq́ populares
oculo video ſerenum, non excedens - modum,
violenta omnia pede q. arrepta & projecta *remo-*
vens. Sed inſeqvens lætum
adveniat tempus. Noſcens me *autem aliqvis dicet;*
An ad carmen accedam,
vituperatorium ſermonem proferens.
O Euxenida qvoad - familiam Sogenes, juro
me *non terminum transgreſſum, jaculi inſtar*
æreas - malas - habentis, vibraſſe

d.

celerem lingvam in te. *Qvi eduxiſti è - luctationibus*
cervicem, & robur ſudore - non - aſperſum,
ardentem priusqvam in *ſolem membra inciderent.*
Si labor fuit; delectatio eo *major accedit.*
Sine me, victori gratiam
ſi qva in - altum - ſublatus
vociferatus - ſum. Non aſper ſum ad - perſolvendum.
Nectere coronas levi-

φρὸν, ἀναβαλέο. Μοῖσά τοι
κολλᾷ χρυσὸν, ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ᾽ ἁμᾶ,
καὶ λείριον ἄνθεμον πον-
τίας ὑφελοῖσ᾽ ἐέρσας.

ἐπῳδ. δ. κῶ. ζ.

Διὸς δὲ μεμναμένος ἀμφὶ Νεμέᾳ,
πολυφάτων θρόον ὕμνων δόνει
ἡσυχῇ. Βασιλῆα δὲ Θεῶν
δάπεδον πρέπει ἂν τό-
δε γαρυέμεν εὐθρόᾳ
ὀπί. Λέγοντι γὰρ Αἰακόν
μιν ὑπὸ ματροδόκοις γοναῖς φυτεῦσαι,

στροφὴ ε. κῶ. ιβ.

ἐμᾷ μὲν πολίαρχον εὐωνύμῳ πάτρᾳ
Ἡράκλεες, σέο δὲ προπρεῶνα
μὲν ξεῖνον ἀδελφεόν τ᾽. Εἰ δὲ γεύεται
ἀνδρὸς ἀνήρ: τί φαῖμέν κε γείτον᾽ ἔμμεναι
νόῳ φιλήσαντά γ᾽ ἀτενεῖ,
γείτονι; χάρμα πάντων
ἐπάξιον. Εἰ δ᾽ αὐτὸ καὶ Θεὸς ἂν ἔχοι:
ἐν τίν κ᾽ ἐθέλει, Γίγαν-
τας ὃς ἐδάμασας, εὐτυχῶς
ναίειν πατρὶ Σωγένης, ἀταλὸν ἀμφέπων
θυμὸν, προγόνων ἐϋκτή-
μονα ζαθέαν ἀγυιάν.

ἀντιστροφ: ε. κῶ. ιβ.

Ἐπεὶ, τετραόροισιν ὥθ᾽ ἁρμάτων ζυγοῖς,
ἐν τεμένεσσι δόμον ἔχει τε-
οῖς, ἀμφοτέρας ἰὼν χειρός. Ὦ μάκαρ,
τὶν δ᾽ ἐπέοικεν Ἥραν Πόσιν τε πειθέμεν,
Κόραν τε γλαυκώπιδα. Δυύα-
σαι δὲ βροτοῖσιν ἀλκὰν

ἀμαχο

ter, omitte. Muſa utiqve
*conglutinat aurum, in*ſerit*q; candidum ebur ſimul,*
& ſvavem florem à ma-
rino decerptum rore.

D.

Jovis verò memor occaſione Nemeæ,
celebrium ſonum hymnorum volvito
placidè. Regem verò Deorum
ſolo decet in hoc-
ce prædicare bene-ſonora
voce. Aiunt enim Æacum
ipſum ſub à-matre-excepto ſemine ſeviſſe,

ε.

meæ qvidem gubernatorem illuſtris patriæ
ô Hercules, tuum verò benevolum
qvidem hoſpitem fratremq;. Si verò fruitur
viro vir: qvid diceremus vicinum eſſe
animo diligentem ſerio,
vicino? Gaudium nimirum *omnibus*
præferendum. Si verò illud-ipſum etiam Deus præſtet:
in tua-æde utiqve vult, ô Hercules *Gigan-*
tas qvi domuiſti, feliciter *(fovens*
habitare, tanqvam cum ſuo *patre Sogenes, juvenilem*
animum, ſecundum *majorum opulen-*
tum & *divinum tramitem.*

ϛ.

Qvandoqvidem qvadrijugis velut curruum in jugis,
inter delubra domum habet tu-
a, in *utramvis procedens manum. O beate,*
tibi verò convenit Junonem, Maritumq; ejus *exorare,*
Puellamq; cæſiam. Po-
tes autem mortalibus remedium

difficul-

ἀμαχανιᾶν δυσβάτων θαμὰ διδόμεν.
Ἐὶ γάρ σφισιν ἐμπεδο-
σθενέα βίοτον ἁρμόσαις,
ἥβα λιπαρῷ τε γήραϊ διαπλέκοις
εὐδαίμον' ἐόντα: παίδων
δὲ παῖδες ἔχοιεν αἰεὶ

ἐπῳ. ε. κῶ. ζ.

γέρας τόπερ νῦν, καὶ ἄρειον ὄπιθεν.
Τὸ δ' ἐμὸν οὔποτε φάσει κέαρ
ἀτρόποισι Νεοπτόλεμον ἑλ-
κύσ' ἔπεσι. Τοιαῦτα
δὲ τρὶς τετράκι τ' ἀμπολεῖν,
ἀπορία τελέθει, τέκνοι-
σιν ἅτε μαψιλάκας, Διὸς Κόρινθος.

COMMENTARIUS.

Ἐλείθυια, πάρεδρε Μοιρᾶν] Partes hujus εἴδους ſunt octo. Exordium, Propoſitio, Cõfirmatio, Digreſsio, Regreſſio, Apologia triplex, Apoſtrophe duplex, & Epilogus. Exordium habet Invocationem Lucinæ, qvam celebrat, ut Parcarum πάρεδρον: Junonis filiam: τέκνων φερέτειραν: vitæ & lucis datricem in geneſi ſive diurna ſive nocturna: ſororem Hebes: inclinationis ad certa ſtudia diſtributricem: felicitatis largitricem: virtutis Sogenis autorem. Propoſitio eſt: *Sogenes eſt laudandus.* Confirmatio argumenta laudis habet, I. à patre Thearione. II. à victoria pentathli, III. ab indole naturali. IV. à patria Ægina Φιλομόλπ[…] V. à majoribus Æacidis bellico[…] VI. à virtute Æginetarum qvaſi h[…]reditaria. VII. à ſtudio certam[…]num. VIII. à merito carminum celebrationum.

α. 1. Ἐλείθυια] ita rectè habet […]dina, Romana & Cratandrina. […]liqvæ Εἰλείθυια, metro refragran[…] Eſt autem Ἐλείθυια ſive εἰλείθ[…] eadem qvæ ἡ Ἐλευθώ de qva *ſu[…] ad Olymp.* ϛ. *B.* 14. dictum eſt. […] autem ἡ Ἐλευθώ, ab ἐλεύθειν ibi […] nominata dicitur: ita ἡ εἰλειθ[…] ab ἑλίσσειν vel εἱλίσσειν, vel εἱλίσ[…]σθαι, nomen habet, qvod eſt *vo[…]re, ſicut fuſum volutatur.* Sic a[…] *Ariſtophanem in Ranis*, fœmina […] gallum gallinaceum amiſerat, […]

difficultatum inextricabilium freqventer dare.
O ſi enim ipſis ſtabile - robur - ha-
bentem vitam accommodans,
juventuti lautaq́; ſenectuti intertexas
felicem exiſtentem: filiorum-
q́; filii habeant ſemper

E.

honorem præſentem, & præſtantiorem deinceps.
Meum verò nunqvam cogitabit cor
perverſis Neoptolemum tra-
ctare verbis. - Talia
verò ter qvaterq́; revolvere
inopia eſt, pue-
ris velut nugas - effutiens, Jovis Corinthus.

n ειειειειειειελίσσεται χερῶν. Poeta prima ſyllabæ crebra re-itione ipſam fuſi volutationem primere voluit. Reſpexerunt hac pellatione ad fuſum fatale, qvod cum Parcis naſcenti cuique vol-e fingebatur. Latinis Lucina, d in lucem fœtus producat. Un-*Ovidius lib. 9. Metam. Præpoſitam dis parientibus Ilithyiam* nominat. ærit *Scholiaſtes*, cur Poeta à περσ-νήσει ad Ἐλείθυιαν ordiatur! & ra-nes profert diverſorum diverſas. liqvi putarunt, qvum Lucina σω-ς ſit, qvaſi σώζουσα τὰ γένη, h. e. *rationes & familias conſervans:* ut aliis viſum eſt, τὰ γινόμενα σώ-α, h. e. *naſcentia conſervans:* Poë-ψυχρευσάμενον, hoc eſt, *frigi-diuſculè & minus cùm gratia loqven-tem*, ad nomen hujus Σωγένους vi-ctoris alludentem, illius meminiſſe. Sed hoc rejicitur, qvum nulla ſubſit ὁμωνυμία: qvandoqvidem hoc no-men σωγένης, Lucinæ uſitatè attri-butum non fuit, licet ἐπιλέγεσθαι poſſet. II. Aliqvi putarunt, The-arionem patrem, Lucinæ vota fe-ciſſe, pro naſcendo filio. Sed hoc *Scholiaſtes* dicit eſſe ἀμάρτυρον. III. Aliqvi ſacellum Lucinæ in vi-cinia Sogenis fuiſſe dixerunt. Qvod tamen & ipſum ut ἀνιςόρητον *Scho-liaſtes* rejicit. IV. Aliqvi cenſue-runt, Poëtam ſolere τοὺς ἐκ φύ-σεως ἀγαθοὺς, μᾶλλον τῶν ἐκ διδα-σκαλίας laudare, verbi gratia, *Ol.* ε. 10. *Olymp.* θ. d. 10. *Nem.* γ. *B.* 6.

 Qvumq́;

Qvumq; reliqvorum Deorum dona in ætate plerunqve adultiore contingant: Lucina verò felicitatis naturalis prima datrix, & inclinationum naturalium ad alia atq; alia ſtudia ſtatim in prima infantia collatrix credita fuerit, ut & hîc in textu dicitur: & Sogenes natura qvaſi ad certamina aptus videatur: voluiſſe Poëtam beneficium hoc naturale, ad autorem Lucinam referre. Sed cur hoc in aliorum etiam indole naturali celebranda factum non fuerit, non apparere *Scholiaſtes* dicit. V. *Ariſtodemus Ariſtarchi diſcipulus*, Thearioni patri jam ætate grandiori demum hunc filium, poſt multa vota Lucinæ facta, natum fuiſſe: qvi qvum bonæ indolis fuerit, voluiſſe Poëtam in auſpicio hymni, eam indolem Lucinæ qvaſi acceptam referre. Qvod cum ſecunda ſententia ferè convenit. Verùm & hoc, etſi *Scholiaſtæ* maximè probatur, æquè eſt ἀνιςόρητον. Potiùs qvartæ ſeu penultimæ ſententiæ adſtipulandum videtur. Etſi enim aliorum indolem naturalem prædicans, Lucinæ Poëta non meminit: arbitrij tamen hoc fuiſſe ſciamus, non neceſſitatis. *Lonicerus* ſimilitér cenſet, Poëtam inventionis copia & ubertate ductum, ad Lucinæ numen ſeſe convertiſſe, ob inſignem naturâ Sogeni inditam ad dimicandum agilitatem & fortitudinem: nec opus eſſe, hoc Exordium alijs non diſſimili indole pollentibus etiam accommodari oportuiſſe: qvandoqvidem pauperis ingenij eſſet, unâ in diverſis encomijs Exordij formulâ uti. Sed tamen, neqve de hac
re cum qvopiam diſceptabimu
qvum rationem conſilij vel inſtitu
Poëtici in particularioribus ab un
quoqve poſt tot ſecula introſpic
nec poſſibile ſemper ſit, nec nece
ſe. Solent enim in Encomiis, E
ordia liberiora eſſe, ut & Rhetori
artis Magiſtri monent. Et qvis
berrimum Poëtæ luſum poſt tot
cula rigidè examinet? qvum ne vi
ni qvidem tui tecum loqventis i
tentionem ſemper perſpicias.

α. 1. πάρεδρ@ Μοιρᾶν] lego
Vocativo πάρεδρε, metro ſic exige
te, & *Scholiaſte* conſentiente, li
editiones omnes πάρεδρ@ hab
ant. Πάρεδρ@ autem Parcaru
Lucina dicitur, qvoniam cu
Parcis τὸ τῆς εἱμαρμένης ἐπικλω
σαις, parienti aſſidere credebatu
Inde *Pyth*: *γ.* a. 2. ματροπόλ
appellatur. Et *Olymp. ς. B.*
πραΰμητις Ἐλευθὼ cum Μοίραις,
adnæ parturienti ab Apolline σ
παρέςαται.

α. 1. Μοιρᾶν βαθυφρόνων] h
eſt, *profunda & occulta hominum f
ſcientium.*

α. 2. παῖ μεγαλοσθενέ@ Ἥρ
Junonis filiam Lucinam, etiam
ſiodus facit, Theog. v. 922: ἡ δ' Ἥ
καὶ Ἄρηα, καὶ Εἰλείθυιαν ἔτικτεν.
de & ἡ εἰλείθυια mox ἥβης ſoro
dicitur. Μεγαλοσθενής autem
no dicitur, hoc eſt, *præpotens*, utp
Soror & Conjunx Jovis, & Regi
Deorum ac Dearum.

α. 3. ἄνευ σέθεν] *ſine tuo num
& auſpicio.*

α. 4. οὐ φάος, οὐ μέλαιναν δ
κέντες εὐφρόναν] hoc eſt, *ſine te no
poſſumus ad pubertatem pervenire,*
di

iem ſive noctem aſpexerimus, hoc eſt, ve diurni ſive nocturni nati ſimus, ſi ſcilicet in primo ortu faveas vitæ oſtræ. *Scholiaſtes*. *Aretius* minùs enè: *Sine te ne qvidem naſci in hunc undum poſſumus, nec rectè mori.* ox autem εὐφρόνη dicitur, *à benè piendo*, quòd meditationibus ob anquillitatem ſit apta. Vide *Plutarchum* περὶ πολυπραγμοσύνης, & .7. *Sympoſ. quæſt.* 9.

α. 5. ἀδελφεὰν] Synizeſis. Vel gendum ἀδελφὰν.

α. 5. ἐλάχομεν] *Aldus* omiſſo aunento habet λάχομεν contra meum.

α. 6. ἀγλαόγυιον ἥβαν] circa mpus enim pubertatis & ἀκμῆς, omines omnium pulcherrimi ſunt, oad membra corporis, & robore lentiſsimi.

α. 7. ἀναπνέομεν δ' ὀυχ ἅπαντες] eſt, *non omnes ad idem ſtudij genus à tura adſpiramus.* Qvod & ipſum Ἐλειθυίᾳ tribuit. ἀναπνέομεν aum, tanqvam naturali qvodam imlſu: ſicut aërem naturæ impulſu ptamus.

α. 7. ἐπὶ ἴσα] *Aldus* ἐπὶ ἴσον bet, σφάλμαλι γραφικῷ. Subinlige πράγματα.

α. 8. εἴργει δὲ πότμῳ] αἰτιολογία, are non omnes ad idem ſtudium ramur: qvia ſcilicet unusqvisqve culiari fato copulatus eſt, & alius oinde alia impedimenta habet, o minùs idem cum alijs ſtudium ectet. Alium paupertas impe; alium corporis debilitas, alium ud.

α. 8. 9. ζυγὸν θ' ἕτερον ἕτερα] Ita leint omnes. Reddideruntq; Philippus: *Aliud jugum alios ſeparat à beatitudine.* Lonicerus: *Alia res alio nos jugo à felicitate ſeparant.* Vulgata: *Aliud alia ſtatera arcet à felicitate.* Lugdunenſis editio: *Alia alteram ſtateram arcent à felicitate.* Qvæ *Aretius* ita exponit: *Jugum hoc loco neceſsitatem vitæ, qvam Deus nobis imponit, appellat, & vitæ conditionem, ad qvam qvilibet natura naſcitur. Illud jugum varium & multiplex eſt: itaqve* ἕτερον ζυγὸν *appellat. Arcet nos id* πότμῳ ἑτέρα, *ab alia felicitate.* Ita enim in fœminino Aretius accipit, & *cum Aldina ac Romana* ἑτέρα *legit. Semper enim vicini pecus pingvius uber habet, & aliena ſeges felicior apparet: ea dum admiramur, noſtra qvodammodo contemnimus. Admonet ergò nos, qvemqve in ea conditione, in qvam Natura & Deo jubente natus eſt, contentum vivere oportere: ac cogitare, ut qvilibet calceus non cuiqve pedi accommodari poteſt: ita minùs qvodvis vitæ genus cuiqve competere. Hæc Deus agit & diſtribuit pro ſua libera voluntate.* Hæc Aretius.

Lego autem: εἴργει δὲ πότμῳ ζυγένθ' ἕτερον ἕτερα, id eſt, *alia alium fato ſuo copulatum & quaſi affixum arcent vel prohibent*, quo minùs ſcilicet ad eadem adſpiremus omnes. Et ſic etiam legiſſe videtur *Scholiaſtes* exponens διαζεύγνυσιν ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων. Eſt Aor: 2. Part: Paſſ: à ζεύγω inuſitato formatus: à qvo non tantùm alia tempora exſtant, ut ζεῦξον, *Olymp*: ϛ. ϐ. ι. ζεῦξαι, *Olymp*. ιγ. G. 3. & *Nem*: α. α. 10. ζεύξω. *Iſthm.* α. α. 7. ἔζευξα. *Pyth.* ι. d. 8. ζεύξασα. *Pyth.* δ. 1. 14. ζευχθεὶς. *Olymp*: γ. a. 2. Qvod ideo pluribus

 exem-

exemplis confirmo, ut videat *Iſte*, qvi nuper hanc lectionem ſugillavit, à Verbis in υμι hyperdiſyllabis præter Præſens & Imperfectum, nullum aliud formari, ex Grammatica obiter inſpecta, tanqvam Gorgoneum objiciens, & proinde σολοίκως me ζυγεὶς ἐντ@ inde formare garriens. Qvaſi verò non aliunde poſsint Tempora mutuò ſumi, verbi gratia à ζεύγω. Et ut videas etiam hoc Participii tempus dari, inſpice *Iſthm.* ζ. ϐ. 2. ἐπέων ῥοαῖσιν ζυγέν. Qvid hîc dices? *Euripides* qvoqve in Indicativo, eodem Tempore uſus eſt, citante Stephano, γάμοισιν ἐζύγης *nuptiarum iugum ſubiiſti.* I nunc & nega hoc Tempus, Sciole, vel ſi mavis Zoile.

α. 9. σωὶ δὲ τὶν] *Tecum verò*, Philippus. hoc eſt, *tuo auſpicio*, te juvante. διὰ σέ. *Scholiaſtes.*

α. 10. ἀρετᾷ κριθεὶς] *virtute iudicatus*, hoc eſt, nobilis. der in probatione virtutis beſtanden iſt, virtute excellens. Sic κριτὸς alibi accipitur, verbi gratia, *Pyth.* δ. γ. 7. *Iſth.* η. ζ. 11.

α. 11. εὔδοξ@] *Aldus* ἔνδοξ@. Senſu ferè eodem.

a. 1. πόλιν φιλόμολπον] Æginam ſcilicet, multis carminibus celebrem, & cantus qvaſi ſtudioſam, ob crebros victores in certaminibus, ideoqve carminibus celebrari ſolitam.

a. 1. 2. δορικτύπων Αἰακιδᾶν] *Æacidarum haſticreporum*, hoc eſt, bellicoſorum. Αἰακίδαι πολέμῳ κεχαρηότες ἠΰτε δαιτί.

a. 2. ἐθέλοντι] ſc. οἱ οἰκοῦντες τὴν Αἴγιναν. Vel, Thearion & ejus filius Sogenes.

a. 3. σύμπειρον ἀγωνίᾳ θυμόν Reddunt pleriqve; unà [cum majoribus ſcilicet] peritum certaminis animum. Sed huic redditioni Dativus ἀγωνίᾳ refragatur. Reqvireretur enim Genitivus. *Scholiaſtes* exponit συμπεπερασμένον, qvod non hîc notat *finitum, abſolutum & perfectum* ut *Aretius* reddit: Sed *Conterminum*, vicinum τῇ ἀγωνίᾳ, hoc eſt animum certaminibus deditum; animum cujus omnes operationes ſunt ὅμοροι ἀγωνίαις, ad certamina collimant. Ut ἄπειρ@ eſt non tantùm *Imperitus*, ſed etiam *Interminatus*: ſic σύμπειρ@ non tantum erit *Una peritus*, ab ἡ πεῖρα *Experientia*: ſed etiam *Conterminus, Confinis*, ὅμορ@, τὸ πέρας vel πεῖρας, *terminus*. Idem tamen *Scholiaſtes* exponit πειρᾶσθαι θέλουσι τῶν ἀγώνων, vel ἐνεργεῖν θέλουσι διὰ τῆς πείρας. *Volunt æqve periti eſſe in certamine Qvinqvertii*, qvod Peleus adinveniſſe creditur.

a. 4. εἰ δὲ τύχῃ τις ἔρδων] id eſt *Si qvis præclari aliqvid geſſerit.* We[nn] einer etwas ausrichtet.

a. 4. μελίφρον' αἰτίαν] hæc verba non ad ἔρδων pertinent, uti *Brubachiana editio* diſtingvit: ſed ad ſeqvens verbum. Eſt autem μελίφρων αἰτία, hoc loco, *dulcis & ſuavis materia laudis*, qvæ ῥοαῖς Μοισᾶν, id eſt, *fluxibus venæ poëticæ* injicitur, hoc eſt, ipſa virtus, qvæ materiam laudis Poëtis ſuppeditat copioſam & abundantem. Αἰτία, qvod in genere cauſam qvamcunqve ſignificat, hîc in ſpecie *Materialem* notat, ſeu *Materiam*, ὕλην.

a. 5. ἔβαλεν] Lego ἐνέβαλεν, qvod & metrum poſtulat, & *Scholiaſtes* habet.

a. 6. τ

a 6. ταὶ μαγάλαι γδ ἀλκαὶ.] Qvarta pars hujus εἴδους, Digreſſio laudem Poëticæ, maxima parte Effectis, I. Qvia præclara facta tenebris eripit. II. Exhibet ſpe-lum virtutis in exemplis celebra-rum. III. Memoriæ poſteritatis æclarè geſta tradit. IV. Remune-t labores virtutis. V. à ſapienti-is & providis maturè conciliatur. I. Divitijs potior eſt, qvæ à morte minem liberare poſſunt. VII. In-r æquali lege mortuos, ſive divites e pauperes, celebratorum memo-m facit immortalem. Declara-r hoc exemplo duplici, Ulyſſis & acis. Ulyſſis qvidem, cuius fama bus geſtis aut laboribus exantlatis jor eſt, propter Homeri celebra-is ἀδυέπειαν & σεμνότητα: pro-et fabularum probabilitatem: & opter hominum credulitatem. Ai-s verò, qvi pro meritis minùs lau-tus, & præmio virtutis ſuæ, Armis hilleis, iniquo judicio defrauda-s fuit; qvum tamen omnium Græ-rum excepto Achille fuerit fortiſ-nus: imò & gladio ſeipſum trans-iſſe hodiè dicitur. Qvod tamen dubium Poëta vocat. Et ſi vel ma-nè verum eſſet: excuſat tamen auſis, I. Iracundia & indignatio-. II. à communi fato mortis. . à cæcitate mentis humanæ. IIX. a bellatoribus, qvi defenſionem triæ ſuſcipiunt, honorem immor-em, Deo favente, conciliat. Qvod ſtrat exemplo Neoptolemi, qvi ſalute Græcorum re feliciter ge-, & Ilio capto, Delphis poſteà cæ-fuit: & tamen præconio adhuc ebris eſt: qviqve poſteris ſuis re-um Epiroticum cum honore per-petuo reliqvit. Cuius cædem excu-ſat, à cauſa, quia non ob ſcelus, ſed in rixa de non violanda religione ſa-crorum cæſus fuit. II. à judicio Del-phorum, qvi ægrè hanc cædem tule-runt. III. à fato cui debitum fuit exſolvendum. IV. ab honore ſepul-turæ in ſacello Apollinis, cui iam qvaſi cohabitat. V. à gloria poſt mortem, in inſpectione ſacrorum Apollinis. Subjicit γνώμην, qva par-tim hanc excuſationem præcidit, à bonitate cauſæ, cui vel tria verba ſufficiunt: partim ſequentibus fidem facit, quòd videlicet Neoptolemus Inſpectioni ſacrorum Apollinis præ-fectus, fideliter officio præſit.

a 6. ταὶ μεγάλαι γὰρ ἀλκαὶ] ταὶ pro αἱ Articulo præpoſitivo. De laudibus Poëticæ ſimilibus, vide *Ciceronem pro Archia.*

a. 8. 9. ἔσοπτρον] *ſpeculum, in qvod intueantur alij.* Carmina intel-ligit, qvæ virtutem celebrant, eamq; qvaſi in ſpeculo nitidiſſimo contem-plandam omnibus exhibent.

a. 9. ἐνὶ σὺν τρόπῳ] hic modus unicus mox in ſeqventibus declara-tur, εἰ μνημοσύνας ἕκατι &c. Uni-cum autem hunc modum prædicat. Nam alia monumenta omnia, ut ſta-tuæ &c. vetuſtate tandem abolen-tur. Sola carmina ſunt perpetua.

a. 11. εὕρηταί τις] Lego, εὕρηται.

a 11. εὕρηται ἄποινα μόχθων] *Lonicerus* duplicem horum verborum ſenſum exponit. Vel enim per τὶς, notatur *aliqvis victor aut aliàs virtu-te inſignis*: per μόχθων, *labores & ex-ercitia virtutis*: per ἄποινα, *præmia virtutis, victoria videlicet, & gloria im-mortalis*: per κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς, *cauſa efficiens, celebratio videlicet Poëti-*

 ca.

ea. Ut ſit ſenſus: Unicum hunc eſſe modum, exemplum & qvaſi ſpeculum virtutis alijs proponendi, ſi qvis nimirum laborum ſuorum præmia, gloriã videlicet immortalem, carminibus inveniat. Vel per ἴις, notatur *aliqvis Poëta:* per μόχθων, *labores ſcribendi carmina, & celebrandi homines virtute inſignes:* per ἄποινα, *præmia illius laboris Poëtici, honoraria condigna:* per κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς, *cauſa inſtrumentalis & meritoria.* Ut ſenſus ſit: Unicum hunc eſſe modum, exemplum & ſpeculum virtutis ſuæ alijs proponendi, ſi ſcilicet Poëtæ condigno afficiantur præmio: ſi præmia laboribus ſuis digna Poëta accipiat. Ita enim carminibus ille ſuis virtutem celebrare, & ceu ſpeculum omnium oculis exponere poterit. Qvæ poſterior expoſitio, etiam hoc loco φιλοκέρδειαν Pindari notat. Qvanqvam non iniqvè aut inhoneſtè poſtulatur, qvod honeſto labore qvis meretur: præſertim qvi inde victitare cogitur.

A. 1. σοφοὶ δὲ μέλλοντα] ſcilicet κυβερνητῆρες, quaſi dicat, quemadmodum prudentes nautæ etiam perendinum ventum antè cognoſcere ſatagunt, nec præſens lucrum ita amant, ut futurum negligant, nec lucri cupiditate vento non explorato navem ſolvunt: Ita & illi qvi virtuti & famæ ſuæ rectè conſultum volunt, triduo antè, hoc eſt maturè debent de futura ſuæ virtutis ad poſteros propagatione ſoliciti eſſe, & maturè Poëticam celebrationem ſibi conciliare, inq; re ea nulli ſumptui parcere.

A. 2. ἔμαθον] *cognoſcere ſolent.* Notatur enim actio ſolita. Eadem ſignificatio eſt in βάλον.

A. 3. ἀφνεός τε πενιχρός τε] Lego vel, ἀφνεός τε πένης τε: vel potius cum Aldo, ἀφνεὸς πενιχρός τε Senſus autem eſt: Qvum omnibu æquè moriendum ſit, divitibus & pauperibus, nec divitiæ qvenqvam à morte liberare poſſint, Carmina verò immortales faciant: pate Carmina divitijs longè præſtantiora, ideoq; nullo non precio redimenda eſſe.

A. 4. θανάτου πάρα σῆμα νέονται] *ad mortis ſepulcrum tendunt ve proficiſcuntur.* Lonicerus reddidi *commorantur:* Philippus, *habitant* qvaſi legiſſent ναίονται. *Aldus* σφάλματι γραφικῷ habet, σῶμα.

A. 5. πλέον ἔλπομαι] Ita omni quæ vidi exempla habent. Lego πλέον᾽ ἔλπομαι, ut τὸ πλέονα ad λόγον referatur. τὸ ἔλπομαι hoc loco non eſt *ſpero,* ſed *cogito, exiſtimo, cenſeo,* ut & alibi apud noſtrum.

A. 6. πλέονα λόγον] *majorem famam,* ut & λόγος alibi apud noſtrum accipitur. verbi gratia *infrà* 4. *Iſth:* ε. β. 6. & η. ζ. 1. &c. Ali qvi reddiderunt, *majorem ſapientiam* minùs benè.

A. 6. Ὀδυσσέος] *Aldus* Ὀδυσσίως, metro reclamante.

Β. 1. ἐπεὶ ψευδέεσσίν οἱ] Lego ψευδέσσιν οἱ. τὰ ψεύδεα hîc non tàn ſunt *mendacia* animo mentien prolata, qvàm *inventiones ingenioſæ* docendi & delectandi cauſa excogitatæ. Sic πολλὰ ψεύδονται ἀοιδο Τὸ οἷ, ut ſæpè alibi, pro Genitivo ponitur. *Ineſt illi in figmentis,* pro, in figmentis illius.

Β.

Ϛ. 1. ποτανᾷ μαχανᾷ] Deeſt
revis. Lego, ποτανᾷ γε μαχανᾷ,
leri & volucri artificio, qvo totum
rbem terræ Homerus pervolavit.
onicerus reddit, *deſiderabili*, qvaſi le-
erit ποθεινᾷ.

Ϛ. 2. σεμνὸν ἔπεστί τι] *ineſt quadam*
avitas & majeſtas. De σεμνότητι
de *Hermogenem* περὶ ἰδέων, *tomo 1.*
p.5. Ariſtotelem in Rhetoricis, Plato-
m, & Quintilianum.

Ϛ. 4. 5. εἰ γὰρ ἦν ἐὰν ἀλάθειαν εἰ-
μεν] Aliqvi legunt ἐὰν, id eſt, τὴν
ὑτοῦ. *Scholiaſtes* ſecutus *Dionyſi-*
Charmidæ filium, mavult ἐὰν ſpi-
u leni, non ut ſit Conjunctio, ſed
omen Adjectivum, qvod exponit
αν καὶ δὲ οὐσαν, ſeu ἐτύμην, *meram*
genuinam veritatem: quaſi ab ὁ ἐός,
ά, τὸ ἐόν. Pro εἰδέμεν, lego ἰδέ-
. Senſum ita *Philippus* expreſſit:
veritatem ſciremus: non propter ar-
iratus Ajax fixiſſet in præcordijs la-
n enſem. quaſi dicat, ſi genuinam
toriam de Ajace noſſemus, fortè
gè aliter αὐτοχειρία ejus ſe habe-
, atq; vulgò nunc commemora-

. 6. ὅπλων] ſcil. ἕνεκα.

. 8. λευρὸν ξίφος] *Scholiaſtes*
onit πλατύ; ſed mavult πλάγιον,
q; è lateri inflictum. Heſychius ex-
nit λεῖον, *leve*, glatt vnd blanck.

. 8. 9. ὃν κράτιστον Ἀχιλλέος
] id eſt, *quem excepto Achille*,
iſſimum. Similia vide ex *Home-*
ſtimonijs *ad Iſthm*: δ. γ. 3. *Sic So-*
les Ajace 5.2. πλὴν Ἀχιλλέως ἄ-
ιδε ἄριστον Ἀργείων, ſub perſona
ſſis eum nominat. *Lonicerus* in-
e reddidit: *Quem optimum Achil-*
in prælio comitem, Lego autem

Ἀχιλέος, vel ι aliàs ante λλ corri-
piendum.

Ϛ. 10. ξανθῷ Μενέλα], id eſt,
πυῤῥῷ, qualem *Dares Phrygius* agno-
ſcit: qvo ſenſu & *Euripides Oreſte*
nominat ξανθοῖς ἐπ' ὤμων βοστρύ-
χοις γαυρούμενον. Imò *Nem.* θ. δ. 4.
in genere omnes Danaos ξανθοκό-
μας appellat. ὁ Μενέλας autem hîc
ἑτεροκλίτως ponitur pro Μενέλαος,
ut *ſuprà Pyth*: δ. ſexies, & infrà *Nem*:
ια. ſemel, Ἀρκεσίλας pro Ἀρκεσίλα-
ος.

Ϛ. 12. εὐθυπνόου ζεφυρίου] ex Græ-
cia enim Occidentaliore, per mare
Ægæum in Troadem Aſiæ Orienta-
liorem navigaturis, Zephyrus com-
modus eſt.

b. 1. πρὸς Ἴλου πόλιν] ad Ilium,
conditum ab Ilo. *Strabo lib.* 13.

b. 2. κῦμ' ἀΐδαο. Πέσε δ' ἀδόκη-
τον] Lego omiſſa diſtinctione, κῦ-
μ' ἀΐδαο πεδ' ἀδόκητον. πεδὰ Doricè
& Æolicè pro μετά, ut ſuprà moni-
tum. Atqve ſic etiam Syntaxi &
metro ſatisfit. *Aldus* habet, πεσ' ἀ-
δόκητον, qvod σφάλματι γραφικῷ,
pro πεδ' ἀδόκητον poſitum eſſe *Rit-*
tershuſius etiam notavit. Vide Adag.
Rhadamantheum judicium.

b. 2. 3. πεδ' ἀδόκητον, ἐν καὶ δο-
κέοντα] Per ἀδόκητον intelligit Poë-
ta, τὸν μὴ δοκοῦντα ἤδη τελευτήσειν,
der ſich ſterbens noch nicht verſiht. v.
gratia, ἰσχυρὸν καὶ νεώτερον: cujus-
modi exemplum mox ponit Neo-
ptolemum: Per δοκέοντα verò, *qui*
contrà morti ſe vicinum agnoſcit, v.
gratia, ἀσθενέστερον καὶ πρεσβύτερον,
der ſich des Todes täglich verſihet.
Τὸ ἐν, Doricè ponitur pro εἰς, ut
& alibi. Alij ut per ἀδόκητον in-
telligunt ἄδοξον, *obſcurum, inglorium*:
ita

ita per δοκῦν(ϛ),ἔνδοξον, *honoratum & celebrem.* Sed prior ſenſus verior eſt.

b. 4. ἁβρὸν λόγον] *jucundam famam.* Lonicerus incommodè reddidit, *præclaram orationem*, vel *teneram prudentiam.*

b 4. ἄυξει] per carmina ſcilicet.

b. 4. 5. τεθνακότων βοαθόων] i. e. *defenſorum patriæ & ſuorum, defunctorum, vel in bello cæſorum.* Nam & interfecti τεθνακότες dicuntur, ut alibi notavimus. Referturq; hoc τεθνακότων βοαθόων, ad ὢν Θεὸς &c. *Didymus* verò poſt ἄυξει λόγον diſtinxit, & τεθνακότων βοαθόων ad ſequentia retulit. Qvam lectionem ſeqvens *Scholiaſtes* ita interpretatur: *Neptolemus cæſis defenſoribus, Troiæ ſcilicet*, per qvos vel Eurypylum à Neptolemo cæſum, vel cum *Ariſtarcho*, Hectorem à patre Achille interemptum intelligit, *Delphos profectus eſt* &c.

b. 5. τοὶ γὰρ] *Etenim.* τὸ γὰρ, pro οὐ ponitur, ſi modò locus non eſt corruptus.

b. 6. μέγαν ὀμφαλὸν ἐυρυκόλπȣ χθονός,] i.e. *Delphos.* De umbilico terræ, anteà.

b. 7. ἔμολε] Ex *Scholiaſte* patet, olim lectum fuiſſe ἔμολον vel μόλον. Qvæ res ſuſpicionem auget, τὸ, τοὶ γὰρ ſuprà corruptum, & τοὶ pro οἱ poſitum eſſe, pro γὰρ verò fortè ποτὲ vel ſimile legendum. *Didymus* tamen legi voluit ἔμολεν. Lego interim, donec certiora videam, μόλεν.

b. 7. ἐν Πυθίοις δὲ δαπέδοις] Lego, ἐν πυθίοισι δὲ δαπέδοις.

b 8. Πριάμοιο] lego *cum Aldo*, Πριάμȣ, metro ſic exigente.

b. 9. Νεοπτόλεμ(ος)] Putavit *Ariſtarchus*, Sogenem hunc, admodum adhuc puerum, à qvodam Neopto-lemo Epirota victum, & nihilomin[us] tamen Neoptolemo in gratia[m] Thearionis patris benevolè victo[ri]am cedente, victorem renunciatum fuiſſe. Voluiſſe ergò Poëtam id[eo] in ὁμωνύμȣ Neoptolemi Achillis [fi]lij hiſtoriam digredi, ut hac ratio[ne] etiam ille Neptolemus antagoniſt[a] & victor qvodammodo celebra[re]tur. Qvod tamen *Didymus*, ut in[e]ptum rejecit. *Ariſtodemus* cenſu[it] Sogenem Neoptolemo qvodam λείπη[ι] uſum fuiſſe in cujus nomin[is] gratiam hæc de Neoptolemo profe[r]re voluerit. Rectiùs ſtatuemus, Poëtam exemplum nobile adduce[re] voluiſſe dicemus, alicuius τεθνα[κό]τ(ος) βοαθόȣ, cuius gloria tamen i[m]mortalis ſit; ut jam non addamu[s] exemplum etiam eſſe alicujus qui δοκητ(ος) τέθνηκε.

b. 10. τᾶ] *Aldus* τῇ, quod eoden[m] recidit. Utrumvis *Scholiaſtes* exp[o]nit, ὑπὲρ ἧς, ἐφ' ἧ, ἐν ἧ, vel ταύτῃ.

b 10. ἀποπλέων] ab Ilio ſcilice[t]

b. 11. Σκύρȣ μὲν ἅμαρτεν] *à Sc[yro]* *aberravit.* ἡ Σκύρ(ος) inſula ma[ris] Ægæi, ob Lycomedis cum Achill[e] affinitatem (duxit enim eius filia[m] Deidamiam) & Neoptolemum [i]natum & educatum, celebris. *Stra[b.]* *lib. 2. & 9.*

b. 11. ἵκοντο] ſcil. Neoptolem[us] & ſocij ejus. Solet enim ex Singu[la]ri in Plurale delabi Pindarus, ut a[lias] notat *Scholiaſtes.*

b. 12. εἰς Ἔφυραν] urbem Ep[iri] vel Theſprotiæ, qvæ poſteà Cic[hy]rus fuit appellata, à Cichyro Mern[e]ri filio. Quatuor celebrantur [o]pida hujus nominis, Theſſalica, q[uæ] Cranon; Achaica, qvæ Corinth[us]

Epi[...]

pirotica, de qva hic ſermo eſt, & varta circa Melin. *Scholiaſtes.*

b.12. πλαγχθέντες] Lego *cum Al-* πλαχθέντες, qvum primam opor-at eſſe correptam, qvantam regu-ris formatio exhibet.

B.1. Μολοσσίᾳ δ᾽ ἐν βασίλευεν] Le- *cum Aldo,* ἐμβασίλευεν. Μολοσσία, e. ſynecdochicè *Epiro*, cujus pars eſt oloſſia, dicta à Moloſſo filio hujus eoptolemi & Andromachæ. Etſi tem vivente Neoptolemo nomen ndum habuit: Poëta tamen terram m nomine, ſuo jam tempore uſi-o, indigitat, ut fieri ſolet.

B.1. ὀλίγον χρόνον] Paucis enim nis qvum Neoptolemus in Epiro gnaſſet, Delphis cæſus eſt.

B.2. ἀτὰρ] *Aldus* αὐτὰρ, perperam.

B.2. ἀεὶ] Lego *cum Aldo* αἰεὶ, me- poſtulante.

B. 2. φέρεν] *Brubachiana* perpe-n, φέρειν.

B.2.3. γένος αἰεὶ φέρεν τοῦτό οἱ γέ-] Longa enim ſerie per 700. annos ue ad Pindari ætatem Reges Epi-ici ab hoc Neoptolemo deſcende-t: imò & poſteà ſatis diu Neopto-idæ regni ſucceſſores manſêre.

B.3. ὤχετο δὲ πρὸς Θεὸν] τὸν Ἀπόλ-να ſcilicet. Cauſas cur Neoptole-us Delphos profectus fuerit, alij runt alias. Sunt, qui ſciſcitari vo-ſe putent de ſobole ex Hermione, m hactenus deſiderabat. Sunt, interrogaſſe credant modum ul-endi patrem Achillem. Sunt &, ſpoliandi templi Delphici cauſa veniſſe dicant. Poëta noſter cau- honeſtam ponit, quòd videlicet iva dona de primitijs manubia- Apollini offerre voluerit.

B.4. πρὸς Θεὸν, κτέατ᾽ ἀνάγων] Lego, πρὸς Θεὸν, εὐκτ᾽ ἀνάγων, *votiva dona adducens.* Ita etiam metrum ſalvatur.

B. 4. τρωίαθεν] Mallem τροΐα-θεν.

B. 5. ἀκροθινίων] qvid τὰ ἀκρόθι-να vel ἀκροθίνια propriè ſint, *ſuprà* dictum eſt *ad Olymp.* β. α. 7. Hoc lo-co *primitias manubiarum* notant, qvæ Dijs offeruntur. Refertur hoc vo-cabulum ad præcedentia εὐκτὰ ἀ-κροθινίων τροΐαθεν ἀνάγων. Τὸ τε itaque, ſive θ᾽ quod alij annexum ha-bent, planè ocioſum eſt & extermi-nandum.

B. 6. κρεῶν νιν ὑπὲρ μάχας] Lego & diſtingvo, κρεῶν νιν ὕπερ, μάχας. *Propter carnes, ſacrificij* ſcilicet, de qvarum diſtributione qvum conten-tio oborta fuiſſet, rapientibus ad ſeſe partes optimas certatim ſacrificulis pro more ſuo, (*ſimile quid fecerunt fi-lij Eli*) & Neoptolemo indignè hanc ἀσχημοσύνην ferente, eosq; arcente, ipſe Neoptolemus interfectus fuit. Particeps fuit cædis hujus etiam Py-lades, Panopenſis, Strophij ex Ana-xibia Agamemnonis ſorore filius, non ſolùm ob Oreſtis amicitiam qui Hermionem Neoptolemo poſtea nu-ptam, deperibat, ſed etiam ut proa-vum Phocum à Peleo interemptum, in nepote Pelei ulciſceretur. *Pauſ. Co-rinth.* unde apparet, non ſine compo-ſito Neoptolemum cæſum fuiſſe. Τὸ μάχας ad ἀντιτυχόντα refertur. *Al-dus* habet κρεῶνιν, σφάλματι γρα-φικῷ.

γ. 1. βάρυνθεν περισσὰ δὲ] Le-go βάρυνθεν δὲ περισσά.

γ. 1. Δελφοὶ ξεναγέται] Delphi ſacrorum Apollinis præſides, & ho-

ſpitum ſacrificatum venientium exceptores & qvaſi ductores.

γ. 2. ἀλλὰ τὸ μόρσιμον ἀπέδωκεν] ſcilicet, ὁ Νεοπτόλεμος id qvod fatale fuit, exſolvit. *Lonicerus* malè, τὸ μόρσιμον Nominativè accipit, & Dativum τῷ Νεοπτολέμῳ ſubaudit, dum exponit: *Fatum ei reddidit.*

γ. 3. ἐχθὼν δέ ἱν'] *Aldus* σφάλμαλι γραφικῷ, ἐχθὼν δέ τι.

γ. 3. ἔνδον ἄλσει παλαιτάτῳ] intra lucum illum antiqviſſimum in qvo templum Delphicum erat, intra ἱερὸν περίβολον, ut nominat *Pauſanias in Phoc.* Sepultus autem fuit initiò Neoptolemus ſub limine templi: poſtea verò à Menelao Delphos profecto, intra ipſum templum translatus fuit. Unde hîc Apollini qvaſi cohabitare dicitur. Cæſus autem fuit Neoptolemus ad aram Apollinis, ſicut ipſe anteà Priamum ad aram Jovis Ἑρκείου jugulaverat. Inde quoties, qva qvis alterum injuria affeciſſet, eandem ipſe paſſus eſſet, νεοπτολέμειος τίσις proverbialiter dicebatur. *Pauſ. Meſſen.*

γ. 4. Αἰακιδᾶν κρεόντων] Ex qvorum ſerie hic Neoptolemus fuit. Genealogiam ejus vide alibi.

γ. 5. εὐτειχέα] *benè munitam.* Lonicerus reddit *Fortunatam*, qvaſi legerit εὐτυχέα, qvod metrum reſpuit.

γ. 5. ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς] pompis heroicis. Annotat *Scholiaſtes*, & ex eo *Lonicerus & Aretius*, fuiſſe Delphis inſtituta Ξένια ſeu feſta hoſpitalia Heroibus, ad qvæ Apollo qvoscunqve heroas qvaſi invitarit. Illis ξενίοις nunc θεμίσκοπον factum eſſe Neoptolemum Poëta refert.

γ. 7. θεμίσκοπον οἰκεῖν ἐόντα] Ita
qvaſi honorario hoc munere aff
ctus fuit, ut qvoniam, dum in corp
re eſſet, ἀσχημοσύνην ſacrorum fer
non potuit, eamq; prohibens inte
fectus fuit; etiam poſt mortem I
ſpector horum ſacrorum eſſet.

γ. 8. εὐώνυμον ἐς δίκαν] Pulch
gnome, *Ad bonam cauſam vel tria*
hoc eſt, pauca verba ſufficere poſſe, h
eſt, Cauſam bonam non prolixo ve
borum patrocinio opus habere, ſ
paucis exponi & defendi poſſe. A
hac gnome partim Excuſationem
cædis Neoptolemi præcidit, qvum
& illa non ob ſcelus aliqvod, ſed
prohibitionem ἀσχημοσύνης ſacr
rum, & defenſionem religionis
facta, & fatis etiam ſit convenien
ideoq; ſatis liqueat, hanc cæden
Neoptolemo inhoneſtam non eſ
& prolixiore excuſatione non in
gere: partim ſeqventia corrobora
quibus breviſsimè indicat, Neopt
lemum inſpectioni ſacrorum fide
ter præeſſe, ut non opus ſit de re n
prolixè diſſerere. Qvæ etſi per ſ
ſatis plana ſunt: Interpretes tam
aliqvi ſcrupuloſiores in hoc loco
plicando fuerunt. *Ariſtarchus*, τ
ἔπη intelligit de tribus rationib
proximis, qvibus in Excuſation
Poëta uſus fuit, v. g. I. qvia τὸ μόρ
μον ἀπέδωκεν: II. qvia fatale fu
aliqvem Æacidarum recondi in te
plo Delphico. III. qvia ἡρωΐαις π
παῖς θεμίσκοπος factus eſt. A
notante *Schol:* hæc tria ἔπη intelle
runt, I. qvia ob carnes fuit inter
ctus. II. qvia Delphi ejus cæde
improbarunt. III. qvia fatis ſatis
cit. Verùm ſi argumenta excuſat
nis rectè conſideraverimus, vide
mus, non tria, ſed qvinqve eſſe, ut

à enumeravimus. *Ariſtodemus* in-
tiùs de tribus τριάσι accepit. Qvum
im unaqvæqve τριὰς, ϛροφὴν, ἀν-
ροφὴν, & ἐπῳδὸν continens, olim
ος dicta fuerit: & ferè tres adhuc
ιάδες, ſeu tria talia ἔπη de hoc hy-
no reſtent, γ. δ. & ε; cenſuit
ëtæ mentem eſſe, Sufficere poſſe,
res adhuc τριάδες huic hymno an-
ſtantur. Qvæ qvidem ejusmodi
it, ut refutatione non indigere vi-
ntur.

γ. 9. διαρκέσει] Futurum hoc,
n reſpectum habet ad ſeqventes
ς τριάδας, ut cenſuit *Ariſtodemus*:
ad proximè ſeqvens pronuncia-
n: ȣ ψεῦδις &c. Imò & aliàs tem-
: Futurum, non ſemper futuram
tempore pòſt ſubſecuturam acti-
em notat: ſed ſæpè etiam faculta-
ſignificat, aut voluntatem. Sic
ρκέσει, *ſufficient*, hoc eſt, ſufficere
erunt.

γ. 10. ȣ ψεῦδις ὁ μάρτυς] Hæc
ba continent jam id, qvod modò
ciſſimis verbis ſe dicturum pro-
erat: nimirum Neoptolemum
eracem & gravem rerum qvæ
phis aguntur Inſpectorem & te-
n eſſe. (Fortè ὁ pro ȣτος vel
ἰνος.) Pro μάρτυς aliqvi legunt
τις. Qvod Pindarus jam dicit,
tò magis dicturus fuiſſet, ſi us-
ad Gallorum ſub duce Brenno
Græciam irruptionem vivere ei
iſſet, qvæ in vigore fuit anno ter-
Olympiadis 125, hoc eſt, 150.
is plùs minus poſt obitum Pin-
, qvo tempore Galli templum
phicum ſpoliare aggreſſi ſunt;
à tribus ſpectris, qvorum unum
us Neoptolemi ſpecies fuit, re-
preſſi; teſte *Pauſania in Atticis & Phocicis*. Ideoq; Delphi poſteà annua parentatione ei gratiam retulerunt, qvum anteà ejus ſepulcrum, ut hoſtis, (nam & ipſe templum ſpoliare voluerat. *Pauſan. lib.* 10.) nullis honoribus dignum putaſſent. *Pauſ. in Attic.*

γ. 11. Αἴγινα, τεῶν Διός τ' ἐκγόνων] Qvinta pars hymni, qva poſt Digreſſionem de dignitate Poëtices, regreditur ad Æginam & Æginetas, eosq; primùm confidenter & tutò laudare licere dicit, ob propriam virtutem: deinde laudes eorundem alio tempore jam ſæpè celebratas nunc prolixè non repetendas cenſet, ideoq; mox eas præcidit. Eamq; præciſionem illuſtrat & amplificat, I. à gratia ceſſationis, qvum ſatietas ſit omnium, etiam dulciſſimorum, verbi gratia Mellis & Veneris. II. Indicatione diverſæ indolis in diverſis, quam multiplicem, paucis hîc de omnibus commemorare impoſſibile eſt. III. Tacita excuſatione qvorundam infortuniorum Æginetarum & Æacidarum, qvum nemo ſit ab omni parte beatus, aut perpetuò felix. IV. ἀποϛροφῇ ad Thearionem, qvem felicem prædicat, cùm ob τόλμαν καλῶν, tum ob σιωέσιν φρενῶν.

γ. 11. τεῶν Διός τ' ἐκγόνων] Αἰακιδᾶν ſcilicet, vel in genere Αἰγινητῶν. Æginetæ enim genus ſuum ad Jovem retulerunt, ut alibi liqvet.

γ. 12. θρασύ μοι τόδε] *audax hoc, i. e. audacia hæc mihi fuerit*, qvaſi dicat, confidenter & tutò eos laudare poſſim. *Scholiaſtes* ἀδιώατον exponit, ſed malè.

g. 2. ὄικοθεν] *domo allatam*, id eſt, in propria familia partam, non adſcititiam, aut aliunde acquiſitam.

g. 3. 4. κόρον δ' ἔχει καὶ μέλι] *Eraſmus* Chil. 2. cent. 1. adag. 50. *Jovis Corinthus*, citans hunc locum, legit μέλη, & de carminibus interpretatur. Sed metro reclamante; ad qvod nemo ferè hactenus attendit.

g. 6. 7. βιοτὰν λαχόντες, ὁ μὲν τὰ, τὰ δ' ἄλλοι] i.e. *vivendi rationem adepti, hic qvidem ſecundum hæc, ſecundum illa verò alij.* Eſt enim ἔλλειψις, pro ὁ μὲν κατὰ τὰ, κατὰ τὰ δὲ ἄλλοι. *Eraſmus* legit, ὁ μὲν τὰν, τὰν δ' ἄλλοι, metro reſpuente. Vide Adag. *Non omnia poſſumus omnes.*

g. 7. ἓν] Lego ἕν pro ἕνα, qvod & *Aldus* expreſsè habet, & *Scholiaſtes* retinet, & ſenſus poſtulat. Unum aliquem hominem.

g. 9. ἀνελόμενον] refertur ad τυχεῖν, τυχεῖν ἀνελόμενον, pro ἀνελέσθαι: ſicut τυγχάνω ποιῶν, pro ποιῶ. *Eraſmus* adagio dicto poſt ἅπασαν diſtingvit. τὸ ἀνελόμενον autem hoc loco idem eſt atq; *Reportantem*, ſicut aliàs dicitur ἀναιρεῖσθαι νίκην, *reportare victoriam*, *Syneſius*: ἀναιρεῖσθαι ὀλύμπια. *Pauſanias*: ἀνελόμενος τὰ πύθια, Idem. Notatur ergò ſtudium & contentio ad univerſam felicitatem, q. dicat, Etiamſi aliquis ſummo ſtudio, ceu in certamine quodam eò contenderet, ut univerſa felicitate frueretur: tamen voti compos non fieret.

g. 9. οὐκ ἔχω] lego, οὐδ' ἔχω. τὸ ἔχω verò hoc loco idem atq; δύναμαι notat, ut ſæpè alibi, etiam apud Latinos. Sic *Cic: in epiſt.* Nihil habeo polliceri, pro poſſum.

g. 12. τὶν δ' εἰκότα] ita ſola habe Cratandrina. Lego cùm reliqvis τὶν δ' ἐοικότα, metro ſic exigente.

g. 12. ἐοικότα καιρὸν ὄλβου] Qvi ſcilicet filius tuus Sogenes, ſeriùs t bi natus, in ætate juveniliore victo eſt renunciatus. Atqve ita etiam perfectio felicitatis nemini contin gat: tibi tamen tempeſtivitas mod jam dicto evenit. Das glück kóm dir noch zu rechter zeit.

G. 1. δίδωσι] ſcilicet ἡ μοῖρα.

G. 1. τόλμαν τε καλῶν ἀραμένο Lego ἀράμενον, ut ſit ſenſus, *te ſuſc pientem* τόλμαν καλῶν, *non oblæa* σύνεσις φρενῶν. Inter alia enim verbi αἴρομαι ſignificata etiam e *Suſcipio*, ut *Thucyd. lib.* 1. πόλεμον α ρασθαι bellum ſuſcipere. *Antiphon* κίνδυνον ἀράμενος, periculum ſuſc pere. Sic πόνον αἴρεσθαι, *laborem ſuſcipere.* Conjungit τόλμαν καλ & σύνεσιν φρενῶν. Hæc περισκο πεῖ, πῶς ἐκβήσεται, *proſpicit eve tum*: illa ἐγχείρησις eſt rei prude ter anteà conſideratæ, ejusq; im gra effectio.

G. 2. οὐκ ἀποβλέπει] Lego cu *Aldo* οὐκ ἀποβλάπτει, *non oblædit*, h eſt, à contrario ſenſu, *multum ju & promovet*, non deſtituit. Ver ἀποβλέπει ſignificationum null huc qvadrat. Etſi enim aliqvi *av ſatur* reddiderunt: id tamen ver hujus ſignificationi minimè congr it, licet aliàs in ſenſu ferri poſſet. A do, quòd & metrum penultiman productam poſtulat.

G. 3. Ξεινός εἰμι] Sexta pars h mni, Apologiam continet, & qvide triplicem. I. erga Thearionem

qv

vòd nihil auribus ejus tribuat, cùm
via peregrinus in Ægina ſit, cui nec
ritur illic nec metitur qvicqvam:
m qvia officium Poëtæ ſit, ἐτήτυμα
udis argumenta proferre: tum de-
qve qvia Juſtitiæ eſt, bonos veris
udibus afficere, qvæ qvaſi merces
nt meritorum. II. ergo Achæos,
Neoptolemi cæde qvòd non ob-
ctandi animo commemorata fue-
, 1. à jure hoſpitii: 2. à vita ſua an-
ncta, moribusq́: candidis, qvos
obat à teſtimonio popularium ſu-
um: à propria conſcientia, qva te-
meliorem ſibi famam non preca-
: deniqve à teſtimonio aliorum
torum, ad qvod provocat. III. er-
Sogenem, ſe nihil ei ex affectu tri-
ere, qvod confirmat, 1. juramen-
2. à victoriæ modo & facilitate,
òd brevi ſpacio anteqvam meridi-
ngrueret, facileq́; antagoniſtas
erit, & qvaſi ſine ſudore. 3. à con-
no jucunditatis laudum poſt la-
res. 4. à συγγνώμῃ effuſæ laudis,
victoriæ gratiam: ab animo Poë-
ad laudes debitas facili: à turpi
idę laudis deniqve à Muſæ prom-
udine in laudibus, qvarum varie-
m & præſtantiam cum rebus di-
ſis & præſtantibus, conjunctis ta-
n & intertextis comparat, v. g.
n Auro, Ebore, flore Roris-mari-
qvibus additur & Æs, ſi lectio
a eſt.

G. 3. σκοτεινὸν ἀπέχων ψόγον] *ob-*
um ſeu clancularium & occultum
perium ſummovens, hoc eſt, ne-
nem tectè ſugillans aut perſtrin-
s, aut ſub prætextu & velo lau-
uituperans. Qvod interdum
& vicini facere ſolent, qvi aut
eficiis & amicitia inducti ſæpè
non laudanda laudant: aut odio & offenſione moti non vituperanda vituperant. *Arctius.*

G. 4. ὕδατος ὥτε ῥοάς] Comparat laudes genuinas & meritis congruentes aqvæ puræ fluentis. q. d. deducam ad virum amicum laudes puras & veras, ceu fluenta aqvæ puræ, ſine admixtione ſordium aut aliarum rerum. Ich wil jhm fein lauter einſchencken.

G. 6. κλέος ἐτήτυμον, αἰνέσω] *Lonicerus* reddidit, *Encomio parato ad ſupera convexa eveham:* qvaſi legerit, κλέος ἑτοῖμον. Sed neqve ſic tamen reliqva expoſitio ſatis congruit. *Portus* verbo αἰνέσω, ſubjungit accuſativum κλέος ἐτήτυμον: qvum ille pertineat ad ἄγων: & Verbum hoc accuſativum perſonæ, φίλον ἄνδρα, ἀπὸ κοινοῦ, vel loco ejus Pronomen commodum ſibi poſtulet. Reddit enim: *Laudabo gloriam virtutemq́; veram, ducens eam ut aqvæ rivos amicum ad virum,* Qvum ſit: *Laudabo, adducens ad amicum virum argumenta laudis vera, velut fluenta aqvæ* [*puræ*].

δ. 1. ἐὼν δ' ἐγγὺς] *exiſtens propè*, i.e. etiamſi coràm audiret, Wann ers gleich gegenwertig hörete.

δ. 1. Ἀχαιὸς ἀνὴρ] i. e. *Epirota aliqvis.* Epirotæ autẽ ſunt poſteri Myrmidonum, qvi poſt Achillem Neoptolemum ſunt ſecuti, & cum eo in Epirum conceſſerunt. Hi Achæorum nomine venerunt, teſte *Homero Iliad. β. v. 654.* Μυρμιδόνες δὲ καλοῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί. Etſi autem & Æginetæ, Myrmidones & Achæi fuerunt: hoc loco tamen Æginetæ, qvatenus Æginæ inſulæ incolæ ſunt (non qvatenus inde ori-

undi, ut Epirotæ) intelligi non poſſunt, uti aliqvibus videtur, qvum huiusmodi Æginetæ non habitent Ἰονίας ὑπὲρ ἁλός, ut hîc determinantur, ſed in mari Ægæo.

δ. 1. οὐ μέμψεταί με] *non reprehendet me.* Videbantur enim Epirotæ Neoptolemi ſubditi & poſteri Pindaro dicam ſcribere, qvòd *in Pæane qvodam* qvem Delphis fecerat, de Neoptolemo inter alia ita ſcripſerat: Ἀμφιπόλοισι [τοῦ Ἀπόλλωνος] μαρνάμενος μυρίαν περὶ τιμᾶν ἀπώλεσεν: & qvæ præterea alia attexuerat, qvaſi ob ſpolium templi Delphici cæſus fuiſſet. Vult ergò ſe hîc excuſatum Pindarus, cùm reſpectu cædis Neoptolemi, & cauſæ ejus, qvam excuſavit ſuprà: tum reſpectu ſui affectus, qvem hic declarat. *Scholiaſtes* legiſſe videtur, οὐ ψεύσεταί με.

δ. 2. Ἰονίας ὑπὲρ ἁλός] ſupra mare Jonium. Eſt enim Epirus ſuprà illud mare verſus Septentrionem. Vide *ſuprà Nem. δ. γ. 9.*

δ. 2. οἰκέων] Facienda συνίζησις.

δ. 3. προξενίᾳ πέποιθα] *utor cum Epirotis jure hoſpitii.* Confido ergò illos rectiùs de me ſentire, & meliora ſibi de me polliceri, uti & ego facio. *Philippus* reddidit: *Nam & hoſpites bonore afficio.* Alieniùs.

δ. 3. ἔν τε δαμόταις] interq; cives ac populares Thebanos, qvi ſcilicet benè me noverunt.

δ. 4. ὄμμαλι] *Aldus* habet ὄμμασι.

δ. 4. δέρκομαι λαμπρὸν] *tueor ſerenum*, darff noch jederman frölich vnd mit gutem gewiſſen anſehen. Argumentatur ab effectu bonæ conſcientiæ & ſigno ſimul ejuſdem. Simili ferè ſenſu Philippus reddidit, *La tus aſpicio cives.* Lonicerus, *Dextrum video*, ſed duriùs. Malè *Scholiaſt* exponit: οὐχ ὁρῶ ὑπέρλαμπρο καὶ ὑπερηφανικόν: &, οὐχ ὑπερηφ κός εἰμι καὶ ὑπέρογκος: &, οὐ προσ βλέπω τοὺς πολίτας ὄμμασι λαμπρ καὶ ὑπερηφάνῳ, ἀλλὰ προσμειδιῶν καὶ προσηνεῖ, μέτριός τις καὶ χρη στὸς τυγχάνω. Nihil enim hæc a rhombum. *Vulgata verſio* nihil meliùs, *Sum aſpectu ſplendido.* Qva corrigens *Portus* ita reddidit: *Ocu aſpicior ſplendidè, & ab omnibus magn ficè ſuſpicior.* Ineptias pro inepti reponens.

δ. 4. οὐχ ὑπερβάλλων] lego, ὑπερβαλών, Vel ſi retinendum ὑπε βάλλων, α ante conſonantem dupl catam corripitur, ut alibi ſæpè. Se ſus eſt, Jch pflege die Barte nit gar weit zu werffen. id eſt, *modum n excedens*, vel ut paulò pòſt, μὴ τ μα προβάς. *Philippus* reddens, *N ſuperbus*, longiùs receſſit. *Lonicer* interpretans, *Neqve ſuper me ca ros erigo*, qvò reſpexerit, non video

δ. 5. βίαια πάντα] *violenta mnia*, injurioſa omnia.

δ. 5. ἐκ ποδὸς ἐρύσαις] id eſt, *Scholiaſtes* exponit, ἐκ ποδῶν ἀφε κύσας, καὶ μακρὰν ποιοῦ χωρίσας. J neme es beym bein vnd ſchleudere weg. Videtur nonnullis, hinc pe tam eſſe proverbialem locutione *Pedibus trahi*, id eſt, *negligi, vel q cunqve modo tractari*: quæ tàm de bus, qvàm de perſonis uſurpata i venitur. *Cicero lib. 7. famil. 32.* T hantur per me pedibus omnes rei. *lib. 4. ad Attic. epiſt. 16.* per me iſt pedibus trahantur. Vide Ada um, *Pedibus trahere.* Vide & P.

ctori

orium lib. 21. var. lect. cap. 24. &
b: Giphanium ad Odyſſ. Homer. ϖ. *v.*
76. Sed hæc ab hoc loco fortè alie-
iora. *Lonicerus* hoc loco reddidit
commodiùs: *Omnia violenta re-*
ovens à pedibus.

δ. 6. ὁ δὲ λοιπὸς εὔφρων ποτὶ
όνος ἕρποι] Gott gebe / das ich die
rige zeit meines Lebens auch alſo mit
ren vnd gutem Gewiſſen zubringe.

δ. 7. μαθὼν δὲ] *qvi novit me*, der
ich hat kennen lernen.

δ. 7. ἐρεῖ] *dicet. Aldus* habet ἔροι,
cat.

δ. 8. εἰ πὰρ μέλος ἔρχομαι]
ad carmen accedam; an carmen
ibere ſoleam, vituperia effutiens.
lgata incommodiùs, *an decorum*
tergrediar; *Eraſmum* fortè ſecu-
qvi exponit, *an ſecus qvàm conve-*
, loqvar. Vide Adagium, *Nihil ad*
cchum.

δ. 9. ψέγιον ὄαρον] *vituperato-*
m ſermonem. Lonicerus, *Falſum*
monem, qvaſi eſſet, ψευδῆ. Qvid
ος ſit, alibi dictum, *ſermo blan-*
aut clancularius. Aldus σφάλμα-
ραφικῷ habet ὄναρον.

δ. 10. Εὐξενίδα πάτραθε Σώγε-
] *ô Sogenes Euxenida qvoad fami-*
n, id eſt, ab Euxeno oriunde.
oliaſtes perperam addit & alte-
expoſitionem, pro εὔξενε, *bo-*
alis. Etſi enim hoſpitalitatis no-
ne, Ægina alibi celebratur: nihil
nen huc facit. *Lonicerus Scholia-*
, qvi inter alia exponit, τῇ Εὐξε-
πάτρᾳ, ſecutus, reddit in Dati-
Hoſpitali patriæ. Ac licet alios Vo-
vum Patronymici hic accipere
oſcat: parum tamen referre au-
at, utro modo jam accipiatur.
ùm multum referre vel hinc pa-
tet, 1. qvia in Εὐξενίδα ultima reqviritur brevis, qvæ in Vocativo datur, in Dativo non item. 2. qvia πάτραθε adverbium, Dativo non congruit. 3. qvia Εὐξένιδος, à qvo Maſculino Fœmininum Εὐξενίδα deduci debebat, in tota lingva Græca nec datur, nec analogicè effingi poteſt. Cæterùm & hoc notandum, in Εὐξενίδα, medias duas ſyllabas breves pro una longa poni per ἰσοδυναμίαν.

δ. 11. μὴ τέρμα προβὰς] Senſus eſt, *Juro, me terminum non prætergreſſum aut transgreſſum, impuliſſe celerem lingvam* [*in laudes tuas*] *ſagittæ inſtar.* qvaſi dicat; Qvod ſagittatoribus nonnunqvam accidit, ut aberrantes ſagittam longè ultra ſcopum jaculentur; id meæ lingvæ tuas laudes recenſenti non accidit. Verum enim ſcopum tetigi. Ich habe den Polẞen nicht zu weit vom Zweck / oder vberhin geſchoſſen. Ich habe die Barte nicht zu weit geworffen. Simili phraſi utitur *Pyth. α. γ. 6.* ibi vide.

d. 1. ὃς ἐξέπεμψας] *Aldus* habet in tertia perſona ἐξέπεμψε, qvomodo & *Scholiaſtes* legit, qvi propter hanc ipſam lectionem hoc ſcholium addit, ἀπὸ τοῦ πρὸς αὐτὸν λόγου, εἰς τὸν περὶ αὐτοῦ μετέστη, h. e. *poſtqvam initiò in ſecunda perſona Sogenem allocutus eſt, jam in tertia perſona de eodem loqvitur.* Verùm metrum tertiam perſonam rejicit.

d. 1. 2. ὃς ἐξέπεμψας παλαισμάτων αὐχένα] *qvi luctationibus cervicem & robur ſudore non madefactum exemiſti, anteqvam in Solem ardentem corpus incideret*, h. e. qvi facili negotio & brevi tẽpore, anteqvam meridies ingrueret, certamẽ victor confeciſti. *Schol.* notat, cenſuiſſe aliqvos, Sogenem

ſtatim

ſtatim jaculo viciſſe & antagoniſtas ejus de victoria deſperantes in lucta & reliqvis *πεντάθλȣ* certaminibus cum eo congredi recuſaſſe, & Victoriam Sogeni ſtatim ultrò ceſsiſſe. Qvod ut non rejicio, ita nec pro certo aſſumo.

d. 2. *ἀδίαντον*] *non madefactum*, ſudore ſcilicet. *διαίνω madefacio*. Lonicerus reddit, *Intrepidum*, alieniùs.

d. 3. *αἴθωνι πρὶν ἁλίῳ γυῖον ἐμπεσεῖν*] *anteqvam membrum*, hoc eſt, Synecdochicè corpus, *ardentem in Solem incideret*. *ὑπαλλακτικῶς*, h. e. anteqvam æſtus meridiei ingrueret. *Qvi ſcholiũ* de deſperatione antagoniſtarũ amplectuntur, interpretantur, *anteqvam luctaturus corpus Soli exponeres*. adduntqve, ſolitos fuiſſe luctaturos, anteqvam congrederentur, nudos ſe Soli exponere. Pro *πρὶν*, *Aldus σφάλματι γραφικῷ* habet *πρὸς*.

d. 4. *εἰ πόνος ἦν*] Qvoniam jam modò dixit, victoriam Sogeni facilè eveniſſe: jam ne qvis putet, planè nullo labore aut contentione eam partam fuiſſe; hæc annectit. Vel potuiſset ipſe Sogenes occurrere, Tu qvidem dicis me facilè victoriam adeptum fuiſſe. Atqvi qvanto labore & contentione licet brevi in tempore, mihi ea parta fuerit, ego novi optimè. Reſpondet ergò à fructu laboris. Si labor aliqvis fuit, gloria multo major nunc in locum ejus ſuccedit. Hat es je jrgend mühe gekoſtet / je ſo iſt nun die ehre deſto gröſſer. Sic *Oppianus lib. 3. ἁλι: v. 87. βαιῷ δὲ πόνῳ μέγα κῆδος ὀπηδεῖ*.

d. 4. *προδέρχεται*] Æolicè pro *μετέρχεται*. Vide *Olymp. ιβ. α. 9. & Pyth. η. d. 9.*

d. 5. *ἔα με, νικῶντί γε χάριν*] h.
mitte me, bis doch mit mir zufriede
ſi fortè qvid elatus victori gratian
hoc eſt, gratioſum hymnum decl
mavi vel decantavi, h. e. ſi fortè v
ctorem laudibus altiùs alicui ext
liſſe videor, ignoſcat mihi, vel co
cedat id mihi, ob cauſas ſeqventes

d. 5. *χάριν*] h. e. *hymnum grat*
ſum, ut & *Iſthm. α. α. 6.*

d. 6. *εἴ τι πέρ ἂν ἀερθεὶς*] Lego
τί πέρ ἄν γ᾽ ἀερθεὶς. Wann ich m
jo etwa zu hoch verſtiegen hette. H
verba, uſqve ad *καταθέμεν*, aliqvi
parentheſi ponunt, nulla ratione.

d. 7. *ȣ̓ τραχύς εἰμι καταθέμ*
non aſper vel difficilis ſum ad depon
dam debitum hymnum victoribus.
zahle nicht kärglich abe. In *τραχ*
α producitur. Eſt ergo Doricum
Jonico *τρηχύς*.

d. 8. *εἴρειν στεφάνȣς ἐλαφρὸν ἀ*
βάλλεο] Lego *ἀναβαλέο*, vel ſi *ἀ*
βάλλεο retinendum, *α* ante con
nantem geminatam corripiendu
Senſus eſt, *Nectere coronas leviter*
negligenter, (rips raps vberhin,)
fer, h. e. omitte, h. e. à frigida lau
tione abſtine. Wenn du einen n
rechtſchaffen loben wilſt / ſo las es
bleiben. *εἴρειν* hoc loco eſt *πλέκ*
ut & *Scholiaſtes* interpretatur. Io
Nectere tamen mox per *λέγειν* ex
nit, *λέγειν τι ἐλαφρὸν περὶ τῶν ἱε*
στεφάνων ἀναβάλλȣ, *ineptè*. ἐ
φρὸν hoc loco eſt *leviter ſine mon*
tis, rerumq́; ac verborum ponderi
ſuperficialiter, fein leichte weg oben
Per *στεφάνȣς* hîc *laudes* intelligit.
nicerus & Philippus verbum *ἀναβ*
λεο per *ἄρχȣ* exponunt, & *ἀπο*
φὴν hîc ad Muſam faciunt, reddu
qve, ille quidem, *Tu verò facilè, q*

am de ſacris coronis ordire Muſa: Hic
erò, *Incipe Muſa nectere coronas.* Etſi
atem ἀναβάλλεσθαι nonnũqvam eſt
ρχεσθαι, ut patet *Pyth. α. α.* 7. *&*
em. β. α. 5. huc tamen illa ſignifica-
o non qvadrat. Adde qvòd Μοῖσα
ovam ſententiam inchoêt, non in
ocativo, ſed in Nominativo; &
λλᾶ, qvod & ipſum illi Imperati-
reddunt Indicativum ſit, non Im-
rativum, qvod κόλλα eſſe debebat.
d. 10. κολλᾶ] *conglutinat, firmiter*
nectit & varia & precioſa, id eſt,
n frigidè laudat.
d. 10. χρυσὸν] υ corripitur, ut &
bi paſsim.
d. 10. ἔν τε λευκὸν ἐλέφανθ' ἁμᾶ]
rtexitq; auro candidum ebur ſimul.
qvi pro λευκὸν, legunt χαλκόν,
os ſeqvitur *Lagdunenſis editio,* ut
intertexitq; auro æs, eburq; ſimul.
λέφας, hoc loco *Ebur* eſt, qvum
erdum animal notet, *Elephantem.*
d. 11. 12. λείριον ἄνθεμον ποντίας
ελοῖσ' ἐέρσας] i. e. *florem ſvavem,*
runt, h. e. inflixerunt hoſtibus. Acti-
vè. Alij paſsivè interpretantur, *Vul-*
nera paſsi ſunt. Sic *Scholiaſtes*, ἔλαβον:
Lonicerus, *ſuſceperunt*: Philippus, *ac-*
ceperunt. In ἕλκεα, finale α propter
liqvidam ſeqventem producitur. Vel
legendum ἕλκε' ἔρρηξαν.

B. 4. ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ λόγχᾳ]
refertur proximè ad πολεμιζόμενοι,
militantes ſub haſta, h. e. vexillo *homi-*
nes ſalvante. ἡ λόγχα ſæpè *vexillum*
ſignificat. *Soph: Oed. Col.* Syntaxis
eſt: πολεμιζόμενοι ὑπ' ἀλεξιμβρότῳ
λόγχᾳ, ῥῆξαν ἕλκεα ἀνόμοια δαΐοισιν
ἐν θερμῷ χροΐ [δαΐων.] Qvi paſsivè

inter-

interpretantur, ita ordinant: πολεμιζόμενοι δαΐοισιν ὑπ' ἀλεξιμβρότω λόγχα, ῥῆξαν ἕλκεα ἀνόμοια ἐν θερμῷ χερὶ, [αὐτῶν ſcilicet.] Iidem λόγχαν hîc non pro vexillo συμμάχων, ſed ſimpliciter pro Haſta hoſtili accipiunt. Et τὸ ὑπὸ non *ſub*, ſed *à* vel *ab* reddunt. Sed hos præter alia epitheton λόγχας refutat. Sermo hîc eſt de λόγχα ἀλεξιμβρότω, *homines-juvante*, h. e. ut *Philippus* benè reddidit, *defenſiva*. ἀλέγειν enim eſt *curare, juvare, defendere*. hoc eſt, qva defenſionis juris noſtri cauſa utimur, non ergo hoſtilis haſta notatur. At illi reddunt, *Mortalium-propulſatrice*, ut Vulgata: vel *Mortalibus-perniciosa*, ut Lonicerus, non ſine injuria vocabuli. Senſus Activæ acceptionis eſt: *Inæqvaliter vulnera inflixerũt hoſtibus in prælio, Ajax plura, Ulyſſes pauciora: ideoq; Ajax plus præſtitit qvàm Ulyſſes*. Paſſivæ verò: *Inæqvaliter vulnera acceperunt, Ajax nunqvam, Ulyſſes ſæpè. Ergò Ajax fortior fuit Ulyſſe*. Verùm Virtus potiùs in agendo, qvam in patiendo vel non-patiendo conſiſtit. Et Invulneratum manere, non eſt ſemper ſignum fortitudinis, qvum etiam Ignaviſsimo hoc poſsit contingere: contra verò plura vulnera argumentum ſint, hoſti contra itum fuiſſe. Sicut Ajax eodem pro ſe argumento utitur, à vulneribus clypei ſui, & integritate Ulyſsis, apud *Ovid. lib.* 13. *Met.*

Adde qvòd iſte tuus [ὁ *Ulyſſe*] *tàm rarò prælia paſſus*
Integer eſt clypeus. Noſtro, qvi tela ferendo
Mille patet plagis, novus eſt ſucceſſor habendus.

Adde qvod Ajax ἄτρωτος fuit, ...
infrà Iſth. ς. *B.* 5. habebimus, & pr...
inde fortitudinis inde argumentu...
nullum.

B. 4. τὰ μὲν] huic reſpondet, ...
ἄλλων τε μόχθων ἐν ἀμέραις. N...
qve enim ſemper ad τὸ μὲν, infert...
τὸ δέ.

B. 5. ἀμφ' Ἀχιλλεῖ νεοκτόνῳ] L...
go Ἀχιλεῖ. Pro Achille recens i...
terfecto, à Paride. Qva de re *ad Py*...
γ. *e.* 3.

B. 6. πολυφθόροισιν] primæ d...
ſyllabæ breves, pro una longa p...
nuntur. Intelligitur autem per π...
λυφθόρους ἡμέρας, integrum dec...
nium belli Trojani, qvo plurimi p...
tim ferro partim peſte interieru...

B. 7. ἐχθρὰ δ' ἄρα πάρφασι...
Tertia Digreſsio, occaſione præ...
dentium de defraudato Ajace, ...
πάρφασιν, h. e. *verſutiloqventia*...
verſutam-loqventiâ-deceptionem...
Qvam deſcribit, partim ab Adj...
ctis, I. ut antiqvum vitium, ide...
nemini mirum eſſe debere, Ajac...
ea circumventum fuiſſe. II. ut o...
dignam. III. αἱμύλων μύθων ὁ...
φοιτᾶν, blandorum verborum co...
tem. IV. δολοφραδῆ, dolos me...
tantem. Partim ab Effectis, I. q...
ſit κακοποιὸν ὄνειδος, hoc eſt, ...
mno & probro alios afficiat. ...
qvòd ſplendida qvæqve infeſtet. ...
qvòd obſcura & abjecta illuſtre...
extollat. Hanc Digreſsionem p...
cidit voto privativo & poſitivo. ...
vativo unico, Ne ſibi tale ἦθος ...
unqvam. Poſitivo triplici, I. u...
ſimplicitate animi, ambulare po...
II. ut liberis bonam famam re...
qvat. III. ut civibus placeat, ...
dans laudanda, & vituperans v...
pe...

eranda. Atq; hoc Votum ſuum συγκριτικῶς aliorum votis præfert, vorum aliqvi Aurum, aliqvi Agrum nmenſum ſibi exoptant.

B. 7. ἐχθρὰ] epitheton eſt *ſubjei, Odioſa πάρφασις etiam olim fuit.* heuer nichts newes: Non a. *Prædiiti, Deceptio fuit apud priſcos inviſa,* *Lonicerus* expoſuit. Qvod qvidem iàs ſuo loco improbandum non ſet. *Vide Ariſt. l. 2. Rhet. cap.* 10.

B. 8. αἱμύλων μύθων ὁμόφοιτος] ſtula enim dulce canit, volucrem m decipit auceps. *Cato.*

B. 10. ἃ τὸ λαμπρὸν βιᾶται] ſic rè anteà de Invidia dixit: ἅπτεται λῶν ἀεί.

B. 11. ἀφάντων κῦδος ἀντείνει θρόν] *putridam & rancidam glorianem obſcurorum & nihili hominum altum extollit.* Eſt enim τὸ κῦδος, & qvod paulò poſt ſeqvitur κλέος, cabulum μέσον, ut φήμη, & pro ione epithetorum, nũc in bonam, nc in malam partem accipitur. *ilippus* alieniùs vertit: *Ignobiles leis curat.* In ἀντείνει, τει pro brevi nitur, ſubjunctiva qvaſi abſor-, ut alibi; ſi modò Textus ſalvus

γ. 1. 2. εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ος] Gott laſſe mir ein ſolchen ſinn mmermehr in mein Hertz kommen.

γ. 3. ἐφαπτοίμαν. θανὼν ὡς] *Al*σφάλματι γραφικῷ, ἐφαπτοί. θανὼν ὡς.

γ. 4. κλέος τὸ δύσφαμον] *fam infamem.* Aldus & hîc σφάλτι γραφικῷ habet κλέα.

γ. 5. χρυσὸν εὔχονται] ſc: ἄλλοι ἕτεροι.

γ. 6. ἀδῶν] ita habet *Romana, Brubachiana, & Cratandrina. Aldina,* ἀδών. Lego cum reliqvis ἀδών.

γ. 8. αἰνητὰ] prima corripitur, ſubjunctiva diſsimulata.

γ. 9. ἐπισπείρων] Et hîc penultima eadem ratione ſubjunctivæ diſſimulatæ corripitur.

g. 1. αὔξεται δ' ἀρετὰ] Qvinta pars, Regreſsio ad laudes Dinidis victoris, qvas magis γνωμικῶς & ἠθικῶς pertractat, & tamen in hypotheſi de Dinide ſuo more vult intellectas. I. qvia laudibus & carminibus creſcit virtus ejus, ceu arbor irrigatione. II. qvia inter varias hominum actiones maximè victoriæ certaminum reqvirunt amicorum gratulationem. III. qvia adhuc in vivis eſt, & præſentia ejus, ut fidelis amici, cum oblectatione animi frui poſſumus. Hoc declarat ἀνὴθέσει. At Pater ejus Megas defunctus, in aſpectum noſtrum revocari non poteſt. Qvod partim ἀποστροφῇ ad manes Megæ figurat, partim gnome de impoſsibilium ſpe inani illuſtrat. Interim tamen, inqvit Poëta, ſtatua poëtica h. e. carmine, Megam cum familia celebrare licet, ob ſtadij victorias qvatuor.

g. 1. αὔξεται δ' ἀρετὰ] Lego, αὔξονται δ' ἀρεταί.

g. 1. 2. χλωραῖς ἐέρσαις] Metonymia, *Roribus viridibus*, pro *virere facientibus*, χλωροποιοῖς. *Schol.* Vide Adag. *Feſtina lentè.*

g. 2. δένδρον] Lego δένδρεον.

g. 3. σοφοῖς ἀνδρῶν ἐν δικαίοις τε] Atticiſmus, pro ἐν σοφοῖς δικαίοις τε ἀνδράσι. *Vulgata* ineptè vertit, *per juſtos ritus & ſapientes virorum.*

g. 4. πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα] *ad li-*

a a *qvidum*

qvidum cœlum, h. e. in altum, gegen dem Himmel zu / *altè in aërem*. Nam & αἰθὴρ ſæpè, ut & *Cœlum*, pro Aëre accipitur. Lego, πρὸς ὑγρὰν αἰθέρα. αἰθὴρ enim, *Aërem*, notans, plerumq; Poëtis fœmininum eſt; ſicut ἀὴρ vel ἠὴρ, qvando *Caliginem* vel *Nebulam*. Sic *Ol:* α. α. 10. ἐρήμας δι' αἰθέρος. *Ol:* ιγ. *D*. 4. αἰθέρος ψυχρᾶς ἐρήμου. *Sophocles in Oed: Tyr:* οὐρανίαν δι' αἰθέρα. Atq; ſic productio ultimæ ſyllabæ ſalvatur.

g. 4. χρεῖαι δὲ παντοῖαι] id eſt *utilitates amicorum ſunt variæ, ſed negocia circa certamina ſunt omnium eminentiſſima, in qvibus amicorum uſus in congratulatione maximus eſt*. Vel, inter varia negocia amicorum, maximè eminent certamina, qvibus præ alijs gratulamur. Sic enim *Scholiaſtes* exponit, χρεῖαι i. e. πράξεις. Sed idem *Scholiaſtes* ad ſuperiora refert, χρεῖαι φίλων ἄυξοιντο &c. qvod neceſſe non eſt.

g. 5. τὰ μὲν] ſc: πράγματα, qvæ modò appellavit χρείας. Syntaxis ad intellectum, non ad vocem refertur.

g. 6. μαστεύει δὲ καὶ τέρψις] h. e. *Qværit vel Cupit oblectatio coram videre* πίστιν, h. e. ipſum verum objectum celebrationis, ſeu ipſam veram perſonam laudatam, & tum major ex notitia perſonæ oblectatio oritur. Eò promptiores ergò ſimus ad laudes Dinidis, qvum in vivis adhuc ſit & nobis notus.

g. 8. ὦ Μέγα, τὸ δ' αὖτις] Amplificat ἀντιθέσει. q. dt. *Sed ô Mega, qvum mortuus ſis, revocari ab inferis non potes, ut coràm cerni qveas. Ergò minùs in tua laude mihi eſt commorandum. Faciam tamen qvod poſſum,*
ſtatua Muſæa, h. e. carmine te immor-
talem reddam. Aretius.

g. 9. ψυχὰν κομίξαι] *anima*
tuam ab inferis reducere. In ψυχὰ
prior corripienda.

G. 2. κενεᾶν δ' ἐλπίδων] Vide A
dagium, *Impoßibilia captas*.

G. 3. Χαριάδαις τε] Chariad
tribus inter Æginetas, ex qva Meg
& Dinis ortum duxerunt.

G. 3. λάβρον] i. e. *Ingentem c*
lumnam lapideam. λάβρος eſt int
alia *Impetuoſus, vehemens*. Lonic
rus minùs benè interpretatur, *Fa*
le eſt.

G. 4. λίθον Μοισαῖον] i. e. *Saxum*
ſeu monumentum ſaxeum, non q
dem materiale, ſed *Muſæum*, ſeu Po
ticum, h. e. Carmen æqvè diu atq
ſaxum, vel diutiùs etiam duraturu
Poëta etiam alibi ſtatuis Carmina
præfert. v. g. *Nem.* ε. α. 1. *&c.*

G. 5. 6. *ἕκατι ποδῶν εὐωνύμων*
δὴ δυοῖν] ποδῶν i. e. metonymicè
δὶς νικῶν: δὶς δυοῖν, i. e. τεσσάρων, *p*
pter qvatuor tuas curſu-reportatas v
ctorias celebres.

G. 6. Χαίρω δὲ] Sexta & ultim
pars, Epilogus, qvo, occaſione pr
ximè præcedentium de λίθῳ μοισαί
Poëticen commendat, partim ab e
fecto utili, qvòd labores dulces ef
ciat, eorumq; ſit qvaſi medicame
Qvod illuſtrat & declarat συγκρ
cum ἐπαοιδαῖς, qvæ dolores mo
borum leniunt. Partim ab antiq
tate, qvòd etiam ante Thebanu
bellum, h. e. antiqviſsimis tempo
bus viguerit.

G. 6. 7. πρόσφορον ἐν μὲν ἐργ
κόμπον ἱεὶς] *Gaudeo mihi commoda*

in

-bac opera hujus hymni occaſionem ce-
ſbmndi Poëticam dari, ut non intem-
eſtivè jactare ejus laudes poſsim.

G. 7. 8. ἐπ' ἀοιδαῖς] Lego ἐπαοιδαῖς una voce, *Incantationibus.* Et c etiam legendum cenſet ex *Joachi-i Camerarij* ſententia, *Conradus Rit-rshuſius.* De Veterum autem ἰατρικῇ δι' ἐπῳδῶν vide *ſuprà Pyth.* γ. 10.

G. 9. ϑῆκεν] *facere ſolet.* Actio ſo-à exprimitur ſæpè per ſignificatio-m præteritam. Qvia nihil ſolitum, qvod non de præterito ſæpè fue- factum.

G. 11. τῶν Ἀδράςυ τῶν τε Καδμείων ἔριν] Intelligit bellum Thebanum, qvod Polynices duce Adraſto Argivo ſocero, contra Eteoclem geſsit. De qvo vide *Statium in Thebaide. Sophoclem in Oed. Col. & in εἴδει ſeqvente* apud noſtrum. Vult autem dicere, *Poëtica eſt antiqviſsima, qvia fuit ante bellum Thebanum, & per conſeqvens, ante ipſa Nemea.* Horum enim originem ex illa expeditione Adraſti primitus fuiſſe, *ſuprà ex Prolegomenis Nemeorum* patet.

G. 11. Καδμείων] *Thebanorum*, à Cadmo primo Thebarum autore.

Etiam hîc penultima, ſubjunctiva diſsimulata, corripitur.

ΕἼΔΟΣ Θ.

ΧΡΟΜΙΩι ʼΑΙΤΝΑΙΩι, ἅρματι.

DE hoc & ſeqventibus hujus τμήματος Hymnis *Scholiaſtes* notat: αὗται αἱ ᾠδαὶ ὐκέτι Νεμεονίκαις εἰσὶ γεγραμμέναι: διὸ κεχωρισμέναι φέρονται. Et rectè. Nullum enim ex ſeqventibus εἶδος Nemeam aut aliam Sacram victoriam celebrat. Sed hoc Nonum, victoriam Pythicam Si-oniam ſive Adraſteam: ſeqvens Xum, Pythiam qvidem, Iſthmiam ac Ne-am; ſed præterea etiam Argivam; qvæ & occaſio Hymni fuiſſe videtur: im verò & poſtremum, materiam planè diverſam tractat, benè nimirum catur Magiſtratui Ariſtagoræ; uti in unoqvoqve apparebit. Verùm e-verò etiamſi ad Nemea propriè dicta hæc εἴδη non pertineant: meritò nen in hoc ordine relinqvuntur, in qvem antiqvitus, non qvidem ab Au-e, ſed vel ab *Ariſtophane*, vel ab alio qvocunqve redacti fuerunt; cùm qvia qvodcunqve τμῆμα annecteremus; eadem ſemper ratio rejiciendi mili-et; & ità nihil à nobis meliùs effici poſſet; tùm qvià hactenus ex hoc or-e allegata fuerunt, ne ſedem illam temerè turbemus. Sufficit ſcire, qvid illis ſentiendum.

Præſens autem hoc εἶδος Chromium Ætnæum celebrat, qvi etiam primo εἴδει celebratus fuit; de qvo qvæ hîc dici poſſent aut deberent,

 ibi

ibi dicta habentur. Vicit autem Chromius in Pythijs, non de qvibus ſe cundum τμῆμα loqvitur & qvæ Delphis acta fuerunt; ſed illis, qvæ Adra ſtus Sicyone inſtituit. Et vicit qvidem abſens, ut *Scholiaſtes* notat, miſs ad certamen Eqvis ſuis & Curru, cum Auriga induſtrio & perito, qvi Her victoriam peperit.

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

- *Partes*
  - *Propoſitio*
    - *eſt*, Chromius Ætnæus eſt laudandus.
    - *illuſtratur exhortatione ad Muſas, itum*
      - *ex Sicyone, loco victo- riæ.*
      - *ad Ætnam, locum vi- ctoris.*
  - *Confirmatio*
    - *ab hoſpitalitate.*
    - *à divitijs.*
    - *à victoria curruli in Adraſteis Pythijs.*
    - *à cauſa efficiente, Latona & filijs ejus.*
    - *à merito ob præclara facinora.*
  - *Qvod gnome declarat duplici.*
  - *Digreſſio in*
    - *Adraſtum*
      - *qvi inſtituit Pythia Sicyone.*
      - *qvi Sicyonem venit*
        - *Amphiarao cedens.*
        - *ſeditionem vitans.*
        - *Argos relinqvens.*
      - *qvi diſſidium inter cognatos prudenter ſedavit, ſorore Eriphyle Amphiarao deſponſata.*
    - *reliqvos Talai filios, qvi*
      - *Seditione domeſtica, regno excluſi fuerunt.*
      - *Reconciliati Amphiarao, Danaorum exſti- terunt maximi.*
      - *Adverſus Thebas duxerunt exercitum*
        - *avibus infauſtis.*
        - *Jove non approbante, ſe prohibente.*
        - *exitu infelici*
          - *omnibus præ ter Adra- ſtum cæſi*
          - *Amphiarao terris ab- ſorpto.*
  - *Regreſſio.* ♌
  - *Epilogus.* ♍

Regreſ

- à re præclarè contra Phœnices geſta.
  Hoc Præteritione figurat.

Ω Regreſſio ad laudes
- Ætnæorum in genere
  - ab εὐνομίᾳ, qvam eis precatur diuturnam.
  - ab aliis ornamentis civitatis.
  - à ſtudio eqveſtri.
  - à magnanimitate & virtute, qvam divitiis præferunt.
    Hoc membrum illuſtrat ab incredibilitate, qvum etiam Αἰδώς, qvæ tamen maximè gloriam affert, pecuniis expugnari poſſit.
- Chromii in ſpecie
  - à virtute bellica
    - pedeſtri.
    - eqveſtri.
    - navali.
  - à cauſa inſtigante ad virtutem
    - αἰδοῖ, metu ignominiæ.
    - propulſatione exitii bellici.
  - ab excellentia inter multos
    - conſilio.
    - manu.
    - animoſitate.
  - comparatione cum Hectore. Sicut illius ad Scamandrum: Sic Chromii ad Helorum gloria effloruit.
  - à patre Ageſidamo.
  - à virtute adoleſcentiæ ſtatim primæ.
  - ab aliis facinoribus terra mariq; editis, qvorum celebrationem in aliud tempus rejicit.
  - à ſpe ſenectutis placidæ, ob adoleſcentiam honeſtè transactam.
  - à felicitate divinitus conceſſa.
  - à gloria divitiis conjuncta. Qvo bono nihil ulterius optandum.

ἐπ ilogus ontinens
- adjuncta Convivii victorialis
  - tranqvillitatem & modeſtiam.
  - cantum, & victoriæ celebrationem.
  - potationē, qvam
    - commendat ab Effectu, qvòd Cantores alacriores faciat.
    - poſtulat
      - ob effectum, qvum ſit προφάτας κώμου.
      - certo modo, circumdiſtributam ſcilicet.
      - ex certis vaſis, poculis nimirū argenteis, qvalia Victor ex Adraſteis pro præmio reportavit.
      - de certa materia, Vino mero & generoſo.
- invocationem ad Jovem, pro ἐπινικίου hujus ſui ingenioſitate & gratia.

Typi verò metrici, hi ſunt.

1. —∪∪	—∪∪	—∪	7. ——∪∪	—∪∪—	——∪—
2. —∪∪	—∪∪	—∪	8. —∪——	—∪∪—	∪∪——
3. —∪——	—∪——		9. —∪∪	—∪∪	—
4. —∪∪	—∪∪	—	10. ——∪—	——∪—	
5. ——∪—	——∪—		11. ——∪—	——∪—	
6. —∪∪	—∪∪	—	12. ——∪⌐	—	

ΕΙΔΟΣ Θ.

ΧΡΟΜΙΩι ΑἸΤΝΑΙΩι, ἉΡΜΑΤΙ.

δυωδεκὰς α.

Κωμάσομεν παρ' Ἀπόλλω-
νος Σικυῶνόθε Μοῖσαι,
τὰν νεοκτίσαν ἐς Αἴτναν:
ἔνθ' ἀναπεπλαμέναι
ξείνων νενίκανται θύραι,
ὄλβιον ἐς Χρομίου
δῶμ'. Ἀλλ' ἐπέων γλυκὺν ὕμνον πράσσετε.
Τὸ κρατήσιππον γὰρ ἐς ἅρμ' ἀναβαίνων,
ματέρι, καὶ διδύμοις
παίδεσσιν αὐδὰν μανύει,
Πυθῶνος αἰπεινᾶς ὁμο-
κλάροις ἐπόπταις.

δυωδεκὰς β.

Ἔστι δέ τις λόγος ἀνθρώ-
πων, Τετελεσμένον ἐσλὸν
μὴ χαμαὶ σιγᾷ καλύψαι.
Θεσπεσία δ' ἐπέων
καύχας ἀοιδὰ πρόσφορος.
Ἀλλ' ἀνὰ μὲν βρομίαν
Φόρμιγγ', ἀνὰ δ' αὐλὸν ἐπ' αὐτὰν ὄρσομεν
ἱππείων ἀέθλων κορυφάν, ἅτε Φοίβῳ

Rurſus hic Poëta εἶδος non in στροφὰς, ἀντιστροφὰς & ἐπῳδοὺς diſtribuit; d ſicut Nem. Ϛ. in ὀγδοάδας: ita hoc in δυωδεκάδας. Eſt igitur hic μέλος odlibet δυωδεκάκωλον. Primum κῶλον eſt Trimetrum catalectum, Dactylim. II. ut primum. III. dimetrum acatalectum ex duobus Epitritis ſecundis. V. Dimetrum hypercatalectum Dactylicum. V. dimetrum acatalectum, ex duos Epitritis tertiis. VI. ut qvartum. VII. trimetrum acatalectum, ex duobus nicis à majore, & interpoſito Choriambo. VIII. trimetrum acatalectum, ex itrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. IX. ut qvartum. X. ut qvinm. XI. ut qvintum. XII. monometrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio.

ODA IX.

CHROMIO ÆTNÆO, CURRU.

α.

F*Eſtivitatem-hymno-ducemus ab Apolli-*
ne è-Sicyone proficiſcentes *ô-Muſæ,*
recens-conditam in Ætnam:
ubi repletæ
hoſpitibus victæ-ſunt fores;
beatam in Chromii
domum. At carminum dulcem hymnum facite.
Eqvis-vincentem enim in currum aſcendens,
Matri Latonæ *& gemellis*
filiis ejus *cantum denunciat,*
Pythonis excelſæ conſor-
tibus Inſpectoribus.

ϐ.

Eſt verò qvoddam dictum homi-
num, Peractum egregium facinus
non humi ſilentio tegere oportere.
Divinus enim carminum,
gloriationi, cantus congruens eſt.
Sed nunc qvidem ſonoram
citharam, nunc verò tibiam ad ipſum impellamus
eqveſtrium certaminum cacumen, qvæ Phœbo

inſtituit

θῆκεν Ἄδραστος ἐπ' Ἀ-
σωποῦ ῥεέθροις. Ὧν ἐγὼ
μνασθεὶς, ἐπασκήσω κλυταῖς
ἥρωα τιμαῖς.

δυωδεκὰς γ.

Ὃς τότε μὲν βασιλεύων
κεῖθι, νέαισί θ' ἑορταῖς,
ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις,
ἅρμασί τε γλαφυροῖς
ἄμφαινε κυδαίνων πόλιν.
Φεῦγε γὰρ Ἀμφιάρη-
όν τε θρασυμήδεα, καὶ δεινὰν στάσιν
πατρίων οἴκων, ἀπό τ' Ἄργεος. Ἀρχοὶ
δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν Ταλαοῦ
παῖδες, βιασθέντες λύᾳ.
Κρέσσων δὲ καππαύει δίκαν
τὰν πρόσθεν ἀνήρ.

δυωδεκὰς δ.

Ἀνδροδάμαντ' Ἐριφύλαν
ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν
δόντες Οἰκλίδᾳ γυναῖκα,
ξανθοκομᾶν Δαναῶν
ἦσαν μέγιστοι. Καί ποτε
ἑπταπύλους κριτὸν ἐς
Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν, αἰσιᾶν
οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδόν. Οὐδὲ Κρονίων,
ἀστεροπὰν ἐλελί-
ξαις, οἴκοθεν μαργουμένους
στείχειν ἐπώτρυν', ἀλλὰ φεί-
σασθαι κελεύθου.

δυωδεκὰς ε.

Φαινομέναν δ' ἄρ' ἐς ἄταν

inſtituit Adraſtus ad A-
ſopi fluenta. Qvorum ego
mentionem-faciens, exornabo inclytis
Heroëm honoribus.

γ.

Qvi tunc qvidem regnans
ibi, novisq; feſtis,
& de-robore virorum certaminibus,
curribusq; politis
illuſtrem-reddidit decorans urbem.
Fugiebat enim Amphiara-
umq; audacem-conſilio, & gravem ſeditionem
paternarum ædium, & ab Argo. Principes
verò non amplius erant Talai
filii, violenter oppreſſi lue hac.
Præſtantior enim ſedat litem
priorem vir.

δ.

Mariti-domitricem Eriphylen
fœderis-pignus ceu qvando fidele
dantes Oiclidæ uxorem,
flavicomarum Danaorum
fiebant maximi. Et qvondam
ſeptiportes ſelectum ad
Thebas deduxerunt exercitum virorum, fauſtorum
non per avium viam. Neqve Saturnius
fulgur qvati-
ens, è-domo furioſo-impetu-concitatos
proficiſci hortatus-eſt, ſed abſtine-
re à-profectione.

ε.

Manifeſtum verò utiqve in exitium

σπεῦδεν ὅμιλος ἱκέσθαι,
χαλκέοις ὅπλοισιν, ἱππεί-
οις τε σὺν ἔντεσιν. Ἰ-
σμηνοῦ δ' ἐπ' ὄχθαισι, γλυκὺν
νόστον ἐρυσάμενοι,
λευκανθέα σώμασ' ἐπίαναν καπνόν.
Ἑπτὰ γὰρ δαίσαντο πυραὶ νεογυίους
Φῶτας: ὁ δ' Ἀμφιαρῆι
σχίσεν κεραυνῷ παμβία
Ζεὺς τὰν βαθύστερνον χθόνα,
κρύψεν δ' ἅμ' ἵπποις,

δυωδεκὰς ϛ.

δουρὶ Περικλυμένου πρὶν
νῶτα τυπέντα μαχατὰν
θυμὸν αἰσχυνθῆμεν. Ἐν γὰρ
δαιμονίοισι Φόβοις,
Φεύγοντι καὶ παῖδες Θεῶν.
Εἰ δυνατὸν Κρονίων,
πεῖραν μὲν ἀγάνορα Φοινικοστόλων
ἐγχέων ταύταν θανάτου πέρι καὶ ζω-
ᾶς, ἀναβάλλεο ὡς
πόρσιστα. Μοῖραν δ' εὔνομον
αἰτέω σε παισὶν δαρὸν Αἰ-
τναίων ὀπάζειν,

δυωδεκὰς ζ.

Ζεῦ πάτερ, ἀγλαΐαισιν
δ' ἀστυνόμοις ἐπιμῖξαι
λαόν. Ἐντί τοι Φίλιπποι
τ' αὐτόθι, καὶ κτεάνων
ψυχὰς ἔχοντες κρέσσονας
ἄνδρες. Ἄπιστον εἶ-
π'. Αἰδὼς γὰρ, ὑπόκρυφα κέρδει κλέπτεται,

ἃ Φέρ

ſproperabat exercitus venire,
æreis cum *armis, eqveſtri-*
busq́; cum apparatibus. I-
ſmeni verò ad ripas, dulcem
reditum qvum-evitaſſent,
c̃adidè-effloreſcentem corporibus pingveſecerunt fumũ.
Septem enim devorarunt pyræ juvenes-robuſtos
viros: Amphiarao autem
diffidit fulmine adverſus-omnia-violento
Jupiter profundum-pectus-habentem Terram,
abſconditq́; eum *cum eqvis,*

ε.

haſtâ Periclymeni anteqvam
terga percuſſus pugnaci
animo pudeſieret. Nam in
divinitus-immiſsis terroribus
fugiunt etiam filii Deorum.
Si poſsibile-eſt ô-Saturnie,
dimicationem ſuperbam à Phœnicibus-miſſarum
haſtarum hancce de morte & vi-
tâ, rejice qvàm
longiſsimè. Sortem verò bonis-legibus-præditam
rogo te, filiis diu Æ-
tnæorum præbeas,

ζ.

ô-Jupiter pater, ornamentis-
q́; civilibus admiſceas
populum. Sunt utiqve eqvorum-ſtudio-
ſi ibi, & divitiis
animas habentes præſtantiores
viri. Incredibile di-
xi. Verecundia enim, latenter lucro ſurripitur,

ἀφέρει δόξαν. Χρομίῳ κεν ὑπασπί-
ζων παρὰ πεζοβόαις,
ἵπποις τε, ναῶν τ' ἐν μάχαις,
ἔκρινας ἂν κίνδυνον ὀ-
ξείας ἀϋτᾶς.

δυωδεκὰς η.

Οὕνεκεν ἐν πολέμῳ κεί-
να Θεὸς ἔντυεν αὐτοῦ
θυμὸν αἰχματὰν, ἀμύνειν
λοιγὸν Ἐνυαλίου.
Παῦροι δὲ βουλεῦσαι, φόνου
παρποδίου νεφέλαν
τρέψαι ποτὶ δυσμενέων ἀνδρῶν στίχας,
χερσὶ καὶ ψυχᾷ δυνατοί. Λέγεται μὰν
Ἕκτορι μὲν κλέος ἀν-
θῆσαι Σκαμάνδρου χεύμασιν
ἀγχοῦ. Βαθυκρημνοῖσι δ' ἀμ-
φ' ἀκταῖς Ἑλώρου,

δυωδεκὰς θ.

ἔνθ' Ἀρειᾶς πόρον ἄνθρω-
ποι καλέοισι, δέδορκεν
παιδὶ τοῦτ' Ἀγησιδάμου
φέγγος ἐν ἁλικίᾳ
πρώτᾳ. Τὰ δ' ἄλλαις ἀμέραις
πολλὰ μὲν ἐν κονίᾳ
χέρσῳ, τὰ δὲ γείτονι πόντῳ, φάσομαι.
Ἐκ πόνων δ', οἳ σὺν νεότατι γένωνται,
σύν τε δίκᾳ, τελέθει
πρὸς γῆρας αἰὼν ἀμέρα.
Ἴστω, λαχὼν πρὸς δαιμόνων
θαυμαστὸν ὄλβον.

δυωδε-

quæ affert gloriam. Chromio armi-
ger-exiſtens apud pedites
o eqvosq́, naviumq́ in prælijs,
judicaſſes periculum a-
cutæ pugnæ.

η.

Qvoniam in bello il-
la Dea Verecundia incitabat ejus
animum bellicoſum, propulſare
exitium Martis.
Pauci verò conſultando, cædis
præſentis nubem
convertere in hoſtium virorum acies,
manibus & animo idonei ſunt. Dicitur ſanè
Hectori decus flo-
ruiſſe Scamandri fluenta
prope. Profunda-præcipitia-habentes verò cir-
ca ripas Helori,

θ.

ubi Minarum trajectum homi-
nes appellant, refulget
filio hoc Ageſidami
lumen in ætate
prima. Alia autem alijs diebus facinora ejus,
multa qvidem in pulverulenta
terra, alia verò vicino in mari, commemorabo.
Ex laboribus autem, qvi cum juventute ſuſcepti fuerint,
cumq́ juſtitia, exiſtit
ad ſenectutem vita placida.
Sciat Chromius ſe ſortitum à Dijs
admirandam felicitatem.

δυωδεκὰς ι.

Εἰ γὰρ ἅμα κτεάνοις πολ-
λοῖς ἐπίδοξον ἄρηται
κῦδος, οὐκ αὖτ' ἔστι πόρσω
θνατὸν ἔτι σκοπιᾶς
ἄλλας ἐφάψασθαι ποδοῖν.
Ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ
μὲν συμπόσιον: νεοθαλὴς δ' αὔξεται
μαλθακᾷ νικαφορία σὺν ἀοιδᾷ.
Θαρσαλέα δὲ παρὰ
κρητῆρα φωνὰ γίνεται.
Ἐγκιρνάτω τίς μιν, γλυκὺν
κώμου προφάταν:

δυωδεκὰς ια.

ἀργυρέαισι δὲ νωμά-
τω φιάλαισι βιατὰν
ἀμπέλου παῖδ': ἅς ποθ' ἵπποι
κτησάμεναι Χρομίῳ,
πέμψαν θεμιπλέκτοις ἅμα
Λατοΐδα στεφάνοις
ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶνος. Ζεῦ πάτερ,
εὔχομαι ταύταν ἀρετὰν κελαδῆσαι
σὺν Χαρίτεσσιν, ὑπὲρ
πολλῶν τε τιμαλφεῖν λόγοις
νίκαν, ἀκοντίζων σκοποῦ
ἄγχιστα Μοισᾶν.

ια´

Si enim cum opibus multis glorioſum adeptus-fuerit
decus; non licitum-eſt ulterius
mortalem, amplius ſpeculam
aliam attingere pedibus.
Tranqvillitatem autem amat
qvidem convivium: & recenter-florens augetur
Victoria, molli cum cantu.
Audax verò apud
craterem vox eſt.
Temperet aliqvis illum, dulcem
encomij præconem:

ια.

argenteisq; diſtribuat phialis violentum
vitis filium: qvas qvondam eqvæ
dum-pepererunt Chromio,
miſerunt benè-textis cum
Latoidæ coronis
ex ſacra Sicyone. Jupiter pater,
opto hanc victoris *virtutem celebrare*
cum Charitibus, ſupra
multasq; ingenioſè-honorare carminibus
victoriam, jaculans proximè
ad *ſcopum Muſarum.*

COM-

COMMENTARIUS.

KΩμάσομεν παρ' Ἀπόλλωνος] Partes huius εἴδους ſunt V. Propoſitio, Cõfirmatio, Digreſſio, Regreſsio, & Epilogus. Propoſitio eſt, *Chromius Ætnæus eſt laudandus.* Hæc illuſtratur & amplificatur adhortatione ad Muſas, itum ex Sicyone loco victoriæ, in Ætnam locum Victoris. Confirmatio Propoſitionis, qvatuor potiſsimùm habet rationes. I. ab Hoſpitalitate. II. à divitijs. III. à victoria curruli in Pythijs Adraſteis. IV. à cauſa efficiente, Latona & filijs ejus. V. à merito, ob præclara facinora. Qvod gnome duplici illuſtrat.

α. 1. *κωμάσομεν*] qvid *κωμάζειν*, vide alibi.

α. 1. 2. *παρ' Ἀπόλλωνος Σικυῶνοθε*] Compellat Muſas, ut *κωμάσουσαι* in Siciliam ſe conferant, ab Apolline h. e. à ludis Pythijs Apollini ſacris. Ne verò qvis Pythia Delphica cogitet, addit differentiæ cauſa, *Σικυῶνοθε, è Sicyone.* ἡ Σικυὼν urbs prope agrum Corinthiacum in Peloponneſo, antea Αἰγιάλη dicta, & nomen adepta à Sicyone Athenienſi, qvo Laomedon contra Achæos *συμμάχῳ* fuit uſus, & cui illum tractum præmium dedit. *Pauſan. Corinth:* Ibi ludi Pythij in honorem Apollinis inſtituti fuerunt ab Adraſto Rege Argivorum circa annum mundi 2700. *Scholiaſtes* verò à Cliſthene inſtitutos affirmat, ex ſententia *Halicarnaſſ.i*, hac narratione, qvam ex *Pauſania in*

Phocicis pleniorem redditam pro
ro. Cirrha, oppidum erat Delp
diſtans ſtadijs LX. Ejus incolæ qv
& alijs improbitatis generibus Ap
linis numen læſiſſent, & in ſacror
finium poſſeſsionem temerè irru
ſent; publico Amphictyonum
creto arma in ſacrilegos ſunt mo
Bellum id Cliſtheni, Ariſtonymi
lio, Pyrrhonis nepoti, Sicyonior
tyranno mandarunt, circiter Oly
piadem L, circa annum mundi 33
& pro præmio ei dederunt terti
partem omnium manubiorum.
poſteà Pythia Sicyonia inſtaura
Qvæ qvidem ita conciliare po
mus, ut Adraſtum primum autore
Cliſthenem verò 670. circiter an
pòſt, Inſtauratorem dicamus: c
trà qvàm *Lonicerus & Aretius*
Chronologicam rationem imp
gentes, Cliſthenem primum Au
rem, Adraſtum verò Inſtaurator
faciunt.

α. 3. *τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν*]
gò, *τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν*: qvod
Brubachiana in margine agno
Per *Αἴτναν* intelligit Catanam S
liæ urbem, qvam Hiero renovav
amplificavit, & Ætnam nominav
indeq; ſeipſum, qvum aliàs Syra
ſanus eſſet, Ætnæum proclamari
luit, ut ſuprà notavimus. Hu
Hieronis auriga & familiaris Ch
mius, ſe qvoqve Ætnæum profe
eſt, ut & *Nem. α.* notavimus. Ad
tnam ergò, qvæ anteà Catana di
batur, Muſas Poëta ablegat, t
qvam ad habitationem Victoris.

κτι

...λίσταν cur nominet, ex modò dictis ...iqvet.

α. 4. ἀναπεπταμέναι] Syncope ...pro ἀναπεπεταμέναι, *apertæ, expanſæ,* ...b ἀναπετάννυμι, *expando.* Qvi ſic le...unt, Genitivum ξείνων, Poſſeſsivum ...aciunt, & activè accipiunt θύραι ξεί...ων, *Oſtia hoſpitum*, i. e. Ætnæorum ...oſpitalium. *Philippus* legens ἀνα...πεπλαμέναι: Genitivum ξείνων, Ma...riæ facit, & paſſivè accipit, ἀναπε...πλαμέναι ξείνων, *completæ hoſpitibus,* ...delicet exceptis. Qvem etiam ſe...vi volui.

α. 5. νενίκανται] ſi lectio mendo ...ret, ἥττηνται, ut *Scholiaſtes* exponit, ...e. *cedunt, victæ ſunt*, id eſt, domitæ ...m ſunt hoſpitalitate. Metaphora ...thyrambica, modò menda abſit. ...*holiaſtes* etiam ſic exponit, νενίκαν...ται, i. e. νίκην ἔχουσι, ſicut *Pyth.* η. *A.* ...ἐστεφανωμένον, i. e. στέφανον ἔχοντα. ...d diſcrimen horum duorum Ver...rum vel Tyroni patet.

α. 6. ἐς Χρομίου δῶμα] ὑπάλ...λον ad ἐς Αἴτναν. Sicut apud *Ho...rum Odyſſ.* θ. *v.* 362. ἡ δ' ἐς Κύπρον ...ανε Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη, Ἐς ...φον.

α. 7. πράσσετε] i. e. διανύσατε, ...*ficite, pangite*, ut opera imputetur ...iſis. *Philippus* reddidit *Exigite*, à ... Poëta ſcilicet, vel à χορευταῖς. ...ut aliàs Verbum πράσσειν hanc ...nificationem habet. Non admo...n malè.

α. 8. κρατησίπποον] i. e. συνέχον ...τάξει τοὺς ἵππους. Epitheton Cur..., ad qvem Eqvi certo ordine jun... frenis continentur.

α. 9. 10. Ματέρι καὶ διδύμοις ...ιδέοσιν] h. e. *Latonæ & geminis ejus ..., Apollini & Dianæ;* non Apollini & Mercurio (qvi Maiæ filius fuit) ut *Lonicerus & Aretius* exponunt. Pythia enim illa non Apollini tantùm conſecrata erant, ſed etiam Dianæ ſorori, & Latonæ matri.

α. 10. αὐδὰν μανύει] *carmen denunciat, vel indicat.* h. e. Chromius currum conſcendens & certaturus, his Dijs hymnum per ſuam futuram victoriam qvaſi promittit.

α. 11. Πυθῶνος αἰπεινᾶς] fuit enim ἡ Πυθὼν ſive urbs Delphorum in colle ſita, & ἄναντες habuit σχῆμα, ut eſt apud *Pauſaniam lib.* 10.

α. 12. ὁμοκλάροις ἐπόπταις] *conſortibus ſive ejusdem ſortis inſpectoribus.* Ideoq; non Apollini tantùm, ſed & ſorori Dianæ & Matri Latonæ, æqvali jure Chromius victoriam acceptam refert.

β. 1. λόγος] i. e. *verbum, proverbium, vulgatum dictum. Lonicerus* incommodiùs vertit, *Prudentia*; exponitq;, *Non cujuslibet eſt, rem inſigniter geſtam pro decoro efferre laudibus.*

β. 2. τετελεσμένον] κατεργαζόμενον, Man ſoll eines andern ſawer verrichtete arbeit nicht vnter die Banck ſtecken.

β. 4. θεσπεσία δ' ἐπέων] *divina cantio verſuum conveniens eſt gloriationi,* h. e. animo benè ſibi conſcio ob res præclarè geſtas. ἡ καύχη Atticum eſt pro καύχησις: ſicut ἄνθη pro ἄνθησις: βλάστη pro βλάστησις.

β. 6. 7. ἀνὰ μὲν, ἀνὰ δὲ] h. e. *per vices* nunc citharam, nunc tibiam impellamus: vel *æqvaliter & ſimul* citharam & tibiam impellamus.

β. 6. βρομίαν φόρμιγγα] i. e. *Sonoram citharam*, à βρόμος, *fremitus, ſonitus.* Qvi *Bacchicam* interpretantur, longiùs videntur recedere.

ϐ. 7. ὄρσωμεν] Lego ὄρσομεν.

ϐ. 8. ἱππείων ἀέθλων κορυφάν] in ἱππείων penultima corripienda. Poſſet tamen etiam legi ἱππίων. In ἀέθλων facienda eſt συνίζησις. Per κορυφὰν ἀέθλων ἱππείων, intelligit διφρηλασίαν, tanqvam eam reliqvis certaminibus eqveſtribus præferat.

ϐ. 8. ἅ τε] ſc: ἵππεια ἄεθλα.

b. 10. ἐπ' Ἀσωπȣ̃ ῥεέθροις] id eſt *Sicyone* qvam Aſopus præterlabitur.

ϐ. 10. κ. ὧν ἐγὼ μναϑεὶς] Tertia pars Hymni, Digreſsio in Adraſtum, & reliqvos Talai filios. In Adraſtum qvidem, I. Qvòd inſtituerit Pythia Sicyone. II. Qvòd Sicyonem venerit, Amphiarao cedens: ſeditionem domeſticam vitans: Argos relinqvens. III. Qvòd prudentiâ diſſidium inter cognatos ſedârit, deſponsâ Amphiarao Eriphyle. In Talai verò filios, I. qvòd ſeditione domeſtica regno excluſi fuerint. II. qvòd per matrimonium Eriphyles Amphiarao reconciliati, Danaorum h. e. Argivorum exſtiterint maximi. III. Qvòd ſtoliditatem paſsi fuerint, dum adverſus Thebanos duxerunt exercitum, avibus infauſtis; Jove non approbante, ſed potiùs dehortante; tandem exitu infelici: qvem ſpecialiùs declarat, ſeptem nimirum Ducibus cæſis, & Amphiarao terris abſorpto.

ϐ. 11. μναϑεὶς] in verſibus ſcilicet præcedentibus.

ϐ. 12. ἥρωα] τὸν Ἄδραστον.

γ. 1. τότε μὲν] Qvando ſcil: Φοίϐῳ ϑῆκεν ἄεθλα ἐπ' Ἀσώπȣ ῥεέθροις, h. e. *Sicyone*. Qvod & ſeqventibus verbis Poëta innuit, βασιλεύων κεῖϑι, *ibi, in Sicyone ſcilicet*, imperium tenēs. Anteà enim Argis dominabatur Adraſti pater Talaus. Sed qvum Talaum Amphiaraus ſuſtuliſſet, Adraſtus Amphiaraum fugiens in Achaiām conceſsit, & à Polybo Rege Corinthiorum prole maſculā carente, avo nimirum materno, qvi filiam Lyſianaſſam Talao uxorem dederat, Sicyoniam accepit exul. Ibi Adraſtus Pythia inſtituit, anteà illic loci non celebrata. Poſteà tamen Amphiarao reconciliatus fuit, u[t] dicetur.

γ. 2. νέαισί θ' ἑορταῖς] *feſtis nimirum Pythijs, anteà illic loci inſolitis.*

γ. 3. ἰσχύος τ' ἀνδρῶν ἁμίλλαις] i. e. *& certaminibus de robore virorum* cujuſmodi ſunt præcipuè, Curſus & Lucta. *Lonicerus & Philippus* τὸ ἁμίλλαις incommodè reddiderunt *Cœtu*, qvaſi eſſet ὁμιλίαις.

γ. 5. ἄμφαινε κυδαίνων] *Illuſtrem reddidit decorans.* Malè Lonicerus *Fulgebat adminiſtrans.*

γ. 6. Ἀμφιάρηον] ut cauſam necis paternæ, ideoq; & ſibi infeſtum.

γ. 6. ϑρασυμήδεα] propter cædem Talai.

γ. 7. καὶ δεινὰν στάσιν] i.e. *& gravem ſeditionem*, ab Amphiarao excitatam. *Lonicerus* minùs benè, *& d[…]rum ſtatum.*

γ. 8. πατρῴων οἴκων] *Aldus*, πατέρων οἴκων, metro reclamante. [H]πατρῴων media corripienda eſt, v[el] legendum, πατρίων οἴκων. Qvo[d] retinui.

γ. 8. ἀπό τ' Ἄργεος] tanqvam [e] loco, fugiens Ἀμφιάρηον, ut perſonā[m]

γ. 8. 9. ἀρχοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔσαν] Lonicerus benè, *Neqve ultrà* (mallem *adhuc*) *Talai filij ſeditione oppreßi, i[n] Argivorum principum numero erant* (puta, regno jam exuti.) *Vulgata* habet

bet, οὐκ ἔτι, *Nondum.* Qvæ ſignificatio huc non qvadrat. Senſus eſt: *Talao patre ab Amphiarao ſublato, filij ejus dignitate principali non amplius fruebantur, usqvedum ſcilicet Adraſti conſilio reconciliatio facta fuit.* τὸ ἔτι interdum ſignificat durationem, *adhuc*: interdum certo futurum qvid, *aliqvando*: ſicut & Germanorũ noch: ζῇ ἔτι, *vivit adhuc*, er lebet noch: durationis nota. Δουλώσω τὸν Εὔρυτον ἔτι, *Soph: Trachin:* 2. 3. in ſervitutem aliqvando redigam. Ich will jhn noch ein mal zu rechte harcken/futuri nota.

γ. 9. 10. Ταλαοῦ παῖδες] Talaus Biantis filius, partem Argeos tenuit. Filij ejus fuerunt, Meciſteus, Hippomedon, Parthenopæus, Adraſtus, Pronax. Hi omnes patre ſublato, dignitate qvoqve regia ſua ita exuti ſunt, ut ἀρχοὶ amplius non eſſent. Genealogiam horum, & qvomodo Amphiaraus eos ſangvine attingat, vide *ad Pyth.* η. *G.* 1. Illud animadverſione dignum, qvoſdam Interpretes *Herodoti*, illa verba qvæ in *Terpſichore* exſtant, Ἀδρήστου τοῦ Ταλαοῦ, reddidiſſe, *Adraſti calamitoſi*, Proprio Appellativè perperam accepto. Qvod & multis alijs locis contigit. *Qua exſtat in Indice, in Adraſtus.*

γ. 10. βιασθέντες λύᾳ] qvam Amphiaraus regni nomine concitarat.

γ. 11. κρέσσων δὲ καππαύει] Gnome, *Vir prudentior & præſtantior anteceſſam litem* ſedat. Ein verſtendiger Mann ſihet wie er Zanck vnd Hader auffhebe/ vnd wieder einigkeit ſtiffte. Id autem fecit Adraſtus, cum magno ſuo & fratrum commodo. Reconciliato enim Amphiarao per novam affinitatem, in regni ſortem iterum venerunt, & potentia denuò floruerunt. *Portus* ad Amphiarai vim refert; *Potentior vir ſedat jus prius*, h. e. ut exponit, *Juſtum ac legitimum imperium alteri per vim eripit, qvod alter antè obtinebat.* Wer den andern vermag/ ſteckt jhn in Sack. Sed minùs huic loco convenienter.

δ. 1. ἀνδροδάμαν] Ἐριφύλαν] Medium καταπεπαυμένης δίκης τῆς πρόσθεν, nova affinitas, qvam tradita Eriphyle ſorore ſua Amphiarao Adraſtus & fratres effecerunt. Dicitur ea hîc ἀνδροδάμας h. e. *viri vel mariti domitrix*, (*Aldina, Romana, & Brubachiana* habent, ἀνδρομέδαν, minùs benè) non prioris alicujus ante Amphiaraum, uti *Lonicerus Scholiaſten* ſecutus exponit; ſed ipſius Amphiarai. Res ita habet: Fuerat aliqvando controverſia inter Adraſtum & Amphiaraum: qva prudentiâ Eriphyles compoſita, ambo pactũ fecerunt, in ſimilibus deinceps controverſijs Eriphylæ judicium ſe velle ſeqvi, utpote prudentis fœminæ. Qvum verò Adraſtus Rex Argivorum, bellum ad Thebas inſtrueret, pro Polynice genero, & Amphiaraum unà poſceret; renuit Amphiaraus, qvòd ex arte vaticinandi qva pollebat, interitum ſibi imminere præſciret. Eriphyle v. corrupta à fratre Adraſto, monili aureo, Amphiaraum maritum unà ad bellũ ire juſſit. Qvod qvùm per pactum detrectare ampliùs non poſſet; ſe abſcondit. Ab Eriphyle a. proditus, coactus fuit, unà ad bellum proficiſci. *Pauſan: in Corinth: & Bœot: Plutarch: de compar: caſibus Rom: & Græc. Statius Thebaide. Hom. Od:* λ. *v.* 325. *Athen. l.* 6. Atq; hinc ἐτύμου ratio patet.

δ. 2. ὅρκιον ὡς ὅτε πιστὸν δόντες] h. e. *velut*, ſive *v. g.* (accommodat enim exemplum ad gnomen præcedentem) qvando Talai filij fidele pignus

juramento confirmatum dantes Amphiarao, Eriphylen ſororem, maximi iterum evaſerunt inter Danaos. *Lonicerus* confusè ita: *Qvum prioris mariti ſui domitricem Eriphylam, qvi veluti maximum pulchra cæſarie præſtantium Danaorum jusjurandum fuerunt, Oeclis filio Amphiarao uxorem darent.* Idq; exponit: Fuerunt maximum jusjurandum, h. e. metaphoricos *res certa, fidelis, firma & perſpicua.* Summa, omnium reputati ſunt celeberrimi, perinde ac jusjurandum firmum, ſanctum ac celebre habetur.

δ. 3. Οἰκλείδα] h. e. Amphiarao Oïclis filio, Melampi nepoti. Videatur *genealogia ad Pyth. η. G.* I. In Scanſione facienda eſt συνίζησις, vel legendum, Οἰκλείδα.

δ. 4. ξανθοκομᾶν Δαναῶν] *flavicomorum b. e. pulchricomorum Danaorum.* οἱ Δαναοὶ interdum in genere ſunt *qvivis Græci:* hîc verò in ſpecie ut & alibi, ſignificantur *Argivi*, à Danao Ægyptio, à qvo Reges Argivi deſcenderunt, ut ex genealogia *ſuprà* patet.

δ. 5. 6. Καί ποτ᾽ ἐς ἑπταπύλους Θήβας] Deeſt in omnibus qvas vidi editionibus, ◡ ◡ —. Lego, Καί ποτε ἑπταπύλους κρατὸν ἐς

Θήβας ἄγαγον στρατὸν ἀνδρῶν, — nam & hæc poſtrema duo verba, perperam tranſpoſita habebantur. De cauſa illius belli ſuprà dictum.

δ. 7. 8. αἰσιᾶν οὐ καθ᾽ ὀρνίχων ὁδόν] *non ſecundum viam fauſtarum avium,* i. e. infauſtis auſpicijs.

δ. 10. μαργουμένους] à μαργόομαι, *inſano impetu feror, inſanio.* Non autem à μαργάω vel μαργάομαι, qvod idem ſanè ſignificat, ſed μαργωμένας de ſe produxiſſet.

ε. 1. Φαινομέναν ἐς ἄταν] *in manifeſtum damnum.*

ε. 3. 4. ἱππείοις τε σὺν ἔντεσιν] mit dem reiſigem Zeuge.

ε. 5. Ἰσμηνοῦ δ᾽ ἐπ᾽ ὄχθαισι] Iſmenus fluvius Bœotiæ, Thebas præterlabens; ad qvem, prælium Argivorum & Thebanorum commiſſum fuit. Et in primo qvidem conflictu Thebani ſuperati, & in fugam verſi, intra mœnia ſeſe recepêre. Argivi earum artium qvibus urbes oppugnantur, planè ignari, & ira incitati, improvidè impetum faciebant: ideoq; plurimos eorum Thebani de muris occidebant; qvin & eruptione facta, diſſipatos turbatis ordinibus reliqvos percuſſerunt, ita ut totus exercitus, unico Adraſto excepto, ad internecioné deleretur. *Pauſ. in Bœot.*

ε. 6. γλυκὺν νόστον ἐρυσάμενοι] *dulcem reditum qvum evitaſſent,* haben ſich vor der wiederkunfft gehütet. Habet enim Verbum ἐρύομαι qvandoqve ſignificationem τοῦ φυλάττω vel ἐκφεύγω. Sic *Iliad.* β v. 829. de Ennomo augure, ἀλλ᾽ οὐκ οἰωνοῖσιν ἐρύσατο κῆρα μέλαιναν, *augurijs ſuis non evitavit nigram mortem.*

ε. 7. λευκανθέαν σώματ᾽ ἐπίαναν καπνόν] Ita omnes editiones habent, qvantumvis metrum & ratio etymologica reclamet. Lego λευκανθέα, qvod & ex *Camerarij* correctione *Rittershuſius* approbat. Sic & metrum, & etymologica ratio ſalvatur, ab ὁ ἡ λευκανθής, *albicans, albè efflorescens.* De fumo hîc loqvitur ex combuſtis corporibus nidoroſo & albicante. *Scholiaſtes* λευκανθέα perperam ad σώματα refert.

ε. 7. ἐπίαναν] *pingvefecerunt,* nidoroſum fecerunt.

ε. 8. ἐ-

ε. 8. ἑπ̀ὰ γὰρ] Pro numero ſcilicet exercituũ, & Ducum, ex qvibus ſolus Adraſtus ſuperſtes manſit. Cæſorum autem cadavera, Theſei ope, Thebanis ad combuſtionem acceꝑit. Qvum enim Creon Laodamantis Eteoclis filii tutelam ſuſcepiſſet, & jam Thebis tutorio nomine imperaret; nec ſineret cæſorum cadavera comburi & humari: Theſei opem Adraſtus imploravit. Commiſſa itaqve inter Athenienſes & Thebanos pugna, victor Theſeus cadavera comburi, & cineres oſſaq; in agrum Eleuſinium deportari, ibiq; ſepeliri curavit. *Pauſ. Att. Iſocrates Helena, Panegyrico, Panathenai-, Plataico & Archidamo.* Videatur etiam *Æſchylus in ἑπ̀ὰ ἐπὶ Θήβας.*

ε. 8. δαίσαντο] *abſumpſerunt, devorarunt.*

ε. 9. Ἀμφιαρῆι] tanqvam à Nominativô Ἀμφιαρεύς. In ρῆι faciendis eſt συνίζησις.

ε. 10. κεραυνῷ παμβίᾳ] πάντα βιαζομένῳ, das alles vberwältiget.

ε. 12. κρύψεν δ᾽ ἅμ᾽ ἵπποις] & ita Amphiaraus cum eqvis & curru abreptus fuit, in loco qvem Ἅρμα poſteà dictũ, in via qva Thebis Chalcidem iter eſt, *Pauſanias* ſcribit *in Atic.*

ς. 1. δουρὶ Περικλυμένου] Periclymenum hunc *Scholiaſtes* Neptuni & Chloridis Tireſiæ filiæ filium facit. ...m hoc conflicturus Amphiaraus, fugam verſus eſt. Ne tamen, qvum ...s fortis eſſet, turpiter ita cæderet; Jupiter ejus miſertus, fulmine terram dehiſcere fecit, & ita abſorptione turpem mortem prævertit. *Eſt ...ſatio calva, Ethnicu digna.*

ς. 2. νῶτα τυπέντα] *percuſſum terga,* dum ſcilicet fugeret.

ς. 3. 4. ἐν γὰρ δαιμονίοισι φόβοις] Qvia parum honeſtum Amphiarao fuit fugiſſe: excuſat nunc fugam à cauſa efficiente, Terror ille erat δαιμόνιος, *divinitus immiſſus*: qvo terrore in fugam vertuntur etiam fortiſsimi qviqve, imo etiam Deorum filii. Sic Ajax aliàs fortiſsimus fugit, qvum Jovem haberet antagoniſtam, ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων, ut eſt *Jliad. λ. v.* 546. Vide Adagium, *Panicus terror.*

ς. 6. εἰ δυνατὸν Κρονίων] Qvarta pars hymni, Regreſsio ad laudes cum Ætnæorũ in genere, tum Chromii in ſpecie. Ætnæos in genere celebrat, I. à fortitudine, qva ſe nuper ab inſultu Phœnicum liberarunt. Hoc Præteritione figurat, vel potiùs deinceps eos à tali inſultu immunes precatur. II. ab εὐνομίᾳ, qvam eis precatur diuturnam. III. ab aliis civilitatibus, & urbis ornamentis. IV. à ſtudio eqveſtri. V. à magnanimitate, qvam Divitiis præferunt. Hoc membrũ illuſtrat ab Incredibilitate, qvum etiam ἡ Αἰδώς, Pudor & Pudicitia, qvæ tamen maximè gloriam affert, pecuniis expugnari poſsit.

ς. 6. εἰ δυνατόν] *ſi poſſibile eſt*, ſi fieri poteſt, ſi contra fata non eſt, ſi tu annuis.

ς. 7. πεῖραν] hoc loco, *dimicationem, experimentum qvaſi bellicum*, da mans miteinander verſuchet. Qva ratione *Lonicerus* vocabulum hoc, iis, qvæ *ad ε. 8.* notavit, immiſcuerit, non apparet.

ς. 7. 8. Φοινικοστόλων ἐγχέων] ἀπὸ τῶν Φοινίκων στελλομένων, *ha-*

 ſtarum

ſtarum ſeu armorum, h. e. *belli à Phœnicibus ſeu Carthaginenſibus illati.* De qvo vide *ſuprà ad Pyth. α. D.5.* in qvo cùm Hieronis, tùm etiam Chromii virtus enituit. Qvomodo autem Carthaginenſes dicantur Phœnices, vide *ad Pyth. α. d. 10.*

ϛ. 8. *ταύταν*] *hanc nuperam* ſcilicet, & omnibus adhuc notam.

ϛ. 8. *θανάτου πέρι καὶ ζωᾶς*] in qva de vita & morte dimicabatur, da es Leib und Leben galt: & de ſalute totius Græciæ. Sic *ſuprà Pyth. α. D. 5.* hac victoria Græciam ex *δουλείᾳ βαρείᾳ* ereptam dicit.

ϛ. 9. *ἀναβάλλομαι ὡς πόρσιστα*] *rejicio qvàm longiſſimè.* i. e. *prætereo*, nũc pluribus attingere nolo. *Philippus* reddens, *Remove qvàm longiſſimè*, videtur legiſſe, *ἀναβάλλεο ὡς πόρσιστα*: qvod ad *τὸ, εἰ δυνατὸν* multò aptiùs infertur, ideoq; retinendum videtur. *Romana*, perperã habet, *ἀναβάλομαι.*

ϛ. 11. *αἰτέω*] *συνίζησις.*

ϛ. 3. *ἐνὶ*] ultima pro longa ponitur.

ϛ. 7. *αἰδὼς γὰρ ὑπόκρυφα*] Incredibile propè eſſe aut videri poſſe cenſet, qvod dixit, Ætnæos habere *κτεάνων ψυχὰς κρέσσονας*; qvandoqvidem ἡ Αἰδὼς, id eſt, *Pudor*, *ſeu metus ne qvid committatur vituperio dignum*, clanculum lucro decipitur, tametſi gloriam afferat. Ne ergò incredibile ma neat, exemplum profert Chromii hujus, qvi in nupero bello, divino inſtinctu, nullo lucro adductus, ſed virtuti & ſaluti patriæ inſerviens, rem præclarè geſsit. Et hac occaſione nunc à laudibus Ætneorum in genere, ad laudes Chromii in ſpecie tranſit.

ζ. 7. *κλέπτεται*] *decipitur furtim*,
& qvaſi ſenſim ſine ſenſu ſurri[p]
tur.

ζ. 8. *ἃ φέρει δόξαν*] *qvæ gloriam*
affert, ἀορίστως, *τῷ αἰδήμονι* ſcilic
Philippus addit *χρομίῳ*. *Qvæ glori*
affert Chromio. Sed hanc vocem
ſeqventia pertinere, ſatis ex tex
liqvet. *Lonicerus* non tantùm *χ*
ρομίῳ annectit, ſed & ſeqventia, v.
ὑπασπίζων, cum ἃ [ſc. Αἰδὼς] co
nectit. *ἀλόγως.*

ζ. 8. *Χρομίῳ κεν ὑπασπίζων*]
Ætnæorum laudibus, tranſit nunc
ſpecie ad Chromii laudes, qvem c
illuſtre exemplum producit. Co
mendat autem eum, I. à virtute b
lica, pedeſtri, eqveſtri, navali. II.
cauſa inſtigante ad virtutem, n
κέρδει ſc., ſed partim Αἰδοῖ, metu ig
miniæ: partim propulſatione λ
γοῦ ἐνυαλίου. III. ab excellentia in
multos alios, conſilio, manu, anim
ſitate. IV. comparatione cum H
ctore; cujus ut ad Scamandrum:
Chromii ad Helorum gloria ef
ruit. V. à patre Ageſidamo. VI. à v
tute adoleſcentiæ ſtatim primæ. V
ab aliis facinoribus terra mariq; e
tis, qvorum celebrationem in al
tempus rejicit. VIII. à ſpe ſenectu
placidæ, ob adoleſcentiam hon
tranſactam. IX. à felicitate divini
conceſſa. X. à gloria divitiis c
juncta. Qvo bono nihil ulterius
ptandum cenſet.

ζ. 8. *Χρομίῳ ὑπασπίζων*] *Ch*
mio armiger vel Satelles exiſtens,
ſi Chromii ſatelles fuiſſes: &c. t
judicare poſſes &c.

ζ. 9. *παρὰ πεζοβόαις*] *apud pe*
milites. ἡ βοὴ non rarò *Pugnam ſi*
ficat. *Homer.* *βοὴν ἀγαθὸς Μ*
λαος.

ζ. 11. ἐ

ζ. 11. ἔκρινας ἂν] *judicares uti-ve.*

ζ. 12. ὀξείας αὐτᾶς] ita nonnulli odices habent. Alii verò rectè ὑτᾶς.

η. 1. ἐν πολέμῳ] *in bello ſcilicet Li-co*, de qvo *ſuprà ad Pyth. α. D. 5.*

η. 1. 2. κείνα Θεὸς] ſcilicet ἡ Αἰδώς. d. Illa Dea intemerata, nulloq; ἔρδει κλεπτομένη, ἔντυεν &c. Προσ-ωποποιητικῶς τὴν Αἰδῶ, ut Deam troducit.

η. 3. 4. ἀμύνειν λοιγὸν Ἐνυαλίου] h. e. Vulgata reddidit, *Ad propulſandũ artis exitium.* vel, ut Philippus: *ut gnæ malum depellat.* Lonicerus in-mmodiùs, *Ut ſeſe de Martis peſte iſceretur.*

η. 5. παῦροι δὲ βουλεῦσαι] Pauci ν τῷ] βουλεῦσαι, ſunt δυνατοὶ τρέ-αι νεφέλαν φόνου παρποδίου ποτὶ ζας δυσμενέων ἀνδρῶν. h. e. *Pauci ſunt periculum bellicum præſentiſſi-m in hoſtes retorqvere.* Hoc autem ia præſtitit Chromius in bello nu-r contra Carthaginenſes, meritò e aliis laudandus eſt.

η. 5. 6. φόνου παρποδίου] Aliqvi ut nitivos Conſeqventiæ acceperũt, *de præſente*, ut Philippus: *Inſtante na*, ut Lonicerus. Rectiùs Geniti-s ad Subſtantivum νεφέλας illa-accipitur, juxta σύνταξιν jam dò indicatam.

η. 7. ποδὶ] Ita habet *Romana, Al-a, Cratandrina, Brubachiana.* Re-ρὰ πολὶ, qvod probatur.

η. 7. τρέψαι πολὶ δυσμενέων] *in ium acies convertere, retorqvere.* nicerus hunc locum cõfuſiùs red-it: *Jam paucos eſt reperire, qvi in-te pugna, nubem adeoq; hoſtium or-s à ſeſe manu & conſilio vertere ant.*

η. 8. χερσὶ καὶ ψυχᾷ] ἀνδρείᾳ καὶ φρονήσει.

η. 10. Σκαμάνδρου χεύμασιν ἀγχοῦ] *prope fluenta Scamandri*, fluvii Troa-dis, h. e. pugnanti pro patria, in bel-lo Trojano. De ejus virtute, vide *in Iliade Homeri* paſſim. Comparat Chromium Hectori, qvandoqvidem uterq; pro patria fortiter pugnavit.

η. 12. Ἑλώρου] ὁ Ἕλωρος, fluvius Si-ciliæ, verſus Pachynum promontori-um, piſces habens cicures, adeò ut ex hominum manibus eſcam capiant. ut ex *Apollodoro* notat *Stephanus de Urbibus. Scholia* ex *Timæo* evincere voluĩt, intelligi bellum, qvod Hippo-crates Geloorũ rex contra Syracuſa-nos movit. Sed rectiùs intelligemus bellum contra Phœnices ſeu Cartha-ginenſes, de qvo anteà.

θ. 1. ἔνθ' Ἀρείας πόρον] q. d. *traiectũ Minarum*, Trajectum illius loci, ubi Minæ Phœnicum, h. e. minaces cõtu-meliæ in proximo bello Libyco ſunt contuſæ. ἡ Ἀρειά, *mina. Scholiaſtes* du-bitat, utrum legẽdum ἔνθ' ἀρείας πό-ρον: vel ἔνθα Ῥείας ſive Ῥέας πόρον, *Rheæ traiectum*, qvem ab eventu qvo-dam ſic nominatũ veriſimile eſſet: vel ὑφ' ἓν, ἔνθ' Ἀρειάστορον. Et addit qvòd οὗτος ὁ Ἀρείας πόρος, ἀνεξήγητος ſit. Mallem vel ἀρειᾶς πόρον, vel ἀρει-άστορον. τὸ ει hîc corripitur.

θ. 6. ἐν κονίᾳ χέρσῳ] *in terra pulve-rulẽta*, i. e. in bellis terreſtrib. παρὰ πε-ζοβόαις ἵπποις], ut paulò antè dixit.

θ. 7. τὰ δὲ γείτονι πόντῳ] τὸ ἐν ἀπὸ κοινοῦ repetẽdum eſt. Subintelligun-tur πράγματα. In vicino mari, cir-ca Siciliam ſcilicet, ναῶν ἐν μάχαις, ut *ſuprà* loqvebatur.

θ. 10. πρὸς γῆρας αἰὼν ἁμέρα] *ad ſenectutem vita placida.* Egregia gnome

gnome, indicans ad Juventutem benè & ſecundum virtutem peractam, ſeqvi in ſenectute vitam pacatam & placidam. *αἰὼν* hoc loco *Vitam* ſignificans, in Fœminino ponitur, ut & alibi. Vide *ad Pyth. ε. α.* 8. Alibi tamen & in Maſculino ponitur. ut *Nem. ι. δ. 6. & 8. Romana* perperam habet, πρὸ γήρας ἐών. τὸ ἁμέρα hoc loco eſt Adjectivum fœmininum, ab ἅμερος. Ideo *Philippus* benè vertit, *Placidum ævum. Scholiaſtes* verò cenſet eſſe Subſtantivum, & ſic exponit: ἡμέρα μία ἐν τῷ γήρᾳ συγκριτικὴ ἐστι πρὸς ὅλον τὸν αἰῶνα. Vel, ὁ πρὸς τὸ γῆρας πᾶς χρόνος, ὥσπερ μία ἡμέρα παρατρέχει. Hunc ſecutus *Lonicerus*, *Senii tempore dies ipſa tranſigitur.* Idem *Scholiaſtes* tamen etiam Adjectivè accipi poſſe agnoſcit.

ι. 3. οὐκ ἔτ' ἔστι πόρσω] Suſpecta lectio. ἔτι debebat priorem producere: & aliàs ocioſè alterum ἔτι repeteretur. *Aldus* ſine neceſsitate, & contra metrum habet πρόσω. *Qvid ſi legeremus? οὐκ αὖτ' ἔστι πόρσω.*

ι. 4. θνατὸν ἔτι] *qvum mortalis adhuc ſit, nondum ex lege humana exemptus.*

ι. 6. Ἡσυχίαν δὲ φιλεῖ μὲν συμπόσιον] Epilogus continens primò adjuncta honeſti convivii victorialis, Tranqvillitatē, Cantū & celebrationē victoriæ, & Potationē. Hanc, Potationem ſcilicet initio commendat ab Effectu, qvòd Cantores & Poëtas alacriores faciat: Deinde poſtulat, I. ob effectum, qvum ſit προφάτας κώμου: II. certo modo, circumdiſtributam ſcilicet. III. ex certis vaſis, poculis videlicet argenteis, qvę Chromius victor ex Adraſteis reportavit. IV. de certa materia, Vin[o] mero & generoſo. Deinde contine[t] Invocationem ad Jovem, pro hymn[i] ſui ingenioſitate & gratia.

ι. 6. ἡσυχίαν] perperam aliqvi ha[-] bent ἡσυχία, qvod *Cratandrina* i[n] margine notat. Non intellig[it] *ſilentium*, qvum ἀοιδὰν & φωνὰν θα[ρ-] σαλέαν mox ponat: ſed *Modeſtam tranqvillitatem*, ubi *tollūtur mores ba[r-] bari, verecundusq́ Bacchus Sangvine[is] prohibetur rixis*, ut eſt apud *Horatium lib. 1. oda 27.*

ι. 9. θαρσαλέα δὲ παρὰ κρητῆρ[α] *apud craterem.* h. e. in συμποσίῳ vo[x] fit confidentior, Vox Poetarum [&] Cantorum qvaſi animatur, ut con[fi-] dentiùs canat, & in laudes victoru[m] animoſiùs promatur. Beym We[in] ſingt man gerne. Οἶνός τοι χαρίει[ς] μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ. *Epigr.*

ι. 11. ἐγκιρνάτω τίς μιν] Poſtul[at] potum, qvaſi jam in ipſo conviv[io] victoriali eſſet, ut alacriùs canere poſsit. Lange her / las ein mal herum gehen.

ι. 12. γλυκὺν κώμου προφάταν *dulcem prænuncium κώμου*, h.e. hym[ni] & convivii victorialis. Wo m[an] groſſe Pocal auffſetzt / iſt ein zeiche[n] das man gedenckt gute trüncke zuthu[n] vnd das der Mond in das Weinzeich[en] tretten wird.

ια. 1. 2. ἀργυρέαισι φιάλαισι qvæ ſcilicet in Adraſteis præmium cum corona erant, qvod etiam [ex] *Nem. ι. g. 1. 2.* patet. Ideò mox ſu[b-] jicit, ἅς ποθ' ἵπποι κτησάμεναι, &c.

ια. 1. νομάτω] Ita habet *Roman[a] Aldina, Cratandrina & Brubachian[a]* Lego *cum reliqvis*, νωμάτω.

ια. 2. 3. βιατὰν ἀμπέλου παῖδα *violentum vitis filium*, h. e. Vinu[m]

βιατ[ὰν]

ξιατὸν vocat, *violentum, generoſum*, ſtarcken Wein, valentem facilè dejicere hominem potum. ἀμπέλȣ παῖδα vocat, hoc eſt, *merum, non-dilutum*, ſed prout de ipſa matre, hoc eſt, vite eſt. unverfelſchten reinen Wein. Vide *Plautum Amphitr.* 1. 1. ut matre fuerat natum, & ad eum locum notas *Taubmani*.

ια. 4. 5. χρημίω πέμψον] Viciſſe enim putatur abſens, ut ſuprà indicatum.

ια. 5. 6. θεμιπλέκτοις ἀμφὶ Λατοΐδα σεφάνοις] Lego θεμιπλέκτοις μα Λατοΐδα σεφάνοις, ut & *Scholiaſtes* legiſſe videtur. θεμιπλέκτȣς vocat q. νομίμως πεπλεγμένȣς: *legitimè textas, ſine fraude partas*: vel ἀπὸ τῆς Θέμιδ☉ πεπλεγμένȣς, quum ſit Apollinis πάρεδρος, ut alii volunt. Noſtro tamen Poetæ, *Olymp. η. A.* 11. Διὸς ξενίȣ πάρεδρος prædicatur.

ια. 7. ἐκ τᾶς ἱερᾶς Σικυῶν☉] ἱερὰν vocat, qvia exſtructa eſt in colle natura munito; Cereri ſacro *Strabo lib.* 8.

ια. 8. εὔχομαι] qvid ſi ἔρχομαι? Sed votum videtur commodius eſſe.

ια. 9. σὺν χαρίτεσιν] *cum Charitibus*, id eſt, faventibus & auxiliantibus Gratiis.

ια. 10. ὑμαλφεῖν λόγοις] ὑμαλφεῖν idem eſt qvod ὑμᾶν: niſi fortè emphaſin ineſſe malimus ex ἀλφέω, *inquiro*, ut ſit *honorare accuratè*, inveſtigare materiam laudum & honorum.

ια. 11. νίκαν] ſc. τάυταν τȣ̃ χρομίȣ *Rom. Aldin. & Brubach.* habent νικᾶν, referuntq; ad πολλῶν, ut etiam *Scholiaſtes* notat.

ια. 11. 12. ἀκοντίζων σκοπȣ̃ ἄγχιςα Μοισᾶν] hoc eſt, *ingenioſè & eruditè ſcribens hymnum*. Vide Adagium, *Scopum attingere*.

ΕΙ͂ΔΟΣ Ι.

ΘΕΙΑΙΩι ΠΑΙΔΙ ὈΥΛΙΟΥ, Παλαιςῇ.

Hic qvoqve hymnus ad hanc claſſem propriè non pertinet. Etſi enim *Thiæus*, cui inſcriptus eſt, etiam in Nemeis vicit: non tamen occaſio ejus ex Nemea victoria ſumpta eſt, ſed ex Heræa ſeu Junonia Argiva. Fuit autem *Thiæus* hic & ipſe Argivus, Uliæ filius, multis diverſorum corum victoriis nobilitatus. De Patre verò *Ulia*, nihil vel hîc à Poëta commemoratur præter nomen, vel apud alios qvicqvam, qvod ſciam, legitur.

Ratio metrorum hos habet typos.

στροφ: & ἀντιστρ.		
1. ∪∪–	∪∪–	∪∪
2. ––∪–	––∪∪	–∪∪–
3. –∪––	–∪∪–	∪∪–
4. ––∪∪	–∪∪–	
5. –∪––	–∪∪–	∪∪–
6. –∪––	–∪∪–	
7. ∪∪––	–∪–	
8. –∪––	–∪∪–	∪∪––
9. –∪∪	–∪∪	–
10. –∪––	–∪––	–∪–
11. –∪––	–∪––	–∪–

ἐπῳδ.		
1. –∪––	––∪–	
2. –∪∪–	––∪–	
3. –∪––	–∪∪–	
4. ∪∪––	–∪–	
5. –∪∪	–∪∪	–∪
6. –∪∪	–∪∪	–
7. –∪∪–	∪∪––	–∪––
8. –∪––	–∪–	
9. ––∪∪	–∪∪–	–
10. ∪∪∪–	–∪––	
11. ∪∪–	∪∪–	∪
12. –∪––	–∪–	

Summa & Diſpoſitio hæc eſt:

- *Partes*
  - *Exordium*
    - *habet* προσφώνησιν *ad Charitas, ad laudes patriæ Victoris, Argeos*
      - *in genere, Multa habet præclara & memorabilia* [cut off]
      - *in Specie*
        - *à conditore & exornatore Danao.*
        - *à filiabus ejus qvinqvaginta.*
        - *à tutela Junonis.*
        - *à Perſeo domitore Gorgonis.*
        - *ab Epapho conditore multorum oppidorum in Ægypto.* [cut off]
        - *ab Hypermneſtra, qvæ marito pepercit.*
        - *à Diomede* ἀποθεωθέντι.
        - *ab Amphiarao vate terris abſorpti.* [cut off]
        - *à fœminis pulchris*
          - *v.g.*
            - *Alcmene.*
            - *Danaë.*
          - *qvod ipſius Jovis judicio probatur.*
        - *à Talai* / *à Lyncei* — *prudentia & juſtitia.*
        - *ab Amphitryonis*
          - *bello contra Teleboas*
          - *cum Jove affinitate.*
        - *à coniugio Herculis & Hebes.*
    - *præciditur*
      - *ab impoſſibili recenſione omnium.*
      - *à ſatietate auditorum, & immorationis tædio.*
  - *Propoſitio*
    - *eſt*: Thiæus eſt laudandus.
    - *figuratur* ἀποστροφῇ *ad Muſam, ut huic negotio præſit.*
  - *Confirmatio.*
  - *Digreſſio.*

Confirmatio

- à ſtudio luctandi.
- à patre Illia.
- à victoriis pluribus
  - Heræa gemina.
  - Pythica.
  - Iſthmica triplici.
  - Nemea triplici.
- à ſpe victoriæ Olympicæ, qvam Thiæus
  - animo vovet.
  - ob verecundiam non profitetur.
- Obiter Olympicam victoriam prædicat & reliqvis omnibus præfert.
- à victoria Attica gemina.
- à genere materno
  - nobili.
  - certaminibus celebri.
  - charo Gratiis & Tyndaridis.
  - à cognatis Thraſyclo & Antia, de qvorum cognatione meritò qvis gloriari poſſit.
  - victoriis abundante
    - Iſthmicis.
    - Nemeis qvatuor.
    - Sicyoniis Adraſteis.
    - Pellenæis.
    - aliis innumeris
      - Clitori.
      - Tegeæ.
      - in Achaia.
      - in Lycæo.
  - à premiis victoriarum
    - poculis argenteis.
    - chlamidibus.
    - ære innumerabili.
  - à certaminibus
    - manuum.
    - pedum.
  - ab hoſpitio Διοσκούρων apud Pamphaën, qvi ſunt præſides certaminum cum Mercurio & Hercule.
  - à felicitate victoriarum in certaminibus, beneficio hujus hoſpitii, familiæ toti parta.
  - à Juſtitia, ob qvam Διοσκούροις curæ fuerunt.

Digreſsio.

- *Digreſſio in hiſto- riam Διοσκούρων*
  - *Status. Alternis ambo diebus vivunt, & mortui ſunt.*
  - *Cauſa Impulſiva; Amor Pollucis erga Caſtorem.*
  - *Modus; qvòd Pollux maluit alternis diebus pro & cum fratre mori, qvàm ſine eo immortalis eſſe.*
  - *Cauſa cædis Caſtoris:*
    - *Remota, Lynceus prodens.*
    - *Propinqva, Idas vulnerans.*
  - *Occaſio: Raptus boum.*
  - *Eventus; ultio*
    - *Pollucis, qvi*
      - *interfecit Lynceum.*
      - *petitus ſaxis, illæſu[s] manſit.*
    - *Iovis, qvi fulmine Idam ſuſtulit.*
  - *Conſeqventia*
    - *Caſtoris moribũdi in ſangvine palpitatio[…]*
    - *Pollucis*
      - *lacrimæ.*
      - *gemitus.*
      - *clamor ad Iovem, pro participatione vitæ Fratri, aut morte ſua*
        - *qvum amiſſ[…] amico, glori[…] amittatur.*
        - *qvum pauci in […] ærumna ſin[…] fideles.*
    - *Iovis reſpõſio*
      - *exponens cauſam*
        - *cur Pollux im- mortalis; qvi[a] filius Jovis*
        - *cur Caſtor mor- talis; qvia fili[us] Tyndarei*
      - *dans optionem, ut vel*
        - *ſine fratre […] immortalis vivat cum Minerva & Marte.*
        - *cũ fratre aga[t] alternis*
          - *ſub ter- ra.*
          - *in cœlo.*
    - *Pollucis acceptatio membri poſterioris.*
    - *Eventus: Reviviſcentia Caſtoris, ſed ſub conditione præmiſſa.*

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ ἑνδεκάκωλος est. *Primum* κῶλον *eſt Trime-*
trum catalectum Anapæſticum. II. Trimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio, Ionico à majore & Choriambo. III. Trimetrum catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Ionico à minore. IV. Dimetrum acatalectum, ex Ionico à majore & Choriambo. V. ut tertium. VI. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. VII. dimetrum catalectum, ex Ionico à minore & Epitrito ſecundo. VIII. ut tertium, niſi qvod eſt acatalectum. IX. Dimetrum hypercatale-ctum Dactylicum. X. trimetrum catalectum, ex tribus Epitritis ſecundis. XI. ut decimum.

Ἐπῳδὸς *verò* δυωδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt dimetrum acata-lectum, ex Epitrito ſecundo & tertio. II. Dimetrum acatalectum, ex Choriambo & Epitrito tertio. III. ut ſextum* στροφῆς. *IV. ut ſeptimum* στροφῆς. *V. tri-metrum catalectum dactylicum. VI. ut nonum* στροφῆς. *VII. trimetrum aca-talectum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. VIII. dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. IX. dimetrum hypercatalectum ex Io-nico à majore & Choriambo. X. dimetrum acatalectum, ex Pæone qvarto & Epi-trito ſecundo. XI. dimetrum hypercatalectum Anapæſticum. XII. ut octavum.*

ΕἸΔΟΣ I.	ODA X.
ΘΕΙΑΙΩι ΠΑΙΔΙ ’ΟΥ-λίου, Παλαιστῇ.	THIÆO, FILIO ULIÆ, Luctatori.

στροφ. α. κῶ. ια.

ΔΑναοῦ πόλιν, ἀγλαο-θρόνων τε πεντήκοντα κορᾶν, Χάριτες, Ἄργος, Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς, ὑ-μνεῖτε. Φλέγεται δ' ἀρεταῖς μυρίαις, ἔργων θρασέων ἕνεκεν. Μακρὰ μὲν τοῦ Περσέος ἀμ-φὶ

α.

DAnai urbem, & pulchris ſolijs inſiden-tium qvinqvaginta filiarum, ô Charites, Argos, Junonis domicilium Deâ dignum, ce-lebrate. Refulget enim virtutibus infinitis, facinora propter animoſa. Longa qvidem ſunt relatu *Perſei cir-*

φὶ Μεδοίσας Γοργόνος.
Πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ κατάκιισθεν ἄρ' ἄστη,
ταῖς Ἐπάφου παλάμαις.
Οὐ δ' Ὑπερμνήστρα παρεπλάγχθη, μονόψαφον ἐν κολεῷ κατασχοῖσα ξίφος.

ἀντι. α. κώ. ια.

Διομήδεα δ', ἄμβροτον
ξανθά ποτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν.
Γαῖα δ' ἐν Θήβαις ὑπέδεκτο, κεραυνωθεῖσα Διὸς βέλεσιν,
μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος.
Καὶ γυναιξὶν καλλικόμοισιν ἀριστεύει. Πάλαι
Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμάναν Δανάαν τε μολὼν, τοῦτον κατέφανε λόγον.
Πατρί τ' Ἀδράστοιο, Λυγκεῖ τε φρενῶν
καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ.

ἐπω. α. κώ. ιβ.

Θρέψε τὰν δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύωνος. Ὁ δ' ὄλβῳ φέρτατος
ἵκετ' ἐς κείνου γενεάν,
ἐπεὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις
Τηλεβόας ἐναρόντι
ὄψιν ἐειδόμενος
Ἀθανάτων βασιλεὺς, αὐλὰν ἐσῆλθεν,
σπέρμ' ἀδείμαντον φέρων
Ἡρακλέος. Οὗ καὶ Ὄλυμπον
ἄλοχος Ἥβα, Τελείᾳ
παρὰ ματέρι βαίνοισ' ἐστι, καλλίστα θεῶν.

στρο. β. κώ. ια.

Βραχύ μοι στόμα πάντ' ανα-

γήσασθ

ca Meduſam Gorgonem facinora.
Multa verò in-Ægypto condita-fuerunt oppida
Epaphi manibus.
Neq; Hypermneſtra aberravit, aliјs-non-conſentientem in vagina dum-retinuit gladium.

a.

Diomedem autem, immortalem
flava qvondam Dea *Cæſia fecit Deum.*
Terra verò Thebis excepit percuſſa Jovis telis,
Vatem Oicliden, belli nubem.
Et fœminis pulchricomis excellit. Olim
Jupiter ad Alcmenen Danaënq; profectus, hancce declaravit famam.
Patriq; Adraſti, Lynceoq; mentis
fructum cum-recta adaptavit juſtitia Jupiter.

A.

Aluit autem bellum Amphitryonis. Is autem felicitate præſtantiſſimus
venit hac ratione *in illius affinitatem,*
qvando in æreis armis
Teleboarum victori Amphitryoni
faciem aſſimilatus
Immortalium rex aulam intravit,
ſemen generoſum afferens
Herculis. Cujus in cœlo
uxor Hebe Perfectricem-nuptiarum
apud matrem Junonem *incedens eſt, pulcherrima Dearum.*

ϵ.

Arctum eſt *mihi os* ad *omnia recenſendum*

γήσαιθ', ὅσων Ἀργεῖον ἔχει τέμενος
μοῖραν ἐσλῶν. Ἔστι δὲ καὶ κόρος ἀν-
θρώπων βαρὺς ἀντιάσαι.
Ἀλλ' ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύραν,
καὶ πάλης ἄθλων λάβε φρον-
τίδ'. Ἀγών τοι χάλκεος
δᾶμον ὀτρύνει ποτὶ τὰν θυσίαν Ἥ-
ρας, ἀέθλων τε κρίσιν,
Οὐλία παῖς ἔνθα νικάσαις δὶς, ἔ-
σχεν Θειαῖος δυσφόρων λάθαν πόνων.

ἀντι. β. κώ. ια.

Ἐκράτησε δὲ, καὶ ποθ' Ἕλ-
λανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολὼν
καὶ τὸν Ἰσθμοῖ, καὶ Νεμέᾳ στέφανον,
Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι.
Τρὶς μὲν ἐν πόντοιο πύλαισι λαχὼν,
τρὶς δὲ καὶ σεμνοῖς δαπέδοις
ἐν Ἀδραστείῳ νομῷ.
Ζεῦ πάτερ, τῶν μὰν ἔραται φρενὶ, σιγᾷ
οἱ στόμα. Πᾶν δὲ τέλος
ἐν τὶν ἔργων. Οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ
προσφέρων τόλμαν, παραιτεῖται χάριν.

ἐπῳ. β. κώ. ιβ.

γνώτ' ἀείδω τὶν Θεῷ τε, τῷ
θ' ὅς τις ἀμιλλᾶται περὶ
ἐσχάτων ἀέθλων κορυφᾶς.
Ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα
Ἡρακλέος τεθμόν. Ἁδεῖ-
αί γε μὲν ἀμβολάδαν
ἐν τελεταῖς δὶς Ἀθαναίων μιν ὀμφαὶ
κώμασαν. Γαίᾳ δε καυ-
θείσᾳ πυρὶ καρπὸς ἐλαίας

ſendum, qvotcunq; Argivum habet delubrum ſortem bonorum. Eſt verò etiam Satietas hominum gravis occurſu.

Sed tamen ô Muſa chordis-benè-ſonoram excita lyram, & Luctæ certaminum ſuſcipe curam. Certamen utiqve æneum populum exhortatur ad ſacrificium Junonis, præmiorumq; judicium,

Uliæ filius ubi qvum-viciſſet bis, conſecutus-eſt Thiæus latu-difficilium oblivionem laborum.

b.

Obtinuit verò, etiam ad Græcum populum Delphis, fortunateq; profectus & in-Iſthmo, & in-Nemea coronam, Muſisq; dedit excolendam.

Ter qvidem in maris portis ſortitus, ter verò etiam venerandis in campis in Adraſtea ditione.

Jupiter pater, qvæ qvidem deſiderat animo, reticet ipſi os. Omnis verò eventus in te eſt operum. Neqve ſegni corde, afferens temeritatem, à-te-petit beneficium.

B.

Nota cano tibi Deoq;, illiq; qvi certat de ſupremorum præmiorum cacuminibus. Summum verò accepit Piſa Herculis ritum. Svavesq; qvidem per-intervalla in ſacrificijs bis Athenienſium ipſum voces decantarunt. Terræ verò aduſtæ igni infuſus fructus oleæ

ἔμολεν Ἥρας τὸν εὐά-
νορα λαὸν, ἐν ἀγγέων
ἕρκεσιν παμποικίλοις.

στροφ. γ. κῶ. ια.

Ἕπεται δὲ Θειαῖε μα-
τρώων πολυγνώτῳ γένει ὑμετέρων
εὐάγων τιμὰ Χαρίτεσσί τε καὶ
σὺν Τυνδαρίδαις θαμάκις.
Ἀξιωθείην κεν, ἐὼν Θρασύκλου
Ἀντία τε ξύγγονος, Ἄρ-
γεϊ μὴ κρύπτειν φάος
ὀμμάτων. Νικαφορίαις γὰρ ὅσαις ἱπ-
ποτρόφον ἄστυ τὸ Προί-
τοιο θάλλησεν. Κορίνθου τ' ἐν μυχοῖς,
καὶ Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν τετράκις.

ἀντιστροφ: γ. κῶ. ια.

Σικυωνόθε δ' ἀργυρω-
θέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις ἐπέβαν.
Ἐκ δὲ Πελλάνας, ἐπιεσσάμενοι
νῶτον μαλακαῖσι κρόκαις.
Ἀλλὰ χαλκὸν μυρίον, οὐ δυνατὸν
ἐξελέγχειν. Μακροτέρας
γὰρ ἀριθμῆσαι σχολᾶς.
Ὅν τε Κλείτωρ, καὶ Τεγέα, καὶ Ἀχαιῶν
ὑψίβατοι πόλιες,
καὶ Λύκαιον πὰρ Διὸς θῆκεν, δρόμῳ
σὺν ποδῶν, χειρῶν τε νικᾶσαι σθένει.

ἐπῳδ. γ. κῶ. ιβ.

Κάστορος δ' ἐλθόντων ἐπὶ
ξεινοσύναν πὰρ Παμφάη,
καὶ κασιγνήτου Πολυδεύ-
κεος, οὐ θαῦμα σφίσιν

o *venit* ad *Junonis for-*
tem populum in vaſorum
ſeptis admodum-variegatis.

γ.

Seqvitur autem ô-Thiæ majorum-ma-
ternorum illuſtre genus-veſtrorum
bene-certaminibus-conveniens honor cum Gratiis &
Tyndaridis freqventer.
Qvàm-dignè-vellem, ſi-eſſem Thrasycli
Antiæq; cognatus, Ar-
gis non occultare lumen
oculorum! Victoriis enim qvot eqvo-
rum-altrix urbs Præ-
ti floruit! Corinthiq; in receſſibus,
& Cleonæos apud viros qvater.

g.

E-Sicyone verò argento-do-
nati cum vinariis phialis proceſſerunt.
Eq; Pellene, induti
tergum mollibus filis.
At æs infinitum non poſſibile-eſt
recenſere. Majoris
enim illud *numerare, ocii* eſt.
Qvodq; Clitor, & Tegea, & Achivorum
excelſæ urbes,
& Lycæum juxta Jovis aram *præſtitit, curſu*
cum pedum, manuumq; vincendo robore.

G.

Qvum *Caſtor autem, venerint, ad*
hoſpitii-jus ad Pamphaën,
& frater Pol-
lux; non mirum-eſt, illis

ἐγγενὲς ἔμμεν ἀθλη-
ταῖς ἀγαθοῖσιν. Ἐπεὶ
εὐρυχόρου ταμίαι Σπάρτας, ἀγώνων
μοῖραν Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡ-
ρακλεῖ διέποντι θαλείαν,
μάλα μὲν ἀνδρῶν δικαίων
περικαδόμενοι. Καὶ
μὰν Θεῶν πιστὸν γένος.

στροφ. δ. κῶ. ια.

Μεταμειβόμενοι δ᾽ ἐναλ-
λὰξ, ἁμέραν τὰν μὲν παρὰ πατρὶ Φίλῳ
Διὶ νέμονται, τὰν δ᾽ ὑπὸ κεύθεσι γαί-
ας, ἐν γυάλοις Θεράπνας,
πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον. Ἐπεὶ
τοῦτον, ἢ πάμπαν Θεὸς ἔμ-
μεναι, οἰκεῖν τ᾽ οὐρανῷ,
εἵλετ᾽ αἰῶνα, φθιμένου Πολυδεύκης
Κάστορος ἐν πολέμῳ.
Τὸν γὰρ Ἴδας, ἀμφὶ βουσίν πως χολω-
θεὶς, ἔτρωσεν χαλκέας λόγχας αἰχμᾷ.

ἀντιστροφ. δ. κῶ. ια.

Ἀπὸ Ταϋγέτου πεδαυ-
γάζων ἴδεν Λυγκεὺς δρυὸς ἐν στελέχει
ἥμενον. Κείνου γὰρ ἐπιχθονίων
πάντων γένετ᾽ ὀξύτατον
ὄμμα. Λαιψηροῖς δὲ πόδεσσιν ἄφαρ
ἐξικέσθαν, καὶ μέγα ἔρ-
γον ἐμήσαντ᾽ ὠκέως,
καὶ πάθον δεινὸν παλάμαις Ἀφαρητί-
δαι Διός. Αὐτίκα γὰρ
ἦλθε Λήδας παῖς διώκων. Τοὶ δ᾽ ἔναν-
τα στάθεν τύμβῳ σχεδὸν πατρωΐῳ.

ingenitum-eſſe, ut-ſint athle-
tæ boni. Qvoniam
ſpatioſæ patroni Spartæ, certaminum
ſortem cum Mercurio & Her-
cule adminiſtrant florentem,
valdè qvidem virorum juſtorum
curam-gerentes. Et
ſanè Deorum fidele genus eſt.

δ.

Alternantes autem per-vi-
ces, diem unum qvidem apud patrem charum
Iovem degunt; alterum verò ſub latebris ter-
ræ, in convallibus Therapnæ,
fatum explentes ſimile. Siqvidem
hanc, qvàm omninò Deum es-
ſe, habitareq; in *cœlo,*
elegit vitam, interfecto Pollux
Caſtore in bello.
Hunc enim Idas, propter boves fortè ira-
tus, vulneravit æreâ haſtæ cuſpide.

ε.

A Taygeto enim *è-longinqvo-con-*
ſpicatus vidit Lynceus, qvercus in trunco
ſedentem Caſtorem. *Illius enim, hominum*
omnium fuit acutiſſimus
viſus. Velocibus autem pedibus ſtatim
acceſſerunt, & magnum faci-
nus aggreſſi-ſunt celeriter,
& paſſi-ſunt grave-malum conſiliis Aphareti-
dæ Iovis. Statim enim
venit Ledæ filius perſeqvens. Illi verò con-
trà ſteterunt, ſepulcrum prope paternum.

ἐπῳ. δ. κώ. ιβ.

Ἔνθεν οὖν ἁρπάξαντες ἄ-
γαλμ' Ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον,
ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδεύ-
κεος: ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν,
οὐδ' ἀνέσχασαν. Ἐφορμα-
θεὶς δ' ἄρ', ἄκοντι θοῷ
ἤλασε Λυγκέος ἐν πλευραῖσι χαλκόν.
Ζεὺς δ' ἐπ' Ἴδᾳ πυρφόρον
πλᾶξε ψολόεντα κεραυνόν:
ἅμα δὲ καίοντ' ἐρῆμοι.
Χαλεπὰ δ' ἔρις, ἀνθρώ-
ποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων.

στροφ. ε. κώ. ια.

Ταχέως δ' ἐπ' ἀδελφεοῦ
βίαν πάλιν χώρησεν ὁ Τυνδαρίδας,
καί μιν οὔπω τεθναότ', ἄσθματι δὲ
φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν.
Θερμὰ δὴ τέγγων δάκρυα στοναχαῖς,
ὄρθιον φώνασε: Πάτερ
Κρονίων, τίς δὴ λύσις
ἔσσεται πενθέων; καὶ ἐμοὶ θάνατον σὺν
τῷδ' ἐπίτειλον, ἄναξ.
Οἴχεται τιμά, φίλων τατωμένῳ
φωτί. Παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν,

ἀντι. ε. κώ. ια.

καμάτου μεταλαμβάνειν.
Ὣς ἤνεπε: Ζεὺς δ' ἀντίος ἤλυθέν οἱ,
καὶ τόδ' ἐξαύδασ' ἔπος: Ἐσσί μοι υἱ-
ός. Τόνδε δ' ἔπειτα πόσις
σπέρμα θνατὸν, ματρὶ τεᾷ πελάσαις,
ἔσταγ' ἥρως. Ἀλλ' ἄγε τῶν-

D.

Inde ergò qvum - corripuiſſent ſta-
tuam Plutonis, politum ſaxum,
injecerunt pectori Pollu-
cis: ſed non eum colliſerunt,
neqve repulerunt. Irru-
ens verò Pollux, *jaculo acuto - & - veloci*
adegit Lyncei in latera æs.
Iupiter verò in Idam, igniferum
contorſit fuliginoſum fulmen:
ſimul autem comburebantur deſerti ab aliis.
Difficilis autem contentio, homini-
bus negocium - habendo cum - potentioribus.

ε.

Statim verò ad Fratris
robur rurſus acceſſit Tyndarides,
& eum nondum mortuum, ſed anhelitu
cum - rigore - efflantem animam invenit.
Calidas ſanè aſpergens lacrimas ſuſpiriis,
altum clamavit: Pater
Saturnie, qvanam tandem liberatio
erit à - luctibus? etiam mihi mortem cum
hocce immitte ô - Rex.
Perit honor amicis orbato
viro. Pauci verò in ærumna ſunt *fidi mortalium,*

e.

ita ut *laboris participes - ſint.*
Sic dixit. Iupiter verò obvius proceſſit ei,
& hoc prolocutus - eſt verbum: Es mihi Fi-
lius. Hunc verò poſteà maritus,
ſemen mortale, matri tuæ congreſſus,
ſtillavit heros. Sed age, ho-

rum

δέ τοι ἔμπαν ἄιρεσιν
παρδίδωμ᾽: Εἰ μὲν, θανατόν τε φυγὼν καὶ
γῆρας ἀπεχθόμενον,
ἀυτὸς Οὔλυμπον κατοικῆσαι θέλεις,
σύν τ᾽ Ἀθαναίᾳ, κελαινεγχεῖ τ᾽ Ἄρει,

ἐπῳ. ε. κῶ. ιϐ.

ἔςί σοι μὲν τούτων λάχος:
Εἰ δὲ κασιγνήτου πέρι
μάρναοαι, πάντων δὲ νοεῖς
ἀποδάσσασθαι ἴσον,
ἥμισυ μέν κε πνέοις γαί-
ας ὑπένερθεν ἐὼν,
ἥμισυ δ᾽ οὐρανοῦ ἐν χρυσέοις δόμοισιν.
Ὣς ἄρ᾽ αὐδάσαντος, οὐ
γνώμᾳ διπλόαν θέτο βουλάν.
Ἀνὰ δ᾽ ἔλυσεν μὲν ὀφθαλ-
μὸν, ἔπειτα δὲ φωνὰν
χαλκομίτρα Κάςορος.

Commentarius.

Ανὰξ πόλιν] Partes hujus εἴδους ſunt qvatuor: Exordium, Propoſitio, Confirmatio & Digreſsio. Exordium, occaſione ſumpta à victore Argivo, & victoria Argiva, habet προσφώνησιν ad Charitas, de pertexendis laudibus Argeos. Laudes autem illæ partim in genere & in θέσει recenſentur, qvòd Argos multa habeat, præclara & memorabilia: partim in ſpecie & in ὑποθέσει, recitatis exemplis memorabilibus pluribus, v.g. I. à conditore vel potiùs amplificatore & exornatore Danao. II. à Fi-

liabus ejus qvinqvaginta. III. à tute
la Junonis. IV. à Perſeo domitore
Gorgonis. V. ab Epapho conditor
multarum urbium in Ægypto. V
ab Hypermneſtra, qvæ Lynceo ſpo
ſo ſola ex reliqvarum ſororum nu
mero pepercit. VII. à Diomede ἀπ
θεωθέντι. VIII. ab Amphiarao va
terris abſorpto. IX. à fœminis pu
chris, v. g. Alcmena & Danaë, qv
rum exemplo ipſe Jupiter rei fide
fecit. X. à Talai prudentia & Juſtiti
XI. à Lyncei prudentia & juſtitia.
XII. ab Amphityronis bello cont
Teleboas, & per occaſionem eju
cu

rum tibi tamen optionem
trado: Si qvidem mortemq; evitans &
ſenectutem odioſam,
o ipſe Olympum inhabitare cupis,
cum Minerva, & funeſtam-gerente-haſtam Marte;

E.

eſt tibi ſanè horum ſors:
Si verò pro Fratre
pugnas, omniumq; in-animo-habes
dividere cum eo *æqvalem-portionem;*
dimidium qvidem ſpirare-debes ſub
terra exiſtens,
dimidium verò cœli in aureis domibus.
Sic ſanè Jove *locuto, non* in
ſententiâ duplicem fecit deliberationem:
ſed reſolvit ocu-
lum, deinde & vocem
æream-mitram-geſtantis Caſtoris.

---

m Jove affinitate. XIII. à conju- o Herculis & Hebes. Præciditur ec enumeratio, partim ab Impoſſi- litate recenſionis omnium: partim ſatietate auditorum, & immora- onis tædio. Similem autem con- riem memorabilium alicujus loci de *in prolegomenis Olympiorum, & Iſthm. ζ.*

α. 1. Δαναῦ πόλιν] *Primum memo- bile de Argis*, eſt hiſtoria Danai au- ris urbis, qvæ ita habet: Danaus fi- us Beli Regis Ægyptiorum, frater gypti, (qvem multi perperam Æ- ſthum nominant) à qvo terra no- en poſteà accepit; & Agenoris, qvi Phœniciam conceſſit. Danaus ve- ex diverſis uxoribus, qvinqva- nta filias ſuſcepit, & ſimiliter AEgyptus qvinqvaginta filios, qvibus Ægyptus fratris filias Uxo- res petebat. Qvia verò Danaus oraculo præmonitus fuerat, ab uno generorum mortem ſibi imminere; filias eis denegavit, volensq; periculum evitare, conſcenſis navibus, ex Ægypto in Argos conceſſit, & terras illas occupavit hac ratione: Qvando in Argolidem venit Danaus, cum Gelanore (qvem perperam aliqvi Agenorem vocant) Sthenelæ filio, regnum tunc tenente, de regno contendit. Qvumq; eorum uterqve ad populum multa, eaq; maximè probabilia & juri conſentanea diceret, & Gelanor non minùs æqva qvàm Danaus dicere videretur; cauſa in craſtinum dilata eſt. Poſtero die, cum

ζζ prima

prima luce, in boum gregem ante urbem paſcentium Lupus impetum fecit, atq; is Taurum ipſum, gregis ducem adortus eſt & confecit. Viſum eſt tunc Argivis, Gelanori cum Tauro; Danao cum Lupo, aptiſsimam eſſe convenientiæ rationem: qvòd ſcilicet, uti Lupus eſt animal homini non familiare; ſic propemodum ad id temporis nulla fuiſſet Danaus uſus Argivorum conſvetudine. Qvare qvum Lupus Taurum, per qvem Gelanorem hactenus Ducem ſuum intelligebant, confeciſſet: è re nata Danao imperium adjudicarũt. Danaus regno potitus, Lupum illũ ab Apolline immiſſum interpretatus, Apollinis *Λυκίȣ* ædem exſtruxit. Sicut hæc pleraqve habentur apud *Pauſaniam in Corinthiacis.* Potitus ergò hoc modo Danaus Argolide, Argos urbem regioni cognominem auxit & exornavit. Unde & hîc *Δαναȣ πόλις* appellatur. Ab hoc Danao, Metonymicè ſubditi ejus Argivi, *Δαναοὶ* fuerunt dicti: imò & Græci univerſi vel qvicunqve, ſæpè hoc nomine Synecdochice venerunt, ut etiam *Nem. θ. δ. 4.* monitum fuit. Atqve hæc hiſtoria tum temporis celebris, hîc ſtrictiſsimè attingitur, & inter reliqva Argeos memorabilia primo loco recenſetur.

α. 2. ἀγλαοθώκων τε πεντήκοντα κορᾶν] *Secundum memorabile Argeos* eſt de qvinqvaginta Danai filiabus, qvas hîc vocat *ἀγλαοθώκȣς, in ſplendida ſede collocatas*, h. e. *celebres*, & ob facinus ſuum in conſpectu claro omnium qvaſi poſitas. Vel etiam *divites*, ob poſſeſsionem Argolidis cum patre. Vnde & hic *τὸ Ἄργος*, non tantùm *Δαναȣ*, ſed & *πεντή-*

κοντα ejus *κορᾶν*, *πόλις* dicitur
Da ſie warlich einen herrlichen Si
gehabt haben/ Iſt ein fein Gütiche
geweſen/ darauff ſie ſich wol hette
neeren können/ wie jener Bawer ſa
gte. Conſtat jam ex præcedenti
Danaum qvinqvaginta habuiſſe fi
lias, & metu fati oraculo indicat
eas Ægypti filiis totidem denegaſſe
ideoq; ex Ægypto in Argolidem
conceſsiſſe. Indignatus autem Æ
gyptus, ob contemptum, ut inte
pretabatur, miſit filios ſuos L. cu
exercitu ad Danaum bello petend
ea lege, ut aut Danaum interim
rent, aut cum filiabus ejus matrim
nia inirent. Coactus itaq; obſidion
Danaus, filias illis deſpõdit. Interi
tamen, ut *Pyth. θ. ε. 5.* etiam mem
nimus, filiæ unicuiqve mandavit,
qvæqve ſuum ſponſum prima ſtati
nocte interficeret, in eumq; fine
gladiolum cuiqve tradidit. Cui juſ
paruerunt omnes, excepta unica H
permneſtra, cujus poſtea fiet menti
Pollutæ ergò filiæ illæ XLIX. Dan
omnes non tantùm patruelium, ſ
& ſponſorum cæde, atqve ita parric
dii reæ, qvum à nemine in matrim
nium peterentur: emiſit Danaus q
proclamarẽt, nullum ſe à Viris, ſpo
ſalium nomine munus poſcere; v
rùm optionem puellis daturum,
earum qvælibet ſibi eum deligere
cujus maximè eſſet complacita fo
ma. Qvum autem ad eam fama
non ſanè multi conveniſſent; curſ
certamine propoſito, ei qvi cæter
ſuperaſſet, qvam ille maluiſſet:
cundo, alteram: eodemq; ordine
teras, qvouſqve per numerum Ju
num potuit, elocavit. Reliqvas, q
Viros nactæ non eſſent, exſpecta

juſsi

juſsit, uſqvedum novi proci in certamen deſcenderent. Qvod an factum ſit, non dixerim. Ita autem infames fuêre, ut in gentili illa ſuperſtitione creditum fuerit, *Belidas* (ſic enim ab avo nominabantur) ob ſcelus perpetratum, apud inferos, dolium pertuſum ſemper aqva implere, è qvo tantundem ſemper effluat, qvantum infuſum fuerat. Atqve hoc *ſecundum memorabile* de Argis.

α. 3. Ἥρας δῶμα θεοπρεπὲς] *Tertium* ἀξιομνημόνευτον eſt, qvòd Juno Dea tutelaris Argeos eſt, utpote ibi ludis ſolennibus affecta, de qvibus poſteà. Atqve antiqvitus Argos Junoni charum exſtitiſſe, vel ex hiſce *Homeri* patet *Iliad.* δ. *v.* 51.

ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες,
Ἄργος τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

α. 4. Φλέγεται] Non *accenditur*, ſed *Lucet*, *Fulget*. Eadem ratione uſurpatur. *Iſthm.* ζ. *b.* 1. *Videatur* Πινδαροταμεῖον *noſtrum in* Φλέγω.

α. 6. μακρὰ μὲν τὰ Περσέος] *Qvartum memorabile*, Perſei Argivi hiſtoria, qvomodo Meduſam interfecerit. Qvæ omnia huc afferre, καὶ μοὶ μακρὰ fuerint, præſertim jam aliunde ſatis nota. Vide *ad Pyth.* ιβ. α. 13. Hoc ſaltem addo, Perſeum hunc Danaës, cujus poſteà mentio fiet, filium fuiſſe & Jovis. Danaë autem Acriſii fiet filia, Neptis Abantis, proneptis Lyncei & Hypermneſtræ, qvorum hiſtoria ſeqvetur. Videatur *ſeries Argolicorum Regum.* & *Ovid. l.* 4. & 5. *Met.*

SERIES ARGOLICORUM REGUM.

Belus *in Ægypto.*

Danaus *Argos occupavit.* — Ægyptus *terram de ſe nominatam tenuit.* — Agenor.

Ægyptus → Lynceus, *ſucceſſit Danao defuncto, cujus filiam Hypermneſtram duxerat, & ita Argos accepit.*

Agenor → Cadmus, &c.

Lynceus → Abas. *Hujus filii regnum partiti*

Acriſius *Argis regnavit* → Danaë → Perſeus *permutationem inſtituit cum Megapenthe, & Mycenas condidit.* &c.

Prœtus. *poſſedit Heræum, Mideam, Tirynthem, & maritimam Argolidis oram.* → Megapenthes *permutationem cum Perſeo inſtituit.* &c.

α. 6. τὰ Περσέως] ſc. πϱάγματα vel ἔϱγα. Ita qvidem legunt omnes qvos vidi. Lego metro ita jubente, τοῦ Περσέος.

α. 8. πολλὰ δ' Αἰγύπτῳ] *Qvintum memorabile*, de Epapho multarum urbium in Ægypto conditore. Fuit hic Epaphus etiam origine Argivus, filius Jovis ex Jo filia Inachi: qvæ ſub bovis forma qvum in Ægyptum perfugiſſet, ibi hunc Epaphum peperit. Ergo etiam Ægyptiorum regum origo ad Argos refertur. Ideoq; Danaus Gelanori Argolidis dominium dubium fecit, & tandem eripuit, *ut ſuprà dictum.*

α. 8. κατώκισθεν ἄϛη] Lego κατῳκίσθεν ἄϱ' ἄϛη. *condita ſunt Vrbes*, ut & *Philippus* reddidit. *Lonicerus* malè: *Sub Epaphi manibus habitatæ ſunt.* οἰκίζειν & τὸ οἰκεῖν confundens.

α. 10. οὐδ' Ὑπεϱμνήϛϱα παϱεπλάγχθη] *Sextum memorabile*, de Hypermneſtra Danai Argivorum Regis filia, qvæ facinus, qvod pater imperaverat, & reliqvæ XLIX. ſorores fecerant, patrare nefas duxit, ſed μονόψαφον ἐν κολεῷ κατασχοῖσα ξίφος, Lynceum ſponſum ſuum ſervavit, & profunda adhuc nocte excitum Lariſsâ exire, & fuga ſibi cõſulere juſsit: Qvi mox in Lyrceam Argolidis oppidum vicinum confugit, & ita mortis periculo liberatus, inde face prolata ſignum dedit. Ita enim ei cum Hypermneſtra convenerat, ut ſi in tutum ſe recepiſſet, inde facem oſtentaret; ipſaq; Hypermneſtra viciſſim è Lariſsa, ſi periculum omne evaſiſſet, idem faceret. Vocavit qvidem Danaus poſteà Hypermneſtram filiam in judicium, qvòd una ex omni filiarum numero, Patris

imperata facere neglexiſſet. Sed ab
Argivis abſoluta fuit. Sicut & Poë-
ta ejus pietatem & fidem in Spon-
ſum approbat, οὐδὲ παϱεπλάγχθη,
inqviens, id eſt, *à recto non aberra-
vit.* Qvum autem nihilominu[s]
eam Danaus carcere detineret,
Lynceus fidei ejus memor Danaum
occidit, atqve ſic oraculo qvod ill[e]
metuebat, fidem fecit, & Hy-
permneſtram liberavit, regnumq[;]
Argivum occupatum, poſteà Aban-
ti, ſuo & Hypermneſtræ filio reli-
qvit. In hujus autem rei memoriam
Lynceus Jovi Φυξίῳ, ſeu *per fugam
liberatori*, aram: Hypermneſtra ve-
rò Venerem νικηφόϱον, in templo A-
pollinis Lycii Argis dedicavit: Argi-
vi verò qvotannis ἑοϱτὴν πυϱσῶν
ſeu feſtum facularum, Liechtmeſs/ce-
lebrarunt. *Pauſan. Corinth.* Vide &
*Epiſtolam Hypermneſtræ apud Ovidi-
um ad Lynceum*, ubi perperam pleri-
qve legunt *Linum.*

α. 10. παϱεπλάγχθη] *Aldus* o-
miſſo γ ἐπενθετικῶ, habet παϱε-
πλάχθη.

α. 11. κολεῷ] primæ duæ breves
pro una longa ponuntur.

a. 1. Διομήδεα δὲ] *Septimum me-
morabile*, Diomedis ἀποθέωσις. Et-
ſi enim Diomedes Tydei Ætolorum
regis filius fuit: & proinde ad Ar-
givos inferendus non videtur: ipſe
tamen Tydeus ex Ætolia in Argo-
lidem conceſsit, & ex Adraſti filia
Diomedem hunc genuit, ut eſt *Iliad.*
ξ. Et Diomedes qvum eſſet Cyanip-
pi Ægialei filii tutor, exercitum Ar-
givorū ad Trojam duxit, *Il.* ϐ. *& Pau-
ſan. Corinth.* Ἀποθέωσις verò ejus, ita
habet, ut ex *Scholiis* videre eſt

Tydeus

Tydeus in bello Thebano, à Melanippo Thebano ſauciatus erat: qvod vulnus indignè ferens, rogavit Amphiaraum, ut ſibi caput Melanippi afferret. Qvod qvum feciſſet Amphiaraus; Tydeus animum intuendo ſatiare non potuit, ante qvam carnes cranio detractas devoraſſet. Promiſerat autem Minerva Tydeo pro eo vulnere *ἀθανασίαν*. Sed qvia eam propter devoratas illas carnes capere non poterat, pro ſe filio Diomedi immortalitatem impetravit; qva & potitum crediderunt, qvum de morte ejus nihil certi inveniatur. In Diomedea Inſula maris Adriatici ſunt qvi evanuiſſe eum crediderunt. Vide *Strabonem lib. 6.*

a. 5. *μάντιν Οἰκλείδαν, πολέμοιο νέφος*] *Octavum ἀξιομνημόνευτον Argolidis*, Amphiarai interitus, de qvo *Nem. θ. ε. 9. &c.* Vide & *ad Ol:* [illegible] 10. Interpretati autem ſunt hunc interitum *immortalitatem*. Unde & oraculum ejus per Græciam celebre fuit. In *Οἰκλείδαν* facienda eſt primarum duarum ſyllabarum *συνίζησις*: vel ſine *διαλύσει* legendum *Οἰκλεῖδαν*. *πολέμοιο νέφος* vocat propter fortitudinem, & exercitus magnitudinem. Sic *Oppianus lib. 2. κυνηγ: v. 517.* Elephanti magnitudinem *νέφει αἰνῷ* comparat. Encomium ejus huc ſpectans vide *ſuprà Olym. ς.* [illegible] 4. *&c.*

a. 6. *καὶ γυναιξὶ καλλικόμοισιν ἀριστεύει*] *Nonum memorabile*, Fœmellarum pulchritudo & præſtantia, qvam probat exemplis Alcmenæ & Danaæ; & judicio ipſius Jovis, qvi hic encomio fidem fecit, utramq; [illegible]m dictarum congreſſu ſuo dignatus. *τὸ ἀριστεύει* refertur ad *Ἄργος*, ut *Aretius* rectè: non ad *Ζεύς*, ut *Lonicerus* putavit, reddens: *Et pulchrè-comatis mulieribus olim dominatus eſt Jupiter, ad Alcmenam Danaamq; perveniens, rationem hanc demonſtravit.* Et *ἀριστεύειν*, non eſt *dominari*, ſed *præſtare, excellere, ſuperare, optimum eſſe.* Sic *Il: ζ. v.* 208. *αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.* Nec *τὸ πάλαι* ad *ἀριστεύει*, ſed ad *κατέφανε* pertinet. Nec *λόγος* hîc *rationem*, ſed *ſermonem vel famam* ſignificat.

a. 8. *ἐπ' Ἀλκμάναν*] Sponſam Amphitryonis, ex qva Herculem genuit, ſub ſpecie illius cum ea congreſſus, ut mox ſeqvitur. Vide *Amphitruonem Plauti*. Formoſam autem fuiſſe, inde colligitur, qvod idem & de Danaë cogitandum.

a. 8 9. *Δανάαν τε μολών, τὸν κατέφανε λόγον*] De Danaë, & qvomodo Jupiter ea potitus fuerit, dictum eſt *ſuprà ad Pyth. ιβ. ζ.* 7. Lego autem:

Ζεὺς ἐπ' Ἀλκμάναν Δανάαν τε μολών, τοῦ-
τον κατέφανε λόγον.

Aliàs priori *κώλῳ* ſyllaba deeſt. Etiam *Scholiaſtes τοῦτον* retinet. Vide *Ovid. l. 6. Me:* & *Horat: lib. 3. Oda* 19.

a. 10. *πατρί τ' Ἀδράστοιο*] *Decimum memorabile*, de Talao, Adraſti patre, Biantis filio, qvem Jupiter juſtum & prudentem fecit.

a. 10. *Λυγκεῖ τε*] *Undecimum memorabile*, de Lynceo, cui etiam Jupiter juſtitiam & prudentiam largitus eſt. Intelligitur autem non Lynceus ille Meſſenius, cujus in hoc *εἴδει* infrà fiet mentio; ſed maritus Hypermneſtræ, de qvo anteà vidimus, qvi Argivum poſteà imperium tenuit, & ſuæ poſteritati reliqvit.

a. 10. 11. *Φρενῶν καρπὸν*] i. e. *λογισμόν. Scholiaſtes. Φρόνησιν.*

a. 11. *δίκα*] *juſtitia.* Lonicerus reddit, *Modo.* minus benè.

A. 1. *θρέψε δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύωνος*] *Duodecimum*, de bello Amphytrionis contra Teleboas, & occaſione hujus, affinitate Jovis cum eodem, per congreſſum cum Alcmena. Rapuerant Taphij, qvi & Teleboæ dicebantur, boves Electryonis qvi Alcmenæ pater fuerat, & fratres Alcmenæ jumentorum defenſores interfecerant. Alcmene itaqve ei conjugium ſuum promiſit, qvi bello Telebois illato injuriam hanc ultus fuiſſet. Qvod Amphitryon in ſe recepit, & præſtitit. Pridiè autem qvàm ad Alcmenen rediret, Jupiter ei aſſimilatus cum illa congreditur, & Herculem generat: altero die & verus Amphitryon redit, & cum Alcmena cõgrediens, Iphiclem gignit. Ita ergò Jupiter Amphitryonis bellum *θρέψε*, *aluit, & qvaſi prolongavit*, ut uno die eum prævertere poſſet; & cum Alcmene congreſſus, qvæ Amphitryoni poſtea nupſit, affinitate aliqva cum eo conjunctus fuit. Deeſt autem in hac lectione ſyllaba longa. Solus *Aldus* habet *θρέψεται*, qvo qvidem metri integritati conſulitur: ſed Futuri uſus hîc nullus. Lego, *θρέψε τὰν δ' αἰχμὰν*. Facilis fuit error ex *θρέψε τὰν*, in *θρέψεται*.

A. 2. *ὃδ' ὄλβῳ φέρτατος*] Amphitryo ſcilicet feliciſſimus ob ea qvæ conſecuta ſunt.

A. 3. *ἵκετ' ἐς κείνου γενεὰν*] *venit in ejus genus vel affinitatem*, Jovis ſcil:

A. 4. *ἐπεὶ καὶ ἐν χαλκέοις ὅπλοις*] *τὸ καὶ*, qvod & ſenſum & metrum turbat, expungendum. In *χαλκέοις* facienda eſt *συνίζησις*.

A. 5. *Τηλεβόας*] Taphios, de qv
bus jam modò dictum.

A. 5. *ἐναρέν, οἱ ὄψιν ἐειδόμενος*
Romana, *Aldina & Brubachiana* ha
bent, *ἔναρεν, τί οἱ* &c. *Rittershuſius* h
feliciter conjicit, *ἐναρόντι* legendum
Itaq; *τὸ οἱ* nullus hîc erit uſus, &
ἐπεὶ non *ἔναρεν* reſpiciet, ſed *ἐστᾶλθ*
Erit itaq;: *Τηλεβόας ἐναρόντι ὄψ*
ἐειδόμενος, i. e. *faciem aſsimilatus T*
leboarum victori, Amphitryoni ſcil
cet, qvem non aliter qvàm Victore
oportebat redire, ſi conjugio Alcm
nes potiri vellet. Ergò ſub victor
Amphitryonis ſpecie eam acceſſi
Vide *Amphitryonem Plauti.*

A. 8. *στέρμ' ἀδείμαντον*] *ἄφοβ*
enim & imperterritus fuit Hercule
A. 9. 10. *ὃ καὶ Ὄλυμπον ἄλ*
χος Ἥβα] *Decimum tertium ἀξιομν*
μόνευτον, Conjugium Herculis cu
Hebe in Cœlo. Etſi autem Hercul
Thebis fuit natus: propter matre
tamen Argivam, hîc qvoq; Arg
gloriam acceſſiſſe Poëta innuit.

A. 10. 11. *Τελεία παρὰ ματέρι*] T
menus Pelasgi filius, qvi Junonem
citur educaſſe, ut eſt apud *Pauſania*
in Arcadicis, tria ei fana exſtruxit:
num *Παιδί*, qvo nomine eam app
labat, qvum adhuc puella & virgo
ſet: alterum *Τελεία*, poſtqvam ja
Jovi nupta: & tertium *χήρα*, qv
Viduæ, qvum irata aliqvando divo
tium à Jove facere decreviſſet.
ergò hîc *Τελεία μάτηρ*, *Iuno Hebes m*
ter Uxor Jovis. Vel etiam qvæ *τελε*
τὴν nuptiarum præeſt. Habebatur.
Dea *γαμηλία* & *ζυγία*, *Pronuba*,
qvæ copulationes Cõjugum effici
Et *γάμος* eſt *τέλειος*, in perfecta nin
rum ætate faciendus, & perfectio
ſpeciei humanę conſulens. Apud *P*

tarchu

mrchum τέλεια ſunt *ſponſalia & con-ugialia ſacra vel fœdera*, eandē ob cauſam. Hinc apud *Demoſthenem contra Nearam*, προσκαλȣ͂νται aliqvem ὀμόσαι καθ᾽ ἱερῶν τελείων, ἦ μλὼ νομίζειν, ἶναι αὐτȣ͂ ὑὸν ἐξ ἀςῆς γυναικός *provocant ad jurandum per ſacra connubia-ia, ſe certò ſtatuere*, (illum de qvo qvetio erat) *ſuum eſſe filium ex cive fœmi-a.* Juno igitur hiſce præfecta, rectè ελεία cognominata fuit.

Ϛ. 1. βραχύ μοι ςόμα] *Non mihi ſi ngvæ centum ſint, oraq́ centum &c.*

Ϛ. 2. Ἀργεῖον τέμενος] non tantùm Delubrum Argivum: ſed etiam totus ger Argivus. τὸ τέμενος enim ita ſinificat, ut ad *Iſth. α. d. 1.* oſtendetur. Ein gewiß Refier. à τέμνειν.

Ϛ. 4. βαρὺς ἀντιάσαι] *difficilis ad ccurrendum, ad obviandum* q. d. Difcile eſt ſuſtinere tædium vel ſatietam auditorum, præſertim qvum hoines aliorum laudes non libenter udiant. Ideoqve plura exempla m non proferam. Vide Adagium, *e magna loqvaris.* Fortè judicium orinnæ notat, de qvo *ſuprà in prolemenis Olympiorum.*

Ϛ. 5. Ἀλλ᾽ ὅμως εὔχορδον ἔγειρε λύαν] In his jam eſt Propoſitio: *Thiæus laudandus.* Figuratur ea partim dverſativa: Etiamſi κόρος ἀνθρώπων ρὺς ἀντιάσαι: nihilominus tamen iā in præſentis victoris Argivi laus deſcendam: partim ἀποςροφῇ cū hortatione ad ſeipſum, ut huic neocio ſtrenuè incumbat. Subjicitur onfirmatio, I. à ſtudio luctādi. II. patre Ulia. III. à victorijs pluris, v. g. Heræa gemina; Pythica: chmica triplici: Nemea triplici. IV. pe victoriæ Olympicæ, qvā Thiæus imo ſuo fovet, licet ob verecundiam nō proferat. Hîc obiter Olympicam victoriam prædicat, ut reliqvis omnibus ſuperiorem. V. ab Attica victoria gemina. VI. à genere materno, in cujus exornatione aliqvantulum moratur, idq́; commendat, I. ut nobile. II. ut certaminibus celebre. III. ut charū Gratijs & Tyndaridis. IV. à cognatis Thraſyclo & Antia, de qvorum cognatione qvivis gaudere & gloriari poſsit: qvod ex ſuo ipſius affectu Poeta colligit. V. ut victorijs abūdans, v. g. Iſthmicis, Nemeis qvatuor, Sicyonijs Adraſteis, Pelleneis, alijs deniq; innumerabilibus, v. g. Clitori, Tegeæ, in Achaicis urbibus, in Lycæo. VI. à præmijs victoriarū varijs, v. g. poculis argenteis, Chlamydibus, ære innumerabili. VII. à certaminibus qvibus vicerunt, v. g. pedum, & manuum. IIX. ab hoſpitio Caſtoris & Pollucis apud Pamphaën, qvi ſunt præſides certaminum cum Mercurio & Hercule. IX. à felicitate victoriarum in certaminibus, beneficio hujus hoſpitij familiæ toti parta. X. à Juſtitia, ob qvam Dioſcuris curæ fuerunt. Ubi ſimul hoc poſtremum à proprio divino illuſtrat: Deorum genus fidele eſt. Gott iſt getrew. Neminem ſibi fidentem deſerit.

Ϛ. 6. παλαισμάτων] Inde apparet genus certaminis, qvo Thiæus vicit. Lego, πάλης ἄθλων.

Ϛ. 7. ἀγὼν τοι χάλκεος] i. e. ἰσχυρὸς, ut *Scholiaſtes* exponit, ſicut aliàs firma dicuntur Metaphoricè χάλκεα, ut χάλκεος ȣ̓ρανός, *Pyth. ι. b. 4. Nem. ς. α. 6.* Vel qvia χάλκεον ὅπλον præmium fuit. Intelligit ἑκατόμβαια vel ἥραια, Argis in honorē Junonis inſtituta, qvibus ut *Scholiaſtes ad initiū hujus εἴδȣς notat*, centum boves immola-

molabantur, & certamina ſimul fiebant. Non tamen fuerunt hæc ſacra admodum ἐπίσημα. Qvam ob cauſam *Scholiaſtes* cenſet, Poëtam potiùs ad generales Argeos laudes ſe recepiſſe. Hæc ἑκατομβαῖα vel ἥρεια bis viciſſe Thiæus hîc dicitur.

ϐ. 8. δᾶμον] Ἀργεῖον vel ὀντινοῦν.

ϐ. 8. ποτὶ θυσίαν Ἥρας] Deeſt longa. Lego, ποτὶ τὰν θυσίαν Ἥρας. Intelligit ἑκατομβαῖα.

ϐ. 9. ἀέθλων τε κρίσιν] *Certaminum vel præmiorum judicium.* Utrumqve enim, vocabulum, ſed ſub alio genere aliaq; terminatione ſignificat. ὁ ἄεθλος *certamen* eſt. τὸ ἄεθλον *præmium.* Illud *Philippus* exponit: hoc *Lonicerus.*

ϐ. 10. Οὐλία παῖς] i.e. Θείαιος. *Aldus* hoc loco habet, Ἀλίου: & in ἐπιγραφῇ, Ηλίου. Codicum probatiſsimorum hîc eſto judicium. Qvanqvam non multum refert, modò cõſtet, patrem Thiæi notari, ſive dictus fuerit Οὐλίας, ſive Ηλίας, ſive Ἀλίας. Utinam hoc dubio in Pindaro ſupereſſet momentoſius, ut ita dicam, aliud nullum. Dialecto enim hæc omnia, qvæ diſcrepare videntur, ſalvari poſſent.

ϐ. 10. ἔνθα] ἐν θυσίᾳ Ἥρας, h. e. in ἑκατομβαίοις.

ϐ. 11. ἔσχεν Θείαιος εὐφόρων λάθαν πόνων] Ita *Scholiaſtes* legit. Additq; alios legiſſe εὐφρόνων, qvod exponit εὐφραντικῶν. Verùm neutra lectio metro congruit. Lego δυσφόρων, *difficilium.* Ita & metro ſatisfit: (Poteſt enim ultima in Θείαιος poſitione produci) & ſenſus fit veriſimilior. Neqve enim eorum, qvæ facilia fuerunt, oblivionem magnifacimus, ſed qvæ difficilia.

b. 1. ποθ' ἕλλανα] pro ποτὶ ἕλλα-
να. Non eſt ex ποτὲ.

b. 2. στρατὸν] i. e. πλῆθος, *popu-*
lum certaminis cauſa congregatum.
Jam ſæpè notatum.

b. 2. τύχα τε μολὼν] *fortunatè*
profectus. Syntaxis eſt: μολὼν δὲ κ
ποθ' ἕλλανα στρατὸν, τύχα τε, ἐκρ
τησε [τὸν] Πυθῶνι, καὶ τὸν Ἰσθμοῖ, κ
[τὸν] Νεμέᾳ στέφανον.

b. 4. Μοίσαισί τ' ἔδωκ' ἀρόσαι
Muſisq; tradidit arandam, h. e. exco-
lendam, carmine exornandam. *Pin-*
darus ſæpè Poëſin Arationi compa-
rat, ſic *Pyth.* ς. α. 2. Χαρίτων ἄρουρ
eam nominat. Sic *Nem.* ς. *b.* 6. ipſ
Poëtas, Πιερίδων ἀρότας appellat.

b. 5. ἐν πόντιο Πύλαισι] id eſt,
σθμοῖ, περιφραστικῶς.

b. 6. 7. σεμνοῖς δαπέδοις ἐν Ἀδρα-
στείῳ νόμῳ] Repetendum ἐν, ἀπὸ κ
νοῦ, ἐν σεμνοῖς δαπέδοις. *Didymus* in-
telligit Nemeam, ubi jam modò d
ctum eſt, viciſſe Thiæum. Qvod
nim anteà in genere dixerat de v
ctorijs Iſthmijs & Nemeis, id jam
ſpecialiùs qvoad numerum expon
Etſi verò additur, ἐν Ἀδραστείῳ νόμ
in lege Adraſtea: non tamen Sicy
nia Pythia Adraſtea vult intel
gi, qvandoqvidem hîc de ἱεροῖς κ
περιοδικοῖς, (hoc eſt *in periodo qv*
tuor ſacrorum certaminum, qvæ in h
Περιόδῳ *Pindarus celebrat, comprehe*
ſis) certaminibus agit, & obtentis v
ctorijs in Pythijs, Iſtmijs & Neme
nihil jam reſtare ait, qvàm ut etia
Olympia Thiæus vincat, ut ita περ
δονίκης fiat: cujus tituli gloria m
xima erat, ut ſuprà dictum *in arg*
mento Olymp: ζ. Qvod autem ait
Ἀδραστείῳ νόμῳ, reſpicit inſtituti
nem initiò à ſeptem Ducibus Theb
pete

petentibus factam, inter qvos Adraſtus dux primarius fuit. Aliqvi legunt, ἐν Ἀδραστείῳ νομῷ, *in Adraſtea præfectura vel ditione*. qvod placet.

b. 8. τῶν μὲν ἔραται φρενὶ] Lego, τῶν μὰν ἔραται φρενί, ut & *Scholiaſtes* habet ſtatim ad initium hujus ᾠδῆς. Senſus eſt, Deſiderium animi qui verecundia & modeſtia proloqvi non ſinit. Intelligit victoriam Olympicam. Hæc enim ſola τῇ περιουσίᾳ adhuc deerat. *Philippus* incommodam Interrogationem hîc facit: *Qvid amplius optet?* Was wolte er mehr begehren? Sed hanc interpretationem, συνέχεια textus facilè rejicit.

b. 9. πᾶν δὲ τέλος ἐν τὶν ἔργων] i.e. *Omnis ſucceſſus rerum in te eſt.* Jovem pro Thiæo invocat, cui & Olympia ſacra ſunt, & à qvo omnis rerum ſucceſſus exſpectatur.

b. 10. οὐδ' ἀμόχθῳ καρδίᾳ] *non inexercitato animi corde*, h. e. non inexercitatus, aut imperitus certaminum, aut laborum pertæſus, victoriam Olympicam optat: ſed qvod ſuum eſt, præſtare promptus eſt, μόχθον nimirum: tu modò ſucceſſum, qvi ſolus potes, largire.

b. 11. προσφέρων τόλμαν] *audaciam vel temeritatem afferens*, q. dt. non temerè hoc optat: ſed laboribus ſuis indefeſsis hoc qvaſi præmium meritò expetit.

b. 11. παραιτεῖται χάριν] παραιτεῖσθαι aliàs eſt *Averſari, deprecari*, petere averſionem vel ablationem. Hoc loco eſt, παρὰ σοῦ αἰτεῖ, *à te petit.*

B. 1. γνώτ' ἀείδω Θεῷ τε] Lego, γνώτ' ἀείδω 'ὖν Θεῷ τε τῷ —— θ' ὅ-&c: γνώτ' eſt ex γνωτά, accentu propter ἀπόστροφον in præcedentem retracto, & qvidem Acuto, non Circumflexo. In Θεῷ facienda eſt συνίζησις, ut alibi ſæpiſsimè. Vult autem partim ſuſpicioni falſi occurrere; qvòd & Deo, & ipſi Thiæo hæc nota ſint: (*Lonicerus & Aretius*): partim & qvidem veriùs, occulta & ſecreta hæc eſſe innuere, qvòd Deo & Thiæo optimè ſint nota. Gott und Er wiſſens am beſten.

B. 2. ὅστις ἁμιλλᾶται] hoc eſt ipſe Thiæus, qvi ad Olympicam victoriam, qvæ reliqvarum ſuprema eſt, ſummo ſtudio contendit.

B. 3. ἐσχάτων ἀέθλων] *extremorum*, i. e. primorum vel ſupremorum certaminum. τὸ ἔσχατον ſæpè ſignificat ὕψιστον vel πρῶτον. Sic dicimus *Extremum cœlum*, pro *ſupremum*: qvamvis & reſpectu incluſorum corporum ita dicatur. Sic *ſuprà Olymp. a. D. 6.* τὸ ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι, pro τὸ ὕψιστον. In ἀέθλων facienda eſt συνίζησις.

B. 3. κορυφαῖς] Perperam ita in omnibus legitur editis. *Philippus* rectè legendum monuit, κορυφῆς. *Rittershuſius* idem ſtatuit, ſed retinuit Doricum κορυφᾶς, qvod idem eſt. Interim veriſimilius eſt, κορυφᾶς à Pindaro ſcriptum fuiſſe, ob dialectum Doricam alibi uſurpatam. Et ſic ex κορυφᾶς, facilis potuit error eſſe in κορυφαῖς.

B. 4. ὕπατον δ' ἔσχεν Πίσα] i. e. *Olympia*, qvæ prope Piſam celebrantur, ſunt ſuprema & inter reliqva omnia præſtantiſsima.

B. 5. Ἡρακλέος τεθμόν] *ritum vel inſtitutum Herculis*, h. e. Olympia ab Hercule inſtituta. Vide *in prolegomenis Olympiorum.*

B. 6. ἀμβολάδαν] propriè hoc adverbium ſignificat, *pro craſtinando, de die in diem differendo.* Hoc loco erit, vel ἀναβολαῖς, vel κατ᾽ ἀναβολὰς, *exordijs Hymnorum.* h. e. Synecdochicè *Hymnis.* Vel ἀναπεπταμένως καὶ λαμπρῶς, *in longum extendendo & ſplendidè*, habens lang und gut gemacht/ prolixè cum laudarunt. Qvas expoſitiones affert *Scholiaſtes.* Idem tamen & tertiam expoſitionem addit, prioribus facile præferendam, videlicet, *Per vices, diverſis vicibus*, zu unterſchiedlichen mahlen/ ἀναβολῆς τινὸς γενομένης μεταξύ. Prima verò expoſitio cadit, qvia in loco victoriæ non fuit peculiaris in hunc vel illum victorem decantatus hymnus, ſed Communis qvidam Καλλίνικος, de qvo ſuprà. Cadit & altera, qvia qvum Communis ille Καλλίνικος decantatus fuerit omnibus; nulli prolixiùs, qvàm alteri decantatum fuit.

B. 7. ἐν τελεταῖς] τελεταὶ ſunt *ſacra & myſteria.* Qvo nomine etſi ſæpè appellantur myſteria Cereris & Proſerpinæ: eodem tamen non rarò & alia ſacra veniunt. Etſi ergo *de Eleuſinijs* qvis interpretari velit: *Panathenæa* tamen hîc intelligi præmij indicatio oſtendit. Non enim in Eleuſinijs, ſed in Panathenæis *Oleum* datum fuit.

B. 7. μιν] *Aldus* perperam habet γάρ.

B. 8. 9. γαίᾳ δὲ καυθείσᾳ πυρί] *terrâ igni aduſtâ*, hoc eſt in urceolo, vel vaſe fictili. Caſus ſextus eſt, ideoq; jota ſubſcribendum eſt, & tàm in γαίᾳ, qvàm καυθείσᾳ penultima acuitur, & utrobiq; ultima producitur. At his omnibus neglectis,

Lonicerus in Nominativo accipit, a ſi eſſet, γαῖα καυθεῖσα: dicitq; eſ ἀσύνδετον, pro γαῖα καυθεῖσα κα καρπὸς ἐλαίας. Ineptiſſimè.

B. 9. καρπὸς ἐλαίας] hoc eſ *Oleum.* Hoc enim propter Miner vam olei inventricem, Panathenæo rum victori datum fuiſſe, *Scholia* no tant. Nec ulli, niſi Victori, oleu ex Attica exportare licitum fuiſſe a dunt.

B. 10. ἔμολεν λαόν] pro ἔμολ πρὸς λαόν, ἐλλείψει etiam alijs i locis noſtri Poëtæ uſitatâ. Verb enim *veniendi*, ſæpe ſine Præpoſitio ne cum Nomine junguntur.

B. 10. 11. Ἥρας τὸν εὐάνορα λ όν] id eſt, *ad Argivos*, qvos ſub tut la Junonis eſſe, *ſuprà* α. 3. dictu fuit.

B. 11. ἀγγέων] συνίζησις.

B. 11. 12. ἐν ἀγγέων ἕρκεσιν πα ποικίλοις] *in vaſculorum* hoc eſt, u ceolorum, *ſeptis* hoc eſt, arculis, qv bus illa vaſcula incluſa dabantu & qvidem παμποικίλοις, *omnimo variegatis*, & picturis varijs ornat In bunten Käſtlein verwahret. *Sch liaſtes* non de thecis vaſculorum, de ipſis vaſculis accipit, eaq; ære fuiſſe dicit. Ex terra enim aduſt Æs fieri; ex Ære poſteà, vaſcula là fingi, fingit. Si tamen hiſto fides detur, non reluctabor. M perinde eſt.

γ. 1. Θειαῖς] Prima in Θει corripitur, partim propter vocal immediatè ſeqventem, partim pr pter ſubjunctivam diſſimulatam, alibi paſſim exempla exſtant.

γ. 2. ματρώων] i. e. *avunculorum* aliorum ad lineam maternam pe nentium.

γ. 2. πολύγνωτον γένος] Lego, πολυγνώτῳ γένει.

γ. 3. ἐυάγων τιμὰ] i. e. *gloria ex præclaris certaminibus orta.* h. e. Gloria victoriarum.

γ. 3. 4. Χαρίτεσσί τε καὶ Τυνδαρίδαις θαμάκις. *Syntaxis eſt:* ἐυάγων τιμὰ ἕπεται πολυγνώτῳ γένει πατρώων ὑμετέρων θαμάκις σὺν Χαρίτεσσί τε καὶ Τυνδαρίδαις, i. e. *Gloria victoriarum, ſeqvitur nobile genus tuorum maternorum, hoc eſt, ex materna linea cognatorum, ſæpè, cum Gratijs & Tyndaridis, id eſt, faventibus & juvantibus illis.* Sicut enim dicitur σὺν Θεῷ, *Deo juvante:* ſic, σὺν Χαρίτεσσι, *Juvantibus Gratijs.* ὑμετέρων, hoc loco ponitur, pro σῶν, per reverentiam, Ewre Freunde / pro deine Freunde. Nec obſtat, qvòd τὸ σὺν (qvod inſerendum eſt, & *Scholiaſtes* agnoſcit) non ſtatim priori, ſed demū poſteriori caſui jungitur. Id enim ſæpè fit. Sic *in ... G.* 8. Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ, pro σὺν Ἑρμᾷ καὶ Ἡρακλεῖ. *Aldus* præter neceſsitatem habet Τυνδαρίδαισι, ſyllabâ abundante.

γ. 5. ἀξιωθείην κεν] *Scholiaſtes*, & eum ſecuti *Lonicerus & Aretius*, cenſent perſonam mutatam eſſe, & hæc ... προσώπῳ Θειαίου proferri. Verùm ſi rectè textum aſpexerimus, videbimus, ſub perſona Poëtæ vel cuiuſqve Hymnum decantantis, hæc dici: Wehr ich Thraſycli vnd Antiæ Vetter / wolte ich mich zu Argis keine Schawe deuchten laſſen / wie wolte ... einem jedern ſo fein friſch vnter Augen gehen. Et nihilominus ad ſtimulos in animo Thiæi faciendos ... c dicuntur.

γ. 5. 6. Θρασύκλου Ἀντία τε] Celebrantur hîc Thraſyclus & Antias, ut Viri virtute & victorijs clari, de qvorum cognatione ex linea materna, aliqvis dignè gloriari poſſit.

γ. 6. σύγγονος] Lego ξύγγονος. Ita præcedens τε produci poterit.

γ. 9. ἱπποτρόφον ἄστυ τὸ Προίτοιο] Προῖτος hic, fuit filius Abantis, nepos Lyncei & Hypermneſtræ, frater Acriſij. Etſi autem per ἄστυ Προίτοιο, Interpretes intelligunt *Argos:* non videtur tamen hoc à Poëta notari. Mortuo enim Abante, qvi regnum Argolicum totum tenuerat, filij ejus regnum partiti ſunt, & Acriſius Argos ſortitus eſt: Prœtus verò Heræum, Mideam, Tirynthem, & Argolici agri maritimam partem. Ac licet poſteà Perſeus, Acriſij ex Danaë nepos, qvum diſco avum fortuitò interfeciſſet, permutationem cum Megapenthe Proeti filio inſtituit: id tamen poſt Proeti etiam mortem factum fuit. Potiùs igitur *Tirynthem* interpretor, ubi Proetus regnavit, & qvam ita operosè munivit, ut munitionis illius ſtructura, Cyclopum opera haberetur, ut eſt apud *Pauſaniam in Corinthiacis.* Tirynthe igitur habitaſſe Thraſyclum & Antiam exiſtimo, qvorum virtute urbs illa multorum certaminum victorijs nobilitata fuit. ἱπποτρόφον vocat, ob rei eqveſtris ſtudium. Qvam ob cauſam & totum Argos alibi ἵππιον cognominatur.

γ. 10. θάλησεν] lego θάλλησεν. Nam & θαλλέω dicitur. Vide *ſuprà Nem.* δ. *d.* 13.

γ. 10. Κορινθίοις τ' ἐν μυχοῖς] i. e. *in Iſthmo.*

γ. 11. Κλεωναίων πρὸς ἀνδρῶν] *apud viros Cleonæos*, id eſt apud Nemeos, vel in ludis Nemeis. Nemea enim ταῖς Κλεώναις vicina fuit, ut *in prolegomenis* dictum. *Plin.lib.6.c.6.* Sicut alibi ſæpè Piſa pro Olympia accipitur, propter vicinitatem.

g. 1. Σικυωνόθεν] Lego Σικυωνόθε, *è Sicyone.* Notat victoriam ex Pythijs Sicyonijs Adraſteis, de qvibus in præcedente εἴδει.

g. 1. ἀργυρωθέντες] *deargentati*, i. e. argento donati, ſcilicet poculis argenteis, ut & *in præcedente* εἴδει habuimus, & ſeqventibus verbis mox indicatur, οἰνηραῖς φιάλαις, mit Weinpocalen.

g. 2. ἐπέβαν] *proceſſerunt, redierunt* σικυωνόθε. Ἐπιβαίνειν aliàs in hac ſignificatione & Syntaxi rariùs invenietur.

g. 3. ἐκ δὲ Πελλάνας] Pellene vel Pellana oppidum Achaiæ ad Sicyoniorum fines omnium poſtremum, ubi certamina habebantur Δῖια, in Iovis honorem, & Θεοξένια qvorum victor Chlamyde ſeu veſte donabatur. Vide *ſuprà Olymp: θ. δ.3.* Inde jam totius loci intellectus planus eſt. *Pauſanias in Achaicis* ita ſcribit: Eſt in Pellene Apollinis Theoxenij templũ, cui ludos faciunt Theoxenia. Argentum victori præmium datur. In certamen deſcendunt ſoli cives.

g. 5. χαλκὸν μυρίον] *Æs infinitum*, i. e. per Metonymian cauſæ materialis, *præmia ærea infinita*, qvalia dari ſolent in multis locis alijs, qvorum aliqva in ſeqventibus nominantur.

g. 8. ὄντε] ſc: χαλκόν.

g. 8. Κλείτωρ] ἡ Κλείτωρ, vel ἡ Κλειτωρίων oppidum Arcadiæ, con-
ditum & denominatum à Clitore A
zanis filio, Arcadis nepote, qvi de
functo Patri Azani ludos funebre
ἱπποδρομίας inſtituit. *Pauſan. Arca*

g. 8. Τεγέα] ἡ Τεγέα vel ἡ T
γεα, utrumq; enim reperitur, ſed cu
diverſitate tamen qvantitatis ult
mæ, oppidum Arcadiæ à Tegeo Ly
caonis filio ex diverſis curijs in una
ſocietatem coactum. *Pauſan: in A
cad.*

g. 8. 9. Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες
Urbes Achaiæ in ſumma fuerũt duo
decim, Dyme, Olenos, Pharæ, Tritæ
Ripes, Thaſium, alijs Eaſium, Cec
cyrina, Bura, Helice, Ægæ, Ægira,
Pellene, cujus paulò anteà fuit fac
mentio. Ex harum ergò aliqvibu
μάτρωας Thiæi victorias reportaſ
& præmia ærea accepiſſe, Poeta
dicit.

g. 10. Λύκαιον πὰρ Διὸς] τὸ Λ
καιον, mons Arcadiæ, in cujus ſu
mitate, unde propè omnis Pelopo
neſus proſpici poteſt, Jovis Lycæi a
eſt. Ideoq; hîc ad πὰρ Διὸς, ſuba
diendum erit βωμῷ. In eodem
Λυκοσῦρα oppidum à Lycaone co
ditum, qvi etiam monti & Jovi n
men dedit. *Pauſan in Arcad.* Hu
Jovi Λύκαια fuerunt celebrata.
qvibus itidem aliqvos ματρῴ
Thiæi viciſſe dicit.

g. 11. χερῶν τε] lego *cum Ala*
χειρῶν τε, metro ſic poſtulante.

G. 1. Κάστορος δ' ἐλθέντος ἐπ
Lego ἐλθόντων, ut reſpiciat utrum
Κάστορος καὶ Πολυδεύκεος. Ni
enim obſtat, qvòd alter tantum ſi
gularis præcedat, alter verò ſeqvat
Exempla ſimilia & alibi ſunt. v.
Ισθμ: ε. A. 6. 7. Vide de hac Alcm
nica Syntaxi & *ſuprà ad Pyth. δ. H.*

G. 2. ζ

G. 2. ξεινίαν παρὰ Παμφάη] Lego ξεινοσύναν παρ' Παμφάη. Arripuit aliqvis Scholium pro textu. Παμφάης hic, unus ex linea materna Thiæi, apud qvem aliqvando Διόσκουροι Θεοξένια fecerunt.

G. 7. εὐρυχώρου] lego, εὐρυχόρου.

G. 7. ταμίαι Σπάρτας] ut præſides, & numina tutelaria.

G. 7. 8. ἀγώνων μοῖραν] *ſortem certaminum*, i. e. officium inſpectionis certaminum.

G. 8. Ἑρμᾷ καὶ σὺν Ἡρακλεῖ] τὸ σὺν, ἀπὸ κοινοῦ etiam ad præcedens Ἑρμᾷ pertinet. Eſſe autem Tyndaridis hanc μοῖραν ἀγώνων, cum Mercurio & Hercule communem, ait. Mercurius alibi ἐναγώνιος dicitur. *Pyth.* ϐ. α 3. De Hercule hîc commemorat Poëta, qvòd & ipſe ἐναγώνιος habitus fuerit. Qvod apud alios inveniri non memini.

G. 9. θαλειᾶν] *Aldina, Romana, Brubachiana, Plantiniana, & reliqva habent* θάλειαν. Lego θαλείαν, i. e. *florentem ſortem certaminum.* ὁ θάλειος, idem qvod θαλερός, *floridus, virens*.

G. 10. 11. ἀνδρῶν δικαίων περικαδόμενοι] Gott ſorgt für die Gerechten. *Aldus* σφάλματι γραφικῷ habet, περικαδήμενοι.

G. 12. καὶ μὰν Θεῶν πιστὸν γένος] *Philippus* rectè exponit: *Qvippe Deorum genus, fidele eſt.* Dei eſt, fideliter homines curare, Gott iſt getrew. Hæc ita ex luce naturæ ab Ethnico dicuntur. Chriſtiani ex Verbi divini teſtimoniis certiùs de triuno noſtro Deo hoc pronunciare poſſumus. *Lonicerus* ita detorſit, *Fida Deorum ſoboles exiſtunt,* q. d. Verè ex Diis geniti ſunt, qvum tamen alter, Caſtor nimirum, non Jovis, ſed Tyndarei filius fuerit: tametſi poſteà æqvè atqve Pollux in Deorum numerum relatus fuerit, Sed beneficio fratris, ut paulò pôſt in hoc εἴδει ſeqvetur. Differentia Interpretationis hæc eſt. *Philippo* ita συντάττεται & prædicatur: τὸ γένος Θεῶν, ἐστὶ πιστόν, ut τὸ γένος ad Subjectum pertineat. *Lonicero* verò ita: οἱ Διόσκουροι εἰσὶ γένος πιστὸν Θεῶν, ut τὸ γένος Prædicati pars fiat. Judicium eſto cujusvis.

δ. 1. μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν] Qvarta & ultima pars Hymni, Digreſsio in Hiſtoriam τῶν Διοσκούρων. In qva I. eſt Status, Qvòd alternis ambo diebus vivant & mortui ſint. II. Cauſa Impulſiva, Amor Pollucis erga Caſtorem. III. Modus, qvòd Pollux maluerit alternis diebus pro & cum fratre mori, qvàm ſine eo immortalis eſſe. IV. Cauſa cædis Caſtoris, Remotior, Lynceus prodens: Propinqvior, Idas vulnerans, V. Occaſio, Raptus boum. VI. Eventus, ultio, tàm Pollucis, qvi Lynceum interfecit, & licet ſaxis petitus, tamen illæſus manſit: qvàm Jovis, qvi fulmine ſuſtulit Idam. Huic membro ſubjicit Gnomen de non pugnando cum potentioribus. VII. Conſeqventia, I. Caſtoris moribundi in ſangvine palpitatio. II. Pollucis lacrimæ, ſuſpiria, & clamor ad Jovem pro participatione vitæ Fratri largienda, vel ſibi etiam morte inferenda, Qvum amiſſo amico, gloria & decus amittatur: Qvum item pauci hominum ſint in ærumna fideles. III. Jovis reſponſio, partim exponens

nens rationem, cur Pollux ſit immortalis; qvia Jovis filius: Caſtor verò mortalis; qvia Tyndareo ſatus: Partim dans optionem Polluci, ut vel ſine fratre immortalis vivat cum Minerva & Marte: vel cum fratre alternis diebus nunc ſub terra, nunc in cœlo agat. IV. Pollucis acceptatio membri poſterioris. V. Eventus. Reviviſcentia Caſtoris, ſed ſub conditione præmiſſa.

δ.1. *μεταμειβόμενοι*] De hac alternatione Caſtoris & Pollucis, *Homer.* ita, *Od.* λ. *v.* 299.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀ-
γαθὸν Πολυδεύκεα:
τοὺς ἄμφω ζωοὺς κατέχει φυσίζοος
αἶα.
οἳ καὶ νέρθεν γῆς τιμὴν πρὸς Ζηνὸς
ἔχοντες,
ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλ-
λοτε δ' αὖτε
τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα
θεοῖσι.

δ. 2. τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ Διὶ νέμονται] *Aldus* μὲν & παρὰ non habet. Qvem ſecuti *Lonicerus* & *Philippus* reddiderunt, *alterum diem Jovi tribuunt*. Sed metro vis infertur.

δ.3. Διὶ] συνίζησις.

δ.3. τὰν δ' ὑπὸ] rectè, ad τὰν μὲν. *Aldus*, qvi τὸ μὲν omiſit, habet, τὰν θ' ὑπὸ.

δ.4. ἐν γυάλοισι Θεράπνας] lego, ἐν γυάλοις. In Θεράπνας, media corripitur. De Therapne *ſuprà Pyth.* ια. *D.* 5. τὸ γύαλον propriè eſt *Vola, cavitas manus pedisve.* Poſteà etiam de aliis cavitatibus accipitur. Sunt qvi pro Lacedæmone hîc Therapnen accipiant, ut *Lonicerus* ad hũc locum notat, ut & *ad finem Pyth.* ια.

δ.5. πότμον ἀμπιπλάντες ὁμοῖον] *Simile vel etiam æqvale explentes fa*-*tum.* Qvod enim tempus morti Caſtoris defuit, Pollux explevit: & vice verſa, qvod defuit immortalitati Pollucis, Caſtor explevit. Reddi etiam poſſet κοινόν: ſicut *Homerus Iliad.* δ γῆρας ὁμοίϊον. & *Od.* γ. θάνατον ὁ-μοίϊον, *id eſt,* πᾶσιν ὁμοίως ἐπερχόμε-νον vocat. *Lonicerus* reddit, *Eandem ſubeunt mortem.* Senſu non ſatis expreſso.

δ.8. Πολυδεύκης] *Aldus* σφάλμα-τι γραφικῷ habet Πολυσεύκης.

δ.10. Ἴδας] Idas hic Apharei Meſſeniæ regis filius fuit, frater Lyncei illius perſpicacis, de qvo paulò poſt natu minor, ſed virtute tamen illo præſtantior. Occidit Caſtorem, ob cauſam de qva mox.

δ.10. ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς] *Pin*-*darus* propter boum raptum Caſto-rem interfectum ait. *Scholiaſtes* ta-men non propter boves, hoc eveniſſe notat, ſed propter Phœbẽ & Ilairam Leucippi filias, qvas Idas & Lynceus ſibi deſponſaverant, & ad nuptialem ſolennitatem Caſtorem & Pollucem invitaverant; qvi tamen has Sponſas rapuêre. Qvem raptum etiam *Pauſanias* agnoſcit *in Laconicis.* Vide & *Lycophronem* v. 546. Qvomodo h sibi invicem cognati ſint, vide ex ſe-qvente genealogia.

Vide ſignum ♂.

Qvod verò ad raptum attinet, βο-ῶν ne fuerit, an παρθένων ſeu γυναι-κῶν, diſceptare, ad intellectum hujus loci fortè non multum faciet. Interim hoc induſtriis Philologis dijudi-candum offero, An non hîc βοῦς (ne-ſcio tamen qvo Tropo, etiamſi non neſcire mihi videar) *pro Fœmina* acci-pi poſsit. Sanè *Pyth.* δ. ζ. 7. μία βο-
Κρηθε

δ.

Inachus.

Jo.

Epaphus.

Libya.

Lelex.

Myles *occupavit Laconiam.*

Eurotas.

Sparte *à qva Sparta dicta.* *Nupta Lacedæmoni filio Jovis & Taygetæ, à qvo Regioni & Urbi nomen. Habuit nomen à gratia ſermonum,* Redeſelig, *non autem q.* Lacus Dæmonis, *ut imperitè creditur.*

Amyclas, *à qvo Amyclis nomen.*

Cynortas

Polycaon *Meſſeniæ Rex.* *Poſt hunc ætatibus fermè qvinqve, qvum nullus de ejus poſteris ſuperſtes eſſet, accerſitus est ad regnum*

Therapne. *ab hoc Oppido nomen.*

Oebalus. *Secundo marito*—Gorgophone *Perſei filia.*——Perieres, *primo Gorgophones maritus*

Tyndareus

Pollux. Caſtor.

Arene——Aphareus

Lynceus. *occiſus à Polluce.* Idas. *fulmine periit*

Poſt hos regnum Meſſenicum pervenit ad Neſtorem.

Leucippus

Phœbe Ilaira.

ξηθεῖ τε μάτηρ, καὶ θρασυμήδεϊ Σαλμωνεῖ, Idem ſignificare videtur.

δ. 11. αἰχμᾷ] prior corripitur, ſubjunctivâ diſsimulatâ.

d. 1. ἀπὸ Ταϋγέτου] de monte illo Laconiæ, *Pyth.α.* δ. 6.

d. 1.2. ποδαυγάζων] *Lonic.* reddidit, *Pede radians*, & in Scholiis exponit, *pede fulgens*, propter velocitatem, per Metapho-

Metaphoram. *Philippus, pede ſpeculans.* Atqve ita ὑφ᾽ ἓν habet *Brubachiana & Cratandrina* editio: *Romana* verò διαλελυμένως, ποδ᾽ αὐγάζων, ſenſu eodem. *Lutetiana, Plantiniana, Lugdunenſis, & Commeliniana* habent, ποταυγάζων, *aſpiciens. Aldus* habet πεδαυγάζων, qvod Æolicum eſt, pro μεταυγάζων, id eſt, *tranſpiciens, per intervallum conſpicatus.* Atqve ita omninò legendum erit.

d. 2. Λυγκεὺς] Idæ frater. Diverſus eſt à Lynceo Hypermneſtræ marito. *Vide genealogiam præcedentem.*

d. 2. δρυὸς ἐν στελέχει] *in caudice qvercus,* in einer holen Eiche / in inſidiis, vel etiam in latebris.

d. 3. ἥμενον] τὸν Κάστορα ſcilicet. *Aldina, Romana & Brubachiana* habent ἡμένως, Doricè pro ἡμένους, *ſedentes,* Caſtorem & Pollucem ſimul; niſi fortè Dualis fuerit, ἡμένω. Mallem tamen ἥμενον, qvia mox ſubjicitur, Pollucem qvaſi aliunde διώκοντα ἐληλυθέναι. Atqve hæc lectio etiam *Ariſtarcho* placuit, & *Apollodoro,* ut *Scholia* notant. *Didymus* autem, ἡμένω vel ἡμένως legere maluit. Utriqve pro ſe allegarunt *Cypria carmina,* his verbis:

———————— αἶψα δὲ Λυγκεὺς
Ταΰγετον προσέβαινε, ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς.
ἀκρότατον δ᾽ ἀναβὰς, διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν
Ταντάλιδου Πέλοπος. Τάχα δ᾽ εἴσιδε κύδιμος ἥρως
εἰν * ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης,
Κάστορά θ᾽ ἱππόδαμον, καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκεα.

d. 3. κείνου γὰρ ἐπιχθονίων] Lynceum omnium hominum perſpicaciſsimum noſter Poëta facit. Vide adagium. *Lynceo perſpicacior.* Vide *Theocrit.* εἰδυλλ. 27.

d. 6. ἐξικέσθαν] Doricè pro ἐξι-κέσθην: qvod Poëtica Syncope factum eſt ex ἐξικέσθησαν.

d. 6. 7. μέγα ἔργου ἐμνήσαντ᾽ ὠ-κέως] Vulgata, *Ad ingens facinus a-nimum adverterunt.* Philippus: *In-gens opus fecerunt.* Lonicerus; *Ma-gnum opus conati ſunt.* Portus: *Va-dè tanti facinoris recordati ſunt cele-riter.* *Aldus* habet, μέγα ἔργον ἐ-μνήσαντ᾽ ὠκέως. *Lego ego,* μέγα ἔργο-ἐμήσαντ᾽ ὠκέως. Quis enim hî-uſus Recordationis? Reddo, *Ma-gnum moliti ſunt opus,* Sie haben ſic-ein groſſes vnterfangen oder vnterſtan-den/ qvòd cum filiis Jovis congred-auſi ſunt. Ideò etiam eventus infe-lix ſecutus fuit. Qvod qvaſi ἐπι-φωνήματι poſteà illuſtratur: χαλε-πὰ δ᾽ ἔρις, ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσ-σόνων. Ad hanc lectionem pote-*Vulgata & Loniceri verſio* facilè re-ferri. Simili ratione eſt apud *Ho-merum Od* λ. v. 473.

—τίπτ᾽ ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεα-
ἔργον;

Sic *Iliad.* ε. v. 38.

—οὐδὲ τὰ ᾔδει ἅ ῥα Ζεὺς μήδετ-
ἔργα.

Sic *Iliad.* ψ. v. 24.

—Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα.

d. 8. καὶ πάθον δεινὸν] qvaſi dica-Sie vnterfiengen ſich was groſſes / -ber es bekam jnen ſehr vbel.

d. 8. παλάμαις Διὸς] *manibu-*hoc eſt opera Jovis. *Lonicerus* redd-dit, *à Dioſcuris;* Ineptè, qvum alt-jam ceciderit.

d. 8. Ἀφαρητίδαι] Ἀφαρ-ος v-
Ἀφα-

Ἀφαρέος παῖδες, *Idas & Lynceus.* *Vide genealogiam præcedentem.*

d. 10. Λήδας παῖς] ὁ Πολυδεύκης ſcilicet, adhuc ſuperſtes.

d. 10. διώκων] Idam & Lynceum.

d. 10. τοί δὲ] Ἴδας καὶ Λυγκεύς.

d. 11. πατρῴῳ] Lego πατρωΐῳ. Apud ſepulcrum paternum.

D. 1. ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμα] Lego, ἔνθεν οὖν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀΐδα &c.

D. 2. ἄγαλμ' Ἀΐδα ξεστὸν πέτρον] id eſt, *ſtatuam ſaxeam Plutonis*, ad tumulum Apharei poſitam. *Lonicerus & Aretius* exponunt, non de ſtatua Plutonis effigiem referente, ſed de columna qvadam lapidea qvacunqve, defuncto & jam in Plutonis regna verſanti, erecta. τὸ ξέεσθαι propriè de ligno, ut *Pyth. α. ς. & δ. ε 3.* vel de lapide idoneo dicitur, ut hoc loco.

D. 4 Φλάσαν] *colliſerunt*, haben ihn nicht beſchädiget, tanqvam ἄτρωτον Θεοῦ παῖδα. *Iſth. γ. A. 11.* Φλᾶν eſt *conterere, contundere.*

D. 5. ἀνέχρασαν] *repulerunt*, haben jhn auch nicht abgetrieben / utpote μάρναντα καὶ ἄφοβον Jovis filium. corripitur, diſſimulato σ. χρᾶν & χράζειν eſt *ſcarificare, ſcalpro aperire.* Item *Deducere, Transferre.* Inde ἀποχράζειν, *inhibere, repellere*, abtreiben.

D. 5. ἐφορμαθεὶς] *Irruens*, impetum in eum faciens, vel ut *Philippus* reddidit, *Incitatus. Lonicerus* male reddit, *Excandefactus.* Pejùs ad Lynceum refert, exponens, *Lynceus pro Pollucis trajectus.*

D. 6. ἄκοντι θοῷ] *Jaculo acuto & veloci.* Utrumqve enim τῷ θοῷ notatur. Vide *ad Pyth. η. ϐ. 8.*

D. 8. ἐπ' Ἴδᾳ] *in Idam.* Vel ut ſit Tmeſis, pro ἐπέπλαξε τῷ Ἴδᾳ, *injecit Idæ*, contorſit in Idam, fratrem Lyncei, qvem & *Pauſanias* κεραυνωθῆναι ſcribit *in Meſſenicis. Scholiaſtes* notat, aliqvos de Ida monte interpretatos fuiſſe. Ineptias eorum qvivis videt.

D. 9. ψολόεντα κεραυνόν] hoc eſt *Fuliginoſum fulmen.* Facit *Ariſtoteles lib. 3. Meteor. cap. 1.* duplices κεραυνοὺς: ἀργῆτα, qvem nominat πάνυ λεπτὸν, qvi non accendit ea qvæ ferit: & ψολόεντα, qvem vocat βραδύτερον, qvi accendit percuſſa ſolida. Qvam diſtinctionem Fulminum ut per ſe facilè admittimus: ita nomina ex Poetis deſumpta & allegata, ei inſervire negamus, ducti autoritate *Homeri* qvi idem numero Fulmen qvo navis Ulyſsis fuit perdita, modò ἀργῆτα κεραυνὸν vocat, *Odyſſ. η.* modo ψολόεντα κεραυνὸν, ut *Odyſſ. ψ.* Qvod certè *Homerus* ſapientiſsimus facturus non fuiſſet, ſi ſpecierum diverſarum appellationes has eſſe exiſtimaſſet.

D. 10. ἁμᾶ δὲ] Ita omnia exempla qvæ vidi, habent. Lego, ἅμα δέ.

D. 10. καίοντ' ἐρημοι] id eſt, *comburebantur ambo ſimul illius fulminis igne*, tàm Lynceus à Polluce confoſſus, qvàm Idas fulmine ictus, deſerti ab aliis, qvum nemo illis opem ferre poſſet. *Aldus & Romana* habent κέοντο, *iacebant.* Sed qvantitas primæ reclamat.

D. 11. χαλεπὰ δ' ἔρις] Sic *Heſiodus* ἔργ. α.

ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν:

νίκης τε φέρεται, πρός τ' ἄχεσιν ἄλγεα πάσχει.

Sic *Homerus Odyſſ:* δ.

ἀργαλέος γάρ τ' ἐστὶ Θεὸς βροτῷ ἀνδρὶ δαμῆναι. Vide Adagium, *Fuge procul à viro majore.*

D. 12. *ἀνθρώποις ὁμιλεῖν κρεσσόνων*] Hypallage dithyrambica, pro, *ἀνθρώπων ὁμιλεῖν κρέσσοσι. τὸ ὁμιλεῖν* autem hîc non ſimpliciter accipitur pro *Converſando*, ſed limitatur voce *ἔρις*, ut notet *litigationem*, da man mit einem gewaltigen zu ſtreiten hat. *Scholiaſtes ἔλλειψιν* facit, pro *ὁμιλεῖν κατὰ κρεσσόνων.*

ε. 1. *ἐπ' ἀδελφεοῦ βίαν*] pro *ἐπ' ἀδελφεὸν Κάστορα.* In *βίαν* prima pro longa ponitur, ſi textus ſanus eſt.

ε. 2. *ὁ Τυνδαρίδας*] *ὁ Πολυδεύκης.*

ε. 4. *Φρίσσοντ' ἀναπνοὰς κίχεν*] Lego, *Φρίσσοντα πνοὰς ἔκιχεν.*

ε. 5. *θερμὰ δὲ*] *δὲ* pro longa ponitur. Vel lego, *δὴ.*

ε. 5 *τέγγων δάκρυα στοναχαῖς*] *τέγγειν*, vel ut hîc eſt *τέγκειν*, eſt *lacrimis imbuere, vel madefacere*, propriè. Hoc loco eſt, *Imbuens lacrimas gemitibus*, i. e. miſcens lacrimis ſuſpiria. In *δάκρυα* prima hîc corripitur. *Lutetiana, & eam ſecutæ habent τέγγων.*

ε. 8. *πενθέων*] *συνίζησις.*

ε. 8. *καί μοι θάνατον*] Lego *cum Aldina*, *καὶ ἐμοὶ θάνατον*, metro ſic poſtulante.

ε. 10. *οἴχεται τιμά*] Vide Adagium, *Felicitas multos habet amicos.*

ε. 10. *πατωμένῳ*] Doricè pro *τητωμένῳ.* tanqvam à *τητάω, privo, orbo. ἡ τήτη, ἀπορία, inopia, Heſychio.*

e. 3. *ἐσσί μοι υἱός*] *Tu mihi filius es*, tu Pollux. Te ego ex Leda genui.

e. 4. *τόνδε δ' ἔπειτα*] Κάστορα ſ[...] licet. *ἔπειτα*, i. e. *μετὰ τὴν σοῦ σπ*[...]*ράν.*

e. 4. *πόσις*] *ὁ Τυνδαρεύς.*

e. 5. *ματρὶ τεᾷ*] *τῇ Λήδᾳ.*

e. 5. *πελάσσαις*] Lego, *πελ*[...]*σαις, cum Aldina.*

e. 6. *ἔσταξ' ἥρως*] Lego, *ἔσταγ'* [...]*ρως.* De *propria vi huius verbi* hoc l[...]co, Phyſicos loqvi malo.

e. 10. *αὐτὸς Οὔλυμπον ἐθέλει*[...] Deeſt in omnibus libris qvos vidi [...]liqvid. Lego, *αὐτὸς Οὔλυμπον κατ*[...]*κῆσαι θέλεις.*

e. 11. *κελαινεγχεῖ*] *nigram ſeu* [...]*neſtam haſtam geſtante.* Nominat [...] Minervam & Martem præ aliis Di[...] puta rei bellicæ præfectos, cujus [...] Pollux ſtudioſus fuerat.

E. 1. *ἐστὶ σοὶ μὲν τούτων λάχος*] i[...] *eligere & capeſſere hoc tibi liberum* [...] & eſt tibi aliàs cœli ſors debita.

E. 3. *μάρνασθαι*] Lego *cum Al*[...] *μάρνασαι*, metro & ſenſu ſic poſ[...]lante.

E. 5. *ἥμισυ*] non continuè tam[...] ſed per dies alternos, *ἐναλλάξ*, [...] *ſuprà δ.* 1. 2.

E. 7. *χρυσέοις*] *συνίζησις.*

E. 8. *ὣς ἄρ' αὐδάσαντος*] *οὐ* Δ[...] *Aldus* præter neceſsitatem habet, [...] *δήσαντος*, tametſi ferri poteſt.

E. 9. *οὐ γνώμᾳ διπλόαν θέτο* [...]*λάν*] i. e. *non diu deliberavit, aut* [...] *utramqve partem cauſam ventila*[...] an hanc vel illam vivendi ration[...] amplecti velit. Hat ſich nicht la[...] bedacht.

E. 10. *ἀνὰ δ' ἔλυσε μὲν ὀφθαλμ*[...] *ὁ Πολυδεύκης* ſcilicet hac ſua opt[...]ne. i. e. *Fecit eum reviviſcere, ſenti*[...]

log[...]

loqvi. Non qvidem propriè efficien- do, ſed ratione jam dicta impetran- do. Aliqvi ad Jovem referunt; fortè minus benè.

E. 12. χαλκεομίτρα Κάστορ☉] Lego, χαλκομίτρα Κάστορ☉] i. e. *Caſtoris æream mitram geſtantis*, der eine eiſerne Sturmhaube träget.

ΕΙΔΟΣ ΙΑ.

ΑΡΙΣΤΑΓΟΡᾼ ΠΡΥΤΑΝΕΙ ΤΕνεδίῳ, υἱῷ Ἀρκεσίλα.

POſtremus hîc hymnus planè à reliqvis omnibus alienus eſt. Neqve enim ullius victoriæ gratia ſcriptus eſt. Etſi enim victoriarum aliarum in eo fit mentio: non tamen Periodicæ ſunt ſive ſacræ, hoc eſt, neqve Olympiæ, neqve Pythiæ, neqve Nemeæ, neqve Iſthmiæ: Non etiam ſcopus principalis hymni illæ ſunt; ſed per Accidens earum fit mentio. Scopus autem principalis eſt, *fauſta acclamatio Magiſtratui annuo Ariſtagoræ*, Arceſilæ filii Tenedii, in inſula patria. Eſt autem *Tenedus* inſula Aſiæ adjacens non amplius 40. ſtadiis à continente diſſita, olim Λευκόφρυς appellata, à Tene vel Tenne Cycni, Colonarum oppidi Troadis, Regis filio. Qvum enim Cycnus ex Proclea uxore genuiſſet Hemithean & Tennem, mortuaq; Proclea duxiſſet Philonomen Craugaſi filiam: incidit Philonome in Tennæ amorem, qvem tamẽ poſteà qvum ab honeſto Juvene repulſam ægrè ferret, ficta calumnia apud Cycnum criminata eſt, qvaſi invitam & repugnantem conſtuprare conatus fuiſſet. Mendacio credens Cycnus, Tennen cum ſorore in arcam incluſos in mare abjecit. Sed incolumes ad Leucophryn inſulam, qvæ ab hoc Tennæ fato nomen Tenedi deinceps accepit, perlati & expoſiti ſunt. Pòſt fraude Philonomæ fortè retecta, Cycnus ad Filium navigavit, ſeſe illi purgaturus, & facti veniam petiturus. Qvumq; appuliſſet, & ad ſaxum vel arboris truncum navim religaſſet, Tennes ira impulſus, bipenni retinacula abſcidit. Inde in proverbii conſvetudinem venit, ut qvicqvid aliqvis præfractè negaret, id Τεννεδίῳ πελέκει, *Tennedia bipenni* præcidiſſe dicatur. *Pauſan. lib.* 10. Meminit paucis etiam *Strabo lib.* 10. Vide & *Lycophronem.*

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

Partes

- *Exordium, ab Invocatione Veſtæ, quam*
  - *deſcribit*
    - *filiam Rheæ.*
    - *præfectam Prytaneis.*
    - *Jovis & Junonis ſororem.*
  - *invocat pro felici magiſtratu Ariſtagoræ.*
- *Propoſitio*
  - *eſt:* Precor Ariſtagoræ & Collegis ejus, felicem magiſtratum annuum.
  - *determinatur,*
    - *reſpectu aliorum, σὺν δόξᾳ.*
    - *reſpectu ipſius Ariſtagoræ, σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ.*
- *Confirmatio à laudibus*
  - *Communibus Ariſtagoræ cum Collegis,*
    - *Veſtam religioſè colunt*
      - *libando.*
      - *adolendo.*
    - *juſtitiam in Tenedo patria conſervant.*
    - *Lyram & Muſicam amant.*
    - *hoſpitales ſunt.*
  - *Propriis Ariſtagoræ*
    - *à patre Arceſila, beato*
      - *propter egregium corpus.*
      - *propter fortitudinem congenitam.*
      - *propter divitias.*
      - *propter formam.*
      - *propter victorias.*
      - *Quibus bonis omnibus ita utendum, ut memores mortalitatis ſimus.*
    - *à favore civium.*
    - *à victoriis ex vicinia puerilibus ſedecim.*
    - *à certaminibus*
      - *lucta.*
      - *pancratio.*
- *Confutatio.* ♒
- *Epilogus.* ♓

♒

Confutatio. Atqvi nulli ſacro certamini ſe commiſit:

- *Reſpondet, à Cauſa, qvæ*
  - *non eſt, Ariſtagoræ Ignavia.*
  - *eſt, Parentum* ὀκνηρότεραι ἐλπίδες, *qvi eum miſerunt*
    - *nec Delphos.*
    - *nec Olympiam.*
  - *ſi non fuiſſet, jurat Ariſtagoram victurum fuiſſe, in*
    - *Pythijs.*
    - *Olympijs.*
  - *reprehenditur*
    - *ab extremis Magnanimitatis, qvorum*
      - *unum eſt, Præſumptio.*
      - *alterum, Timiditas & Deſperatio.*
    - *ab indicijs virtutis congenitæ in Ariſtagora, qvæ Parentes agnoſcere debebant*
      - *ob Piſandrũ Spartanum, progenitorem ejus paternum.*
      - *ob Melanippũ progenitorem maternum, Thebanum.*
  - *corrigitur, ſpe filiorum Ariſtagoræ, qvi virtutem avitam reſuſcitabunt, ſicut*
    - *Agri per intervalla ſunt feraces.*
    - *Arbores non omnibus annis æqvè florent.*
  - *excuſatur, Fato hominibus incognito.*

♓

- *Epilogus, conſtans tribus* γνώμαις, *Magiſtratui benè notandis*
  - *una Qverelæ, de hominum præſumptione, ob*
    - *ſpem impudentem.*
    - *ignorationem eventus.*
    - *lucra.*
    - *deſideria denegatorum.*
  - *duabus* παραινέσεως
    - *Lucris non nimis inhiandum.*
    - ἀπροσίκτων *deſideria eſſe fugienda.*

Ratio autem metrorum talis eſt.

στροφ: & ἀντιστρ.	ἐπῳδ.
1. –⏑–– –⏑⏑– ⏑⏑–– –⏑–	1. –⏑⏑ –⏑⏑ –⏑
2. –⏑–– –⏑–– –⏑⏑– ⏑⏑––	2. –⏑⏑ –⏑⏑ –
3. –⏑⏑– ⏑⏑–– –⏑⏑– ⏑⏑–	3. –⏑–– –⏑⏑– ⏑⏑–– –⏑–
4. –⏑–– –⏑–– –⏑–	4. –⏑⏑ –⏑⏑ –
5. –⏑⏑– –⏑⏑	5. ––⏑⏑ –⏑⏑– –
6. –⏑–– –⏑⏑–	6. –⏑⏑ –⏑⏑ –
	7. ––⏑⏑ ––⏑⏑
	8. –⏑–– –⏑–– –⏑–
	9. –⏑–– ⏑––– ⏑⏑–⏑ ⏑⏑

Στροφὴ

ΕΙΔΟΣ ΙΑ.

ἈΡΙΣΤΑΓΟΡᾼ, ΠΡΥΤΑΝΕΙ ΤΕ-νεδίῳ, υἱῷ Ἀρκεσίλα.

στροφ. α. καὶ ε.

ΠΑῖ Ῥέας, ἅγε Πρυτανεῖα λελογχυῖ' Ἑστία,
Ζηνὸς ὑψίστου κασιγνήτα καὶ ὁμοθρόνου Ἥρας,
εὖ μὲν Ἀρισταγόραν δέξαι τεὸν ἐς θάλαμον,
εὖ δ' ἑταίρους ἀγλαῷ σκάπτω πέλας,
οἵ σε γεραίροντες ὀρ-
θὰν φυλάσσοισι Τένεδον,

ἀντιστροφ: α. καὶ ε.

πολλὰ μὲν λοιβαῖσιν ἀγαζόμενοι πρώταν θεῶν,
πολλὰ καὶ κνίσσᾳ. Λύρα δέ σφιν βρέμεται καὶ
ἀοιδά,
καὶ Ξενίου Διὸς ἀσκεῖται θέμις ἀενάοις
ἐν τραπέζαις. Ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος
δωδεκάμηνον περά-
σαι, σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ.

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ ἑξάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt tetrametrum catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, Ionico à minore, & iterum Epitrito ſecundo. II. tetrametrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis, Choriambo, & Ionico à minore. III. tetrametrum catalectum, ex Choriambo & Ionico à minore, & rurſus Choriambo & Ionico à minore. IV. trimetrum catalectum, ex Epitritis ſecundis. V. dimetrum catalectum, ex duobus Choriambis. VI. dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo.

Ἐπῳδὸς verò ἐννεάκωλος eſt. I. Trimetrum catalectum dactylicum. II. dimetrum hypercatalectum dactylicum πενθημιμερές. III. ut primum στροφῆς. IV. ut ſecundum ἐπῳδοῦ. V. dimetrum hypercatalectum, ex Ionico à majore & Choriambo. VI. ut ſecundum. VII. dimetrum acatalectum ex duobus Ionicis à majore. VIII. ut qvartum στροφῆς. IX. tetrametrum brachycatalectum, ex Epitrito ſecundo, Epitrito primo, Pæone tertio, & Ionico à minore.

ODA XI.

ARISTAGORÆ, PRÆSIDI TEnedio, filio Arceſilæ.

α.

Filia Rheæ, qvæ Prytanea conſecuta-es, Veſta,
Jovis altiſſimi ſoror & throni-ſocia Junonis,
bene qvidem Ariſtagoram ſuſcipe tuum in thalamum,
bene verò etiam *Collegas* ejus *ſplendidum prope ſceptrũ,*
qvi te honorantes rectam cuſtodiunt Tenedum,

a.

ſæpè qvidem libationibus venerantes te *primam Dearũ,*
ſæpè verò & *nidore. Lyra verò apud-ipſos perſtrepit & cantus;*
& Hoſpitalis Jovis exercetur ritus-juſtus perpetuis
in menſis. Sed glorioſè magiſtratum
duodecim-menſium ad-finem-perducat, cum invulnerato corde.

Virum

ἐπῳδ. α. κῶ. θ.

Ἄνδρα δ' ἐγὼ μακαρίζω
μὲν πατέρ' Ἀρκεσίλαν,
καὶ τὸ θαητὸν δέμας, ἀτρεμίαν τε ξύγγονον.
Εἰ δέ τις ὄλβον ἔχων,
μορφᾷ παραμεύσεται ἄλλων
ἔν τ' ἀέθλοισιν ἀρι-
στεύων ἐπέδειξεν βίαν,
θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.

στροφ. β. κῶ. ς.

Ἐν λόγοις δ' ἀστῶν ἀγαθοῖσι μὲν αἰνεῖσθαι χρεὼν
καὶ μελιγδούποισι δαιδαλθέντα μελιζέμεν ἀοιδαῖς
Ἐκ δὲ περικτιόνων ἑκκαίδεκ' Ἀρισταγόραν
ἀγλααὶ νῖκαι πάτραν τ' εὐώνυμον,
ἐστεφάνωσαν πάλᾳ,
καὶ μεγαυχεῖ παγκρατίῳ.

ἀντιστροφ. β. κῶ. ς.

Ἐλπίδες δ' ὀκνηρότεραι γονέων, παιδὸς βίαν
ἔσχον ἐν Πυθῶνι πειρᾶσθαι καὶ Ὀλυμπίᾳ ἀέθλων
Ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον, ἐμὰν δόξαν, παρὰ Κασταλίᾳ,
καὶ παρ' εὐδένδρῳ μολὼν ὄχθῳ Κρόνου,
κάλλιον ἂν δηριών-
των ἐνόστησ' ἀντιπάλων,

ἐπῳ. β. κῶ. θ.

πενταετηρίδ' ἑορτὰν
Ἡρακλέος τέθμιον
κωμάσας, ἀνδησάμενός τε κόμαν ἐμπορφύροις
ἔρνεσιν. Ἀλλὰ βροτῶν
τὸν μὲν κενεόφρονες αὖχαι
ἐξ ἀγαθῶν ἔβαλον:
τὸν δ' αὖ καταμεμφθέντ' ἄγαν

ἰσχυ

A.

Virum autem ego beatum-prædico
qvidem patrem Arceſilam,
& admirandum ejus *corpus, animoſitatemq; congenitam.*
Si verò qvis opes poſſidens
forma ſuperaverit alios,
inq; certaminibus fortiter-rem-ge-
rens ſpecimen-edidit roboris;
mortalibus meminerit ſe-amictum membris,
& poſtremam omnium terram induturum-eſſe.

ε.

In verbis verò civium bonis qvidem laudare Ariſtagoram
& melliſonis ornatum celebrare cantibus. (*oportet,*
Ex circumhabitantibus verò ſedecim Ariſtagoram
ſplendidæ victoriæ, patriamq; claram
coronarunt lucta,
& valde-gloriabundo pancratio.

b.

Spes autem ſegniores Parentum, filij robur
impedierunt in Pythone periculum-facere & in Olympiæ
certaminum. (*ſtaliam,*
Per jusjurandum enim, juxta *meam ſententiam, ad Ca-*
& ad arboribus-benè-conſitum profectus collem Saturni,
pulchrius qvàm pugnan-
tes rediiſſet adverſarij,

B.

qvinqvennale feſtum
Herculis ad-ritum-inſtitutum
hymno-choreali-proſecutus, redimitusq; comã purpureis
ramis. Sed mortalium
alium vana-ſapientes gloriationes
ex honeſtis ejicere-ſolent:
alium verò contrà reprehendentem nimiùm ſuum

ἰσχὺν, οἰκείων παρέσφαλεν καλῶν,
9 χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω, θυμὸς ἄτολμος ἐών.

στροφ. γ. κῶ. ϛ.

1 Συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν, τό, τε Πεισάνδρο
πάλαι
αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας (Ἀμύκλαθεν γὰρ ἔβα σὺν
Ὀρέστα,
Αἰολέων στρατιὰν χαλκεντέα δεῦρ' ἀνάγων)
καὶ παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν κεκραμένον
5 ἐκ Μελανίπποιο μά-
τρωος. Ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ

ἀντ. γ. κῶ. ϛ.

1 ἀμφέροντ' ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν σθένος.
Ἐν σχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄ-
ρουραι:
δένδρεά τ' οὐκ ἐθέλει πάσαις ἐτέων περόδοις
ἄνθος εὐῶδες φέρειν, πλούτῳ ἴσον,
5 ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι. Καὶ
θνατὸν οὕτω σθένος ἄγει

ἐπῳ. γ. κῶ. θ.

1 Μοῖρα. Τὸ δ' ἐκ Διὸς ἀνθρώ-
ποις σαφὲς οὐχ ἕπεται
τέκμαρ. Ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις ἐμβαίνομεν
ἔργα τε πολλὰ μενοι-
5 νῶντες. Δέδεται γὰρ ἀναιδεῖ
ἐλπίδι γυῖα: προμα-
θείας δ' ἀπόκεινται ῥοαί.
Κερδέων δὲ χρὴ μέτρον θηρευέμεν.
9 Ἀπροσίκτων δ' ἐρώτων ὀξύτεραι μανίαι.

robur, à-propriјs aberrare-facit bonis,
9 *manu trahens retrò Animus audacia carens.*

γ.

1 *Conjicere valde facile erat, Piſandri antiqvum*
ſangvinem è Sparta (ab- Amyclis enim profectus-eſt cum Oreſte,
Æolenſium exercitum ære-armatorum huc adducens)
& ad Ismeni fluxum, mixtum
5 *ex Melanippo materno-progenitore. Priſcæ autem virtutes*

g.

1 *recolligunt-ſe, permutantes generationibus hominum, robur.*
In continua-ſerie verò neqve nigra fructum dare-ſolent arva:
Arboresq́; non volunt omnibus annorum recurſibus
florem odoratum ferre, divitiјs parem,
5 *ſed per vices. Et*
mortale ſic robur ducit

G.

1 *fatum, At ex Jove homines certus non ſeqvitur*
exitus. Et tamen in-ſuperbiјs incedimus,
operaq́; multa molientes.
5 *Vincta-ſunt enim impudenti ſpe membra: præſcientiaq́; longè-remoti-ſunt fluxus.*
Lucrorum verò oportet certum *modum venari.*
9 *Non-aſſeqvendarum verò cupiditatum acriores* ſunt *inſaniæ.*

Commentarius.

ΠΑΙ Ῥέας] Partes huius εἴδȣς ſunt qvinqve: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Confutatio, Epilogus. Exordium continet Invocationem Veſtæ, qvam primùm deſcribit, ut Filiam Rheæ; Præfectam Prytaneis; Jovis & Junonis ſororem. Deinde invocat, pro felicitate Magiſtratus annui Ariſtagoræ. Propoſitio eſt: *Precor Ariſtagoræ & Collegis ejus felicem Magiſtratum annuum.* Determinatur, partim reſpectu aliorum, σὺν δόξᾳ: daß er deſſen bey jederman ehre vnd ruhm habe/ partim reſpectu ipſius Ariſtagoræ, σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ, tàm qvoad *cauſam internam*, reſpectu Conſcientiæ: qvàm qvoad *cauſam externam*, Negotiorum ſcilicet moleſtiam. Confirmatio ſumitur à laudibus, partim Communibus Ariſtagoræ cum Collegis, verbi gratiâ: Qvòd religioſè Veſtam colant libando & adolendo: Qvòd jus & juſtitiam in Tenedo patria conſervent: Qvòd lyram & Muſicen ament: Qvòd perpetuam hoſpitalitatem exerceant. Partim Ariſtagoræ proprijs. v. g. I. à patre Arceſila, qvem beatum prædicat, propter egregium corpus: propter animum imperterritum congenitum: propter divitias: propter formam: propter victorias. Qvibus omnibus bonis ita utendum, ut mortalitatis memores ſimus. II. à favore civium. III. à victorijs puerilibus ſedecim, ex vicinis locis. IV. à certaminibus, qvibus vicit, Lucta nimirum & pancratio.

α. 1. Παῖ Ῥέας] & Saturni ſcilicet. Ita & *Heſiodus in Theogonia, v.* 453.

> Ῥείη δ' αὖ δμηθεῖσα Κρόνῳ τέκε φαίδιμα τέκνα,
> Ἑστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον,
> ἴφθιμόν τ' Ἀΐδην, καὶ ἐρίκτυπον Ἐννοσίγαιον,
> Ζῆνά τε μητιόεντα &c.

α. 1. ἅ τε Πρυτανεῖα λέλογχας] Lego, ἅ γε Πρυτανεῖα λελογχῦ. *qvæ Prytanea ſortita es.* Adduntur hæc ad differentiam reliqvarum ſororum, v. g. Δήμητρος, qvæ τὰς ἀρȣ́ρας λέλογχε, & Ἥρας, qvæ Jovi in cœlo ὁμόθρονος eſt, ut ſeqvens verſus habet. ὁ Πρύτανις eſt *Præſes, Magiſtratum ſupremum gerens in aliqva Republica.* Inde Πρυτανεῖον, locus ubi οἱ Πρυτάνεις conveniunt, *Curia, vel Prætorium*, pro diverſa ratione cujusq; loci. Athenis Πρυτανεῖον peculiaris judicij locus fuit de rebus inanimis, de qvo vide *Pauſaniã in Atticis.* Aſſervatæ fuerunt in eo Leges ſolonis, *ibidem.* Fit hoc nomen ab ὁ Πρύτανις, formatione uſitata in εῖον, qvæ loca & receptacula ſignificat, ſicut à μȣ̃σαι, μȣσεῖον. Ridiculum ergò eſt & ineptum, qvòd *Scholiaſtes* τὸ πρυτανεῖον dici vult qvaſi πυρταμεῖον, κατὰ συγγένειαν τȣ̃ μ, εἰς τὸ ν. *qvòd Ignis Veſtæ in ædibus*

ædibus publicis aſſervatus fuerit, ut mox dicetur. Vel ἀπὸ τοῦ πυρὸν ταμιεύειν, à recondendo frumentum in uſus publicos. Vel κατὰ κοινωνίαν τοῦ β, πρὸς π, qvaſi βρυτανεῖον, à βρύειν, qvod eſt *creſcere & florere*: cujus etymi tamen rationem non addit. De Prytania vide *Alciatum l. b. 3. diſpunct. cap* 17. Collocabatur autem & colebatur in τῶν πρυτανείων προδομίοις Veſta, cujus ignis inextinctus alebatur. *Athenis* in πρυτανείῳ alebantur Viri benè meriti, ſumptibus publicis. Erantq; ibidem decem tribus, ex qvibus qvotannis qvinqvageni ſorte creabantur πρυτάνεις, ut ita Athenis in univerſum eſſent πρυτάνεις qvingenti: unde & à numero οἱ πεντακόσιοι dicebantur, & βουλὴ τῶν πεντακοσίων. Vide *Ulpianum in Demoſth. contra Androtionem.* Simile igitur & analogum qvid etiam de Tenedo cogitandum eſt. Τὰ πρυτανεῖα etiam dicebantur *pecuniæ publicæ*, qvas actor & reus in conteſtatione litis in ærarium publicum deponere cogebantur, ut qvi cauſa caderet, etiam hac mulcta puniretur. Has *ſportulas* à Romanis dici *Varinus* notat. Hinc ille fœnerator apud *Ariſtophanem in Nubibus*: θήσω πρυτανεῖ', ἢ μηκέτι ζώην ἐγώ. Sed hæc fortaſsè à ſcopo præſente longius. *Caſaubonus ad Athenæum lib. 15. cap.* 19. Ibi Veſta, ibi neceſſariò Prytaneum. In omnibus autem urbibus publicè culta Veſta fuit. *Hæc ille.*

α. 1. Ἑστία] *Veſta*, Dea qvæ in ingreſsibus ædium & προδομίοις, qvæ inde *Veſtibula* dicebantur, collocabatur & colebatur. Vide *Ciceronem lib. 2. de nat. deor. & lib. 2. de legibus.*

α. 3. τεὸν ἐς θάλαμον] id eſt, εἰς πρυτανεῖον, cujus ingreſſum tu occupas.

α. 4. ἑταίρους] *ſocios*, i. e. *collegas.*

α. 4. ἀγλαῷ σκάπτῳ πέλας] *Splendidum prope ſceptrum*, die neben Ariſtagora im Regiment ſitzen. Sunt Genitivi Dorici, pro ἀγλαοῦ σκάπτου. *Aldus* habet ἀγλαῷ σκάπτῳ, ſubſcriptis jota. Sed ſyntaxi refragante.

α. 1. λοιβαῖσιν] libationibus, σπονδαῖς, ſacrificiis ἀπύροις.

α. 1. πρώταν θεῶν] Veſtæ enim ſacrificia prima ordine fiebant. Vide Adagium, ἀφ' Ἑστίας ἄρχου, à *Lare incipe.*

α. 2. κνίσσα] id eſt, *ſacrificiis* ἐμπύροις. ἡ κνίσσα propriè *nidor eſt aſſatarum carnium, aut pingvedinis, aut olei. Ariſtoteles lib. 4. Meteor. c. 9.*

α. 3. ξενίου Διός] Vide *ad Ol.* η. *A.* 10. *Syneſius epiſt.* 57. τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ Θεὸς τιμᾶται Φίλιος τε καὶ Ξένιος.

α. 3. 4. ἀεννάοις ἐν τραπέζαις. q. d. *ſine intermiſsione.*

α. 4. ἀλλὰ σὺν δόξᾳ τέλος] In his eſt Propoſitio.

α. 4. 5. τέλος δυωδεκάμηνον] τὸ τέλος inter alia ſignificata, etiam *Magiſtratum*, ſeu officium atqve dignitatem Magiſtratus ſignificat. *Sophocles in Antigone*, τοῖς ἐν τέλει βεβῶσιν. Sic ergò & τέλος δωδεκάμηνον (ita enim lego, non δυωδεκάμηνον) hoc loco eſt, *Magiſtratus annuus.* Vide *Budæum p.* 281.

α. 5. περάσαι] Ita omnes habent. Eſt autem tertia ſingularis *Aoriſt.* α. Optativi Activi, *Ad finem perducat*, ipſe ſcilicet. *Lonicerus* exponit in ſecunda ſingulari Imperativi, *Perage*: Philippus, *Efficito*: Vulgata, *Da illis tranſigere*, tu Veſta ſcilicet. Qvæ

ratio Interpretandi non incommoda eſt, ſi tamẽ legatur *πέρασαι*, qvod eſt 2. ſing: Aor. *α*. Imperativi Medii. Nota eſt enim differentia, inter *ποιῆσαι*, *περάσαι* : *ποιῆσαι*, *περᾶσαι* : & *πέρασαι*, *ποίησαι*, ex Grammaticis.

a. 6. *σὺν ἀτρώτῳ καρδίᾳ*] lego, *σὺν ἀτρώτῳ κραδίᾳ*. ut & *Aldus* habet. Senſum vide *in diſpoſitione ad α*. 1.

A. 2 *Ἀρκεσίλαν*] patrem Ariſtagoræ, ſive Arceſilam ſive Arceſilaum nominemus Idem enim nomen eſt, ſicut & *ſuprà Pyth. δ. & ε. Et Nem. ζ.* ϐ. 10. *Μενέλας* pro *Μενέλαος*.

A. 3. *θαητὸν δέμας*] *egregium & admirandum corpus*, eine tapffere vnd heroiſche ſtatur. *θαητὸν* Doricum pro *θηητὸν*, à *θηέομαι*, *aſpicio cum admiratione*.

A. 3. *ἀτρεμίαν τε ξύγγονον*] Ita lego pro *σύγγονον*. id eſt, *intrepiditatem congenitam*, *ἀφοβίαν*. *Scholiaſtes* dubitat, utrum notetur, Propriè, vel ὁ *Ἀτρεμίας*, *frater*; vel ἡ *Ἀτρεμία*, *Soror*: an verò Appellativè, ἡ *ἀτρεμία*, id eſt, *ἀφοβία*. Sed poſterius hoc acceptandum eſt: non obſtante, qvod *Lonicerus*, & magis *Aretius* ut Proprium accipiant. *ξύγγονον* vocat, qvia fortitudo qvaſi hæreditaria erat in illa familia, ut ex *ςροφῇ γ.* patet.

A. 5. *περιμεύσεται*] *præcedet aliis*, ſuperabit alios. Vide *ἀμεύομαι*, *ſuprà Pyth. α. γ.* 8.

A. 9. *τελευτὰν ἁπάντων γᾶν*] Mors enim omnia ſolvit & diſſolvit. Et *Mors ultima linea rerum*. Vide Adag. *Homo bulla*.

ϐ. 2. *ἀοιδαῖς*] *συνίζησις*.

ϐ. 3. *ἐκ τῶν περικτιόνων*] *περικτίονες* ſunt *circumhabitantes vicini*. Ex eorum ludis Ariſtagoram victoriam ſedecies reportaſſe ſcribit. Opponuntur autem hîc *περικτίονες*, & *νῖκαι* *ἐκ τῶν περικτιόνων*, certaminibus & Victoriis partim ſacris & Periodicis; partim etiã aliis celebrioribus. Notanturq; ludi *ἐγχώριοι*, & privati magis qvâm publici, longeq; cæteris ignobiliores. Horum etiam mentio fiet *Iſth. η. ζ. 6.* Sein certamina gewesen/ die ein gut Bruder auch hat beſuchen können/ vnd nicht weit darnach ziehen dörffen.

ϐ. 3. *ἑκκαίδεκα*] pertinet ad *τὸ*, *ἀγλααὶ νῖκαι*, q. d. ſedecim victoriæ diverſæ *ἐκ περικτιόνων*, *ἐςεφάνωσαν* &c uti rectè interpretatur *Philippus*; agnoſcitq; (licet dubitans) *Aretius*: nec diſcrepat *Vulgata & Portus*. Omnes benè. *Scholiaſtes*, & eum ſecutus *Lonicerus*, *τὸ ἑκκαίδεκα*, cõjungit cum *τῷ περικτιόνων*. Redditq; *Hic ex* ſententia *Illius*; *Qvum è vicinis, ſedecim eſſent colluctatores, ſolum Ariſtagoram, patriamq; eius lucta & magnifico pancratio celebrem, ſplendidæ victoriæ coronaverunt.* Sed pluribus modis perperã ita reddi facilè liqvet. Nam primò, hîc non intelligi victoriam unam, de ſedecim antagoniſtis reportatam; arguit nõ tantùm plurale, *ἀγλααὶ νῖκαι* : ſed etiam enumeratio diverſorum certaminum, *πάλης* & *παγκρατίου*. II. Excluſiva *Solum*, nullum habet in Textu fundamentum. III. *τὸ*, *πάλᾳ καὶ παγκρατίῳ*, (qvod genera certaminum, qvibus Ariſtagoras vicit, exprimit, & vel ad *τὸ*, *νῖκαι*: vel ad *ἐςεφάνωσαν* pertinet;) ineptè ad *πάτραν εὐώνυμον* detorqvetur; qvum in certaminibus hiſce excellentia, non fuerit peculiaris & propria Tenedi; ſed Perſonæ; & Tenedus etiam antè qvàm Ariſtagoras

πάλλω καὶ παγκράτιον exercuerat, imò natus fuerat, *δώνυμος* fuerit; nec tum demum *δώνυμος* eſſe cœperit.

ϐ. 4. *νίκαι*]Ita *παροξυτόνως* ſcribunt omnia qvæ vidi exemplaria. Scribo *νῖκαι*, non ſine ratione.

ϐ. 6. *μεγαλαυχεῖ παγκρατίῳ*] Lego, *μεγαυχεῖ παγκρατίῳ*. *μεγαυχὲς* autem vocat Pancratium, qvia plurimum roboris reqvirebat, & duorum certaminum *συμπλοκίαν* habebat: in qva viciſſe glorioſum erat. Vide ad *Nem. γ. A.* 1.

b. 1. *ἐλπίδες δ' ὀκνηρότεραι γονέων*] Qvarta pars hymni Confutatio. Qvoniam enim jam de ſedecim victoriis obſcurioribus dixerat, & inde Ariſtagoram laudaverat: Potuiſſet aliqvis occurrere: *Iſtæ victoriæ ἐκ τῶν περικτιόνων ſunt minoris famæ. Qvòd ſi in Sacris certaminibus, verbi gratia Olympicis aut Pythiis, aut Nemeis, aut Iſthmiis viciſſet: tùm demum laude dignus eſſet.* Jam verò ne ſemel qvidem illis Sacris certaminibus ſe commiſit; tantum abeſt, ut vicerit. *Reſpondet* I. Poëta à Cauſa, qvæ non eſt Ariſtagoræ Ignavia, ſed Parentum *ἐλπίδες ὀκνηρότεραι*, qvi filium ſuum nec Delphos, nec Olympiam miſerunt. Qvæ cauſa ſi non fuiſſet; jurat Ariſtagoram in Pythiis & Olympiis victurum fuiſſe. II. Reprehendit eandem, partim ab extremis Magnanimitatis, qvorum unum eſt *Præſumtio in exceſſu*, da man jhm ſelbſt gar zu viel zutrawet: alterum *in defectu*, *Timiditas & deſperatio*, da man jhm gar zu wenig zutrawet / qvando qvis donum Dei qvod in ſe eſt, non excitat, ſed Talentum ſuum defodit: partim qvòd Parentes imprudenter non agnoverint indicia virtutis congenitæ in Ariſtagora, qvum tamen ſciverint, hunc filium ſuum à Piſandro Spartano, qvi cum Oreſte coloniam Æolicam ex Amyclis in Leſbum deduxit, origine paterna: materna verò à Melanippo Thebano, deſcendere: qvorum utriusqve virtus in hoc *ἀπογόνῳ* non deſitura erat. III. Corrigit eandem, ſpe Ariſtagoræ filiorum, qvi virtutem avitam reſuſcitabunt: ſicut Agri interdum qvieſcunt; & Arbores non omnibus annis æqvè florent: ſed vices qvaſi ſuas habent. IV. deniqve eam excuſat, à Fato hominibus incognito.

b. 1. *ἐλπίδες ὀκνηρότεραι*] *Spes ſegniores, Timiditas*, qva magis ignominiam victi metuebant, qvæ deſcribitur *ſuprà Ol. η. δ. 3.* qvàm victoriæ gloriam ſperabant. *Suprà A.* 3. Arceſilæ parentis *ἀτρεμίαν ξύγγονον* prædicavit: Hîc ejus *ἐλπίδας ὀκνηροτέρας* taxat. Diſcrimen eſt ex objecto petendum: Circa propria facinora, & pericula bellica ſibi ipſi ſubeunda, *ἀτρεμὴς* fuit: ſed circa educationem filii ita indulgens & delicatus, ut nimis filio metueret.

b. 1. *παιδὸς βίαν*] i. e. *παῖδα*. Ineſt autem *ἔμφασις*, innuens, adminicula naturalia filio non defuiſſe, modò inſtitutio juſta acceſsiſſet. Hæc autem verba, cum ſeqvente toto verſu, *Aldus* planè non habet, fortè propter vetuſtatem Codicis, & literas abolitas. Spacium tamen ad notandum defectum reliqvit.

b. 2. *ἔσχον*] *abſtinuerunt*, haben jhn abgehalten.

b. 2. *ἀέθλων*] *σωνίζησις*.

b. 3. *ναὶ*

b. 3. ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον] id eſt, *per ipſam juriſiurandi religionem.* τὸ μὰ qvidem, Jurandi particula, aliàs *in Negativis* juramentis locum habet: ſicut νὴ *in Affirmativis.* Apud Poëtas verò etiam τὸ μὰ in affirmativis Juramentis locum habet cum particula ναὶ conjunctum, ut hic, ναὶ μὰ γὰρ ὅρκον. Sic *in Aureis carminibus Pythagoræ*: ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν. Notat *Scholiaſtes*, εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν, Veteres ſæpè omiſiſſe nomina Deorum: ideoqve non per nomen alicuius Dei, ſed per ipſam Jurisjurandi religionem juraſſe. Bey meinem eyde.

b. 3. ἐμὰν δόξαν] Ellipſis pro καθ' ἐμὰν δόξαν, *mea qvidem opinione*, ut ego judico, meines erachtens/ wie ichs dafür halte. *Lonicerus* juramenti partem facit; qvaſi ad ναὶ μὰ pertineat; ναὶ μὰ ἐμὰν δόξαν, *per meam exiſtimationem*, Bey meinen ehren. Qvod qvidem non planè ineptum eſſet. Sed prior tamen ſententia magis Modeſtiæ Poëtæ inſervit, conditionaliter jurantis, qvatenus ſcilicet hoc de Ariſtagora ſperet: qvum altera, de futuro contingenti juramentum, levitatis, à qva Poëta hic eſt alieniſsimus, argumentum haud obſcurum contineat.

b. 3. παρὰ Κασταλίᾳ] Vide *Ol.* ζ. *A.* 9. i.e. Delphis, in ludis Pythiis.

b. 4. παρ' εὐδένδρῳ ὄχθῳ Κρόνου] id eſt, Olympiæ, in ludis Olympicis. Vide *Ol.* α. *D.* 4. εὔδενδρον vocat, propter Oleaſtros ibi ab Hercule plantatos. Vide *Ol.* γ. γ. 4. 5. 6.

b. 6. ἐνόστησ' ἀντιπάλων] *Aldus* ex vitiato Codice ita habet, ἐνεστήσαντ' ἄν τι πάλων.

B. 1. πενταετηρίδ' ἑορτὰν] hæc ex *Prolegomenis Olympiorum* facilè pa-tent.

B. 2. Ἡρακλέος τέθμιον] Hercules enim inter autores Olympiorum numeratur, ut patet ex προλε-γομένοις *Olympiorum.*

B. 3. κωμάσαις] κώμῳ celebrans.

B. 3. πορφυρέοις] *Aldus & Roma-na* habent, ἐν πορφυρέοις. Et ſanè deeſt ſyllaba. In ῥέοις tamen συνί-ζησις facienda eſt. Qvod ſi cui τὸ ἐν hic otioſum videtur, legat potiùs mecum, ἐμπορφύροις, *ad purpureum colorem vergentibus*, purpurei aliqvi[d] habentibus: eodem ſcilicet ferè ſen-ſu, qvo *Olymp.* γ. *A.* 6. γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας appellavit.

B. 5. τὸν μὲν κενόφρονες αὖχαι] lego cum *Scholiaſte*, κενεόφρονες Præſumptio & Superbia multis no-cuit. Multi pervenirent ad virtutem niſi ſe iam perveniſſe putarent.

B. 6. ἐξ ἀγαθῶν] qvibus aliàs fru[i] potuiſſent.

B. 7. καταμεμφθεὶς ἀγανίζω[ν] *nimis reprehendentem ſuas vires*, ni-mis extenuantem ſuas vires, non a-gnoſcentem in ſe dona Dei, &c.

B. 8. οἰκείων καλῶν] ad qvæ ſcilice[t] naturâ erat diſpoſitus.

B. 8. παρέσφαλεν] Aor: α. Dori-cus, pro παρέσφηλεν, qvod τὸ α pro-ductio arguit.

B. 9. χειρὸς ἕλκων ὀπίσσω] *qva[ſi] manu prehenſa retrorſum trahit*, & impetum ad virtutem inhibet.

B. 9. θυμὸς ἄτολμος ἐών] Wen[n] einer gar zu blöde vnd furchtſam iſt.

γ. 1. συμβαλεῖν] *conijcere*, ab-nehmen.

γ. 1. λίαν] συνίζησις.

γ. 1. Πεισάνδρε] Piſander hic Lacedæmonius, ſocius Oreſtæ in colonia deducenda in Lesbum. Eius Piſandri virtutem in hoc Ariſtagora non deſiiſſe indicat.

γ. 2. Ἀμύκλαθεν γὰρ] Declarat, qvomodo & Piſander Spartanus fuerit, & qvomodo Ariſtagoras Tenedius ex eius ſangvine eſſe potuerit. De hac autem Oreſtæ ἀποικίᾳ, notat *Scholiaſtes* ſcripſiſſe *Hellanicum lib. 1. rerum Æolicarum. Strabo lib.* 13. de eadem ſic ſcribit: Æolica Græcorum colonia ſe per totam diſperſit oram Aſiæ, à Cyzico ad Caicum uſqve, ac præterea magnam eorum partem occupavit, qvæ intra Caicum ſunt & Hermum fluvios. Qvatuor ætatibus Jonica antiqvior eſt, cuius autores fuerunt Codri filii. Hujus Æolicæ verò princeps fuit Oreſtes, tametſi eam non perfecit. Mortuo verò Oreſte in Arcadia, Penthilus filius ſucceſsit, & progreſſus eſt in Thraciam uſqve, LX. annis poſt excidium Ilii, qvo ipſo tempore in Peloponneſum redierunt Herculis poſteri. Deinceps Archelaus Penthili filius coloniam Æolicam deduxit in eam qva poſteà Cyzicena fuit dicta. Graus deniqve hujus Archelai filius natu minimus, uſqve ad Granicum fluvium progreſsus fuit; qvumq; ſe melius inſtruxiſſet, cum majore exercitus parte in Lesbum trajecit, eamq; obtinuit. *Hæc Strabo.*

γ. 3. Αἰολέων στρατιὰν] id eſt, Αἰολικὴν ἀποικίαν, de qva jam dictum.

γ. 3. χαλκεντέων] lego χαλκεντέα.

γ. 3. δεῦρ' ἀνάγων] *huc, in haſce partes*, in Lesbum ſcilicet inſulam Tenedo vicinam.

γ. 4. παρ' Ἰσμηνοῦ ῥοὰν] Thebis ſcilicet.

γ. 4. κεκραμένον] *mixtum*, à κεράννυμι. *Philippus & Lonicerus*, tanqvam à κρέμημι vel κρεμάω, exponunt, *pendentem*, vel *pendere*.

γ. 5. ἐκ Μελανίπποιο μάτρωος] Melanippus hic, bellicis laudibus Thebanorum longè præſtantiſsimus fuit, qvi qvum Thebas Argivi oppugnatum veniſſent, Tydeum vulneravit, & Meciſteum Adraſti fratrem occidit, ipſe tamen poſteà ab Amphiarao interfectus. *Pauſan. Bœot:* Hujus *ad præcedens εἶδος, α. 1. mentio fuit facta.* μάτρωος, hîc pleriqve reddunt *Avi materni.* Verùm longiùs retrò Melanippus ab Ariſtagora diſtat, uti ex tempore belli Thebani colligi poteſt.

γ. 6. ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ] *antiqvæ virtutes*, priſcæ virtutes, qvæ ſcilicet in aliqva familia diu viguerunt.

g. 1. ἀμφέροντ'] ſive in Activa διαθέσει legamus, ἀμφέροντι, ſive in paſsiva vel media, ἀμφέρονται, eſt, *recreantur, reficiuntur, ſe recolligunt*, erholen ſich wider. Sic *Baſilius*, ἀναφέρειν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας, *vires recuperare ex invaletudine. Plutarch. in Romulo*, ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρων, *ex vulnere convaleſcens. Idem*, ἐκ δὲ ταραχῆς ἐξέλιπε, καὶ μόλις ἀνήνεγκε, *vix ſe recollegit. Herodianus*, ἐκπλαγεὶς τούτοις, ἐπὶ χρόνον ἄφθογγος ἦν. Μόλις δέ ποτε ἀνενεχθεὶς, εἶπεν, *qvum vix ſe recollegiſſet.* Philippus reddidit, *Propagantur.* Aretius, *certis vicibus recurrunt.*

runt. (*ἀναφορὰ*, *repetitio*, *Rhetoribus.*) Non planè incommodè. *Lonicerus* ineptiſsimè, *auferuntur.*

g. 1. ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν, σθένος] *alternando permutando ætatibus hominum, robur ſeu vires ſuas.* ἀλλάττεσθαι *eſt permutare, per vices alternare,* vmbwechſeln. *Lonicerus* Scholiaſten ſecutus, Paſſivè accipit, *Permutatæ generationibus.* Et σθένος ἀνδρῶν, per Appoſitionem, ad ἄρεται referri autumat. Qvod incongruum eſſe, qvivis facilè videt.

g. 2. ἐν χερῶ δὲ] Ita omnes editiones habent, præter *Brubachianam,* qvæ habet ἐν χερῶ, i. e. *in ordine, continua & perpetua ſerie.* Vide *Nem. α. D.* 2. *& Iſthm. ς. A.* 6. *Caſaubonus in Athenæum lib.* 13. *cap.* 3. legit Adverbialiter ἐνχερώ: ſicut ἐπιχερώ eſt apud *Homerum Il. λ. v.* 667. *σ. v.* 68. *ψ. v.* 125.

g. 2. μέλαιναι] & proinde fœcundæ ac feraces.

g. 3. οὐκ ἐθέλει] i. e. οὐ δύναται, ἐθέλω enim ſæpè pro δύναμαι ponitur, *apud Atticos.* das wils nicht thun/ pro das kans nicht thun.

g. 3. πάσαις] *Romana* σφάλματι γραφικῶς habet πάοσαις.

g. 3. περιόδοις] lego περόδοις. Vide ad Pyth. γ. γ. 12.

g. 5. ἀλλ' ἐν ἀμείβοντι] ſcilicet χρόνῳ.

g. 6. σθένος] prior pro longa ponitur.

g. 6. καὶ θνατὸν οὕτω σθένος] interſerens nimirum interdum pigrum aliqvem ſtrenuibus.

G. 1. τὸ δ' ἐκ Διὸς] Gnome de incertitudine ſignorum futuri contingentis, in genere. *Lonicerus & Aretius,* in ſpecie, de Mortis horæ incertitudine exponunt. Rectiùs in genere accipiemus. *Fato fiunt vices in humanis. Sed nemo præſcire poteſt huius aut illius viciſsitudinis tempus.*

G. 3. τέκμαρ] Vide *Pyth.* ς. γ. 2.

G. 3. ἀλλ' ἔμπαν μεγαλανορίαις] Epilogus, tribus gnomis conſtans, Magiſtratui probè notandis. Prima, Qverelam continet, de Hominum præſumptione, cuius cauſas adducit, Spem impudentem: Ignorationem eventuum: lucra: & denegatorum deſideria. Secunda παραινετικὴ eſt, de Lucris non nimium appetendis. Tertia, itidem παραινετικὴ, deſideria τῶν ἀπροσίκτων, ceu infamiam, eſſe fugienda.

G. 4. ἔργα τε πολλὰ μενοινῶντες] qvum tamen incerti ſimus cum de vita noſtra, tum de ſucceſsibus, & eventibus.

G. 5. ἀναιδεῖ ἐλπίδι] *Spe impudente,* partim, qvia nihil non audet ſperare, Sic *ſuprà Olymp. ι. E.* 7. ἀναιδὴς dicitur θάνατος, qvòd neminis reverentia tangatur, nulli parcat. Partim, qvia, etiamſi ſæpiùs deluſa & fruſtrata fuerit, de novo tamen ſubinde ſperat. Sic apud *Homerum Odyſſ. λ. verſ.* 597. λᾶας ἀναιδὴς dicitur ſaxum in altum ſæpiùs volutatum, ſemper tamen ad inferiora deorſum iterum devolutum.

G. 5. 6. δέδεται ἀναιδεῖ ἐλπίδι γυῖα] Sunt enim ἄνθρωποι κενεῆς

ἀίκισος

οἰήσιος ἔμπλεῳ ἀσκοί. *Timon.* Qvod & *Plato in Theateto* ferè habet.

G. 6. προμαθείας] *præſcientiæ*, vel etiam deliberationis ante factum.

G. 7. ἀπόκειται] Homines nolunt maturè ante factum deliberare. Eſt ipſis προμάθεια qvaſi nimis remota & diſsita; nolunt iter qvod longiùs apparet ad eam facere; ſed qvaſi compendia facturi, ſtatim indeliberatò res aggrediuntur.

G. 7. προμαθείας ῥοαί] qvia ceu aqva facilè præterlabitur προμάθεια, niſi tempeſtivè adeatur.

G. 9. ἀπροσίκτων] i. e. ἀμηχάνων, ὧν οὐκ ἔστι θιγεῖν. *ad qvos non poſſumus προσικέσθαι.*

G. 9. ὀξύτεραι μανίαι] *inſaniæ acutiores & vehementiores*, præ alijs ſcilicet, qvæ non diu perdurare poſſunt, ſicut Morbi acuti.

FINIS τῶν Νεμεονικῶν.

ΔΟΞΑ ΘΕΩ͂Ι ΜΟΝΩ͂Ι.

PINDARI ISTHMIO-
nicæ.

EPISTOLA HULDRICHI GEMINII AD LEctorem, editioni Cœporini Epilogi loco annexa.

NOLUI, Candide Lector, funeſtam reddere orationem, qvam Pindari victoriis præfixi, qvo tibi læta manerent omnia: nunc autem qvod dicturus ſum, uſui futurum eſſe ſpero. Jacobus Cœporinus, *homo monſtroſè laborioſus, qvi dum viveret, hoc extorſerat, ut me pollicerer in Pindarum præfaturum: anteqvàm id præſtarem, ſpiritum effudit, menſe Decembri, anno M. D. XXV. Sic enim viſum eſt illi, qvi Principum qvoqve ſpiritum aufert. Vir dignus longiſſima vita. Eas enim diſciplinas, qvas Mathematicas vocant, ex Græcis fontibus hauſerat. In Hebræis, multa* ex Capnione *(viro cunctis ſeculis admirando, qvi Latinorum loris atq; regulis, Hebrææ lingvæ ſtridorem adſvefecit primus) didicerat: multa cum illo contulerat, ut qvi Græcis literis rependere poſſet, qvod ex Hebræorum adytis ab illo accepiſſet. Dionyſium reſtituit Græcis ſuis: PINDARUM correxit: Grammaticas præceptiones adeò probè tradidit, ut qvi diligenter legerunt, palmam ei offerant: præſertim, qvod ad* Διαλέκτους *attinet. Mores fuêre graves: eloqventia juſta, tametſi facundia negaretur, eruditio inſignis. Mentis habitus undiqve candidiſſimus: ſtudium omne, ut timeretur is, qvi orbem aliqvando judicaturus eſt, ut coleretur juſtitia inter mortâles: veritas & pax non diutius exularent. Hanc arborem recens natam (annum enim egit vigeſimumſextum, qvum illi dictum eſt,* morere*) cæleſtis putator, invitis Muſis, earumq; cultoribus incidit: ſive qvòd ſatis illi laborum videret eſſe hauſtum, ſive qvòd in cælites decreverit connumerare. Negligens erat valetudinis, qvumq; ipſe creberrimè non monerem, ſed objurgarem, ut eam paulò attentiùs curaret, neqve à menſa per horas treis qvicqvam grave aut abſtruſum legeret (ſic .n. ipſe qvoqve à Medicis, qvamvis ſerò, didiceram) reſpondit, ſe non poſſe lectione offendi: nulla re enim uberiùs impenſiusq; delectari, qvàm perpetua lectione. Debent ergo hujus exemplo, boni ſtudioſiq; tum juvenes, tum adoleſcentes valetudinem curare: neque iſtos audire,*

qvi

qvi divinam providentiam ludos faciunt, qvum dicunt: Si ille volet ut vivam, vivam pullis non edentibus. Nam & qvum valetudinem curás, Deo curas, Dei ordinatione curas: non loqvor de portentoſa qvorundam cura, qvi qvoties oletum faciunt, aut metu concidunt, aut lætitia exanimantur: ſed de διαίτης, *qvam* Socratem *perhibent omnibus Medicorum omnium artibus prætuliſſe, &* Paulus Timotheo *ſuo non veretur præſcribere. Publicum bonum eſt, vir bonus ac prudens: in rem ergò publicam peccat, qvi ſe negligit. Habent Latini præclarum proverbium, niſi tu mavis ſententiam,* Maturè fias ſenex, ſi vis diu eſſe ſenex: *qva illi ſententia maturè admonent, curari debere* δίαιτην *& valetudinem. Id autem dico, maximè illorum cauſa, qvi ſe dum adhuc in herba ſunt, ſic ſtudiis macerant, ut qvum jam optimi de eis fructus demetendi eſſent, ipſi à morbo aliqvo, febri & paralyſi, aut alia peſte metuntur, non aliter qvam qvum grando, aut aliud vitium falcem noſtram fruſtratur. Nos modum & medelam benè natis ingeniis qværimus, non gulæ, otiiq; lenocinia.*

Attigeramus autem in Epiſtola prælocutoria, nonnihil de vetuſtate, qvòd illa qviddam peculiare habuerit, qvod hic noſter commodum præ ſe ferat. Offendimus innumera in ſacris literis apud Septuaginta, ut nunc habent Græcæ literæ, *nonnihil diverſum in ſenſum (ut videtur) translata, qvm tamen diverſitas alicubi non ſit: ſed verborum mutata, vel exoleta ſignificatio. Exempla qværendi non fuit locus; unum & alterum tamen dicam.* In Exodo *legimus*, טפים *hoc eſt,* parvulos, *ut noſtri exponunt,* egreſſos eſſe cum adultis filiis Iſrael. *Ibi* Septuaginta *perpetuò habent* ἀποσκευήν, *qvod eſt,* adparatus vel ſupellex, ſarcinæ & commeatus: *ſed diligentiùs animum advertentibus mox adparet, ſicut Hebræis* טת *non modò* infantem, *ſed etiam* reliqvam imbellem turbam *ſignificare deprehenditur: ſic* Septuaginta *iſta voce* ἀποσκευῇ, *uſos eſſe* pro ea turba, qvæ potiùs vehebatur, qvàm proficiſceretur. *In* Actis Apoſtolicis *legimus de Petro, qvum in ſubtectanea domus parte oraret, qvòd fame adactus, voluerit* γεύσασθαι, *id eſt,* guſtare: *qvarũ vocũ utraq; tam Græcis qvàm Latinis, fortaſſe exoleta videtur: ſed tamen illa tempeſtate utriq; eis uſi ſunt pro* jentari: *ſicut aliqvando obſervavimus, præſertim* in Orationibus Ciceronis. *Adducemus nunc qvædam, qvæ apud hunc noſtrum diſces, aliam aliqvando habuiſſe ſignificationem; vel certè latiùs patuiſſe, infinita habituri, ſi licuiſſet per otium repetere, qvæ obſervaveramus, dum Cæporinus prælegeret. Habet* Paulus ad Epheſios

 qvarto:

qvarto: ὁ κλέπτων μηκέτι κλεπτέτω, *id eſt*, Qvi hactenus furatus eſt, iam ne furetur. *Vbi dubium non eſt, Paulum* κλέπτειν, *pro* furari *non uſurpaviſſe, ſed pro* νοσφίζειν, *qvod eſt* fraudare, ſubtrahere, & ficto aliqvo liciti titulo adimere, *qvomodo ſolent negotiatores mercaturis, aliiſq́ in aliis contractibus ſemper aliqvid fraudis miſcere: non enim eſt veriſimile, Paulum de violento furto iſto loqvutum eſſe, de qvo Iuriſperiti multa: qvaſi verò apud Epheſios, Eccleſia ex furibus & latronibus coierit. Sed voluit monere, ne frater fratrem circumſcriberet, falleret, aut circumveniret ulla ratione: & iÿ qvi in eiuſmodi negotiis hactenus verſati eſſent, jam fallere ſaltem deſinerent. Hoc modo invenies* κλέπτειν, *acceptum eſſe* Pindaro. *Locus non occurrit, *ſed invenies haud dubiè.* Eâdem epiſtolà capite qvinto, *vetat Paulus* εὐτραπελίαν *inter Sanctos nominari, qvæ in* urbanitatem aut comitatem, *apud Latinos vertitur. Vetus interpres in* urbanitatem *tranſtulit. Qvum tamen Paulus alibi doceat*, ſermonem noſtrum eſſe debere ſale conditum: *id qvod ad Romanos ſic ſervavit, ut etiam videatur nigro ſale ſermonem ſuum condiviſſe, qvum* σκατοχευτικοῖς *hominibus turpiſſimam impuritatis mercedem, qva fruſtrabantur propter aqvas vices, ad hunc modum obprobrat,* ὁμοίως τε, *inqviens,* καὶ οἱ ἄρσενες ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. *Vnde non videtur eſſe veriſimile, qvòd civiliſſimus Apoſtolus* urbanitatem *vetuerit, ſed priſcis eſt* εὐτραπελία, pro ſcurrilitate *qvoqve uſurpata: qvod æqvè apud hunc Noſtrum * invenies.*

*Vide Ol. ϛ. b. 2. Pyth. γ. β. 12. δ. ε. 7. & Nem. ζ. β. 3.

* Pyth. α. ε. 10. δ. ε. 8.

Iam locutiones qvædam communes ſunt Hebræis cum omnibus Græcis, maximè tamen cum hoc Noſtro. Gloriam Domini, *ſæpenumero Hebræi dicunt pro* Domino: *ſicut Græci dicunt*, robur Herculis, *pro* Hercule: Achillis haſtam, *pro* Achille: *pariter iterum Hebræi* ſagittam Jonathæ *dicunt, pro* Jonatha. Pſal: CV. *habent Hebræi*, וימירו את כבודם בתבנית שור אכל עשב *hoc eſt*, Et mutaverunt ſuam ipſorum gloriam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum. *Vbi* ſuam ipſorum gloriam, *videlicet Hebræorum, pro* Deo *poſuit*, qvi illorum ac omnium eſt gloria. *Qvales locutiones & apud hunc Noſtrum invenies.* Filios hominum, *pro* hominibus, *dicunt Hebræi: Græci* υἷες ἀχαιῶν, *pro* Achivi. Filiam Hieruſalem, *aut* filiam Zion *dicunt Hebræi, &* filia Babylon, *Pſalmo centeſimo ſexto,* O filia

O filia Babylon vaſtatrix. *Æqvè* Pindarus *omnes fermè urbes* nymphas *facit, aut* filias. *Qvid pluribus opus eſt? nullus Pindaro apex inconſultò excidit, nullus non plurimum prodeſt ad veri honeſtiq́ uſum. Proinde (cādidiſsime Lector) obtinuit hac noſtra verè tēpeſtate mos, nihil qvàm qvod recens natum ſit, legendi; qvod qvid aliud eſt, qvàm adfectibus duci? Qvotus enim qviſqve eſt, qvi veri mentionem uſqve adeò purè ſanctéq́ tractet, ut palpum non obtrudat, ſuum non faciat, aut deniq́ aliqva parte præter dignitatem ante abſolutam cauſæ cognitionem tumultuetur? Huic autem ſcriptorum generi alligatum eſſe, an non clariſsimum indicium eſt adfectibus duci? dummodo ipſe citra judicium legas: & ab autoritate hominum potius, qvàm à veritate pendeas. Jacent interim optimi autores, tum Græci, tum Latini, ex qvibus umbram qvandam eruditionis hauſeramus: ſed eheu inauſpicatè, neqve aliter qvàm* Aqvinates, Gregorij: qvi ad hoc ſcripſiſſe videntur, ut optimos autores contemptos ac obſcuros redderent. *Veruntamen qvid effecerint, jam patet. Sic videre licet ruſticam (qvi hodie ſcribimus) partem, in hoc unam dediſſe lingvis, aliiſq́ diſciplinarum generibus operam, ut aliqvando prodiremus autores, & dictata magiſtri: præcipuum autem ſtudiorum omnium uſum ac fructum, ſic vel non curantes, vel frigidè tractantes, ut de qvibusdam obſcurum ſit, an recti, honeſtiq́ ſcopum unqvam intuiti ſint. Qvum enim videamus orbem fermè univerſum eſſe doctiſsimum & facundiſsimum, & ſimul omnia ſcatere tumultibus, ſeditionibus, cæde, vi, audacia, impudentia: cui jam eſſe obſcurum poteſt, huc multorum tetendiſſe ſtudia, ut ſe pro magnis autoribus venditarent, potiùs qvàm ingentia mortalibus beneficia præſtarent? Qvi, qvot, qvantiq́ ſumus, ſtulto tamen Hercule ſumus longè inferiores. Qvi tametſi communem hanc ſtultitiam orbi deberet, ut à fœmina non luderetur, ſed perderetur: attamen ubi clades, aut peſtis aliqva graſſabatur, illò ſe conferebat, ac malo opponebat: operamq́ dabat, ut pax, otium, virtutis ſtudium, vitiorum odium creſceret. Nos pleriq́ ad excitandas diſcriminoſas procellas prompti ſumus, non tamen perinde qvo pacto reſtingui debeant incendia gnari. Hæc* optime Lector *non debes huc rapere, qvaſi bonis magniſq́ nominibus cupiam aliqvam labem adſpergere: aut te, præſentia nihil curare: ſed optima tibi, & te optimis optamus eſſe familiariſsimum, & ut præſentia non ſupra modum admireris, ne circumforaneus oſcitator fias, unum hoc ſpectans, qvid novi adferatur, qvo* (ut in Actis legimus) *vitio Athenienſes aliqvando ægrotabant.*

Sunt mihi, crede, valde multa ἐφήμερα *, qvæ nos ijs anteferimus, qvæ*
ante tricena ſecula ſunt condita, & forſan ultra tricena ſunt duratu-
ra: non alia ex cauſa, qvàm qvòd qvisq; ut apud ſe ſtatuit, ut adfecti-
bus eſt ablatus, ſic judicat, judiciumq; ſuum ſacroſanctum eſt. Verum-
tamen qvum aliqvando Dei munere oculos recipimus, eosq; ad vetuſtiſ-
ſimos ſcriptores attollimus, jam videntur lux & virtus in conſpectum
veniſſe, ob oculos verſari: imò adſtare, ſentiri, teneri: neq; aliæ eſſe cau-
ſæ cur hodie, qvum jam multa pariuntur, nihil æqvè ſanctum, ac erudi-
tum, atq; apud priſcos prodeat, qvàm qvod implumes è nido nos emoli-
mur, dum adhuc ventorum vim non poſſumus excipere, neqve ſupera-
re. Unde nobis, noſtrisq; ſcriptis meritò, qvod Icaro accidit. Sanctiſ-
ſima res mihi ſemper viſus eſt qviſqve antiqviſsimus Poeta, ſed is qvi
omne punctum tulit, qvi miſcuit utile dulci; *cùm qvòd veri hone-*
ſtiq; faciem ſuis coloribus aptiſsimè diſtinguerent, gratiamq; nativam
ei conciliarent, non tam imperiosè atq; Rhetores, ſed jucundè ac familia-
riter: tum qvod vitia longè magis ridiculè exibilarent, qvàm iſti. Ty-
rannos nemo increpare audebat, nemo à ſcelere debortari: dicam aper-
tius, nemo palàm admonere qvacunq; in re, qvantumvis aut neceſſaria
aut honeſta. Ibi candidus olor *omnia ſub eam horam congerebat*
qva moriendum eſt: tumq; omnia ſvaviſsimè modulabatur, qvo ven-
turi ſaltem Principes, vindicem aliqvem Poëtam timerent, ne qvod li-
bêret, deſignarent. Innocens hominum genus eſt bonus Poëta, ac
mortalibus nihil æqvè utile. Malignos iſtos, maledicos, & non
tantùm malos, ſed etiam peſsimos Poëtas, qvi ſcurrarum more
omnia proſcindunt, omnia infeſtant, benè nata ingenia dehone-
ſtant, non commendo, ſed veluti peſtem humanæ vitæ fugien-
dos eſſe cenſeo. *Vale Lector mi, Pindarumq;* verſato nocturna
diurnaq; manu, *& ubi hæc noſtra boni conſulueris, honeſtiſsimis*
tuis delicijs lætus fruitor. Ex Tiguro, calendis Martijs, An-
no Salutis ſeſqvimilleſimo vigeſimo-
ſexto.

Προσ-

Προσφώνησις

AD STUDIOSAM JUVENTUTEM,

quum

AD ISTHMIORUM PINDARI auſcultationem invitaretur.

στροφὴ κῶλ: ι.

Ἀρχομένους μὲν ἔργου
χρῆναι τηλαυγὲς θέμεναι
πρόσωπον: καὶ μέγαρον
πάξοντα θαητὸν, χρυσέας ὑπο-
στᾶναι κίονας προθύρῳ
θαλάμοιο ἐυτειχέϊ: οἴεται
τᾶς ἑπταπύλοιο Θήβας υἱὸς κλυτὸς
Πίνδαρος σοφώτατος.
Οὐδὲ ἀλαθείας δοκέει
οὐδοτιοῦν ἀμβροτέμεν.

ἀντιστρ: κῶλ. ι.

Αὐτὰρ ἐγὼ τελευταῖ-
ον τᾶς ἑρμηνεύσιος ὀ-
ψὲ τεκταίνων μέρος αὐ-
τοῦ τουτέου Ποιητᾶο ἐξόχου,
οὐχ᾽ ἧττον θέλοιμι ἂν, αἴ-
κεν ἄρα δυναίμην, τὰ ὀπίστατα
τηλαυγέα θησέμεν. Σπουδῆς μὲν γὰρ ἔ-
στ᾽ ἄξιος πολυχρόνου
ΠΙΝΔΑΡΟΣ ἀδυγλωττότατος,
ἔξοχα πάντων ἑτέρων.

ἐπῳ-

Κείνȣ δὴ μελιηδέα
ἄσματα ἐμπρέπει μάλιϛα
ἀνδράσιν ἐν σοφοῖς, καὶ Μȣσικᾶς
ἐν ἀώτῳ ἀγλαϊζομένοισιν.
Ἔπλετο δὲ τανύπτερος ἐν ὄρνιξιν
Αἰετὸς ὥς, Κολοιῶν ταπεινὰ νεμόντων,
ἄφαντά τε βρεμόντων κραγετάων.
Πολλὰ μὲν περὶ κεῖνον κελα-
δῆσαι, γλῶσσά μοι ἀρτιεπὴς ἔχει
τοξεύματα. Ἀλλ᾽ ἄσχολος ἤδη τελέθω
πᾶσαν λύρᾳ μακραγορίαν ἀνθέμεν.
Ἀφίϛαμαι. Τῶν δ᾽ ΙΣΘΜΙΩΝ δώσω
μετέπειθ᾽ ἑρμηνείαν σαφεϛάταν.
χαίρετε φιλόκαλοι.

PP. a.d. V. Maij, Anno Chriſtiano M. DC. XI.

IN

Σὺν Θεῷ.

IN ISTHMIA PINDARICA, ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Q Uartum & ultimum Pindaricæ περιόδου τμῆμα, Ἰσθμιονίκας *continet; h.e. Iſthmicos victores nonnullos, qvi Pindari ætate vicerunt, celebrat.*

Eſt autem ὁ Ἰσθμός, *propriè* Collum: *qvoniam, ut* Etymologiſtis *placet*, δι' αὐτοῦ ἴονται τὰ σιτία. *Et* Tonſillæ, *Collo utrinqve annexa*, παρίσθμια *dicuntur. Inde &* τὸ ἴσθμιον *eſt* Torqves, *ſeu* κόσμος περιτραχήλιος. *ut* Odyſſ. σ. v. 98. Ἐκ δ' ἄρα Πεισάνδροιο Πολυκτορίδαο ἄνακτος Ἴσθμιον ἤνεικεν θεράπων, περικαλλὲς ἄγαλμα. *Hinc Colli ſimilitudine,* ἰσθμοὶ *dicuntur* στεναὶ γῆς διέξοδοι, μεταξὺ δύο θαλαττῶν, *tractus bimares anguſti. Cujusmodi etſi plures in orbe terrarum ſunt:* κατ' ἐξοχὴν *tamen illa anguſtia, qvæ Peloponneſum continenti connectit, ita appellari meruit, ubi Corinthus eſt, à qva & Iſthmus Corinthiacus nominari ſolet: & noſtro Poëtæ* Κορίνθου δειράς Olymp. η. g. 1. *&* ἁλιερκὴς Ἰσθμοῦ δειράς, Iſthm: α. a. 4. *à Colli figura indigitatur. Latitudo ejus, teſte* Herodoto in Erato, *eſt 36. ſtadiorum, vel ut* Mela lib. 2. cap. 3. *habet, qvinqve millium (paſſuum ſc:) id eſt, unius miliaris Germanici majoris.* Ἐπίνεια *ſeu navalia habet duo: unum eſt,* τὸ Λέχαιον, *ad mare Ionium, verſus occaſum: alterum,* Κεγχρεῖαι, *vel* Κεγχρεαί, *ad mare Ægæum, verſus ortum, cujus* Actorum 18. v. 18. *fit mentio. In hoc Iſthmo, templum fuit Neptuni Iſthmij, pinuum luco opacum, ut ait* Strabo lib. 8. *qvod pluribus deſcribit* Pauſanias in Corinth: *Ad illud, ludos Iſthmios Græci celebrarunt; qvorum victores,* Ἰσθμιονῖκαι *appellantur.*

Occaſio ludorum Iſthmiorum primitus hæc fuit. Ino Athamantis regis Orchomeniorum Bœotiæ (Pauſ. l. 9. Bœot.) *ad inſaniam adacti uxor, à marito, cui fera videbatur, petita, cum filio Melicerta, ad petram Moluridem, in pelagus deſilijt: & Ino qvidem Neptuni commiſeratione, in Leucotheam converſa credita fuit, & ut* Odyſſ. ε. v. 335. *dicitur,* — Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι, Θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς. *Melicertes verò, Palæmon habitus*

bitus fuit ; Cujus tamen cadaver à delphine qvodam in littus ejectum, à Siſypho inventum, & ſepultum fuit, veſpillonibus uſo Amphimacho & Donacino, qvi à Schœnūte promontorio ad locum ſepulturæ portarunt, ut notant partim Pauſanias in Cor. partim Scholiaſtes. Pòſt qvum peſte Corinthij vexarentur, reſpondit Apollo: Non deſiturum malum, niſi ἐπιτάφιος ἀγὼν Melicertæ inſtituatur. Qvod qvum initiò Corinthij ſegniùs facerent; tandem peſtilentia ut iterum qværerent, adactis reſpondit Apollo: Honorem perpetuum Melicertæ eſſe inſtituendum. Siſyphus itaqve Corinthiorum Rex, Athamantis frater, ludos in honorem Melicertæ vel Palæmonis, qvi jam pro Deo marino colebatur, prout etiam anteà à Nereidibus, qvas ſaltantes aliqvando invenerat, juſſus fuerat, (vide Iſthm. ϛ. α. 8.) inſtituit, & à loco Iſthmios appellavit. Agebantur autem eo tempore noctu, initiorum magis, qvàm ſpectaculorum celebrium ſpeciem præ ſe ferentes. Hos, qvum poſtea diu intermiſſi fuiſſent, propter latrocinia, qvibus peregrini arcebantur; Theſeus, undecimus Rex Athenienſium, qvum latrocinia Græciæ, ut & Hercules circa eadem tempora, ſuſtuliſſet, & in primis Corinthiacum tractum à latrocinijs Sinnidis, qvi pinibus diverſis deflexis, & ſibiipſis iterum uno impetu remiſſis, viatores qvos ceperat, diſcerpere ſolebat, unde Πιτυοκάμπτης dicebatur, ipſo Sinnide hoc ipſo mortis genere ſublato, liberaſſet, inſtauravit, & Neptuno ſacros eſſe juſſit, puta cujus templum in Iſthmo vicinum erat, & cujus numini victoriam de Sinnide acceptam referebat. Fecit autem eos ex nocturnis diurnos, & longè illuſtriores qvàm olim fuiſſent, ut ita Iſthmiorum Neptuno ſacrorum primus autor haberi poſſit: ſicut & de ipſo Plutarchus ſcribit, qvòd gloriari fuerit ſolitus: O Herculem Jovi Olympia; propter ſe verò Neptuno Iſthmia à Græcis celebrari. Qvo nomine etiam ut autor, cum Corinthijs ita convenit, ut Athenienſes ad Iſthmia accedentes, tantùm in conſeſſu præferrentur alijs qvantum loci velum navis, qvæ eò ſpectandi gratia appuliſſet, extenſum, occuparet. Sicut hæc deſcribit Plutarchus in Theſeo. Atq; horum certaminum Iſthmicorum cauſa, magna Corintho acceſſerunt commoda, qvandoqvidem magna hominum turba adveniebat, ut Strabo lib. 8. teſtatur. Ex omnibus tamen nationibus, ſoli Elei ad Iſthmica certamina non veniebant, ex tali cauſa. Confixerat Hercules ſagittis Eurytum & Cteatum, ludos Iſthmicos ſpectatum proficiſcentes, qvorum etiam Olymp. ι. ϐ. 7. &c: fit mentio, ex inſidijs, ad Cleonas Argolidis urbem qvòd ſibi in bello contra Augeam Elidis Regem reſtitiſſent, & magno impedimento fuiſſent. Cognito autore, Elei ab Argivis (qvoniam tunc Ti-

rynthi

rynthe Hercules agebat) eum ad pœnas depopoſcerunt, qvandoqvidem ad Certamina ſacra proficiſcentes inviolati eſſe debebãt, teſte Plutarcho. *Id qvum Argivi recuſaſſent, à Corinthijs poſtularunt, ut qvicqvid Argolici nominis eſſet, ab Iſthmicis ludis arcerent. Qvod qvum & ipſum fruſtrà petiſſent: Molione interfectorum mater, omnes Eleos diris devovit, qvotcunq; ab Iſthmicis ludis non abſtinuiſſent. Qvod Moliones edictum tàm religioſè obſervarunt Elei, ut perpetuò deinceps, ejus devotionis metu, ab Iſthmicis certaminibus abſtinuerint, etiamſi alijs interfuerint. Hinc Timoni Eleo, qvi de πεντάθλῳ, ludis Græciæ omnibus, coronas accepit, ut* Pauſanias in El: poſter: *ſcribit, in Olympia ſtatua poſita fuit, cum elegis omnes ejus viri victorias teſtantibus, inter qvos & hi verſus fuerunt:*

Σισυφίαν δὲ μολεῖν χθόν' ἐκώλυεν ἀνέρα Νίκη,
ἀμφὶ Μολιονιδᾶν ἐλομβύω θανάτῳ.

h. e. Siſyphijs Nice haud ſivit ſuccedere terris,
Dira Molionidûm mors ſiqvidem vetuit.

ut habet hæc Pauſanias in Corinthiacis & Eliacis prioribus.

Etſi autem Plinius lib. 4. cap. 5. *cenſet ludos hoſce tetraëtericos ſeu qvinqvennales fuiſſe: &* Solinus *etiam* cap. 12. *idem ſentit, rationemq; adducit, qvoniam qvinq; ſinibus oræ Peloponneſi alluuntur: qvia tamen Poëta noſter, cui ludorum horum ratio optimè cognita fuit,* ταυροφόνον τριετηρίδα Ποσειδάνιον ἂν τέμενος, Nem. ϛ. B. 6. *appellat: potiùs* τριετηρικοὺς *eos affirmamus: Ita tamen ut* τριετηρίδα *hîc de biennio ſolido accipiamus, planè ut de Nemeis dictum eſt. Nam & hîc erratum à multis fuit, qvi de triennio ſolido acceperunt. Qvem errorem correxit mihi optimus Artifex* Sethus Calviſius, *hiſce exemplis roganti conſignatis.*

Celebrata fuerunt Iſthmia anno XX. belli Peloponneſiaci, vere adulto, anno I. Olympiadis XCII.: Thucydides lib. 8. *qvanqvam videntur præceſſiſſe paucis diebus Olympiadem actam.*

Item celebrantur anno 3. Olymp. XCVI., qvando Ageſilaus urbem Corinthiorum obſedit æſtate: qvæ æſtas certum characterem habet Eclipſin ſolarem die 14. Auguſt. Et Iſthmia acta poſt eclipſin.

Item anno 1. *Olymp. 112. Corinthi in Iſthmijs Alexandro Magno Aurea corona decernitur, & duodecim legati, qvi ob res pro ſalute Græciæ in Aſia geſtas ipſi gratulentur.* Diodor.

Item anno primo Olympiadis CXXXVIII. Teuta pulſa à Romanis Illyrico, legatione miſſa pacem à Romanis petit, qvam impetrat hac conditione, ne liceret ipſi in Græciã, qvam anteà deprædata fuerat, navigare.

Ea pax per Romanos in Græcia publicata eſt. Qvapropter Corinthij Romanos participes ludi Iſthmici fecerunt, Coſſ: Sp. Carvilio II. & Q. Fabio Cunctatore II. Polybius lib. 2.

Item libertas Græcis promulgata in Iſthmicis ludis, Coſſ: L. Furio Purpureo & M. Claudio Marcello, à T. Qvintio Flaminio, anno primo Olympiadis CXLVI. qva de re paulò poſt plura.

Ex his exemplis patet, non tantùm poſt biennium qvodq; ſolidum Iſthmia fuiſſe acta, ſed etiam in unam Olympiadem duas Iſthmiadas cadere, & annum eas Olympiadum primum & tertium occupaſſe.

Qvo tempore primùm cœperint, aut Siſyphus & Athamas floruerint, non ſatis certum eſt, ut antiqva Græcorum omnia, præſertim qvæ ante Olympiadas Iphiteas facta fuerunt. Circa tamen annum Mundi 2600, ante Chriſtum 1348. cadere, præter propter colligimus. Scholiaſtes *in* προλεγομένοις *Pythiorum, Iſthmios facit Pythijs multis annis recentiores. Verùm contrarium affirmare cogimur. Sive enim primam inſtitutionem, ſive poſtremam & ordinariam reſtitutionem ſpectemus; Iſthmij ludi, Pythijs erunt antiqviores. Siſyphi enim inſtitutio Iſthmiorum prima circiter in annum mundi 2600. cadit: Pythiorum verò inſtitutio prima in tempora Herculis, circa annum mundi 2700, & ita 100. annis ſeriùs. Rurſus Theſei reſtitutio Iſthmiorum, circiter in annum mundi cadit 2720. ante Olympiadas Iphiteas: Eurylochi verò reſtitutio Pythiorum poſt cœptas Olympiadas, anno mundi 3364, ſeu anno 3. Olympiadis 48. facta fuit, annis 644. ſeriùs. Etſi autem Iſthmia Olympijs & Pythijs antiqviora ſciuntur, puta jam olim Herculis tempore celebrata, ut ex modò dictis patet; & ut* Euſebius *annotat, ſexcentis ferè annis Olympiadem præcedunt: Certi tamen anni ſingularum Iſthmiadum non habentur; qvandoqvidem non ut Olympiades, numeratæ, & temporum atq; hiſtoriarum characteres habitæ fuerunt. Sicut nec ſatis expreſſum ſcio, qvo menſe & qvo die menſis, acta Iſthmia fuerint. Novem diebus ante eum diem menſis, qvo Epidauria qvinqvennalia celebrari ſolita ſunt, peracta fuiſſe,* Scholiaſtes ad Nem: γ. *ſub finem, annotat: ſed diem & menſem Epidauriorum non exprimit. Autumnale tempus fuiſſe videtur. Nam* ἰσθμιάζειν, *ut eſt apud* Heſychium & Suidam, *dicebantur, qvi minus bonæ valetudinis erant, qvandoqvidem tempus anni qvo Iſthmia agebantur, erat* ἐπίνοσον, *qvale eſt Autumnale. Manet ergò incertum, qva Iſthmiade hic vel ille in hoc* τμήματι *Pindarico celebratus, vicerit. Nec multum etiam intereſt. Qvin & pro re nata, dilata interdum, & ſeriùs,*

vel

vel bis etiam celebrata ea ſacra fuiſſe, ex hiſtoriis liqvet. Nam qvum bello Corinthiaco, anno mundi 3559, ante Chriſtum 389. Ageſilaus Spartanorum Rex Corinthiacam bello infeſtaret, & eo ipſo tempore Corinthii metu Ageſilai ſeſe intra urbem continerent: profugi qvidam Corinthiorum, qvi partes Lacedæmoniorum ſeqvebantur, ludos Iſthmicos juſto tempore fecerunt. Poſteà qvum Ageſilaus Spartam repetiiſſet, Corinthii profugorum ludos pro irritis habentes, eodem anno licet ſtato tempore ſerius, Iſthmia cum Argivis celebrarunt. Pauſ. in Lac. *Intermiſſa etiã nonnunqvã fuerunt. Sic tempore Cypſeli Corinthiorũ tyranni per annos ſeptuaginta intermiſſa ſcribit* Solinus cap.12. *qvæ poſteà Corinthii Olympiade XLIX. ſolennitati priſtinæ reddiderunt.*

Certamina in Iſthmiis uſitata fuerunt omnis generis, ut in aliis ludis ſacris, v. g. Olympiis, Pythiis & Nemeis. Ex qvibus nominatim habemus, ἵππους *vel* ἅρμα, *h. e. qvadrigas ad currum junctas,* Iſth. α. β. γ. παγκράτιον, Iſth. ε. & ζ. πάλην καὶ πυγμὴν, Pauſ. El: poſt: *Eqveſtre certamen puerorum, aliqvandiu intermiſſum, ſed pòſt ab Adriano Imperatore reſtitutum,* ut eſt ibidem. *Stadii curſus, ut in omnibus aliis, hic quoqve fuit. Hinc* Paulus 1.Cor.9. v.24.& ſeq. *ad Corinthios tanqvã de re nota loqvitur, de currentibus in ſtadio. Et* v.26. *facit etiam mentionẽ* τοῦ πυκτεύειν. *Fiſtularum etiam certamen fuiſſe, ex* Nem. εγ. ς. *colligimus, ubi Iuvenes Neptunũ, cui Iſthmia ſacra ſunt,* σὺν καλάμοιο βοᾷ *excipere, &* σθένει γυίων ἐρίζεσθαι *dicuntur, &c.*

Præmium Victori antiqvitus dabatur Corona ex Pinu, qvòd uti voluit Apollodorus, *eſſet arbor maris inſtar infrugifera, &* φιλήνεμος, *ventis expoſita, in gratiam Neptuni. Vel ut* Plutarchus lib. 5. Symp. qvæſt.3. *ſcribit, qvòd ex Pinu Naves, qvibus Neptunus præeſt, commodiſſimè fabricentur. Exhibet enim Pinus, ut & cognatæ arbores,* πλοϊμώτατα ξύλα. *Et reliqvæ arbores ad* ναυπηγίαν *ſunt inutiles, niſi Pinu adjuventur.* Pauſan. in Arcad. *ad caſum Palæmonis refert, ſed non explicat. Veriùs in memoriam ſuperati* Πιτυοκάμπτου *hoc factum fuiſſe crediderimus. Poſteà tamen* σέλινον *ſeu* Apium ξηρὸν *i. e.* aridum, *ad Coronam in Iſthmiis fuit adhibitum: ſicut in Nemeis* χλωρόν. *Hinc* 1.Cor. 9. v.25. *meminit* Divus Paulus στεφάνου φθαρτοῦ, *qvem Curſores Stadii ferabant; & cum eo confert* ἄφθαρτον, *qvem Chriſtiani ex ſuo curriculo habent. Aſſumptum autem eſt Apium, qvia & aqvatica eſt planta, Neptuno conveniens, & feralis, memoriæ Melicertæ inſerviens: ſicut & feralibus epulis adhibebatur, & eâdem ſepulcra coronabantur. Vnde proverbiali locutione,* Apio indigere *dicebantur, qvi profligatæ eſſent va-*

letudinis. Et manſit hujusmodi ex Apio arido Corona in Iſthmiis, uſq
ad tempora Pindari, & ultrà. Ideò Κορίνθια σέλινα, Nem. δ. *D.* 13.*C*
ronam ſeu victoriam Iſthmicam notant. Hinc navis quædam Ant
goni, Macedoniæ Regis, Ἰσθμία *dicta fuit, qvòd circa puppim ej*
Apium ſpontè enatum fuiſſet, teſte Plutarcho, loco citato. *Aliqv*
tamen ſeculis pòſt, Pinus denuò recepta fuit, ut Plutarchus ibidem
ſcribit.

Præſides & Iudices iſthmiorum fuerunt Corinthii. Hi enim,
Strabo lib. 8. *loqvitur,* συνετέλουν τὸν ἀγῶνα: *& ut* Pauſanias in E
prior: ἰσθμικὰς σπονδὰς ἐπήγγειλαν. *Quando autem à L. Mummio C*
rinthus anno mundi 3804. ante Chriſtum 144. exciſa fuit: datum h
negotium fuit Sicyoniis, qvi aliqvandiu Iſthmiis præfuerunt. Sed mo
reſtituta Corintho, priſtinus honos præſidii & Iudicii ad Corinthios r
diit, & uſqve ad Adriani Imperatoris tempora & ultrà permanſit, don
illic locorum, cum gentilitate etiam hi ludi omninò ceciderunt.

Taraxippus, *h. e. genius Herois, cuius conſpectu eqvi in curricu*
conſternabantur, & Aurigæ propterea ſæpè periclitabantur, in Iſthm
erat ſpectrum Glauci Siſyphi filii, ab eqvabus diſcerpti, in ludis fun
bribus, qvos patri ſuo fecerat Acaſtus, ut meminit Pauſanias in Elia
poſt:

Dignitas Iſthmiorum, cùm ob antiqvitatem, tùm ob religionem
fuit maxima, uti partim ex aliis, partim ex iis liqvet, qvæ Livius lib.
decadis 4. & Plutarchus in vita Titi Qvintii Flaminii *habet;*
qvibus qvia Plutarchus *ferè ad verbum* Livio *conſonat,* Livium
legabimus, pauculis ex Plutarcho *ſigno* [ ] *incluſis, interjectis.* S
autem ille: *Iſthmiorum ſtatum ludicrum aderat,* (anno mundi 375
ante Chriſtum 194.) *ſemper qvidem, & aliàs frequens, cùm propt*
ſpectaculi ſtudium inſitum genti, qvo certamina omnis generis arti
viriumq́ ac pernicitatis viſuntur: tùm qvia propter opportunitatem
ci per duo diverſa maria omnium Græcorum undiqve conventus era
Sed exſpectatione erecti, qvi deinde ſtatus futurus Græciæ, qvæ ſua fo
tuna eſſet: alii non taciti ſolùm opinabantur, ſed ſermonibus etiam
rebant. Romani ad ſpectaculum conſederunt; & Præco cum tubicin
ut mos eſt, in mediam arenam, unde ſolenni carmine ludicrum ind
ſolet, proceſſit: & tuba ſilentio facto, ita pronunciat: Senatus R
man

manus, & T. Quintius Imperator [Conſul], *Philippo Rege Macedonibusq́, devictis, liberos,* [abſqve præſidiis,] *immunes, ſuis legibus eſſe jubet Corinthios, Phocenſes, Locrenſesq́, omnes, & inſulam Eubœam, & Magnetas, Theſſalos, Perrhabios, Achæos, Phthiotas. Percenſuerat omnes gentes, qvæ ſub ditione Philippi Regis fuerant. Audita voce Præconis, majus gaudium fuit, qvàm qvod univerſum homines caperent. Vix ſatis credere, ſe qvisqve audiſſe. Alii alios intueri mirabundi, velut ſomnii vanam ſpeciem: qvod ad qvemqve pertineret, ſuarum aurium fidei minimum credentes, proximo interrogabant.* [Primùm enim neqve omnes planè, neqve perfectè vocem Præconis exaudierunt: eratq; promiſcua & tumultuaria in ſtadio commotio admirantium, ſciſcitantium, repetiq; edictum poſcentium] *Revocatus igitur Præco, qvum unuſqvisqve non audire, ſed videre libertatis ſuæ nuncium averet, iterùm,* [facto ſilentio, altiori voce] *pronunciavit eadem. Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plauſus eſt ortus, totiesq́, repetitus, ut facilè appareret, nihil omninò bonorum multitudini gratius, qvàm Libertatem eſſe.* [Atqve eo tempore id re ipſa apparuit, qvod de immenſo immodicoq; clamore dici ſolet. Corvi enim, qvi tum fortè prætervolabant, in ſtadium deciderunt. Et clamor præ lætitia omnium, qvantus vix credibilis eſt, ad mare uſqve pervaſit.] *Ludicrum deinde ita raptim peractum eſt, ut nullius nec animi nec oculi ſpectaculo intenti eſſent. Adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum ſenſum voluptatum. Ludis verò dimiſſis, curſu propè omnes tendere ad Imperatorem Romanum, ut ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniſcosq́, jacientium, haud procul periculo fuerit. Sed erat trium fermè & triginta annorum, & tùm robur juventæ, tum gaudium ex tàm inſigni gloriæ fructu, vires ſuppeditabant. Nec præſens omnium modò effuſa lætitia eſt: ſed per multos dies, gratis & cogitationibus & ſermonibus revocata: Eſſe aliqvam in terris gentem, qvæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo, bella gerat pro libertate aliorum: nec hoc finitimis, aut propinqvæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti junctis præſtet: (ſed &) maria trajiciat: ne qvod toto orbe terrarum injuſtum imperium ſit; & ubiqve, jus, fas, lex potentiſſima ſint. Una voce Præconis, liberatas omnes Græciæ atqve Aſiæ urbes.*

Hoc

Hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe : ad effectum adducere, virtutis & fortunæ ingentis. Hactenus Livius. *Simile qvid fecit* (anno mundi 4015. poſt Chriſtum 66.) *Nero, qvi & ipſe Iſthmiis celebratis, Græcos liberos, ſuisq́ uſuros deinceps legibus, non præconis voce, ut Flaminius, ſed ipſe è medio ſtadio habita de tribunali ad multitudinem concione, pronunciavit, Simulq́ Iudices civitate Romana, & pecunia grandi donavit, ut habet* Svetonius in Nerone, *&* Plutarchus in T. Qvintio Flaminio. *Tandem Herodes Atticus templum Neptuni Iſthmii multis donariis auxit, qvæ deſcribit* Pauſanias in Corinthiacis.

Fuerunt & Syracuſis in Sicilia, Iſthmia celebrata. Sed de eis hoc loco non eſt ſermo.

ΠΙΝΔΑ

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΙΣΘΜΙΩΝ

ΕΙΔΟΣ Α'.

ΗΡΟΔΟΤΩι ΘΗΒΑΙΩι.

INſcriptum eſt hoc primum εἶδος Herodoto Thebano, populari Poëtæ, Aſopodori filio, qvem nonnulli, ducti verbis *Iſthm. α. γ.1.* Ὀρχομενοῖό τε πατρώαν ἄρουραν, Orchomenium fuiſſe voluerunt, & proinde in hac ἐπιγραφῇ, pro Θηβαίῳ, Ὀρχομενίῳ repoſuerunt: qva de re *infrà in hoc εἴδει ad γ.* 1. Vicerat autem Herodotus ἅρματι, ſeu *curru*, vel qvod idem eſt ἵπποις, *qvadrigis ad currum junctis.*

Summa & Diſpoſitio hæc eſt:

Exordium in qvo
- προσφωνεῖ *Thebam, cuius laudes ſe omnibus occupationibus præpoſiturum dicit.*
- *veniam petit à Delo, propter hymnum ei promiſſum differendum*
  - *à pio in patriam.*
  - *ab exẽplo bonorũ virorũ.*
  - *à facili moræ, qvũ utriq; ſit brevi ſatisfaciendũ.*
- *Iſthmicam hanc victoriam priùs celebrandam iudicat, ob beneficia Patriæ præſtita ſex coronis.*

Obiter Thebas commendat à
- *Cadmo conditore.*
- *Hercule cive.*

Propoſitio: Herodotus eſt laudandus. *Additur* Modus: *Hymno Caſtoreo vel Jolaio.*

Confirmatio
- *Propoſitionis, Ob victoriam currulem.*
- *Modi, qvia ipſe ſua manu rexit currum, exemplo*
  - *Caſtoris Lacedæmonii.*
  - *Jolai Thebani.*

Digreſſio, qvam
- *inſtituit in laudes Caſtoris & Iolai*
  - *à* διφρηλασίας *peritia.*
  - *à multis victoriis.*
  - *à copia præmiorũ*
    - *tripodum.*
    - *lebetum.*
    - *phialarum aurearum.*
    - *coronarum.*
  - *à varietate certaminum*
    - *ſtadio.*
    - *armato curſu*
    - *jaculatiõe haſtarũ. (rat.*
    - *diſco. Pentathlũ nõdũ e-*
  - *à gloria cõciliata*
    - *Dircæ & Thebis, ab Iolao.*
    - *Eurotæ & Therapnæ, à Caſtore.*

Regreſſio. A.

Epilogus. B — *concludit ſalutatione horum Heroum.*

- **A.** Regreſſio ad laudes Herodoti
  - qvibus admiſcet celebrationem
    - Neptuni.
    - Iſthmi.
    - Oncheſti.
    - Orchomeni.
  - quas ducit
    - à mira fortuna patris Aſopodori
      - qvæ eſt
        - in exilium ejectio.
        - in patriam reſtitutio.
      - qvam commendat ab effectu, qvòd faciat νόον καὶ προμάθειαν.
    - ab honeſto tribuendi gloriam, nactis virtutem
      - ſumptibus.
      - laboribus.
    - à facili laudum Sapienti, pro omnigenis laboribus.
    - ab utili, qvia erigitur ejusmodi laudibus bonum publicum.
    - à convenietia mercedis. Nam
      - ut præmium debetur Utile Famis depulſionem qværentibus
        - Paſtori.
        - Aratori.
        - Aucupi.
        - Nautæ.
      - Sic præmium debetur Honeſtum glorioſum Famam qværentibus
        - Certatoribus
        - Præliantibus.
    - à copia victoriarum
      - Iſthmicæ, ob qvam Neptuno debentur gratia
      - Herculanæ.
      - Jolaiæ.
      - Orchomeniæ.
      - Eleuſiniæ.
      - Euboicæ.
      - Proteſilaiæ.
      - & aliarũ, qvas præcidit
        - ab impoſſibili enumerationis.
        - ob brevitatem hymn propoſitam.
        - excuſans Præciſionem Gratiâ reticẽtia nõ nullorum.
- **B.** Epilogus, habet
  - votum
    - victoriæ futuræ
      - Pythicæ.
      - Olympicæ.
    - celebrationis eximiæ.
    - ulterioris decoris in patriam conferendi.
  - admonitionem de uſu divitiarum
    - Liberali; ne occultæ & captivæ teneantur
    - Modeſto; ne fortuna elati, aliis inſultemus.
  - dehortationẽ ab abuſu illiberali & immodeſto, qvia
    - animam perdit.
    - gloriâ morientes privat.

Ratio

Ratio verò metrica ita ſe habet:

ϛροφ: &, ἀντιϛρ.	ἐπῳδ.
1. –∪∪– ∪∪–– –∪––	1. ––∪– ––∪∪ –∪∪–
2. –∪∪– ∪∪–– –∪–	2. ––∪∪
3. –∪–– –∪∪– ∪∪––	3. –∪∪– ∪∪–– –
4. –∪∪– ∪∪–– –∪–	4. ∪∪–∪ ∪––– ∪∪
5. ––∪∪ –∪∪–	5. –∪∪ –∪∪ –∪
6. –∪–– –∪∪– ∪∪–– ∪∪–	6. –∪–– –∪∪–
7. –∪–– –∪–	7. ––∪– ––∪∪ ––∪∪
	8. ––∪– –
	9. ––∪– ––∪–
	10. ––∪∪ –∪∪– –
	11. –∪–– –∪––

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ ἑπτάκωλοι *ſunt. Primum* κῶλον *eſt trimetrum acatalectum, ex Choriambo, Jonico à minore, & Epitrito ſecundo. II. Trimetrum catalectum ex iiſdem cum præcedente pedibus. III. Trimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. IV. ut ſecundum. V. Dimetrum acatalectum ex Jonico à majore & Choriambo. VI. Tetrametrum catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & duobus Jonicis à minore. VII. Dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis.*

Ἐπῳδὸς ἑνδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt trimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio, Ionico à maiore, & Choriambo. II. Monometrum acatalectum, ex Jonico à maiore. III. Dimetrum hypercatalectum, ex Choriambo, & Jonico à minore. IV. Trimetrum brachycatalectum, ex Pæone tertio, Epitrito primo, & Jonico à minore. V. Trimetrum catalectum, Dactylicum. VI. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo, & Choriambo. VII. Trimetrum acatalectum ex Epitrito tertio, & duobus Jonicis à maiore. VIII. Monometrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio. IX. Dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis tertiis. X. Dimetrum hypercatalectum, ex Jonico à maiore & Choriambo. XI. Dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis.*

ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΙΣΘΜΙΟΝΙΚΑΙ.

ΕΙΔΟΣ Α.

ΗΡΟΔΟΤῼ ΘΗΒΑΙῼ, ἅρματι.

στροφ. α. κώ. ζ.

ΜΑτερ ἐμὰ, τὸ τεὸν, χρύσασπι Θήβα,
πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον
θήσομαι. Μή μοι κραναὰ νεμεσάσαι
Δᾶλος, ἐν ᾇ κέχυμαι. Τί φίλτερον
κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;
Εἶξον ὦ 'πολλωνιάς. Ἀμφοτέρων τοι χαρίτων
σὺν θεοῖς ζεύξω τέλος:

ἀντισ. α. κώ. ζ.

καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν Φοῖβον χορεύων
ἐν Κέῳ ἀμφιρύτῳ σὺν ποντίοις
ἀνδράσιν, καὶ τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ
δειράδ᾽. Ἐπεὶ στεφάνους ἓξ ὤπασε
Κάδμου στρατῷ ἐξ ἀέθλων,
καλλίνικον πατρίδι κῦδος. Ἐν ᾇ καὶ τὸν ἀδεί-
μαντον Ἀλκμήνα τέκε

ἐπῳδ. α. κώ. ια.

παῖδα, θρασεῖαι τόν ποτε Γηρυόνα
φρίξαν κύνες.
Ἀλλ᾽ ἐγὼ Ἡροδότῳ τεύχων
τὸ μὲν ἅρματι τεθρίππῳ γέρας,
ἁνία τ᾽ ἀλλοτρίαις οὐ
χερσὶ νωμάσαντ᾽, ἐθέλω
ἢ Καστορείῳ, ἢ Ἰολάου ἐναρ-

μόξο

PINDARI ISTHMIONICÆ.

ODA I.

HERODOTO THEBANO, Curru.

a.

O- *Mater mea,tuum,aureum-clypeum-geſtans Theba*
negotium etiam occupatione mea *ſuperius*
ponam. Ne itaqve *mihi aſpera ſuccenſere - velit*
Delus, in qva celebranda *effuſus ſum. Qvid charius*
qvàm *venerandi Parentes*, *bonis* eſt?
Cede ô Apollinaris Dele. *Utrarumqve utiqve gratiarũ*
cum Dijs conjungam perſolutionem:

a.

& coma - intonſum Phœbum choro - celebrans
in Ceo circumflua cum maritimis
viris, & mari - ſeptum Iſthmi
collum. Qvoniam coronis ſex præbuit
Cadmi populo ex certaminibus
carminis - victorialis patriæ meæ *gloriam. In qva etiam*
dum Alcmena peperit (*intrepi-*

A.

filium, feroces qvem qvondam Geryonæ
horruerunt canes.
At ego Herodoti fabricans
hoc qvidem currui qvadrijugo honorarium,
habenasq; non alienis
manibus qvum - adminiſtrarit ; volo
aut Caſtoreo aut Iolai ada-

μόξαι μιν ὕμνῳ.
Κεῖνοι γὰρ ἡρώων διφρη-
λάται Λακεδαίμονι καὶ Θή-
βαις ἐτέκνωθεν κράτιστοι:

στρο. β. κώ. ζ.

ἔν τ᾽ ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων,
καὶ τριπόδεσσιν ἐκόσμησαν δόμον,
καὶ λεβήτεσσιν, φιάλαισί τε χρυσοῦ
γευόμενοι στεφάνων νικαφόρων.
Λάμπει δὲ σαφὴς ἀρετὰ
ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις σφίσιν, ἔν τ᾽ ἀσπιδοδού-
ποισιν ὁπλίταις δρόμοις.

ἀντιστρ: β. κώ. ζ.

Οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς,
καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις, ἵεν!
Οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ᾽: ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ
ἔργματι κεῖτο τέλος. Τῶν ἀθρόοις
ἀνδησάμενοι θαμάκις
ἔρνεσιν χαίτας, ῥεέθροισί τε Δίρκας ἔφανεν
καὶ παρ᾽ Εὐρώτα πέλας.

ἐπῳ. β. κώ. ια.

Ἰφικλέος μὲν παῖς, ὁμόδαμος ἐὼν
Σπαρτῶν γένει,
Τυνδαρίδας δ᾽, ἐν Ἀχαιοῖς ὑ-
ψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος.
Χαίρετ᾽. Ἐγὼ δὲ Ποσειδά-
ωνι, Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ,
Ὀγχηστίαισίν τ᾽ ἀϊόνεσσιν περι-
στέλλων ἀοιδὰν,
γαρύσομαι τοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἐν
τιμαῖσιν ἀγακλέα τὰν Ἀ-
σωποδώρου πατρὸς αἶσαν,

στρο. γ.

ptare ipſum hymno.
Illi enim inter heroas, auri-
ga Lacedæmone & The-
bis geniti-ſunt præſtantiſſimi:

ε.

inq; præmijs attigerunt plura certamina,
& tripodibus ornaverunt domum
& lebetibus, phialisq; aureis,
guſtantes coronas victrices.
Fulget verò manifeſta virtus
inq; nudis ſtadijs illis, inq; ſcutiſtre-
pis armatis curſibus.

b.

Hem! qvaliter manibus, jaculantes haſtis,
& ſaxeis qvandoq; diſcis, emiſerunt!
Non enim erat Qvinqvertium adhuc: ſed in qvolibet
exercitio poſitus-erat finis. Qvorum crebris
redimiti freqventer
frondibus comas, cum fluenta apud Dirces apparuerunt,
tum apud Eurotam prope,

B.

Iphiclis qvidem filius popularis exiſtens
ſatorum generi:
Tyndarides verò inter Achæos alti-ſo-
lij Therapnes inhabitans ſedem.
Salvete. Ego verò Neptu-
noq;, Iſthmoq; divino,
Oncheſtijsq; ripis concin-
nans cantionem,
celebrabo hujus viri inter
honores perinclytam A-
ſopodori Patris ſortem,

Orcho-

στροφ. γ. κώ. ζ.

Ὀρχομενοῖό τε πατρώαν ἄρουραν:
ἅ νιν ἐρειδόμενον ναυαγίοις,
ἐξ ἀμετρήτας ἁλὸς ἐν κρυοέσσᾳ
δέξατο συντυχίᾳ. Νῦν δ' αὖτις ἀρ-
χαίας ἐπέβασε πότμος
συγγενὴς εὐαμερίας. Ὁ πονήσαις δὲ, νόῳ
καὶ προμάθειαν φέρει.

ἀντιστρ. γ. κώ. ζ.

Εἰ δ' ἀρετᾷ κατάκειται πᾶσαν ὀργὰν
ἀμφότερον δαπάναις τε καὶ πόνοις,
χρή νιν εὑρόντεσσιν ἀγάνορα κόμπον
μὴ φθονεραῖσι φέρειν γνώμαις. Ἐπεὶ
κούφα δόσις ἀνδρὶ σοφῷ,
ἀντὶ μόχθων παντοδαπῶν ἔπος εἰπόντ' ἀγαθὸν,
ξυνὸν ὀρθῶσαι καλόν.

ἐπῳ. γ. κώ. ια.

Μισθὸς γὰρ ἄλλοις ἄλλος ἐφ' ἔργμασιν ἀν-
θρώποις γλυκὺς,
μηλοβότᾳ τ', ἀρότᾳ τ', ὀρνι-
χολόχῳ τε, καὶ ὃν πόντος τρέφει.
Γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων
λιμὸν αἰανῆ τέταται.
Ὃς δ' ἀμφ' ἀέθλοις, ἢ πολεμίζων, ἄρη-
ται κῦδος ἁβρὸν,
εὖ ἀγορηθεὶς κέρδος ὕ-
ψιστον δέχεται, πολιατᾶν
καὶ ξένων γλώσσας ἄωτον.

στρο. δ. κώ. ζ.

ἄμμι δ' ἔοικε Κρόνου Σεισίχθον' υἱὸν
γείτον' ἀμειβομένοις, εὐεργέταν
ἁρμάτων ἱπποδρόμιον κελαδῆσαι,

κα

γ.

Orchomeniq́; patriam terram:
qvæ ipſum ſuffultum naufragij-tabulis,
ex immenſo mari in horrendo
excepit caſu. Nunc verò rurſus pri-
ſtinæ reſtituit eum *fortuna* (in *animo*
congenita tranqvillitati. Qvi verò labores-exantlavit,
etiam providentiam reportat.

g.

Si verò Virtus poſita-eſt in *qvovis ſtudio,*
tàm in ſumptibus qvàm in laboribus:
oportet eam nactis, magnificam gloriationem
non invidis tribuere animis. Siqvidem
leve donum eſt *viro ſapienti,*
pro laboribus omnigenis verbum dicendo bonum,
communem erigere dignitatem.

G.

Merces enim alios alia ob labores ho-
minibus dulcis eſt,
paſtoriq́;, aratoriq́;, aucu-
piq́;, & qvem mare alit.
Ventri autem horum *qvivis depellens*
famem tetram occupatus-eſt.
Qvi verò in certaminibus, aut prælians, repor-
tarit decus ſplendidum;
bene laudatus lucrum ſum-
mum accipit, civium
& peregrinorum lingvæ florem.

δ.

Nobis verò convenit Saturni terræ-qvaſſatorem filium
vicinum, vices-reddentibus, beneficum
curribus, curſuum-eqveſtrium-præſidem celebrare,

καὶ σέθεν Ἀμφιτρύων παῖδας προσει-
πεῖν, τὸν Μινύα τε μυχὸν,
ἢ τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐλευσῖνα καὶ Εὔ-
βοιαν ἐν γναμπτοῖς δρόμοις.

ἀντι. δ. κώ. ζ.

Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δ' ἀνδρῶν Ἀχαιῶν
ἐν Φυλάκᾳ τέμενος συμβάλλομαι.
Πάντα δ' ἐξειπεῖν, ὅσ' ἀγώνιος Ἑρμᾶς
Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις, ἀφαι-
ρεῖται βραχὺ μέτρον ἔχων
ὕμνος. Ἦ μὰν πολλάκι καὶ τὸ σεσωπαμένον, εὐ-
θυμίαν μείζω φέρει.

ἐπῳ. δ. κώ. ια.

Εἴη μιν εὐφώνων πτερύγεσσιν ἀερ-
θέντ' ἀγλααῖς
Πιερίδων, ἔτι καὶ Πυθό-
θεν, Ὀλυμπιάδων τ' ἐξαιρέτοις
Ἀλφεοῦ ἔρνεσι φράξαι
χεῖρα, τιμὰν ἑπταπύλοις
Θήβαισι τεύχοντ'. Εἰ δέ τις ἔνδον νέμει
πλοῦτον κρυφαῖον,
ἄλλοισι δ' ἐμπίπτων γελᾷ,
ψυχὰν Ἀΐδᾳ τελέων οὐ
φράζεται, δόξας ἄνευθεν.

Commentarius.

Μᾶτερ ἐμὰ] Partes huius εἴδους ſex ſunt: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio, & Epilogus. In Exordio inſtituit Poëta primò προσφώνησιν ad Thebam nympham, & urbem patriam; cujus laudes ſe omnibus alijs occupationibus præpoſiturum dicit. II. Veniam precatur à Delo propter hymnũ ei promiſſum, tàm diu differendum, tribus rationibus adductis, 1. ab honeſto & pio in patriam. 2. ab exemplo bonorum

& tuos ô - Amphitryo filios compella-
re, Minyæq́ receſſum,
& Cereris inclytum lucum Eleuſinem, & Eu-
bœam in inflexis curriculis.

d.

O - Proteſilaë, tuum qvoqve virorum Achivorum
in Phylace ſacellum addo. *(curius*
Omnia verò eloqvi, qvæcunqve certaminum-præſes Mer-
Herodoti dedit eqvis, au-
fert brevem menſuram habens
hymnus. Certè ſæpè etiam ſilentio - præteritum vo-
luptatem majorem affert.

D.

Contingat ipſum bene - vocalium alis ſub-
latum ſplendidis
Pieridum, adhuc & ex - Py-
thone, Olympiadumq́ eximijs
Alphei ramis munire
manum, gloriam ſeptiportibus
Thebis parantem. Si verò qvis intus fovet
divitias occultas,
alijsq́ inſultans ridet;
is ſuam *animam Orco* ſe *pendere non*
animadvertit, ſine gloria.

---

norum virorum, qvibus patria & parentibus nihil charius: qvam Interrogatione figuratam acuit. 3. à facili moræ, qvum brevi utriqve ſit ſatisfaciendum. III. Iſthmicam hanc victoriam prius celebrandam judicat, ob beneficia ab Iſthmo patriæ præſtita, ſex coronis. Obiter Thebas commendat, partim à Cadmo conditore; partim ab Hercule cive. Propoſitio eſt: *Herodotus eſt laudandus.* Additur modus: *Hymno Caſtoreo vel Iolaio.* Confirmatio & Propoſitionem reſpicit, & Modum. Propoſitionem qvidē una ratione, Qvia reportavit victoriā Currulem. Modum verò itidem una ratione à comparatis ſumpta, Qvia nō aurigâ uſus,

ſed ipſe ſuis manibus rexit currum, exemplo Artificum in eqveſtribus, Caſtoris videlicet Lacedæmonij, & Iolai Thebani.

α. 1. Μᾶτερ ἐμὰ, χρύσασπι Θήβα] Compellat Θήβαν urbem patriam, ita tamen ut hoc ſub perſona Θήβας Nymphæ, Aſopi & Metopes filiæ, à qva urbs nomen accepit, faciat, more ſuo. Sic *Olymp.* ς. β. 10. *D.* 14. ε. 1. de Pitana, Theba eadem, & Metopa loqvitur. Sic *Ol:* ζ. *A.* 3. de Rhodo inſula agens, eam, qvaſi de Rhodo Nympha ageret, *παῖδα Ἀφροδίτας* appellat, &c: Ideò & hîc *ἐπίθετον* addit perſonæ conveniens, dum vocat *χρύσασπιν*, *aureum ſcutum geſtantem:* Sicut *Ol:* ς. ε. 1. *πλάξιππον*, *eqvorum exſtimulatricem:* Μετωνυμικῶς cives illius urbis ab hac Theba denominatæ, tales intelligens, id eſt, *rei militaris ſtudioſos*, *bellicoſos*, qvod ex cultu & ornatu armorum colligi poteſt. Sic ſi Studioſus habet libros incultos, eſt ſignum negligentiæ in ſtudijs. Matrem autem ſuam vocat Θήβαν, qvòd Thebis natus eſſet, qvaſi *ματρόπολιν*, Geburtsſtadt / qvæ matris inſtar natum ſinu ſuo excepit: ut & *Olymp.* ς. Sic *Ol.* η. *α.* 16. *Ὀποῦντα Λοκρῶν ματέρα* appellat. Vide *Ol:* θ. *α.* 7. Eſt implicita Benevolentiæ captatio.

α. 1. 2. τὸ τεὸν πρᾶγμα] Qvia ſcilicet Herodotus Thebanus qvaſi filius tuus, Iſthmia vicit: qvæ gloria non ad te minus qvàm ad ipſum pertinet: qvandoqvidem in certaminibus ſacris non victori tàm qvàm patriæ corona dabatur, teſte *Plinio lib.* 16. *c.* 4.

α. 2. καὶ ἀσχολίας] i.e. *etiam occupationibus meis*, qvibus ſcilicet alijs urbibus & perſonis obſtrictus teneor.

α. 2. 3. ὑπέρτερον θήσομαι] *ſuperiùs ponam*, id eſt, præferam, prius æſtimabo. In ὑπέρτερον, υ debebat produci. *Lutetiana*, *Plantiniana* & *Commeliniana* habent Doricum *θάσομαι*. Vide *in Dialectis.*

α. 3. μή μοι κραναὰ νεμεσσάσαι Δᾶλος] Cyclades inſulæ in mari Ægæo, Delum inſulam vicinam, propterea qvia Apollinis & Dianæ natale habebatur ſolum, in maxima veneratione habebant. Ideoq; mittebant eò certis temporibus, qvi ſacra freqventarent, cum victimis, & choris virginum, & ſolennes ibi magnosq; conventus agitarent, teſte *Strabone lib.* 10. Ex illis Cycladibus etiam una eſt ἡ Κέως, vel Κῶς, vel Κώα: cujus incolæ Κέϊοι vel Κεῖοι, vel Κῷοι, petierant à Pindaro Δηλιακὸν παιᾶνα προσοδικόν, ſeu *hymnum Apollini ſacrum*, qvem cum choro in Delum ad reliqva ſacra mitterent: qvem & Poëta promiſerat. Verùm dum παιᾶνα hunc ſub manibus habet: ecce victoria Iſthmica Herodoti Thebani annunciatur; & officium, hymnum in hanc victoriam ſcribendi à Poëta eflagitatur. Potiorem ergò rationem Sympatriotæ Herodoti habendam, & patriæ potiùs qvàm exterarum inſularum honorem promovendum eſſe ratus Poëta; παιᾶνα Deliacum adhuc imperfectum diſtulit, uſqvedum Herodoto Thebano hoc ἐπινίκιον ſcripſerit; qvo abſoluto, & παιᾶνα ſe abſoluturum promiſit: qvem & hodiè hauddubiè haberemus, niſi παιᾶνες Pindari, cum alijs operibus pluribus temporum injuria interijſſent. Συγγνώμην igitur à Delo, cujus honoris intererat, petit.

Simul

Simul etiam vult invidiam Thebanorum civium, qvam contraxerat, diluere. Qvum enim anno qvartò Olymp. 80. Thebani Athenienſes, (qvi Thebanos, qvòd paulò antè cum Xerxe pacem in fraudem totius Græciæ coluiſſent, aliqvoties aperto marte victos malè mulctarunt) extremè odiſſent, & laudes eorum ferre minimè poſſent: Pindarum, qvi ſub id tempus Athenas egregiè laudaverat, & λιπαρὰς καὶ ἀοιδίμους, Ἑλλάδος ἔρεισμα, ob nuperam victoriam Salaminiam nobilem appellârat, mille drachmis ($166\frac{2}{3}$ fl.) mulctarunt. Qvarum etſi Athenienſes grati duplum ($333\frac{1}{3}$ fl) Poëtæ reſtituerant: tamen ut planum civibus faciat, ſe propter laudes aliarum civitatum, propriam patriam non negligere, imò eandem aliis locis præferre: exemplum hoc nobile ſtatuit, Deli & laudum Apollinearum, gloriæ & celebrationi patriæ & Sympatriotæ poſtpoſitarum, ob rationes qvas in textu ponit.

α. 3. 4. κραναὰ Δᾶλος] id eſt, πετρώδης καὶ τραχεῖα propter montem Cynthum excelſum & aſperum, teſte *Strabone lib.* 10.

α. 4. ἐν ᾇ κέχυμαι] *in qva effuſus*, vel effusè occupatus fui, σπουδὴν εἶχον τῆς γραφῆς. *Scholia. Lonicerus* & *Philippus* activè exponunt, ille *Compoſui*: hic, *Fudi*. Malè.

α. 4. 5. ἤ φίλτερον κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς;] Interrogatio eſt, novam ſententiam conſtituens. Per κεδνοὺς τοκέας intelligit in genere Patriam cujusqve, qvæ cuiqve Patris & Matris inſtar eſt: in ſpecie reſpectu ſui Thebas, qvas modò ματέρα appellaverat. *Romana editio* ſine interrogatione indefinitè legit, & cum antecedentibus connectit, κέχυμαι ἢ φίλτερον κεδνῶν τοκέων ἀγαθοῖς. Qvam ſeqvuuntur, *Philippus*, qvi reddit, *in qva fudi aliqvid gratum bonis parentibus*, qvaſi ἀγαθοῖς τοκέων Atticè pro ἀγαθοῖς τοκεῦσι poneretur; qvum τοκέων ſit Genitivus, à Comparativo φίλτερον rectus: & *Lonicerus*, ſimiliter reddens: *In qva nunc compoſui qviddam bonis inclytisq; parentibus amabiliſſimum*: & per τοκέας, cives Deli & ſeniores, qui liberos propagant, adoleſcentumq; ſuorum curam gerunt, ineptè intelligens, ut in Scholiis ſuis habet. Decepti, ut apparet, à *Scholiaſte*, qvi, ſi textus ejus non corruptus eſt, ſimili propè ratione exponit.

α. 6. εἶξον ὦ 'πολλωνιάς] id eſt, *cede & da priorem locum Thebis patriæ meæ ô Dele Apollonias*. q. d. Qvantumvis ô Dele Apollinis productrix es, tamen cede nunc meæ patriæ. Tanti qvippe eam, ut boni ſolent, facio. Ἀπολλωνιάδα autem vocat, qvòd natus in ea Apollo perhibeatur, q. d. *Apollinis genitricem*; formâ Patronymicâ, ad majores vel qvaſi, accommodatâ, ut alibi notavimus. Vide *Pyth.* ε. γ. 3. & ς. α. 5. & *Nem.* ϛ. δ. 3.

α. 6. ἀμφοτέρων τοι χαρίτων ζεύξω τέλος] id eſt, *conjungam utiqve utriusq; gratioſi officii perſolutionem*. τὸ τέλος enim *perſolutionem* hîc notat, (Zoll / vom zahlen). Per ἀμφοτέρας χάριτας, intelligit officium gratioſum geminum, ſcribendi hymnum & Herodoto, & Cois in gratiam Deli. *Romana editio* habet ἀμφοτέραν χαρίτων, qvod Doriſmo poteſt excuſari. *Aldina* ἀμφοτέροις τῶν, minus ut apparet commodè.

cC 3 Τὸ τῶ

Τό τοι, *Vulgata verſio* & *Portus* accipiunt ut Pronomen, *Tibi.* Verùm Adverbialiter, pro *Sanè* vel *Vtiqve* potiùs accipiemus. Non enim ἀμφοτέραν χάριν uni Delo debuit, ſed μίαν: Ergò nec eidem ἀμφοτέραν ſolvere promiſit.

a. 1. χορεύων] Non ego Pindarus choreas agens, ſed materiam chorearum ſuppeditans χορευταῖς Deliis, qvi Pæanem meum choro accommodabunt.

a. 2. σὺν ποντίοις ἀνδράσι] i. e. σὺν νησιώταις Κείοις καὶ Δηλίοις.

a. 3. τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα] περιφραστικῶς pro τὸν Ἰσθμόν.

a. 4. στεφάνους ἓξ ὤπασε] ἡ Ἰσθμοῦ δειρὰς ſc. ſex coronas præbuit Κάδμου στρατῷ, i. e. Thebanis in genere, non tantùm uni Herodoto, ut voluit *Ariſtodemus Alexandrinus*, qvi tamen nō ex ſolo Iſthmo, ſed & aliunde ſex has victorias ab Herodoto reportatas ſtatuit, v. g. Thebis, de Ἰολείοις & Ἡρακλείοις: Orchomeno, de Μινυείοις: ex Attica, de Ἐλευσινίοις: ex Eubœa, de Βασιλείοις: ex Theſſalia, de Πρωτεσιλείοις: & ex Iſthmo, de Iſthmiis hanc præſentem: ſicut & infrà ferè numerantur. Verùm neqve ſex tantùm victorias, diverſis ex locis reportavit Herodotus, ſed multo plures, ut *infrà* patebit, *d.* 3. 4. 5, neqve per Κάδμου στρατὸν, unicus Herodotus intelligi poteſt, ſed in genere Cives Thebani, ex qvibus jam ſextus eſt Herodotus, qvi Iſthmia vicit. Qvòd autem *Ariſtodemus* has ſex victorias, qvarum hîc textus meminit, non omnes vult intelligi Iſthmicas; inde eſt, qvia τὸ ὤπασε, de Apolline interpretatur, utpote ludicrorum præſide, qvaſi ille præbuerit ἓξ στεφάνους

undecunqve Herodoto; qvod text
manifeſtè repugnat. Eundem erro
rem errarunt & *Ariſtarchei*, qvi ἐξώ
πασε legerunt, & item ad Apolline
retulerunt. Aliqvi etiam, notant
Scholiaſte, τὸ ὤπασε, de ipſo Herodo
to interpretati fuerunt. Omne
malè.

a. 5. Κάδμου στρατῷ] *populo Cadm*
h. e. civibus Thebanis, qvorum urbi
initium fecit Cadmus, ut notum eſt.

a. 6. καλλίνικον πατρίδι κῦδος
ἐπεξηγητικῶς, ad στεφάνους ἕξ, qv
ſunt καλλίνικον κῦδος patriæ meæ
vel qvibuscum dedit ſimul Iſthmu
καλλίνικον κῦδος patriæ meæ, i. e. eju
modi decus, qvod poſt victoriam pe
hymnum καλλίνικον, uti appellaba
tur, conciliatur; qvi καλλίνικος te
accinebatur Victoribus: ſemel in lo
co victoriæ, ubi coronabantur: de
inde in gymnaſio, ubi ſe ante con
greſſum exercuerant: & tertiò in pa
tria cujusqve à civibus. Qvæ qviden
gloria habebatur maxima. Vid
Nem. γ. *A.* 5. & *Iſth.* ε. *g.* 5.

a. 6. τὸν ἀδείμαντον παῖδα] hoc eſt
Ἡρακλῆ imperterritum.

A 1. 2. θρασεῖαι Γηρυόνα κύνες
Enallage numeri Pluralis pro ſingu
lari. Fuit enim unus canis nomin
Orthus, de qvo *Heſiodus in Theog. verſ*
309. cuſtos armentorum Geryona
vel Geryonis (Γηρυόνης & ὁ Γηρύων
υόνος) tricorporis illius Regis Ery
theæ inſulæ occidentalis, qvæ aliàs
τὰ Γάδειρα dicta fuit, cujus armenta
nobiliſsima, Hercules interfecto Ca
ne & bubulco, ipſoq; Rege, juſſu Eu
ryſthei abduxit, (*Iſoc. in Hel.*) ut ha
bet *Pauſ. in Meſſ.* Ejuſmodi autem
Enallage in communi uſu loqvendi
freqventiſsima eſt, qvoties id qvod
fit

ſit, ad plures extendi poſſet: ſicut hîc etſi unicus fuit Canis; tamen etſi plures fuiſſent, omnes oportuiſſet φέρτερον Ἡρακλέα. Similiter noſtrati lingva, Si qvis malè mulctaſſet canem vicini, diceret ad eum: Deine hunde ſollen mich wol zu frieden laſſen. Vel: kanſtu deine hunde nicht im hauſe halten? Sic ſi qvis ad percutientem filiũ ſuum diceret: Las mir meine Kinder ongeſchlagen/&c. Sic, Er kan den Leuten in die Gärten ſteigen / etiamſi ſemel unius hortum invaſerit.

A. 3. Ἡροδότῳ] genitivus Doricus eſt pro Ἡροδότου, ideoq; τὸ ἰῶτα minimè ſubſcribendum.

A. 7. 8. ἢ Καστορείῳ, ἢ Ἰολάου ὕμνῳ] Non eſt in his verbis ſimplex collatio Herodoti cum Caſtore & Jolao, ut *Interpretes* volunt. Sed ſenſus eſt: Poëtam velle Herodotum vel Καστορείῳ vel Ἰολαείῳ hymno afficere, propterea qvia (*jam demum ſeqvitur collatio*) ad exemplum Caſtoris & Jolai, (qvorum hic, ἱπποσόας *Iſth.* ε. *b.* . & ἱππόμητις. *Iſth.* ζ. *a.* 4. dicitur) ipſe ſua manu rexerit eqvos, non aurigâ uſus fuerit. Eſt autem Καστόρειος νόμος, ſive ut *Pyth.* β. *G.* 9. appellatur, τὸ Καστόρειον, hymnus, qvi ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltantibus, ſive peditibus ſive eqvitibus (Iſta .n. ἐνόπλια παίγματα non tantùm pedeſtria ſed & eqveſtria fuerũt, ut *Olymp.* ιγ. *D.* 2. patet de Bellerophonte, qvi qvum Pegaſum conſcendiſſet, ἐνόπλια χαλκωθεὶς ἔπαιζε.) accinebatur, inventus à Caſtore & Polluce, unde & nomen accepit, ut notat *Scholiaſtes ad Pyth.* β. *Epicharmus*, verò, ut *idem* notat, à Minerva inventum, & Διοσκούροις ἐνόπλιον ὄρχησιν ludentibus tibia accentum fuiſſe voluit. *Heſychius* à Caſtore ſeu fibro, qvi ſuam ſaltandi formam habere creditur, appellatum cenſet. Sed hoc etymon vel præſens locus rejicit; qvi Καστόρειον à Caſtore Lacedæmone diſertè nominat. Tali autem aliqvo carmine Herodotum ſe honorare velle Poëta hîc promittit. *Suprà Pythiorum* β. *G.* 9. Hieroni Syracuſanorum Regi etiam Καστόρειον ſe transmiſiſſe meminit. Hymnus verò Ἰολάειος, erat propriè hymnus qvidam ab Archilocho in honorem Herculis & Jolai compoſitus, qvi aliàs Καλλίνικος, à voce initiali dicebatur, cujus paulò antè meminimus. Similem ergò hymnum ſe Herodoto ſcripturum pollicetur. Vide *Nem.* γ. *A.* 5.

A. 9. Κεῖνοι γὰρ ἡρώων] Digreſsio, qvam occaſione ὕμνου Καστορείου & Ἰολαείου, inſtituit in laudes Caſtoris & Jolai, qvas ſumit I. à διφρηλασίας peritia. II. à multis victoriis. III. à copia præmiorũ victorialium, v. g. Tripodum, Lebetum, Phialarũ aurearum, & Coronarum. IV. à varietate certaminum qvæ cum admiratione ſubierunt, v. g. Stadio, Armato curſu, Jaculatione haſtarum, & Diſco. Nondum enim ea ætate erat πένταθλον: ſed unumqvodq; certamẽ ſua ſimplici operatione abſolvebatur. V. à gloria conciliata Dircæ & Thebis, ab Jolao: Eurotæ & Therapnæ, à Caſtore. Tandem hanc digreſsionem concludit Salutatione Heroum.

A. 9. 10. διφρηλάται] ἀποσυλληπτικῶς δεκτέον τὸν λόγον ἐπαμφοτερίζοντα, qvod unius eſt, tribuit & alteri. Nam διφρηλασία Jolai qvidẽ fuit; Caſtoris, qvi ἱππεὺς fuit, non item. In hoc tamẽ conveniũt, qvòd uterq; propria manu, ille currum, hic eqvos rexerit. Sic ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ ἀγῶνι, *in ludis, qvos Jaſon ob Peliam inſtituit*, (non

autem,

autem, qvantum hæc verba *Scholiaſtæ* inferunt, *in monte Pelio*, ut *Lonicerus & Aretius* exponunt) Jolaus ὁπλίτῃ δρόμῳ vicit, Caſtor verò ſecundas obtinuit jaculo & diſco. Ea tamen hîc de utroqve per κοινωνίαν dicuntur.

ϐ. 1. ἔν τ᾽ ἀέθλοισι θίγον πλείστων ἀγώνων] ὑπαλλαγὴ Dithyrambica, pro, ἔν τ᾽ ἀγῶσι θίγον πλείστων ἀέθλων.

ϐ. 5. σαφὴς ὑπερτὰ] *Scholiaſtes* poni cenſet pro σαφῶς adverbialiter, ſine neceſsitate.

ϐ. 6. ἔν τε γυμνοῖσι σταδίοις] *in nudis ſtadiis*, in ludis gymnicis, ut exponit *Scholiaſtes*. Vel etiam, in curſu ſine armis, qvia τῷ ὁπλιτῶν δρόμῳ opponitur.

ϐ. 6. 7. ἔν τ᾽ ἀσπιδοδούποισιν ὁπλίταις δρόμοις] μετάληψις pro ἐν ὁπλιτῶν δρόμοις, ſicut *paulò antè*, ἐν γυμνοῖσι σταδίοις, pro ἐν γυμνῶν σταδίοις. ἀσπιδοδούπους autem vocat hoſce δρόμους, qvia cum ſcutis decurrerunt. *Pauſ. El. prior.*

b. 1. οἷά τε χερσὶν] θαυμαστικῶς. *Hem, qvaliter & qvàm fortiter manibus jaculati ſunt!* Referendum enim huc eſt verbum ἴεν.

b. 2. καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις,] *Et ſaxeis qvandoqve diſcis* ſc. ἀκοντίζοντες. τὸ ὁπότε hîc planè indefinitè ponitur, *Aliqvando, nonnunqvam*: niſi textus corruptus, & legendum vel ποτὲ ἂν, vel ἐνίοτε: nam aliàs in ὁπότε ultima pro longa ponitur. Iſti δίσκοι autem ſaxei dicebantur ἀποτμάδες, qvia olim victori tantum ἀπετέμνετο telluris in patria, qvantum ſpacium jaciendo emetiri poterat. *Scholiaſtes.*

b. 3. οὐ γὰρ ἦν πένταθλον: ἀλλ᾽ &c.] Repono *cum Lutetiana, Plantiniana & Commeliniana* τὸ ἔτι, qvod in *Romana, Brubachiana, & Cratandrina* omiſſum eſt; qvum & ſenſus & metri ratio poſtulet; οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ᾽: ἀλλ᾽ &c.

b. 3. 4. ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἔργματι κεῖτο τέλος] id eſt, *Qvodlibet exercitium ſimplex erat, & in & cum ſeipſo integrè terminabatur.* Poſteà verò τὸ πένταθλον compoſitum qvoddam fuit, ubi ἐφ᾽ ἑνὶ ἔργματι οὐ κεῖτο τέλος, ſed qvinqve certamina ſimplicia in eo conjuncta erant, videlicet ἅλμα, δίσκος, ἀκόντιον, δρόμος, πάλη, ἐφ᾽ ὧν πέντε συζευγμένων κεῖτο τέλος. Vide *ad Ol. ιγ.* Hoc πένταθλον, Caſtoris & Jolai ætate nondum erat introductum: qvaſi dicat aliàs etiam in illis ſeſe exercuiſſent, & viciſſent. Qvi τὸ τέλος hic exponũt *Corona, Merces, Præmium*, aberrant. Cuilibet enim certanti ἐφ᾽ ἑκάστῳ ἔργματι κεῖτο τέλος: interim non omnibus dabatur præmium, ſed ſoli victori.

b. 4. τῶν] ſc. ἐργμάτων ἑκάστων, *qvorum certaminum ſimplicium. Lonic.* inconvenienter reddidit, *Siqvidem* Philippus, *Propter qvæ.*

b. 6. ῥεέθροισί τε Δίρκας] id eſt Thebis ubi fluenta Dirces ſunt. *Pauſ. Bœot.*

b. 6. ἔφανε] Ita omnia, qvæ vid exempla habent. Lego ἔφανεν, Bœoticè pro ἐφάνησαν, ſicut paulò ante ἐτέκνωθεν, pro ἐτεκνώθησαν: & ἴεν pro ἵεσαν: eadem dialecto. Aliàs σόλοικον eſſet, cùm ratione Numeri ſingularis pro plurali: tùm ratione Aoriſti ſecundi Activi, *Oſtendit*, pro Paſſivo, *Conſpecti fuerunt. Lonicerus* contra omnem contextum reddidit,

qvo

qvod apparuit, deceptus voce ἔφανε: qvam tamen oportebat eſſe ἐφάνη, vel Æolica & Bœotica dialecto pro ἐφάνη poni. Sed contextus utramvis reſpuit.

b. 7. παρ' Εὐρώτα] id eſt, Lacedæmone, vel in Laconia, ubi eſt Eurotas fluvius. *Pauſ. in Lac.*

B. 1. Ἰφικλέος μὲν παῖς] id eſt, *Jolaus qvidem Iphiclis filius.* Qvos modò ſub uno verbo ἔφανεν comprehenderat, nunc ſeorſim patria ſede diſcernit, & patribus. *Lonicerus* poſt πέλας punctum ponens, & τὸ Ἰφικλέος, initium novæ ſententiæ faciens, totum textum depravat turpiter, τὸ μὲν per *enim* ſeu μὲν γὰρ exponẽs, & qvum μερισμὸς συλλήψεως præcedentis ſit, αἰτιολογίαν ineptè facit, & Participia ἐὼν & οἰκέων Indicativè reddit, *Erat, incolit*: planè citra Poetę mentem.

B. 2. σπαρτῶν γένει] i. e. *Satorum generi*, hoc eſt, Thebanis. Creditum enim fuit, Cadmo Thebarum autori, ex ſatu dentium Draconis homines è terra enatos fuiſſe, qvi tamẽ mutuis ſtatim ictibus ceciderint, adeò ut ſuperſtites tantùm qvinq; remanſerint, Chthonius, Hyperenor, Pelorus, Vdæus, & Echion, qvi poſteà σπαρτοὶ, q. d. *ſati* appellati fuerunt, ut eſt apud *Pauſan. in Bœot.* Inde poſteà Thebani omnes, σπαρτοὶ fuerunt dicti: ut & Καδμεῖοι, à Cadmo primo Thebarum autore. *Lonicerus* reddidit: *Spartanorũ generi contribulis erat.* Qvod σφάλμα pro *Spartorum* exſcriptum putares, niſi in Scholiis ſuis hæc adderet: *Oſtendit nonnihil ſocietatis & neceſſitudinis inter SPARTANOS & Thebanos viguiſſe, dum Jolaum SPARTIATIS contribulem facit. A SPARTA enim relicti, Thebanorum ſunt facti exſtructores, ut Hyperenor, Chthonius, Pelorus, Vdæus, Echius*, [pro Echion, ex errore Scholiaſtæ hoc loco depravati.] *Hinc & Jolaus & alii Thebani, non iniuria cum SPARTIATIS contribules ſunt.* *Aretius* ſimiliter: Origine *Spartanus* fuit Iphicles Jolai pater. Nam ut *Scholia* teſtantur, qvi *Spartanis* (ſol heiſſen *de viris à Cadmo ſatis*) relicti fuêre, Thebas exſtruxere & inhabitarunt. Itaqve & Jolaus fuit civis Thebanus, & origine gentis LACEDÆMONIUS SPARTIATA. Error manifeſtus, pluribus non indiget. *Infrà Iſthm. ζ. α. 5.* ubi σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν mentio fit, rectiùs rem conſideravit *Lonicerus*. *Cavendum*, inqvit, *ne hîc per Spartas, Lacedæmon, vel Lacedæmonii intelligantur.* Sed in eo tamen adhuc errat, qvòd τὸ σπαρτῶν hoc loco; ut & *Pyth. θ. δ. 13.* genitivum Pluralem ſecundæ vel primæ cenſet, qvaſi à Nominativo Singulari ὁ σπάρτης vel ἡ σπάρτη, & Subſtãtivum: qvum ſit Adjectivum tertiæ, ab ὁ σπαρτός, *Satus, Seminatus.* Qvod Juventutem admonendi, non bonos viros ſugillandi ſtudio, huc notare volui.

B. 3. Τυνδαρίδας δὲ] i. e. Caſtor τοῦ Τυνδάρεω filius.

B. 3. ἐν Ἀχαιοῖς] *inter Achivos*, h. e. in Laconia. Olim enim ſoli Lacedæmonii & Argivi, ex omnibus Peloponneſi incolis, Ἀχαιοὶ fuerunt dicti, ab Achæo, utrorumq; populorum Rege. Sed poſteà ab Heraclidis expulſi in eas partes conceſſerunt, qvæ nunc Achaia dicuntur. *Pauſ. in Ach.*

B. 4. ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος] ἡ Θεράπνη, urbs Laconiæ, à Therapne Lelegis filia dicta. Fuit ibi

τῶν Διοσκέρων inſigne templum. ἕδος vocat, reſpectu Caſtoris ibi olim habitantis & qvaſi ſedentis: hat ſeine Reſidentz oder ſeinen Sitz alldar gehabt. ὑψίπεδον, reſpectu ſitus oppidi in loco paulo editiore. In οἰκέων, facienda eſt συνίζησις.

B. 5. Ἐγὼ δὲ Ποσειδάων] Regreſſio ad laudes Herodoti, qvibus admiſcet celebrationem Neptuni, Iſthmi, Oncheſti, Orchomeni. Ducit autem eas laudes, I. à mira fortuna patris Aſopodori, qvi Thebis in exilium ejectus, & apud Orchomenios hoſpes: ſed poſteà in integrum reſtitutus fuit. Atqve hanc Fortunam commẽdat ab effectu, qvòd faciat νόον καὶ προμάθειαν. II. ab honeſto, ſine invidia tribuendi gloriam ijs, qvi virtutem ſibi compararunt & ſumptibus & laboribus. III. à facili laudum Sapienti, qvòd κοῦφα δόσις ſit ἀνδρὶ σοφῷ, pro omnigenis laboribus virum bonum laudare. IV. ab utili, qvia ejuſmodi laudibus erigitur honeſtas publica, & promovetur bonum publicum. V. à pari & convenientia mercedis. Nam ut iis qvi Famis depulſionem qværunt, v. g. Paſtori, Agricolæ, Aucupi, Nautæ, &c. præmium debetur Vtile: ſic Famam qværentibus v. g. Certatoribus & Militibus præmium debetur Honeſtum & Glorioſum. VI. à copia victoriarum, videlicet, Iſthmicæ præſentis, ob qvam Neptuno debentur gratiæ, Herculanæ, Jolaiæ, Orchomeniæ, Eleuſiniæ, Euboicæ, Proteſilaiæ, & aliarum, qvas præcidit, partim ob earum multitudinem, & enumerationis impoſsibilitatem: partim ob propoſitam hymni brevitatem. Addit deniqve Præciſionis excuſationem, qvoniam Reticentia nonnullorum, etiam ſuam gratiam habet.

B. 5. Ποσειδάωνι] ut Præſidi ſupremo, & Deo tutelari ludorum Iſthmicorum, & cui victoriam hanc
acceptam refert.

B. 6. Ἰσθμῷ τε ζαθέα] utpote loco
certaminis & victoriæ præſentis. ζα-
θέαν vocat Ἰσθμὸν propter templum
Neptuni: tum & fana alia, qvæ in
Iſthmo fuerunt, de quibus *Pauſania*
in Corinthiacis. Vtitur genere fœmi-
nino, Jonicè & Atticè.

B. 7. Ὀγχηστίαισιν τ᾽ ἀϊόνεσσι] ἡ Ὀγ-
χηστὸς oppidum Bœotiæ ab Oncheſte
Neptuni filio nominatum, Neptun
Oncheſtii tẽplo nobile. *Pauſ. in Bœot*
Ripas Oncheſtias vocat Poëta, qvi
ad lacũ Copaidem qvæ & Cephiſsia
palus dicitur, ſita eſt, *Strabo l.*8. On-
cheſti autẽ hîc meminit, in honorem
Neptuni præſidis Iſthmiorũ. *Homer*
Iliad. β. *v.* 505. Ὀγχηστόν θ᾽, ἱερὸν Πο-
σιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος.

B. 9.10. τοῦδ᾽ ἀνδρὸς ἐν τιμαῖσι] *inte*
huius viri honores vel laudes. *Lonicer*
Victoris hujus nomine, minùs benè.

γ. 1. Ὀρχομενοῖό τε πατρῴαν ἄρε-
ραν] Plures ſunt urbes huius nomi-
nis, in Theſſalia, in Macedonia, in Ca-
ryſtia Eubœæ, in Arcadia, & cuius hî
fit mentio, in Bœotia, qvæ μινύειος
& Poëticè μινυήιος, ad differentiam
reliqvarum Ὀρχομενῶν cognomina-
tur, à Minya Rege, à qvo etiã ii, qvi-
bus imperavit, populi, *Minyæ* dein-
ceps appellati fuerunt. Hujus Miny
filius fuit Ὀρχομενός, qvo regnant
urbs qvoq; Ὀρχομενός, & cives Ὀρ-
χομένιοι audierũt. Manſit tamen ni-
hilominus & Minyarum vocabulum
qvo ab iis qvi in Arcadia & alibi ſun
Orchomeniis diſtingverentur. *Pau*

in Bœot. Infrà δ. ς. per Μινύα μυχὸν, hæc ipſa Ὀρχομενὸς notatur. Vrbs fuit illuſtris, ſi qva alia in Græcia, & rerum geſtarum gloria inſignis. *Pauſan. loco dicto.* Divitiis etiam beatiſsima, *Pauſ. in Att. & Bœot.* adeò ut *Homerus* etiam divitias magnas ei tribuat. *Iliad. ι. v.* 380. οὐδ' ὅσ' ἐς Ὀρχομενὸν ποτινίσεται. *Suprà Ol. ιδ'. α. 4.* eandem ob cauſam λιπαρὰ dicitur. Orchomeni antè Poëta in hoc ἐπινικίῳ meminit, propter beneficium Aſopodoro Victoris patri præſtitum. Qvum enim Aſopodorus in ſeditione qvadam Thebis ejectus eſſet, Orchomenum cõfugit, ibiq; tutum hoſpitium, & alia commoda, & tantùm non patriam natalem invenit. Qvam ob cauſam & Poëta hîc eam Aſopodori πατρῴαν ἄρουραν vocat; *qvum Patria ſit, ubi alicui benè eſt, & Viro forti Patria ſit non natale tantùm, ſed omne ſolum.* Qvod non animadvertentes *Interpretes*, mirè ſe hîc torſerunt. *Alii* enim cenſuerunt, Aſopodorum & Herodotum filium, ſolo natali Orchomenios fuiſſe, & proinde ita in ἐπιγραφῇ, pro Ἡροδότῳ Θηβαίῳ, ſcripſerũt, Ἡροδότῳ Ὀρχομενίῳ. ut *ſuprà* meminimus: qvum tamen Ἰσθμιονίκην Thebanum celebrari, prima στροφὴ abunde convincat. *Alii* Orchomenum ſub poteſtate Thebarum fuiſſe, & ideò Herodotum Orchomenium, Thebanum à Poëta habitum. *Alii*, Aſopodorum fuiſſe Orchomenium & Thebas commigraſſe. *Alii*, Aſopodori parentes, Orchomenios fuiſſe. Alii, patrem Aſopodori Thebanum, Matrem verò Orchomeniam fuiſſe. Omnes ſine ratione, & autoritate.

γ. 2. ἄ νιν] *Didymus* dubitavit, utrum τὸ νιν ad Ἀσωπόδωρον, an verò ad Ἡρόδοτον ſit referendum! Verùm rem manifeſtam arbitramur. Poëta .n. ἀγακλέα Ἀσωποδώρου αἶσαν γαρυσόμενος, eandem hiſce verbis exponit. Itaqve *ad Aſopodorum* refertur.

γ. 2. ἐρειδόμενον ναυαγίαις] ἡ ναυαγία, *naufragium* eſt, ipſum videlicet damnum. τὸ ναυάγιον, *idem nonnunqvam*: ſed ſæpè etiam *reliqvias vel navis fractæ, vel contentorum in navi* notat. *Thucydides lib. 6.* τὰ ναυάγια ἀνελκύσαντες τῶν Συρακουσίων. *Idem lib. 1.* πρὸς τὰ ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἐτράποντο. Legendum ergò & hîc cenſeo, ἐρειδόμενον ναυαγίοις, *ſuffultum, vel nixum ac ſuſtentum naufragii tabulis*, ut optimè vertit *Portus*, hoc eſt, fortuna favente, cui ceu Naufragus tabulæ adhæſit, adhuc elapſum. *Lonicerus* minùs benè reddidit, *Naufragio gravatum*, ſecutus *Scholiaſten*, qvi βαρυνόμενον (puto legendum φερόμενον) ἐπὶ τῆς ναυαγίας, expoſuit.

γ. 3. ἐξ ἀμετρήτας ἁλός] *ex immenſo mari*, id eſt, ex inextricabili malo ſeditionis, qvod tempeſtati comparat, ut & alibi. Sermo eſt ἀλληγορικός.

γ. 5. 6. ἀρχαίας ἐπέβασε πότμος συγγενὴς εὐαμερίας] ſc. μιν vel αὐτόν. *Fortuna congenita rurſus aſcendere fecit*, h. e. *reſtituit eum priſtinæ ſerenitati vel felicitati.* Verbum ἐπιβαίνω enim, præſertim qvando tempora à βάω mutuatur, ut hic ἐπέβασε, vel ἐπέβησε, in Activa διαθέσει, cum Genitivo conſtructum, ſignificat, *Aſcendere facio, Potiri facio, Colloco, Reſtituo*, &c. ut *Homer. Il. θ. v.* 129. — ὄν ῥα τόθ' ἵππων ὠκυπόδων ἐπέβησε, *aſcẽdere fecit.*

Et v.165. πύργων ἡμετέρων ἐπιβήσεαι, *collocaberis in turres noſtras. Et v. 197.* —νηῶν ἐπιβησέμεν, *in naves conſcendere facere. Et v.285.*—εὐκλείης ἐπίβησον, *bonâ famâ potiri-facito. Lonicerus* itaqve minùs commodè: *Cognatum priſtinæ felicitatis fatum acceſſit.* Per πότμον συγγενῆ, ut & *Nem.* ε. γ.7. & *Olymp.* ιγ. *e.*5. per δαίμονα γενέθλιον, intelligit *fortunam uniuscuiuſqve genuinam,* qva alter altero felicior eſt naturaliter, ſive ea ab aſtris ſuo modo depēdeat, ſive à geniis Dei nutu gubernetur. Hanc Aſopodoro ejuſmodi contigiſſe innuit, qvæ diu ei adverſari neſciverit, qvin ſui memor ſecunda mox iterum aſpirarit. Intelligit autem ἀλληγορικῶς Aſopodorum in patriam ſuam Thebas revocatum & reſtitutum.

γ.6. ὁ πονήσαις ᾗ] γνωμικῶς fortunam hanc Aſopodori commēdat, ab effectu, qvia ejuſmodi παθήματα ſunt μαθήματα. *Vexatio dat intellectum.* Man lernet ſich deſto beſſer vorſehen. Das iſt προμάθεια. *Heſiod.* παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω.

g. 1. εἰ δ᾽ ἀρετᾷ κατάκειται] Aliqvi legerunt: εἰ δ᾽ ἀρεταὶ κατάκειται, exponentes, pro κατάκεινται, ſine omni cauſa. *Ariſtarchus*, εἰ δ᾽ ἀρετᾷ κατάκειται, qvaſi eſſet ſenſus; *Si hoc virtuti adjacet*, vel ut alii expoſuerūt, *Si ipſe Herodotus incumbit virtuti.* Reclamante omnibus Syntaxi & contextu. Reddendum verò eſt: *Si virtus poſita eſt, vel conſiſtit.*

g. 1. πᾶσαν ὀργὰν] Ellipſis τοῦ κατά. Ὀργὰ autem hîc non *Iram*, ſed ut alibi ſæpè, *Impetum*, aut *Studium* ſignificat, *In qvovis Studiorum genere.* q. d. Man nehme vor was man wil/ ſol was redliches draus werden/ ſo gehöret geld und fleis darzu. Lonicerus, *Omni ſua ratione & modo.* Philippus, *Omnimodo*: Minùs benè.

g. 2. δαπάναις τε καὶ πόνοις] Hæ enim ſunt duæ cauſæ Virtutis & laudabilis habitus ejuſdem, ὧν οὐκ ἄνευ: qvarum altera ſi deficit, vix aliqvid ſperari poteſt fructuoſum. *Haud .n. facilè emergunt, qvorum virtutibus obſtat res anguſta domi.* Laborem verò qvi fugit, ipſum laboris fructum fugit. *Infrà Iſth.* ς. *a.* 1. 2. etiā has duas cauſas conjungit Poëta: ut & *Ol.* ε. *a.* 15. ubi dicit: αἰεὶ δ᾽ ἀμφ᾽ ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται. Τὸ π post δαπάναις, pro longa ponitur.

g. 3. 4. χρή νιν εὑρόντεσσιν, κόμπον φέρειν] ad τὸ φέρειν ſubaudiendus eſt accuſativus aliqvis præcedens, hac Syntaxi: χρὴ [ποιητὰς, vel ἡμᾶς &c.] φέρειν κόμπον ἀγάνορα εὑρόντεσσι νιν, ſc. ἀρετάν, h. e. *afferre vel tribuere laudes iis qvi invenerunt eam.* Τὸ εὑρόντεσσιν .n. ſubjungitur non τῷ χρὴ, ſed, τῷ κόμπον φέρειν. Minùs convenienter ergò Lonicerus: *Æqvum eſt ut ii, qvi ipſam conſecuti fuerint, eximiam laudem ferant.* Senſu qvidem eodem recidente: Sed verbis tamen aliter hunc ſenſum efferentibus.

g. 5. δόσις] Ita habet *Romana, Brubachiana & Cratandrina. Lutetiana* verò *Plātiniana & Cōmeliniana*, δότις. Perperam. Nam nullū Verbale à tertia ſingulari preteriti Paſſivi in ις fit qvod Rei ſignificationem habeat: licet Perſonarū fœminearū qvalitatē interdū exprimant, ita tamen ut ante ſe habeant Maſculina Verbalia, ex qvib. proximè formētur per Motionē: ut αἰχμαλωτίς, *fœmina captiva*, à Maſculino αἰχμάλωτος. Qvòd ſi qvis Dialecto aliqva excuſare volet: illū autoritatem probatam afferre oportebit.

g. 7. ξυ-

g. 7. ξυνὸν ὀρθῶσαι καλὸν] Exempla ſcilicet Virtutis laudando, & eadem ſimul ad imitandum proponendo.

G. 3. ὀρνιχολόχῳ τε] i. e. *aucupi, qvi avibus inſidias ſtruit. Plutarchus in libello, de Pythiæ oraculis*, hunc locum allegans, licet in caſu & ſenſu alio, ἀρόται τε, ὀρνιθολόγοι τε habet; qvod poſterius *Interpretes* reddunt *Augures.* Sed videtur hæc diverſitas ex ψευδογραφίᾳ orta eſſe.

G. 4. καὶ ὃν πόντος τρέφει] *Chryſippus* exponit, ἐμπόρῳ, *Negociatori*, qvi transmarinas merces advehit: *Didymus*, ἁλιεῖ, *Piſcatori*, qvi eſum ſibi è mari capit. Poteſt etiam in genere intelligi qvivis Nauta, qvi victum ex re nautica ſibi parat, ſive negociando, ſive piſcando, ſive operam nauticam alijs præſtando.

G. 5. γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν] Non eſt alius vitæ generis ad priora adjectio: ſed præcedentium omnium generalis qvædam declaratio, qvoad finem eorum, qvi omnibus communis eſt, γαστρὶ ἀμύνειν λιμόν. Inconvenienter ergò *Lonicerus* reddidit: *Et ei qvi à ventre ſuo famem diſpellere molitur.* Reclamat etiam Caſus, μηλοβότᾳ, ἀρότᾳ, ὀρνιχολόχῳ, [τῷ] ὃν πόντος τρέφει, καὶ πᾶς τις, non καὶ παντί τινι &c:

G. 5. πᾶς τις] *qvivis horum*, ſive ſit μηλοβότας, ſive ἀρότας, ſive ὀρνιχολόχος, ſive ποντότροφος. *Aretius* malè ad μισθὸς refert, hac Syntaxi: γαστρὶ δὲ πᾶς μισθός ἐστιν, ὅστις τέταται ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ, exponens: μηλοβότης, *opilio*, ſuum habet finem, gregis ſui incrementum, agnos pulcherrimos ducit. Ἀρότης, ſuas miratur ſegetes, & in his acqvieſcit, tanqvam fine proximo. Ὀρνιχολόχος, avium capturam præfert. Piſcator vel Mercator, Piſcibus vel mercimonijs delectatur. Sic alij alijs præmijs. Nam ſingula ſingulis ſunt μισθός. Solus Venter errat incertis præmijs. Qvicqvid famem ſedat, hoc illi μισθὸς eſt. Sic enim hanc ſententiam puto intelligendam; γαστρὶ δὲ πᾶς τις ἀμύνων λιμὸν αἰανῆ τέταται. Nam ſic ordo eleganter ſuccedit: μισθὸς ἄλλοις ἄλλος, h.e. *non omnes ad eundem finem reſpiciunt:* γαστρὶ δὲ πᾶς, ſcil: μισθὸς, ὅστις τέταται, *qvicqvid conatur famem ſedare, hoc ille reſpicit.* Locus eſt de gula & ventris ingenio. Rectè dicitur carere auribus. *Hactenus Aretius.* Inconvenienter huic loco.

G. 6. λιμὸν αἰανῆ] Vide *ad Pyth.* α. ε. 5. Qvod ſi autem *Plato lib.* 3. *de Rep.* illum verſum *Homericum Odyſſ:* μ. v. 342. Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν, Juveni temperantiæ ſtudioſo non audiendum cenſet: hauddubiè etiam αἰανῆ λιμὸν coram eo nominari non patietur. Qvaſi verò falſum qvid vel in epitheto hoc vel in verſu illo inſit, & non potiùs ad agendum aliqvid, qvo fames honeſtè propellatur, Juventutem adhortari valeat.

G. 6. τέταται] *intenſus vel intentus eſt depellens* &c: occupatus eſt depulſione famis, à τείνω, *tendo, intendo*. Sic *Pyth.* ια. *d.* 2. ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαι, *in mediocres virtutes intentus ſum.* Sic *Diod: Siculus lib.* 1. *pag.* 23. μάλιστα πάντων εἰς ταῦτα ἐπιταθέντες, *maximè omnium in hæc incumbentes, his occupati.*

G. 9. εὖ ἀγορηθεὶς] *benè laudatus.* τὸ α hîc productum eſt. Thema eſt

ἀγορέω, à qvo & ἀγορήσατο exſtat *Odyſſ: ν. v. 171. Iliad. α. v. 73. 253:* & alibi paſſim. Obſervandum contra eos, qvi hoc Verbum duntaxat in Compoſitione inveniri volunt, παρηγορέω, κατηγορέω &c: imò & hæc ipſa Compoſita, non ex ἀγορέω deducunt, ſed ex ἀγορεύω præter omnem neceſsitatis rationem ineptè extorqvent. Cujus opinionis autor *Euſtathius* eſt.

δ. 1. Κρόνȣ σεισίχθον' υἱὸν] i. e. *Neptunum.*

δ. 2. γείτονα] *Vicinum* appellat Neptunum, partim propter Oncheſtum Thebis vicinam, ubi peculiariter colebatur; partim qvia Thebis Neptunus ἱπποδρόμιος, uti & mox Poëta eum appellat, in peculiari templo cultus fuit; ut expoſuit *Chryſippus.*

δ. 2. ἀμειβομένοις] pertinet ad ἄμμι, Nobis vices reddentibus gratitudine & cultu.

δ. 2. εὐεργέταν ἁρμάτων] *curribus beneficum*, ſervando videlicet eos in certaminibus, præſertim ad Taraxippum, de qvo ſuprà, & ad metam feliciter promovendo. Item qvi Curruũ aurigationis invẽtor creditꝰ fuit.

δ. 3. ἱπποδρόμιον] *eqveſtrem Neptunum*, Curſibus eqvorum præfectum, ſicut nomine hoc cultum Thebis jam modò diximus. Eodem ſenſu aliàs ἵππιος cognominatus fuit, utpote εὐεργέτης τῆς ἱππικῆς, ut conjicit *Pauſanias in Achaicis lib. 7.* Ideò & Menelaus *Il: ψ.* in certamine eqveſtri Antilochum, γαιήοχον, ἐννοσίγαιον jurare jubet, tanqvam certaminum ejuſmodi ſupremum præſidem. *Pamphos* verò antiqviſsimus apud Athenienſes Hymnorũ ſcriptor, ἵππων δοτῆρα eũ eſſe dixit, ut habet *Pauſanias ibidẽ.*

δ. 3. κελαδῆσαι] propter conceſ-ſam videlicet hanc præſentem victo-riam Iſthmicã de certamine curru-

δ. 4. καὶ σέθεν Ἀμφιτρύων παῖδας] Herculem ſcilicet & Iolaum. Συλ-ληπτικῶς autem παῖδας eos nomi-nat, qvum alter tãtùm Hercules Am-phitryonis filius fuerit, & tamen non tàm natura qvàm cura: alter verò Io-laus, Iphiclis filius, & ita Amphitryo-nis nepos. Hos a. gratiarum action-alloqvẽdos cenſet, propter Ἡράκλεια & Ἰόλεια, qvæ Thebis habebantur in qvibus & ipſis vicit Herodotus.

δ. 5. τὸν Μινύα τε μυχὸν] i. e. *Orcho-menum Bœotiæ*, de qva paulò antè i-hoc εἴδει. Ibi enim Μινύεια ageban-tur, in qvibus item vicit Herodotus

δ. 6. τὸ Δάματρος κλυτὸν ἄλσος Ἐ-λευσῖνα] ἡ Ἐλευσὶς vel Ἐλευσὶν vicu-Atticæ, ubi agebantur Δημήτρεια & Ἀνακαλυπτήρια, in Cereris & Pro-ſerpinæ honorem. Præmium era-corona ex hordeo. Etiam hîc Hero-dotus victor proclamatus.

δ. 6. καὶ Εὔβοιαν] ubi celebraban-tur βασίλεια, in qvibus itidem Hero-dotus vicit.

δ. 7. ἐν γναμπτοῖς δρόμοις] *in infle-xis curriculis.* Neqve enim ſimplic-ductu currus agebantur, ſed ad cer-tam aliqvam metam aliqvoties in-flectebantur, & ita unum idemq; ſpa-cium aliqvoties curru emenſuraba-tur: ſi eqvi jungebãtur τέλειοι, duode-cies: ſi πῶλοι, octies. *Vide ad Ol: γ. γ*

d. 1. Πρωτεσίλα, τὸ τεὸν δὲ τέμενος συμβάλλομαι] Apoſtrophe ad Protc-ſilaum Iphicli Phylacę Regis in The-ſalia filium, cujus τέμενος ſe cũ prio-ribus conjungere dicit. Nam & i-Πρωτεσιλείοις Herodotus victor eva-ſit. τὸ τέμενος, eſt *locus aliqvis ſacer & ſegregatus, certæ alicui rei aut perſon-dicatus*, non tantùm *templum*, ſed &

emſtu

tractus terræ, à τέμνειν. qvod à reliqvo loco qvaſi reſecetur & ſegregetur. *Homerus Il: ζ. v.*194. καὶ μὲν γ᾽ οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον &c.

d. 1. τὸ τεὸν ἀνδρῶν Ἀχαιῶν] τεὸν h.e. τοῦ Πρωτεσίλα vocat, reſpectu objecti, ſeu perſonæ, qvæ ſacris in illo τεμένει colitur: Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν verò vocat idem τέμενος, reſpectu cauſæ efficientis ſeu perſonarum qvæ dedicarunt, puta Ἀχαιῶν. Per Ἀχαιοὺς intelligit nõ eos Græcos qvi Achaiæ poſteà nomen dederunt, poſtqvã ab Heraclidis expulſi eò conceſſerunt: ſed Synecdochicè *omnes Græcos*, qvi qvidẽ ab Ilio reverſi fuerunt; præcipuè Lacedæmonios, & Argivos, qvorum Reges Menelaus & Agamemnon fratres ſummi duces belli erant, & in qvorũ gratiam reliqvi Græci unà ad Ilium profecti fuerant: qvi duo populi etiã olim communi nomine Ἀχαιοὶ dicebantur, ab Achæo, cujus filij Laconiã & Argos antiqvitus occupârant: uſqvedum poſteri eorum ab Heraclidis inde expulſi in Ægialum cõfugerint, & loco Achaiæ nomẽ dederint. *Pauſ. in Ach.* Ἀχαιοὶ ergò, Proteſilao à Troianis ante omnes alios interfecto, reverſi in Phylace Theſſaliæ ἐπιτάφιον ἀγῶνα in τεμένει, h. e. loco peculiari ad eam rem deſtinato inſtituerunt, in gratam memoriam, qvòd, qvum oraculum haberent; Eum, qvi primus ex nave in littus Troianum exilijſſet, primum etiam ab hoſtibus interfectum iri; & propterea nemo primus nave exire vellet; ipſe præ & pro omnibus ultrò primus exierit.

d. 3. ἀγώνιος Ἑρμᾶς] i. e. τῶν ἀγώνων προστάτης, vel ut *Nem.* 1. *G.* 8. dicitur, ἀγώνων μοῖραν διέπων. & *Ol.* ς. *D.* 3. ὃς ἀγῶνας ἔχει. Eodem ſenſu *Pyth.* ϐ. *A.* 3. ἐναγώνιος appellatur.

d. 4. Ἡροδότῳ ἔπορεν ἵπποις] *Eqvis Herodoti dedit.* Nam τὸ Ἡροδότω eſt genitivus Doricus pro Ἡροδότου. Decipiuntur ergò qvi jota ſubſcribunt, & Dativum eſſe arbitrantur. In ἔπορεν, ultima pro longa ponitur.

d. 4. ἀφαιρεῖται] *aufert*, i. e. non ſinit, prohibet.

d. 5. βραχὺ μέτρον ἔχων ὕμνος] i. e. βραχυλογία mihi propoſita. Cẽſent Interpretes, Poëtam tectè intelligere tenuitatem μισθοῦ ſeu pręmij, ad cujus qvantitatem etiã hymnum velit eſſe ἀνάλογον. Ut ita μέτρον tã ad μισθὸν, qvàm ad verba hymni ſuum reſpectum habeat. Qvod non rejiciẽdum.

d. 6. τὸ σεσωπαμένον εὐθυμίαν μείζω φέρει] Facit enim ad commendationem perſonæ, partim ob copiam virtutum, qvarum plures qvàm commemoratas novit ſæpè Auditor ipſe, & ita qvodammodò innumerabiles ſecum reputat: partim ob modeſtiã, qvæ, qvũ plures recenſeri potuiſſent, tamen aliqvas omittit, ne glorioſè omnes oſtentare velle, ſed vel aliqvas ſaltem (qvanto magis omnes) ad laudem ſufficere, judicare videatur. Vide *Iſthm.* ε. *g.* 3. τὸ σεσωπαμένον eſt συγκοπὲν, pro σεσιωπαμένον. Vel ſi σεσιωπαμένον ſcribendum eſſet: facienda tamen eſſet συνίζησις τοῦ ι καὶ ω. Alii qvi cenſent, Poëtam ideò qvædam reticere, qvia non ſatis rectè ſe habeant. Accidiſſe enim Herodoto in Nemeis aliqvid ſiniſtri, ob qvod Nemea reticeri ſatius erat, & Herodoto honeſtius atq; gratius, qvàm proferri, non ſine labe laudum reliqvarum. Sed prior expoſitio textui convenientior eſt, qvàm altera, qvæ hiſtoriã etiam caret.

D. 1. εἴη μιν εὐφώνων] Epilogus, habens initiò Votum plurium

victo-

victoriarum futurarum, præſertim Pythicæ & Olympicæ: utq; ob eas eximijs carminibus celebretur Herodotus: & ita ulteriùs qvoqve decus in patriam ſuam conferre poſsit. II. Qvia Poëtæ, ejuſmodi victorias carminibus celebrantes, & ita Victores immortales facientes, liberali & condigno præmio afficiendi ſunt; ſubjicit admonitionem de uſu divitiarum *& Liberali*, ne teneantur occultæ & qvaſi captivæ, in nullius, neq; poſſeſſoris, nedum aliorum uſum impenſæ: *& Modeſto*, ne fortuna elati, alijs inſultemus. Unde colligi poteſt, Herodotum hunc divitijs valuiſſe. Deniqve dehortationem ab abuſu earundem *illiberali & immodeſto*, qvoniam ille animam etiam non cogitanti perdit, & gloria morientem privat.

D. 1. πτερύγεσσιν ἀερθέντα Πιερίδων] *alis Muſarum ſublatum*, h. e. carminibus eximijs celebrem & immortalem redditum. ἀερθέντα, ab ἀείρω eſt, *attollo, elevo.* Minùs commodè Lonicerus, *Excitatus*; qvaſi eſſet ἐγερθέντα.

D. 2. ἀγλααῖσι] Lego cum *Lutetiana, Plantiniana & Commeliniana*, ἀγλααῖς. Nam aliàs ſyllaba præter rationem abundat.

D. 4. 5. ἐξαιρέτοις Ἀλφεοῦ ἔρνεσι] i. e. κοτίνῳ, *Oleaſtro*, ſeu ut alibi à Poëta noſtro appellatur, ἐλαία, *Olea.* Cujuſmodi arbores Hercules ex locis Hyperboreis allatas, ad Alpheum plantavit, ut eſt *Olymp. γ.* ἐξαίρετα vocat illa ἔρνη, non reſpectu materiæ aut ſubſtantiæ, ſed ob Relationem, qvòd præmium fuerint virtutis ἐξαιρέτου in Olympijs. Cæterùm, qvod *ſuprà ad Pyth. ε. α. 12.* notatum, ſe
Τυποθετῶν ῥαθυμίᾳ omiſſum fuit
hac occaſione monere placuit, a
hoc fluvio Alpheo, Dianam non tan
tùm Ἀλφειῶαν fuiſſe cognomina
tam, ſed & Ἀλφειαίαν, Letrinæis i
Elide, teſte *Pauſ: El: poſt:* Et Dian
Ἀλφειονίας ἢ Ἀλφειούσης lucum ad o
ſtia Alphei fuiſſe, *Strabo lib. 8.* auto
eſt. Referantur hæc ad locum nota
tum. *Pyth. ε. α. 12.*

D. 5. φράξαι χεῖρα] pro στεφα
νωθῆναι, *coronari*; à conſeqventi, h. e
accipere. φράξαι autem, h. e. πλη
ρῶσαι, ἐμφατικῶς dicit, *ſtipare, im
plere manum*, ut plures coronas no
tet, die er kaum alle in den Hände
halten könne.

D. 8. Πλοῦτον κρυφαῖον] De Plu
ti captivitate & cæcitate, vide *Plutu
Ariſtophanis.*

D. 9. ἄλλοισι] ſc: *non ita divitibu*
pauperioribus. *Chryſippus* legit
λαοῖς, h. e. *cæcis.* Qvod etſi *Schol*
ad cœcitatem Pluti referri poſſe cen
ſent: tamen à ratione metrica repu
diatur, niſi ◡ ◡ pro – poni velimus
& tamen textui non qvadrat.

D. 10. ψυχὰν αΐδα τελέων] mi
dem Teuffel ſeine Seele drüber zolle
Id enim hoc loco eſt τελεῖν, *pender*
qvaſi τέλος exſolvere.

D. 10. τελέων οὐ φράζεται] pro τ
λεῖν οὐ φράζεται, *non intelligit vel c
gitat ſe pendere.* Verba enim γνωσ
τικά, eleganter pro Infinitivo Part
cipium regunt. Virgil: *ſenſit medi
delapſus in hoſtes*, h. e. ſe delapſum
ſe. *Æneid. 2.*

D. 11. δόξας ἄνευθεν] moriunt
ejuſmodi divites inglorij, wird jhn
wenig guts nachgeſaget.

Εἰδ

ΕΙΔΟΣ Β.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ΑΚΡΑΓΑΝ-τίνῳ.

SEcundum hoc εἶδος Xenocrati Agrigentino inſcriptum eſt,ob currulem victoriam,ut ex textu patet, licet in ἐπιγραφῇ non exprimatur. Eſtq; hic hymnus ἀποςολικὸς,transmiſſus videlicet per Nicaſippum qvendam, ſive tabellarium ſive Choragum, ut ex Epilogo apparet. Totus autem non ad Xe-ocratem ipſum,ſed ad Thraſybulum,directus eſt. De qvo, ut & Xenocrate pſo, qvàm diverſæ ſint ſententiæ, *ſuprà ad Pyth.* ϛ. qvod eidem Xenocrati in-criptum eſt, bona parte monitum fuit. *Artemon*, qvi aliàs de rebus Siculis urioſè ſcripſiſſe dicitur, Xenocratem Theronis συγγενῆ indefinitè cenſuit: vum Fratres fuerint,ut ſuprà oſtenſum. Sic & Thraſybulum *Ariſtarchus*, enocratis fratrem: *alij* Patrem fecerunt: *Aretius*, qvid in hac ſententiarum iverſitate ſtatuendum ſit,vix eſſe dicit. Verè autem Thraſybulum hunc,Xe-ocratis filium fuiſſe, *Pythiorum* ϛ', ex textu evictum fuit: & idem ſub fi-em hujus εἴδους ſatis liqvet,ubi Thraſybulum, ἀρετὰν πατρῴαν, id eſt, *vir-tutem paternam*, qvam ſcilicet celebraturus hunc hymnum ſcripſit, tacere oëta vetat. Addit *Scholiaſtes*, Fratrem qvoqve fuiſſe Uxoris Hieronis,de vo *Olymp.* α. & *Pyth.* α. β. γ. Videatur genealogia.

Æneſidamus

Xenocrates — Thero

a. nupta Hieroni. — Thraſybulus de qvo hîc agitur. — Demareta — Gelo.

Dinomenes: Gelo. Hiero. Polybulus, alijs Polyzelus. Thraſybulus.

Hiero duxit N. filiam Xenocratis.

Dinomenes.

ſclepiades autor eſt, miſiſſe Poëtam hunc hymnum ad Thraſybulum, Xe-ocrate jam ſtatim poſt Iſthmicam hanc victoriam mortuo. Qvod eò veriſi-ilius videtur, qvandoqvidem non tantùm nulla pars hymni ad ipſum Xe-ocratem dirigitur, qvod & *ſuprà Pyth.* ϛ'. factum: ſed maximè, qvia tan-vam de aliqvo qvi fuerit aut vixerit, in Præterito, nunqvam in Præſente, ſer-o eſt,ut ſub finem maximè patet. Et hanc ob cauſam *Diodotus Ariſtopha-ius*, θρῆνον potiùs qvàm ἐγκώμιον, hoc εἶδος putavit. Ac licet *Scholia-es* propter crebram apud Poëtas, Temporum ἐναλλαγὴν, hanc ſenten-am cenſet rejiciendam: Conſenſus tamen perpetuus Præteritæ ſignifica-

tionis Temporum,in *Aſclepiadæ* ſententiam facilè nos adducit. Nec obſtat, qvòd, ut idem *Scholiaſtes* inſtat,in fine Poëta ad Nicaſippum dicit: τοῦτο Νικάσιππ' ἀπόνειμον, ὅταν ξεῖνον ἐμὸν ἠθαῖον ἔλθῃς. Per ξεῖνον ἠθαῖον enim,non Xenocratem neceſſe eſt intelligi, ſed ſine ſenſus aut circumſtantiarum abſurditate,Thraſybulus accipi poteſt. Ideoq; repugnantia hinc nulla eſt. Cæterùm, occaſionem hujus ᾠδῆς, ex *Calliſtrato* hanc profert *Scholiaſtes*, Scripſiſſe Poëtam Xenocrati antehac hymnum, *(fortaſſe Pyth. ϛʹ.)*, ſed pro eo non ſatis liberalem mercedem Xenocratem Poëtæ exhibuiſſe. Illam ergò eum jam exigere ſub involucro laudum : & proinde à συγκρίσει Poëtarum qvi diverſis ſeculis vixerunt, ordiri ; ex qvibus Priſcos nulla ſpe lucri, tantùm amoris cauſa, hymnos ſcripſiſſe: nunc verò longè alios mores eſſe,& precio conduci Poëtas oportere, diſertè ait. Idem ſub finem innuere videtur,qvando nec virtutem Xenocratis, nec hymnos ſuos à Thraſybulo, ſilentio obvolvi cupit. Ita tamen ſuo more hanc poſtulationem moderatur, ut laudes perſonæ tractaſſe potiùs qvam hanc urſiſſe videatur.

Vide pag. ſeqv. ſignum ✕.

Ratio autem metrorum talis eſt,

ςροφ: & ἀντιςρ.		ἐπῳδ.	
1.	– – ∪ ∪ – ∪ ∪ – –	1.	– ∪ ∪ – ∪ ∪ –
2.	– ∪ – – – ∪ –	2.	– – ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ – ∪ –
3.	– ∪ – – – ∪ – –	3.	– ∪ ∪ – ∪ ∪ – – – ∪ – –
4.	∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –	4.	– ∪ – – – ∪ – –
5.	– ∪ – – – ∪ – –	5.	– ∪ – ∪ – ∪ – – – ∪ ∪ – ∪
6.	– ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪	6.	– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
7.	– ∪ ∪ – ∪ ∪ – – – ∪ – –	7.	– ∪ ∪ ∪ – – ∪ – –
8.	– ∪ – – – ∪ – – – ∪ – –		

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ, ὀκτάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt Dimetrum hypercatalectum, ex Ionico à majore & Choriambo. II. Dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. III. Dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. IV. Trimetrum brachycatalectum, ex duobus Epitritis primis, & interpoſito Pæone tertio. V. ut tertium. VI. Trimetrum catalectum Dactylicum. VII. Trimetrum acatalectum, ex Choriambo,Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. VIII. Trimetrum acatalectum, ex Epitritis ſecundis.

Ἐπῳδὸς verò ἑπτάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt dimetrum hypercatalectum Dactylicum. II. Trimetrum acatalectum ex Ionico à majore, Choriambo, & Dijambo. III. ut ſeptimum ςροφῆς. IV. ut tertium ςροφῆς. V. trimetrum acatalectum, ex Ditrochæo, Epitrito ſecundo, & Choriambo. VI. Trimetrum catalectum ex Epitrito ſecundo, Choriambo & Ionico à minore. VII. Dimetrum hypercatalectum ex Pæone primo, & Epitrito tertio.

Summa & diſpoſitio hæc eſt. H

- *Partes*
  - *Exordium habens*
    - *σύγκρισιν Poëtarum*
      - *Priſcorum, qvi carmina ſcribebant amoris & amicitiæ cauſa, citra ſpem lucri.*
      - *Recentiorum, qvi pro precio ſcribunt, ſecuti dictum Argivi, χρήματα χρήματ' ἀνήρ.*
    - *notam brevem cauſæ hujus συγκρίσεως, qvam Thraſybulo relinqvit conjectandam, ut ſapienti.*
  - *Propoſitio*
    - *aperta*: Xenocrates eſt laudandus.
    - *tecta*: Thraſybulus Pindaro ſolvat precium pro hymno Patri ſcripto.
  - *Confirmatio*
    - *apertæ*
      - 1. *à victoria Iſthmica, qvam illuſtrat*
        - *à cauſa efficiente, Neptuno.*
        - *à cauſa media, Eqvis.*
        - *ab effectu, coronatione & gloria.*
      - 2. *à peritia agendi currus.*
      - 3. *à gloria in patria inter cives, comparata cum Lumine.*
      - 4. *à victoria Pythica, qvam Apollini acceptam refert,*
      - 5. *à victoria Athenienſi, opera Nicomachi reportata.*
      - 6. *à victoria Olympica, ejusdem opera parta, qvem laudat*
        - *à diligentia.*
        - *à peritia.*
        - *à liberalitate in Sacerdotes Olympios.*
      - 7. *à fortuna hæreditaria victoriarum in familia Æneſidami, qvã probat*
        - *ab hymnis.*
        - *&*
        - *ab encomijs, qvibus facilè datur aditus ad ædes Illuſtrium virorum.*
      - 8. *à moribus ſvavibus, qvos exaggerat Voto carmine eos aſſeqvendi.*
      - 9. *à gravitate in illa morum ſvavitate.*
      - 10. *à ſtudijs eqveſtribus.*
      - 11. *à cultu Deorum, & eorundem ſacrorum.*
      - 12. *à beneficentia qvibusvis accommodata, qvam declarat allegorica navigatione*
        - *æſtate ad Phaſin.*
        - *hyeme ad Nilum.*
    - *tectæ,*
      - *ab Utili, qvia carmen Pindari laudes Xenocratis ab Invidia, qvæ aliàs facilè virtutes obſcurat, vindicat.*
      - *ab honeſto, qvia dignus eſt, qvum non fecerit hymnos ſuos inertes.*
  - *Epilogus habens ἀποστροφὴν ad Nicaſippum, cum mandato hæc diſtinctè proponendi, apud Thraſybulum hoſpitem.*

ΕἿΔΟΣ Β.

ΞΕΝΟΚΡΑΤΕΙ ἈΚΡΑΓΑΝΤίνῳ.

στροφ. α. κῶ. η.

ΟἹ μὲν πάλαι, ὦ Θρασύβουλε,
φῶτες, οἱ χρυσαμπύκων
ἐς δίφρον Μοισᾶν ἔβαινον,
κλυτᾷ φόρμιγγι συναντόμενοι,
ῥίμφα παιδείους ἐτόξευ-
ον μελιγάρυας ὕμνους,
ὅς τις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας
εὐθρόνου μνάστειραν ἀδίσταν ὀπώραν.

ἀντιστρ. α. κῶ. η.

Ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής
πω τότ' ἦν, οὐδ' ἐργάτις:
οὐδ' ἐπέρναντο γλυκεῖαι
μελίφθογγοι ποτὶ Τερψιχόρας,
ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα,
μαλθακόφωνοι ἀοιδαί.
Νῦν ἐφίητι δὲ τ' Ὠργείου φυλάξαι
ῥῆμα τοῦ ἀληθείας ἄγχιστα βαῖνον,

ἐπῳ. α. κῶ. ζ.

Χρήματα χρήματ' ἀνήρ.
Ὃς φᾶ, κτεάνων θ' ἅμα λειφθεὶς καὶ φίλων.
Ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς, οὐκ ἀγνῶτ' ἀείδω
Ἰσθμίαν ἵπποισι νίκαν,
τὰν Ξενοκράτει Ποσειδάων ὀπάσαις,
Δωρίων αὐτῷ στεφάνωμα κόμαν
πέμπεν ἀναδεῖσθαι σελίνων,

στρο. β

ODA II.
XENOCRATI AGRIgentino.

α.

1 PRiſci qvidem, ô Thraſybule,
viri, qvi aurea-redimicula-habentium
in currum Muſarum aſcenderunt,
inclytæ citharæ obviantes,
5 *celeriter puſionibus-factos ejaculaban-*
tur melliſonos hymnos,
qvicunqve exiſtens formoſus habebat Veneris
8 *pulchrithronæ procam, ſvaviſſimam ætatis-& colo-*
ris-maturitatem.

a.

1 *Muſa enim nondum lucri-cupida*
tunc erat, neqve mercenaria:
neqve vendebantur dulces
melliſoni à Terpſichore
5 *deargentati facies,*
mollem-vocem-habentes cantus.
Nunc permittit verò Argivi ſervare
8 *dictum, veritatem proximè accedens,*

A.

1 *Pecuniæ, pecuniæ, vir.*
Qvi hoc *dixit, opibus ſimul deſtitutus-fuit & amicis.*
Sed enim es ſapiens, non ignaro cano
Iſthmiam eqvis victoriam,
5 *qvam Xenocrati Neptunus largitus,*
Doricorum ipſi coronamentum ad *comam*
miſit redimiendum Apiorum,

στρο. β. κῶ. η.

ἐυάρματον ἄνδρα γεραίρων,
Ἀκραγαντίνων φάος.
Ἐν Κρίσα δ' ἐυρυσθενὴς εἶ-
δ' Ἀπόλλων μιν, πόρε τ' ἀγλαΐαν:
καὶ τόθι κλειναῖς Ἐρεχθει-
δᾶν χαρίτεσσιν ἀραρὼς
ταῖς λιπαραῖς ἐν Ἀθάναις, οὐκ ἐμέμφθη
ῥυσίδιφρον χεῖρα πλαξίπποιο φωτὸς,

ἀντι. β. κῶ. η.

τὰν Νικόμαχος κατὰ καιρὸν
νῶμε πάσαις ἀνίαις:
ὅν τε καὶ κάρυκες ὡρᾶν
ἀνέγνων, σπονδοφόροι Κρονίδα
Ζηνὸς Ἀλείου, παθόντες
πού τι φιλόξενον ἔργον:
ἁδυπνόῳ τέ νιν ἀσπάζοντο φωνᾷ,
χρυσέας ἐν γούνασιν πιτνῶντα Νίκας

ἐπω. β. κῶ. ζ.

γαῖαν ἀνὰ σφετέραν,
τὰν δὴ καλέοισιν Ὀλυμπίου Διὸς
ἄλσος: ἵν' ἀθανάτοις Αἰνησιδάμου
παῖδες ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν.
Καὶ γὰρ οὐκ ἀγνῶτες ὑμῖν ἐντὶ δόμοι
οὔτε κώμων, ὦ Θρασύβουλ', ἐρατῶν,
οὔτε μελικόμπων ἀοιδᾶν.

στροφ. γ. κῶ. η.

Οὐ γὰρ πάγος, οὐδὲ προσάντης
ἁ κέλευθος γίνεται,
εἴ τις ἐυδόξων ἐς ἀνδρῶν
ἄγοι τιμὰς Ἑλικωνιάδων.
Μακρὰ δισκήσαις ἀκοντί-

ε.

curru-præſtantem virum honorans,
Agrigentinorum lumen.
In Criſa verò præpotens reſpe-
xit Apollo ipſum, præbuitq́ſplendorem:
& ibi inclytis Erechthi-
darum gratiis applicatus
ſplendidis in Athenis, non vituperavit
currus-gubernatricem manum eqveſtris viri,

b.

qvam Nicomachus tempeſtivè
adhibuit omnibus habenis:
qvem etiam præcones horarum
recognoverunt, Sacerdotes Saturnidæ
Jovis Elei, affecti
alicubi aliqvo hoſpitali officio:
& ſvave-ſpirante ipſum ſalutarunt voce,
aureæ incumbentem genibus Victoriæ

B.

terra in ſua,
qvam ſanè vocant Olympii Jovis
lucum: ubi immortales Æneſidami
filii honores aſſecuti ſunt.
Etenim non ignaræ vobis ſunt domus
ſive hymnorum-chorealium, ô Thraſybule, amabilium,
ſive mellito-ſono-ſuperbarum cantionum.

γ.

Neqve enim ſcopulus, neqve ardua
via eſt,
ſi qvis illuſtrium ad virorum ædes
adducat honores Heliconiadum.
Longè jacto-diſco jacu-

ler tan-

σαιμι τοσοῦθ', ὅσον ὀργὰν
Ξεινοκράτης ὑπὲρ ἀνθρώπων γλυκεῖαν
8 ἔσχεν. Αἰδοῖος μὲν ἦν ἀστοῖς ὁμιλεῖν,

ἀντι. γ. κῶ. η.

1 ἱπποτροφίας τε νομίζων
ἐν Πανελλάνων νόμῳ:
καὶ Θεῶν δαῖτας προσέπτυ-
κτο πάσας: οὐδέποτε ξενίαν
5 οὖρος ἐμπνεύσαις ὑπέστει-
λ' ἱστίον ἀμφὶ τράπεζαν:
ἀλλ' ἐπέρα, ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις,
8 ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάς.

ἐπῳδ. γ. κῶ. ζ.

1 Μή νυν, ὅτι φθονεραὶ
θνατῶν φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες,
μήτ' ἀρετάν ποτε σίγασον πατρῴαν,
μηδὲ τούσδ' ὕμνους: ἐπεί τοι
5 οὐκ ἐλινύοντας αὐτοὺς εἰργασάμην.
Ταῦτα Νικάσιππ' ἀπόνειμον, ὅταν
7 ξεῖνον ἐμὸν ἠθεῖον ἔλθῃς.

COMMENTARIUS.

Ο'Ι μὲν πάλαι] Partes hujus ᾠδῆς ſunt, Exordium, Propoſitio, Confirmatio, & Epilogus. Exordium habet primò σύγκρισιν Poëtarum Veterum & Recentiorum: qvorum illi olim carmina ſcribebant gratis, amoris & amicitiæ cauſa, citra ſpem lucri: hi verò nunc Muſæ venia pro precio ſcribunt, dictum illud Argivi, χρήματα χρήματ' ἀνήρ, veritati proximum ſecuti. Deinde notam brevem cauſæ hujus συγκρίσεως, qvam Thraſy-bulo, ut ſapienti, conjectandam re-linqvit. Eſt autem partim in Exor-dii tractatione, partim in tranſition ad ſeqventia, implicita Propoſitio ge-mina: una aperta: *Xenocrates eſt lau-dandus*: altera tecta: *Thraſybulus de-bet Pindaro precium dignum ſolver pro hymno Patri ſcripto.* Cujus Pro-poſitionis cauſa, σύγκρισιν Poëtarum diverſarum ætatum præcipuè inſti-tuit.

α. I.

ler tantum, qvantum indolem
Xenocrates ſuprà homines jucundam
habuit. Venerabilis qvidem erat in *civibus converſando,*

g.

eqvorumq́; - alturam procurans
juxta omnium - ordinum - Græciæ legem:
& Deorum convivia amplexaba-
tur omnia: neqve unqvam hoſpitalem
ventus - violentus inſpirans contra-
xit velum circa menſam:
ſed trajiciebat ad Phaſin qvidem æſtivis horis
in hyeme verò navigans Nili adripas.

G.

Ne igitur, qvoniam invidæ
mortalium mentes circumpendent ſpes,
neqve virtutem unqvam ſileas paternam,
neqve hoſce hymnos: qvandoqvidem
non inertes eos feci.
Hæc Nicaſippe diſtinctè - expone, qvando
ad *hoſpitem meum colendum veneris.*

α. 1. οἱ μὲν πάλαι] v. g. Alcæus, bycus, Anacreon, qvi tamen non ita iu ante noſtrum vixerunt: & alii, vorum carmina plerumqve amato- a ſunt. Notat tacitè Lyricos pri- os, qvòd in re non ſatis honeſta ccupati fuerint, & cupiditatibus otiùs propriis indulſerint, qvàm irtutes aliorum celebrarint: unde irum non ſit, qvòd ſine precio car- ina ſcripſerint, qvibus & ſibimet- ſis illecebras auxêre, & amores pu- onum ſibi conciliavêre, atqve ita ercedem laboris ſibi ipſis qvaſi ex- lvêre. Nunc verò aliam dicit eſſe rationem, & ſuorum præcipuè carminum, qvæ non niſi circa hone- ſtiſsimum argumentum verſantur, et ab iis, qvorum virtutes celebrãt, me- ritò præmia exſpectant, qvum nihil ſit, qvod vel cupiditatibus propriis inſerviat, vel commodum aliqvod ad ſe redundans habeat. Eoq; magis qvum ſeculi ſui conſvetudo ita ferat, & Muſa permittẽte nõ ſit inhoneſtũ. Sanè fuiſſe veteres illos Lyricos a- moribus puerorum & puellarum de- ditos, præter *Platonis* teſtimonia, ſcripta ipſorum reliqva ſatis evin- cunt. Et *Anacreon* interrogatus, cur

non Deos potiùs, ſed pueros tantùm hymnis ſuis caneret? reſpondiſſe fertur, ὅτι ἐ̃τοι οἱ θεοὶ ἡμῶν εἰσι. Adeò planè amorib. dementati illi fuerũt.

α. 1. φῶτες] *Scholiaſtes* legit φωῦτες, non malè.

α. 2. ὅσοι] Lego, οἱ.

α. 2. χρυσαμπύκων] Vide *ad Olymp. ε. α. 15.*

α. 3. ἐς δίφρον μοισᾶν ἔβαινον] Periphraſis Poëtarum, & ſi ſeqvens κῶλον addatur, κλυτᾶ φόρμιγγι συναντόμενοι, in ſpecie Lyricorum.

α. 4. φόρμιγγι συναντόμενοι] *citharæ obviātes*, h. e. carmina ad citharam canentes & accommodantes. Philippus: *Citharam tenentes*, non ſatis ad vim verbi: *Lonicerus* aliqvanto propiùs: *Citharæ participes.*

α. 5. ῥίμφα] à ῥίπτω, *projicio celeriter*, im ſchnipſchen weg, i. e. citra laborem & moleſtiam. Amor .n. eos docebat Muſicam. Vide de hoc loco *Plutarchum in commentario, Qvare Pythia oracula verſibus ediderit.*

α. 5. παιδείους] in gratiam puſionum ſcriptos.

α. 5. ἐτόξευον] *ejaculabantur* ex animi motu concitato, cum ſumma alacritate, ſine cura & labore.

α. 6. μελιγάρυας] hoc loco nõ tàm propter elegantiam artificii, aut ſvavitatem qvæ ad alios redundabat, qvàm propter materiæ venuſtatẽ & dulcedinẽ, qva ſeipſos Poëtę illi paſcebant. Paulò pòſt verò ἀοιδαὶ γλυκεῖαι, & μελίφθογγοι, & μαλθακόφωνοι dicũtur, propter gratiam laudum alios afficientem. Eſtq; epithetorum ferè συνωνύμων συνάθροισις, ut ea vera voluptas carminum innuatur, qvæ ex laude virtutum percipiatur. *Plutarchus loco allegato* habet μελιγηρέας.

α. 7. ὅς τις ἐὼν] ellipſis pro ἐκείνοις, ὧν τις ἐὼν &c. vel pro εἴ τις ἐὼν.

α. 8. εὐθρόνου] *pulchram ſedem habentis*, die auff eitel Roſen ſitzt. id eſt, cujus copia felicitatem præ ſe fert luculentam.

α. 8. μνάστειραν Ἀφροδίτας] μνήμην ἐμποιοῦσαν, ut *Scholiaſtes* reddit, qvæ etiam non cogitanti Veneris illecebras indere poteſt: vel ut *Lonicer.* reddidit, *ad Venerem allicientem.* Nec malè Philippus: *Procam Veneris.* ut μνηστὴρ *procus*: ita μνήστειρα *proca*, à *procando*, i. e. laſcivè petendo.

α. 8. ὀπώραν] ἡ ὀπώρα eſt tempus *fructuũ maturorũ*, qvod paulò præcedit Autumnum; à pulchro & grato aſpectu, qvaſi ὀπὸς ὥρα, ſpiritu Æolicè inverſo, pro ὀφώρα. Notat proinde propriè maturæ ætatis colorẽ gratũ in facie, ut hoc loco. Qvæ ὀπώρα ἀοί-στα, μνάστειρα fit Ἀφροδίτας εὐθρόνου, præſertim ſi qvis ſimul ſit καλὸς, hoc eſt juſta membrorũ ad invicem proportione, & ſtatura decente prędit[us]. Ut enim ἡ ὥρα in qvalitate eſt: ſic τὸ κάλλος in qvantitate & proportione. Qvæ duo ſi conſentiant, ver[è] Formoſus aliqvis erit.

α. 1. ἁ Μοῖσα γὰρ οὐ φιλοκερδής πω τότ' ἦν οὐδ' ἐργάτις] Imò ne nunc qvidem eſſe, vel ſaltem eſſe debere, cẽſ[et] *Plutarchus in commentario, Philoſophi[s] converſandum eſſe cum Principibus.* Eſt autem Tmeſis, pro οὔπω ἦν τότε φιλοκερδής. Lonicerus πω reddidit, *aliqvo pacto*, q. eſſet πῶς: ſed minùs benè.

a. 4. πολιᾶ Τερψιχόρας] à præſid[e] ſcilicet Lyricorum. *Lonicerus.*

a. 5. ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα] *facies deargentatæ*, i. e. Argenti amorem ex vultu vel facie etiam oſten[-]dentes, denen die geldſucht zum auge[n] ausſicht. Die da Silberſüchtig ausſeh[en]

a. 7. Nu

a.7. Νῦν δὲ] Hac noſtra videlicet ætate. Etſi autem hanc conſvetudinem pro ſe Poëta allegat: tacitè tamen in Simonidem, qvem obtrectationis nomine apud Hieronem ſuſpectum habuit, invehitur, qvi primꝰ Muſam ἐργάτιν (die vmbs taglohn arbeitet) ſeu *mercenariam* feciſſe, & avaritiæ nomine malè audiviſſe dicitur. Notandum hîc, qvod *Gyraldus dialogo 9. de Poëtarum hiſtoria* ſcribit, hiſce verbis: Ob avaritiam à *Pindaro* etiam & *Callimacho* [citante *Scholiaſte Callimachus ita ſcribit:*

——— ȣ γὰρ ἐργάτιν τρέφω
τὴν μȣ̃σαν, ὡς ὁ χῖος Ὑλίχȣ νέπȣς.] taxatur Simonides: id qvod & Pindari Cõmentatores obſervant. Hinc & in avaros, & ſordidos ſimul, & callidos, adagionem factum legimus, cuius *Ariſtophanes* & *Suidas* meminêre, Σιμωνίδȣ μέλη, hoc eſt, *Simonidis carmina ſeu cantica*, varia ſcilicet & malæ artis. Is enim primus in Poëticam, aſtutiam & qvæſtum induxit. Qvin & ipſe Κίμβιξ, *à Chamæleonte* ea de cauſa vocatur, qva dictione Græci *Pecuniæ-avidum & parcum* ſignificant. Idem & apud *Athenæum* legitur. *Hactenus Gyraldus*. Locus autem *Athenæi eſt lib.* 14.

a.7. ἐφίητι] Doricum pro ἐφίησι, *immittit impetum*, permittit. Lego autem, Νῦν ἐφίητι δὲ Τὠργείȣ.

a.7. Τὠργείȣ ῥῆμα] Craſis cum συγκοπῇ, pro τȣ̃ Ἀργείȣ. Non nominat qvidem Poëta ipſum autorem huius ῥήματος, tanqvam aliàs tum temporis ſatis notum: Verùm *Alcæus Lyricus* nomen ejus expreſsit, ut *Scholiaſtes* allegat, his verbis: ὡς γὰρ δή ποτε φασὶν Ἀριςόδημον ἐν Σπάρτᾳ λόγον οὐκ ἀπάλαμνον εἰπεῖν, Χρήματ' ἀνὴρ, πενιχρὸς δ' ȣ̓δεὶς πέλετ' ἐσθλὸς ȣ̓δὲ τίμιος. *Ariſtodemo* ergò Spartiatę *Alcæus*, hanc παροιμίαν, ſive qvod aliis placet, hoc ἀπόφθεγμα tribuit. ut & *Chryſippus in παροιμίαις. Laertius in vita Thaletis, & Suidas*, homini, ut hîc deſcribitur, pauperi, & amicis deſtituto. Nec obſtat, qvòd Ἀργεῖον eũ vocat Poëta, qvum & Helenam Spartanam, Ἀργείην vocet *Homerus, Il.* ζ. *v.* 323. & alibi: eò qvòd tota Peloponneſus, *Argos* olim diceretur. Vide apud *Eraſmum* Chil. 2. Cent. 8. adag. 35. *Pecuniæ vir.*

A.2. λειφθεὶς] Lego λεῖφθε, Aeolicum pro ἐλείφθη.

A.3. ἐσσὶ γὰρ ὢν σοφὸς] Subjicit notam cauſę συγκρίσεως hujus Poëtarũ Priſcorum & recentiorum; qvam tamen Thraſybulo, ut ſapienti, relinqvit conjectandam. Latetq; ſub his altera illa propoſitio, qvam poſteriore loco confirmat, *Thraſybulus debet Pindaro dignum ſolvere precium, pro hymno Patri ſcripto*. Mox autem ad Confirmationem apertæ Propoſitionis, qvam præſupponit, imò in ἐπιγραφῇ præfatur, tranſit: *Xenocrates eſt laudandus*. Confirmat eam Propoſitionem duodecim argumentis. I. à victoria Iſthmica, qvam illuſtrat 1. à cauſa efficiente, Neptuno: 2. à cauſa media & qvaſi organica, Eqvis: 3. ab effectu, Coronatione & gloria. II. à peritia currus agẽdi & gubernãdi. III. à gloria inter Agrigẽtinos, cõparatè cum Luce IV. à Pythica victoria, qvam Apollini acceptã refert. V. à victoria Athenienſi, opera Nicomachi reportata. VI. à victoria Olympica, ejuſdem opera parta, qvem laudat obiter, à diligentia: à peritia: à liberalitate in ſacerdotes Olympios. VII. à fortuna hæreditaria victoriarum in familia

Æneſidami qvam probat ab hymnis & encomiis, qvibus facilè datur aditus ad ędes illuſtrium virorum. VIII. à moribus ſvavibus, qvos exaggerat Voto, carmine eos aſſeqvendi. IX. à gravitate, in illa morum ſvavitate. X. à ſtudiis rei eqveſtris. XI. à cultu Deorum, & freqventatione ſacrorum eorundem. XII. à beneficentia erga qvoſvis, pro re nata, & cujusq; commodo, qvam declarat allegorica navigatione, æſtate ad PhaſinColchidis, hyeme ad Nilum Ægypti.

A. 3. ἐστὶ γὰρ ὢν σοφὸς] Sapienti tibi ſatis dictum.

A. 3 οὐκ ἄγνωτ᾽ ἀείδω] Syntaxis eſt: οὐκ ἄγνωτα ὢν ἀείδω: σοφὸς γὰρ ἐστί, Aliqvi legunt, ἀγνῶτ᾽ pro ἀγνῶτι, *Non ignaro tibi cano.*

A. 4. ἵπποισιν] id eſt, ἅρμαλι, ut patet Ꞓ. 1.

A. 7. ἀν δεῖσθ] Lego ἀναδεῖσθ.

A. 6. 7. δωρίων σελίνων] i. e. Κορινθιακῶν, ἢ Ἰσθμίων, qvia Dorienſes, ut reliqvam Peloponeſum ducibus Heraclidis reliqvis: ita & Corinthum & Iſthmum duce Alete occuparunt. Notantur autem σέλινα ξηρά, qvalia in Iſthmiis dabantur: ſicut in Nemeis virentia.

Ꞓ. 3. ἐν Κρίσα] i. e. *Delphis in Pythiis,* ut jam ſæpè monitum.

Ꞓ. 3 εὐρυσθενὴς] *latè potens Apollo,* propter vim radiorum ſolarium, in omnia efficaciter agentem. Malè *Lonicerus* de Xenocrate accepit, dum reddidit: *Criſæ latè potens apparuit, idq; Apollinis nomine.*

Ꞓ 3. εἶδέ μιν] *propitius eum reſpexit,* hat jhn gnediglich angeſehen.

Ꞓ. 5. Τόθι] *ibi,* ſive τοπικῶς, ut vult *Scholiaſtes,* referens ad λιπαραῖς ἐν ἀθάναις: ſive potiùs χρονικῶς, *Tum* poſt victoriam ſc. Pythicam.

Ꞓ. 5. Ἐρεχθειδᾶν] i. e. Ἀθηναίων qvos ita vocat ab Erechtheo, ſeptimo Rege Atticæ.

Ꞓ. 5. κλειναῖς Ἐρεχθειδᾶν χαρίτεσσιν ἀραρώς] *Inclytis Erechthidarum vel Athenienſium gratiis applicatus,* ve[l] ut *Philippus* reddidit, *accommodatus* i. e. particeps factus laudum victori[æ] Atticę. hat den preis mit weggebracht[.] Eſt enim Præteritum Medium Atti[-] cum ab ἄρω, *apto,* Doricumqve pr[o] ἀρηρώς: qvam ob cauſam & medi[a] producitur. *Lonicerus* proinde mal[è] reddidit, *In altum ſublevatus,* qvaſi e[s-] ſet ab αἴρω: à qvo tamen (qvod qvi[-] dem ab α brevi, ε & ο, incipientia Verba admittunt) Præteritum per re[-] duplicationem Atticam hoc mod[o] formari non poteſt. *Scholiaſtes* aut[em] hæc nunc ad Apollinem refert: nun[c] ad Nicomachum: utrumq; ſatis in[e-] ptè. Rectè enim de Xenocrate ut po[-] tet accipitur. Intelligunt à hîc Inter[-] pretes victoriam Olympicam eam[q;] nō propriam, ſed fratris Theronis, u[t] mox dicetur. Sed de victoria Olym[-] pica paulò poſt Poëta aget. Hîc ver[ò] vel Panathenæa, vel Heraclea, vel E[-] leuſinia, vel Panellenia intelligūtu[r] ex qvorum ludorū aliqvo coronan[-] Xenocrates reportavit. Etſi auten[m] ideò Xenocratem Ἐρεχθειδᾶν χαρ[ί-] τεσσιν ἀρηρότα volunt, qvòd Nico[-] machus auriga, Athenienſis fueri[t] qvi in Olympiis victoriam Xenocra[ti] (vel ex ipſorū ſententia Theroni) co[n-] ciliavit & proinde non Atheniēſe[m] aliqvam victoriā intelligi debere co[n-] tendunt: Reclamat tamen illis aper[tè] loci determinatio, ταῖς λιπαραῖς ἐ[ν] Ἀθάναις, ubi videlicet, nō Olympi[æ] Nicomachus hero ſuo victoriam a[c-] qviſivit. Ꞓ. 8. λ

ϛ. 7. λιπαρᾶις ἐν Ἀθάναις] Non propter ſoli naturam, quod aſperius fuit: unde *Olymp.* ζ. ε. 11. κρανααὶ Ἀθᾶναι nominantur, ſed propter virtutem & ſapientiam civium: unde Doctæ Athenæ *Ovidio.* Eſtq; peculiari affectu in laudibus Athenarum Poëta accuratus. Vide *in prolegomenis Olympiorum.*

ϛ. 8. ῥυσίδιφρον χεῖρα] *manum currus gubernatricem*, Currum trahentem. Eſt enim à ῥύω, *traho.* Philippus & Lonicerus *Lixam* reddiderunt, perperam. *Scholiaſtes* rectiùs Synecdochen facit, & interpretatur ῥαδίως καὶ ἀμεταγώγως τὰς ἡνίας εὐθύνοντα.

ϛ. 8. πλαξίπποιο φωτός] *Viri equeſtris*, vel eqvos plagis regentis, Nicomachi ſc: Aurigæ. Eſtq; χεὶρ πλαξίπποιο φωτός, pro φὼς πλάξιππος, ὁ Νικόμαχος δηλαδή: ſicut ἱερὸς Ἀλκινόοιο, pro Ἀλκίνοος &c. *Scholiaſtes* per πλάξιππον φῶτα intelligit Theronem, cujus æqvè atqve Xenocratis auriga hîc Nicomachus fuerit: accipitq; hæc omnia de victoria Olympica, qvam Thero reportavit, ut eſt *Olymp.* ϛ. eamq; hîc Xenocrati, qvi tamen Olympia nunqvam vicerit, Poëtam tribuere ait, qvum amicorum, adeoq; fratrum, communia ſint omnia. Verùm πλάξιππον hunc φῶτα, non Theronem, ſed Nicomachum eſſe, ſatis textus oſtendit. Neqve etiam hîc de Olympica, ſed de Attica victoria agitur. Nondum etiam vel Theronis vel aliorum ejus familiæ victorias attingit. Utrùm verò & Xenocratis de qvo conſtat, & Theronis, de qvo qvæſtio eſt, auriga ſimul Nicomachus fuerit, diſqvirere, parum huc facit.

b. 2. νωμᾶ πάσαις ἀνίαις] *qvam* ῥυσίδιφρον χεῖρα *omnibus habenis diſtribuit*, i. e. ſeorſim & diſtinctè applicuit, & qvidem κατὰ καιρόν, *tempeſtivè*, nunc has nunc illas tractando & regendo, prout res poſtulabat. Pro νωμᾶ, lego in Præterito medio νῶμε, pro νένωμε, à νωμάω.

b. 3. ὅν τε καὶ κάρυκες] Hîc demum de victoria Xenocratis Olympica, ejuſdem Nicomachi opera reportata agitur.

b. 3. 4. κάρυκες ὡρᾶν σπονδοφόροι Κρονίδα] i. e. *Sacerdotes Jovis Elei.* ἡ σπονδὴ *libamentum*: inde σπονδοφόρος *qvi libationes affert.* ὡρᾶν κάρυκες dicuntur, qvoniam Novilunia obſervabant & proclamabant, præcipuè illud qvod Menſem ἑκατομβαιῶνα circa ſolſtitium æſtivum inchoabat, qvo, anno qvoqve qvarto exacto, Olympia celebrabantur.

b. 4. ἀνέγνων] *recognoverunt, dilexerunt*, ita ut γνῶσις hæc vel ἀνάγνωσις affectum præſupponat. Senſus eſt, Qvẽ Sacerdotes Jovis Olympij de nota meliore noverunt, ex victoria ſcilicet, ſie kennen jn auch wohl/ ut victorem ſc: Vide *Pyth.* δ. *ig.* 4.

b. 5. Ζηνὸς Ἀλείου] i. e. Ὀλυμπίου, in Elide culti.

b. 6. φιλόξενον ἔργον] tractati ſcilicet amicè, vel Athenis apud Nicomachum, vel Agrigenti aut alicubi à Xenocrate.

b. 7. ἀδυπνόῳ φωνᾷ] *voce ſvaviter ſpirante*, i. e. gratum ſermonem proferente, qvæ auribus, ut odor ſvaviſsimus naribus, grata erat.

b. 7. ἀσπάζοντο] *gratulabundi ſalutarunt.*

b. 8. χρυσέοις ἐν γούνασιν πιτνῶντα νίκας] (gieng auff tauſent Gülden

daher) τιμίας νίκης τοῖς γόνασι προσελθόντα. Unde eum non χρυσέοις, ſed χρυσέας, qvod τιμίας interpretatus eſt, legiſſe apparet, non incommodè. Syntaxis erit, ἐμπιτνῶντα γόνασιν χρυσέας Νίκας, i. e. *aureæ vel præſtantiſsimæ Victoriæ genibus incumbentem*, (gieng auff Siegsmans Füſſen.) hoc eſt, victoria potitum. Eſt qvædam qvaſi προσωποποιία Νίκης, cujus genibus, i.e. Synecdochicè, pedibus inceſsiſſe dicitur. Διθυραμβωδῶς.

Β. 1. γαῖαν ἀνὰ σφετέραν] Ὀλυμπίαν ſcilicet, ut ἐπεξήγησις ſubjecta ſatis manifeſtè indicat.

Β. 2. Ὀλυμπίȣ Διὸς ἄλσ☉] lucum Jovis Olympij, qvem *ſuprà Olymp. ι. γ. 5.* Eleorum dialecto, Ἄλτιν Poëta nominavit.

Β. 3. ἵνα] Adverbium loci, *Ubi*, ἐν ἄλσει ſcilicet Ὀλυμπίȣ Διός.

Β. 3. Αἰνησιδάμȣ παῖδες] Thero videlicet & Xenocrates, Aeneſidami filij. Hîc demum præter victorias Xenocratis, de reliqvis ejus familiæ, & præcipuè Theronis, victorijs agit, & qvidem Olympicis: qvarum unius nomine, qva fronte Poëta moderatiſsimus, Xenocratem nunqvam victorem Olympicum proclamatum, celebrare hîc auderet? qvod *Scholiaſtes* hîc apertè pronunciavit: qvi etiam Αἰνησιδάμȣ παῖδας, Theronem & Dinomenem facit, ſed contra genealogiam ſuprà poſitam.

Β. 3. ἀθανάτοις τιμαῖς] Statuæ enim τῶν Ὀλυμπιονικῶν omnium in ἄλσει vel Ἄλτει Jovis Olympij, in perpetuam & immortalem memoriam & gloriam dicabantur.

Β. 4. ἐν τιμαῖς ἔμιχθεν] pro τιμαῖς ἐνεμίχθησαν, partim Tmeſi, partim Æolica formatione.

Β. 5. ȣ̓κ ἀγνῶτες ἔτι κώμων &c. *Philippus & Lonicerus* reddiderunt *Non ignotæ vel incognitæ vobis ſunt* [...] *des hymnorum.* Rectiùs *Scholiaſtes* ȣ̓κ ἄπειροι, *non ignaræ*, non exper[...] tes, ut & *Portus reddidit*, q. dt. æde[...] veſtræ encomia benè norunt, id eſ[...] encomijs ſæpè ſunt ornatæ. Vid[...] qvæ *ſuprà ad Ol: ϛ'. & ζ.* fuerunt an[...] notata. Etſi autem *Lonicerus* in E[...] narratione hoc corrigit, dum ita di[...] cit; *Ædes veſtræ nunqvam hymnis &* *odis virtutum veſtrarum vacant*: illi[...] enim mellitè-ſonantes cantione[...] freqventes audiuntur: Mox tame[...] iterum corrumpit, dum *ædes amab*[...] *lium hymnorum* conjungit, & per ea[...] vel Xenocratis, vel Thraſybuli ædes[...] vel Olympiam accipi cenſet. *Sch*[...] *liaſtes* exponit, ȣ̓κ ἀγνῶτες ὑμῶν δ[...] μοι τῆς φιλοξενίας: & hanc expoſ[...] tionem alijs præfert, ſed perperam[...] Syntaxis eſt: δόμοι ἐντὶ ὑμῖν ȣ̓κ ἀ[...] γνῶτες ἔτε κώμων ἔτε ἀοιδᾶν &[...] Δόμοι autem intelliguntur Thraſ[...] buli, qvi hîc appellatur, & Xenocra[...] tis patris.

Β. 7. μελικόμπων ἀοιδᾶν] *mell*[...] *ſeu dulci ſono ſuperbarum cantionum*

γ. 1. πάγ☉] ὁ πάγ☉ eſt i[...] ter alia σκληρὸν ϗ πετρῶδες ὄρ☉[...] item via petricoſa & aſpera.

γ. 1. προσάντης] *ardua, accliv*[...] *prærupta*, ab ἀντάω, qvæ eunti pr[...] pter acclivitatem qvaſi obvia fit.

γ. 1. ȣ̓ γὰρ πάγ☉ ȣ̓δὲ προσά[...] της ἁ κέλευθ☉] *Non difficilis aut* [...] *ſpera via eſt laudibus ad ædes* ἐνδόξ[...] *virorum*, id eſt, Facilè eſt laudare v[...] ros εὐδόξȣς. &, Facilè illi hymn[...] ornantur.

γ. 3. εὐδόξων ἐς ἀνδρῶν] ſcilic[...] οἶκον.

γ. 4. [...]

γ. 4. ἱμὰς ἑλικωνιάδων] i. e. ὕμνους.

γ. 5. μακρὰ δισκήσαις] Syntaxis, τοσοῦτο μακρὰ δισκήσαις ἀκοντίσαιμι, ὅσον &c. i. e. *in tantum laudes & hymnum hunc extendam, qvantum &c.* Metaphora à diſci jactu, ich will die Barte ſo weit werffen / wie weit etc. Ellipſis κατὰ τοσοῦτο, καθ' ὅσον.

γ. 6. 7. ὀργὰν γλυκεῖαν] *affectus ſvaves, mores ſvaves.* De voce ὀργὰ jam anteà dictum. *Lonicerus* reddidit perperam, *Convictus rationem.*

γ. 7. Ξενοκράτης] Lego Ξεινοκράτης, *cum Aldo.*

γ. 8. ἔσχεν, ὤν] Loqvitur ut de mortuo. Vide hujus εἴδους προλεγόμενα. Sic προσέπτυκτο, ὑπέστειλε, ἔπερα.

γ. 8. αἰδοῖος] ſive Activè, *ipſe alios reverenter tractans, & ſuum cuiq; honorem exhibens*, αὐτὸς ἐντρεπόμενος: ſive paſsivè, *venerandus, vel veneratione ab aliis affectus*, vel ἐντροπῆς ἄξιος, ut *Scholiaſtes* utroqve ſenſu exponi poſſe cenſet.

γ. 8. ὁμιλεῖν] pro ἐν τῷ ὁμιλεῖν, *in converſando.*

g. 1. ἱπποτροφίας νομίζων ἐν πανελλάνων νόμῳ] Philippus, *In Græcis conventibus eqveſtria certamina regit.* Lego potiùs κομίζων, *procurans eqvorum alituram, juxta legem omnium ordinum Græciæ.* Atq; ſic videtur legiſſe *Lonicerus*, qvi reddidit, *Curabat.*

g. 3. διαίτας] Ita habent *Romana, Brubachiana & Cratandrina*: qvas ſecutus *Philippus* reddidit, *Feſtas dies*: Lonicerus, *Panegyres.* Rectiùs *Lutetiana, Plantiniana, & Commeliniana* habent, δαῖτας, *convivia ſacra.*

g. 3. προσέπτυκτο] i. e. προσεδέχετο, ἠσπάζετο, à προσπτύσσομαι, *applico, amplector, gratanter excipio vel accedo.* Conſtruitur hoc Verbum cum Accuſativo.

g. 4. ξενίοις] Ita habet *Romana, Brubachiana & Cratandrina*, ſubaudiendo ἔργοις, h. e. *hoſpitalibus officiis* vel φιλοξενίᾳ. Reliqvæ editiones rectiùs habent ξενίαν, relatum ad τράπεζαν.

g. 5. οὖρος] ὁ, aliàs plerunqve *Ventum ſecundum* notat: alicubi & *Ventum in genere*: hîc *Ventum impetuoſum.* Metaphoricè autem notat φθόνον, vel ingratitudinem nonnullorum, vel etiam Tenacitatem, aut nimiam parcitatem. Minùs convenienter huic loco *Lonicerus* reddidit, *Felicior aura.* Qvàm aptè *Scholiaſtes* Metaphoram eſſe velit à navibus οὐριοδρομούσαις, hoc eſt *vento ſecundo permiſsis*, ubi velis opus non eſt; judicet qvivis. Rectiùs eſt à navibus vento impetuoſiſsimo petitis, qvæ vela demittunt damni vitandi cauſa: ſicut homines inhoſpitales, magnum damnum facere ſibi videntur, ſi hoſpitem beneficè excipiant, qvem venti impetuoſi inſtar æſtimant: ideoq; vela contrahunt & demittunt, hoc eſt aditum hoſpitibus præcludunt.

g. 5. ὑπέστειλεν ἱστίον] Ita habet *Romana, Brubachiana & Cratandrina.* Reliqvæ rectè, ὑπέστειλ' ἱστίον.

g. 7. ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις] ὁ Φᾶσις *fluvius*, & ἡ Φᾶσις *Urbs Colchorum*, ut *Pyth.* δ. 1. 7. notavimus; terræ reſpectu Græciæ, trans mare Ægæum & Põtum Euxinum ſeptentrionalis & frigidioris. Nilus verò fluvius eſt Ægypti, reſpectu ejuſdem, Meridionalis & calidioris. Dicit ergò, Xenocratem æſtate ad Phaſidem terram vel Colchidẽ frigidiorem navigaſſe: hyeme, ad

Nili

Nili terras, id eſt, Ægyptum calidiorem: h e. hoſpitibus ſeſe omnibus accommodaſſe; foviſſe algentes, qvi fotu opus habuerunt; refrigeraſſe æſtuantes, & in anxietate conſtitutos, qvi refrigerio indiguerunt. *Eraſmus* Chil. 2. Cent. 4. ad. 49. *Ad Phaſin usqve navigavit*, planè hæc ſenſu alio interpretatur, de terris videlicet à Græcia remotioribus, qvas adijſſe aliqvis dici poſsit. Et ſupervacua aliàs alienaqve ab hoc loco ſunt, qvæ de Phaſianorum origine ab Ægyptijs, *Eraſmus ex Strabone* addit.

g. 7. Φᾶσιν] Intelligit τὴν Φᾶσιν, *terram Phaſidem*; non τὸν Φᾶσιν, *fluvium*. Neqve enim navigantes fluvios ultimò petunt, ſed terras. Et ἀντίθεσις, Νείλου πρὸς ἀκτάς, non Nilum fluvium, ſed ripas & terras Nili, hoc eſt, Ægyptum (qvam δῶρον Νείλου, & terram ποταμόχωστον, propter eluviones & aggeſtiones Nili, *Herodotus* paſsim vocat) notans, hîc qvoqve non Phaſin fluvium, ſed Phaſin urbem, & Synecdochicè Colchidem notari arguit.

g. 7. θερείαις] ſc: ὥραις.

G. 1. μή νυν, ὅτι φθονεραὶ] Confirmatio alterius Propoſitionis, Tectæ illius. I. ab Utili, qvia carmen meũ laudes Xenocratis ab Invidia, qvæ aliàs facilè virtutes obſcurat, vindicat. II. ab Honeſto, qvia Pindarus præmio dignus eſt, qvum non fecerit hymnos ſuos inertes aut ocioſos, ſed in præconijs laudum Xenocratis efficaces.

G. 1. μὴ νυν̃] Lego μή νυν, *cum Aldo*. Eſt τὸ νυν hîc non Temporis particula, ſed Ratiocinativa potiùs, ut apud Noſtrates, nun So thue nun/ id eſt, *Fac ergò*: non *Fac nunc*. Tametſi & *Nunc* interdum ita uſurpetur. *I*
nunc & rogita &c.

G. 2. ἀμφικρέμανται] *Portus* neſcio in qvo codice, ἀμφικρέμαντα reperit, qvod & in *Commeliniana*, qvam adornavit, exſtat. an verè ita ſcriptum, an viſum ſaltem ei fuerit, incertum. Utrum verò σφάλμα typographicum ſit, vel dialectus aliqva, pro ἀμφικρέμανται, ſubdubitat σφάλμα tamen potiùs agnoſcit qvod & reverà eſt, non dialectus Scholio illo, vel ſaltem parte ejus de dialecto, opus non fuit. Habent aliàs ἀμφικρέμανται omnes qvas vidi, *Romana*, *Brubachiana*, *Cratandrina*, *Plantiniana*, præter ſolas ex ij qvas vidi, *Commelinianam & Lutetianam*.

G. 2. φθονεραὶ φρένας ἀμφικρέμανται ἐλπίδες] *Spes invidæ*, h. e. invidi conatus opprimendi virtutes aliorum, ſuſpenſi ſunt circa pector hominum, h. e. Facilè obſcurat invidia virtutes, niſi encomijs in apertam lucem expoſitæ fuerint. Merit igitur hymni, qvi virtutes ab invid obſcuratione vindicant, præmijs dignis afficiuntur.

G. 3. σιγάτω] *Philippus* ἀορίστως *Sileat qvispiam*. Lego σίγασον, *ceas vel taceto*. Eſt enim hæc qvoqv pars directa ad Thraſybulum.

G. 3. πατρῴαν] Ξενοκρατείαν.

G. 4. τοὺσδ' ὕμνους] hunc præſentem ſc: & alterum *Pyth.* ς.

G. 5. οὐκ ἐλινύσοντας] Lego, οὐ ἐλινύοντας: niſi in ἐλινύσοιτας τὸ ante duplicatam conſonantem θέσ corripi malimus, ut ἵππος aliqvoties, & ſimilia alia. Philippus, *Nō ta dos*: Lonicerus, *non ineptos*: Aretiu *non inertes*: Vulgata verſio, *immob les*. Qv

les. Qvæ omnia ſenſu non multum diſcrepant. ἐλινύω, eſt *Ceſſo, Qvieſco, Otioſus ſum.* Vult ergò Poëta; non feci hymnos meos otioſos, qvi cum ſcriptione deſinant, ſicut ſtatua aliqva, ſimul ac effecta eſt, immobilis & ſine efficacitate manet, nec operatur qvicqvam: ſed laudes celebratorum per plurimas regiones promoventes, & ad poſteritatem omnem propagantes. Sic *Nem.* ε. ita orditur:

Οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰ-
μ', ὥστ' ἐλινύσοντά μ' ἐργάζε-
σθαι ἀγάλματ', ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
ἑσταότ': ἀλλὰ &c.

G. 6. Ταῦτα Νικάσιππ' ἀπόνειμον] Epilogus habens ἀποστροφὴν ad Nicaſippum ſive tabellarium, ſive χορευτὴν, cum mandato hæc diſtinctè exponendi, cùm qvoad laudes Xenocratis, tùm qvoad præmiũ Pindaro exſolvendum, ubi venerit ad Thraſybulum hoſpitem Pindari venerandum.

G. 6. ἀπόνειμον] i. e. ἀνάγνωθι, *lege, recita, expone:* ſicut & uſurpatur à *Sophocle in* ἀχαιῶν συλλόγῳ.

σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύ-
χας ἔχων,
ἀπόνειμον ——

Locum autem præcipuè hoc Verbum habebit, ubi diſtinctè aliqvid exponi jubetur, ſicut hoc loco diſtincta argumenta ſunt exponenda, unum de laudibus Xenocratis; alterum de præmio pro hymno. Debent ergò hæc à Nicaſippo ἀπονέμεσθαι, i.e. *diſtinctè & cum diſcretione exponi.*

G. 7. αἰτναῖον] Sola earum qvas vidi, *Cratandrina* ita habet: minùs ut apparet, convenienter, qvum Αἰτναῖοι, οἱ Καταναῖοι dicti fuerint, ut *Pyth.* α. β. γ. *Nem.* α. & θ. vidimus; non Agrigentini. Reliqvæ habent ἠθαῖον, qvod *Philippus* reddidit, *Familiarem*, ab ἦθος, qvod Ionibus eſt *ſedes conſveta.* Sed hanc vocem ἠθαῖος autoritate nulla confirmant. Fortè legendum, ἤθειον. Eſt autem Ἤθειος, per πρόσθεσιν τοῦ ἠ, pro θεῖος, ſicut ἠβαιὸς pro βαιός: ſignificatq; *Avunculus:* item *Frater vel ſocius natu major:* item *divinus, Colendus, Venerandus.* Sic fortaſſe *Lonicerus* legit, qvi reddidit, *divinum.* Commodè exponemus, *Colendum, Venerandum.* Sic *Odyſſ.* ξ. Eùmæus de Ulyſſe dicit, ἀλλά μιν ἠθεῖον καλέω.

G. 7. ἔλθῃς] Nota Syntaxin, ἔλθῃς ξεῖνον, pro πρὸς ξεῖνον. Verba enim *Veniendi* ſæpè ſine Præpoſitione cum Accuſativo loci aut perſonæ junguntur.

ΕἸΔΟΣ Γ.

ΜΕΛΙΣΣῼ ΘΗΒΑΙῼ, ἽΠΠΟΙΣ.

TErtium εἶδος Meliſſo Thebano ſcriptum eſt, qvi qvis, & qvorum Parentum filius fuerit, non ſatis exprimitur. Lineâ tamen maternâ ex Oedipi proſapia fuiſſe, & avum paternum Cleonymum qvendam fuiſſe, haud obſcurè ipſe Hymnus indicat. In ſeqventi

ἔρνος Τελεσιάδα appellatur, & proinde Teleſiades ejus pater fuiſſe cenſetur. Vicit genere certaminis eqveſtri, ſeu ἱπποδρομίᾳ, ut A. 1. dicitur. Utrum verò κέλητι, hoc eſt *eqvo deſultorio*; an verò τεθρίππῳ, hoc eſt, *qvadrigis ad currum junctis* vicerit! *Scholiaſtes* ambiguum & incertum eſſe, ideoq; ambiguo vocabulo, in ἐπιγραφῇ ἵπποις poſitum fuiſſe cenſet. Verùm κέλητα intelligi non poſſe, vel inde patet, qvia ἐπιγραφὴ non ἵππῳ dicit, ſed ἵπποις. Adde qvòd exemplum majorum ſecutus dicitùr in ἐπῳδῷ, v. g. Cleonymi avi paterni, qvi fuiſſe prædicatur ἁρματονίκης: & ex lineâ materna Labdacidarum, qvi τετραοριᾶν πόνοις inclaruerunt. *Olympiorum* δ. qvidem, ubi ἐπιγραφὴ etiam habet, ἵπποις, incertum eſt, qvo genere certaminis Eqveſtris, Pſaumis vicerit. Videtur tamen & ibi, ob pluralem numerum Κέλης intelligi non poſſe. Qvæ ſuſpicio ſit, hunc hymnum perperam inter Iſthmicos collocatum eſſe, qvum ad Nemeos principaliter pertineat, *ad v.* 8. ἀντιστροφῆς attingetur.

Vide pag. ſeqv. ſignum Q.

Ratio autem metrorum talis eſt.

στροφ.: & ἀντιστρ.

1.	−∪−−	−∪−−		
2.	−∪−−	−∪−−		
3.	−∪−−	−∪∪−		
4.	∪∪−−	−∪∪		
5.	−∪∪−	∪∪−−	−∪−−	
6.	−∪∪−	∪∪−−	−∪−−	
7.	−∪−−	−∪−−		
8.	−∪∪	−∪∪	−∪∪	−
9.	−∪−∪	−∪−∪		
10.	−∪−−	−∪−−		

ἐπῳδ.

1.	−−∪∪	−∪∪−	
2.	−−∪∪	−	
3.	−∪∪	−∪∪	−∪
4.	−∪−∪	−∪−	
5.	−−∪−	−−∪−	
6.	−−∪∪	−∪∪−	−
7.	−∪−−	−∪−−	
8.	−∪−−	−∪−	
9.	−−∪∪	−∪∪−	
10.	−∪−−	−∪−	
11.	−−∪−	−−∪−	−−∪−

Στροφὴ & Ἀντιστροφὴ, δεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. II. ut primum. III. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. IV. Dimetrum catalectum, ex Ionico à minore & Choriambo. V. Trimetrum acatalectum, ex Choriambo, Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. VI. ut qvintum. VII. ut primum. VIII. Trimetrum hypercatalectum dactylicum. IX. Dimetrum acatalectum, ex duobus ditrochæis. X. ut primum.*

Ἐπῳδὸς *verò* ἑνδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον, *dimetrum acatalectum ex Ionico à majore & Choriambo. II. Monometrum hypercatalectum, ex Ionico à majore. III. Trimetrum catalectum dactylicum. IV. Dimetrum catalectum, ex duobus ditrochæis. V. Dimetrum acatalectum ex duobus Epitritis tertijs*

VI. Di

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

Partes

- *Propoſitio*, Meliſſus eſt laudandus.
- *Confirmatio*
  1. *qvia felix eſt*
     - *victorijs.*
     - *divitijs.*
  2. *qvia neutris horum abutitur petulantia.*
  3. *qvia Jovis beneficio virtutes exercet.*
  4. *qvia providè diuturnitatem felicitatis ſibi conciliat. Hoc declaratur ἀντιθέσει.*
  5. *qvia illuſtribus factis laudem meretur.*
  6. *qvia vir bonus eſt.*
  7. *qvia jam epulum victoriale exhibet, cui hymnus convenit.*
  8. *qvia geminis victorijs claret & gaudet*
     - *Iſthmicis aliqvot.*
     - *Nemea.*
  9. *ab ἱπποδρομία, ſeu genere certaminis Eqveſtri.*
  10. *qvia patriæ Thebis, decus contulit.*
  11. *qvia cognatis non eſt dedecori.*
  12. *qvia ſeqvitur exemplum*
      - *Cleonymi avi paterni, ἀρματονίκου.*
      - *Labdacidarum, ex linea materna, clarorũ*
        - *divitijs.*
        - *qvadrigarum laboribus.*
- *Confutatio, occaſione cognatorum, qvos ob infortunium qvoddam in laudis partem non admittendos, qvis objiciat,*
  - *ab inſtabilitate felicitatis humanæ.*
  - *ab ἀτρωσία nemini niſi Dijs conceſſa.*

VI. Dimetrum hypercatalectum, ex Ionico à majore & Choriambo. VII. ut primum ςροφῆς. *VIII. Dimetrum catalectum ex duobus epitritis ſecundis. Tametſi in priore, pro ultima longa, duæ breves poſitæ ſunt. IX. ut primum. X. ut octavum. XI. Trimetrum acatalectum, ex tribus Epitritis tertijs.*

ΕΙΔΟΣ Γ.

ΜΕΛΙΣΣΩι ΘΗΒΑΙΩι,

Ἵπποις.

στροφ. α. κῶ. ι.

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις,
ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις,
ἢ σθένει πλούτου, κατέχει
φρασὶν αἰανῆ κόρον,
ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι.
Ζεῦ, μεγάλαι δ' ἀρεταὶ θνατοῖς ἕπονται
ἐκ σέθεν. Ζώει δὲ μάσσων
ὄλβος ὀπιζομένων: πλαγίαις
δὲ φρένεσσιν οὐχ ὁμῶς πάν-
τα χρόνον θάλλων ὁμιλεῖ.

ἀντιστρ. α. κῶ. ι.

Εὐκλέων δ' ἔργων ἄποινα.
Χρὴ μὲν ὑμνᾶσαι τὸν ἐσλόν.
Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς.
Χαρίτεσσιν βαστάσαι.
Ἔστι δὲ καὶ διδύμων ἀέθλων Μελίσσῳ
μοῖρα, πρὸς εὐφροσύναν τρέψαι γλυκεῖαν
ἦτορ, ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ
δεξαμένῳ στεφάνους, τὰ δὲ κοί-
λᾳ λέοντος ἐν βαθυστέρ-
νου νάπᾳ, κάρυξε Θήβαν

ἐπῳ. α. κῶ. ια.

ἱπποδρομίᾳ κρατέων.
Ἀνδρῶν δ' ἀρετὰν
σύμφυτον οὐ κατελέγχει.
Ἴστε μὰν Κλεωνύμου

ODA III.

MELISSO THEBANO, Eqvis.

α.

SI qvis hominum felicitatem-nactus,
aut cum illuſtribus certaminibus,
aut vi divitiarum, cohibet
in *animo tetram petulantiam;*
dignus is eſt *præconia civium adipiſci.*
O-Iupiter, magnæ autem virtutes mortales ſeqvuntur.
tuo-beneficio. Vivitq́ diuturnior
felicitas providè-agentium: perverſis
verò mentibus non ſimul per-
petuò florens converſatur.

a.

Illuſtrium verò factorum præmia ſunt.
Oportet itaqve *celebrare* virum *bonum.*
Oportet verò etiam *epulum-victoriale-exhibentem blan-*
Gratiis extollere. *(dis*
Eſt verò & geminorum certaminum Meliſſo
ſors ad hilaritatem convertendi dulcem
cor, partim *in ſemitis Iſthmi*
adepto coronas, partim in ca-
vo Leonis pectoro-
ſi nemore, proclamavit Thebam

A.

curſu-eqveſtri vincens.
Virorum verò virtutem
congenitam non dedecorat.
Scitis ſanè Cleonymi

δόξαν παλαιὰν ἅρμασι:
καὶ ματρόθε Λαβδακίδαισι
σύννομοι, πλούτου διέστι-
χον τετραοριᾶν πόνοις.
Αἰὼν δὲ κυλινδομέναις
ἁμέραις ἄλλ' ἄλλοτ' ἐξ-
άλλαξεν. Ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες Θεῶν.

COMMENTARIUS.

Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις] Partes hujus εἴδους tres ſunt: Propoſitio, Confirmatio & Confutatio. Propoſitio eſt: *Meliſſus eſt laudandus.* Confirmatio duodecim habet argumenta præcipuè. I. Qvia felix eſt victoriis & divitiis. II. qvia neutris horum abutitur petulantia. III. qvia Jovis numine & beneficio virtutes exercet. IV. qvia providè agens, diuturnitatem felicitatis ſibi conciliat. Qvod ἀντιθέσει declarat. V. qvia illuſtribus factis laudem meretur. VI. qvia vir bonus eſt. VII. qvia jam epulum victoriale exhibet, cui hymnus & gratulatio omninò convenit. Atqve has ſeptem rationes, partim conditionaliter, partim γνωμικῶς ponit Poëta, adeò, ut in textu conſideratæ, ſemper Majores Syllogiſmorum cōſtituant, ad qvas Minores concipi oportet, in eum propemodum ſenſum, qvo hactenus eas notavimus. Seqventes verò rationes in Hypotheſi, inſtar Minorum in textu ponuntur. v. g. VIII. qvia geminis victoriis claret, & ſvaviter gaudet, Iſthmicis nimirum aliqvot, & Nemea. IX. à ſpecie præclara certaminis, ἱπποδρομία. X. qvia Thebis patriæ ſuæ, qvam Victor proclamari fecit, decus cōtulit. XI. qvia cognatis ſuis non eſt dedecori. XII. qvia ſeqvitur exemplum majorum, v. g. Cleonymi avi paterni, qvi & ipſe ἁρματονίκης celebris fuit: & Labdacidarum cognatorum ex linea materna, qvi & divitiis, & qvadrigarum laboribus claruerunt. Deniq; occaſione mentionis cognatorum, & Labdacidarū, qvorū infortunii recordatio, Meliſſo vel aliis facilè in mentem redire, & hos in partem laudis non admittendos, inde objicere qvis poterat: brevem Confutationem hujus tacitæ objectionis annectit I. ab inſtabilitate felicitatis humanæ, II. ab ἀτρωσία, non niſi Diis cōceſſa.

α. 1. εὐτυχήσαις] *Eraſmus ad 13. cent. 3. Chil. 2.* legit. εὐτυχάσαις. Vide Adagium, *Argenti fontes.*

α. 3. 4. κατέχει φρασὶν αἰανῆ κόρον] *cohibet in animo moleſtam petulantiam.* κόρος hoc loco non eſt animi tranqvillitas, ut ineptè exponit *Aretius*: non etiam eſt, *rerum ſeu divitiarum abundantia & ſatietas*, ut *Lonicerus & Philippus*: ſed per μετάληψιν vel μετωνυμίαν cauſæ, eſt ὕβρις, *contumelia, petulantia, & injuriandi ſtudium*, cujus cauſa κόρος ſeu abundantia facultatum eſſe ſolet. (Gu-
mach

gloriam antiqvam curribus partam:
& ex-materna-linea Labdacidis
conjuncti, divitias perambu-
larunt qvadrigarum laboribus.
Tempus verò vel Fortuna *revolutis*
diebus alia aliàs per-vices-attu-
lit. Invulnerabiles utiqve filii Deorum.

macht Muth). Sic uſurpatur etiam *Ol. α. B.8. Ϛ. E. 1. Nem. α. d. 4.* Imò Poëta per ὑπαλλαγὴν dithyrambicam, *Ol. ιγ. α. 1.* ὕβριν κόρου ματέρα appellat, qvum κόρον ὕβρεως ματέρα dicere debuiſſet. Κατέχει φρασὶν, nō eſt, *Retinet*, ut *Philippus*, vel ut *Lonicerus* reddidit, *Continet*, vel ut *Eraſmus* loco dicto, *Obtinet ſaturitatem*: ſed *Cohibet, Coërcet, Refrenat.* Loqvitur de ὕβρει & inſolentia omniũ pectoribus vitio naturæ innata, qvæ nō tàm abijci aut expelli poteſt, qvam Cohiberi, Coerceri, & refrenari. De φρασὶν notandum, qvòd, etſi Nominativus Doricus φράν pro φρήν producatur; tamen Obliqvi Dorici, ubi communes ε habēt, illud α non producant, ſed corripiant, puta non pro η ſed pro ε poſitum, ut hoc loco φρασί. & *Pyth. γ. E. 2. & Nem. γ. G. 8. Eraſmus* perperam legit φασὶν, redditq; *ut ajunt. Romana & Brubachiana* perperam ἑαυτῇ habent, vitio typographico. Sed *Eraſmus* retinuit, redditq; *magnificam.*

α. 6. Ζεῦ: μεγάλαι δ' ἀρεταί] *Lonicerus* τὸ Ζεῦ connectit cum præcedentibus, qvaſi illa omni per ἀποστροφὴν ad Jovem fuerint dicta. Sed ad ſeqvētia rectiùs referemus. Freqvens enim eſt Græcis Poetis, poſt Compellationem perſonæ, τὸ ἀλλὰ vel δὲ ponere, vel γὰρ etiam.

α. 7. ζώει] *vivit*, h. e. durat.

α. 8. ὀπιζομένων] *providè agentium*, πρόσσω καὶ ὀπίσω ſpectantium. ἡ ὄπις eſt *aſpectus*, provida cura præteritorum & futurorum.

α. 8. πλαγίαις δὲ φρένεσσιν] i. e. παρανόμοις, σκολιόφροσι.

a. 1. εὐκλεῶν δ' ἔργων ἄποινα] ſc. εἰσί. Eſt enim hæc ſententia integra, nec cohæret cum ſeqventib. ut *Lonic. & Philippus* cum iis connectunt, qvaſi Syntaxis eſſet, χρὴ τὸν ἐσλὸν, ὑμνῆσαι ἄποινα ἔργων εὐκλεῶν. Sed poſt ἄποινα faciendũ eſt punctum: & his verbis χρὴ μὲν, nova ſententia inchoanda. In *Vulgata* verſione, qvam *Lutetiana, Plantiniana*, & ex parte etiam *Commel. editio* habet, ſimilis cōnexio, imò & qvoad ordinem translocatio cum ſeqventibus eſt: *Oportet laudare [virum] fortem [qvæ laudationes ſunt] præmia illuſtrium virorum*: qvos tamē ἔργων nomine notari non dixerim. Ideò & *Portus* correxit, & repoſuit *Factorum.* Τὰ ἄποινα, ſunt *præmia* noſtro Poetæ. *Homero Il. α.* ſunt λύτρα. Lego autem εὐκλέων. Semper. n. Pindarus à Syncopenti εὐκλής declinat.

a. 2. τὸν ἐσλὸν] *Virum bonum*, ut objectum laudum, *ut laudetur.* Non a. ut cauſam efficientem, *ut laudet*, uti ex

ex illorum ſententia ſeqveretur, qvi hæc verba χερὶ μὲν &c. cum præcedente verſu conjungunt, ea Syntaxi qva modò dictum eſt. Etſi enim hoc à viro bono non eſt alienum: tamen hoc loco non eſt hæc mens Poetæ. *Lonicerus* reddens, *Pro bona re debita*, longiùs recedit.

a. 3. ἀγαναῖς χαρίτεσσιν] *benevolis gratiis*, animo congratulante. *Romana & Brubachiana* perperam habent χαρίτεσι·

a. 4. βαστάσαι] *extollere, evehere*, qvaſi ſublimem geſtare.

a. 5. διδύμων] ratione loci, ut ſint aliæ Iſthmicæ victoriæ, alia Nemea: vel etiam ratione numeri victoriarum in uno eodemq; loco, ut intelligatur gemina victoria Iſthmica, abſqve victoria alterius loci. Sed prior expoſitio verior.

a. 5. ἀέθλων] συνίζησις.

a. 7. ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ] *in ſemitis Iſthmi*, propter exiguam latitudinem.

a. 8. στεφάνους] ergò non una, ſed plures victoriæ Iſthmicæ notantur.

a. 8. τὰ δὲ] Infertur hoc ad antecedens τὰ μὲν, ſubaudiendum: τὰ μὲν ἐν βάσσαισιν &c. τὰ δὲ &c. Eſt autem τὰ δὲ, ἐλλειπτικὸν, pro κατὰ τὰ δὲ, *ſecundum hæc verò*, id eſt, partim. Aliqvi exponunt, *Nunc*. Qvo ſenſu, ſeqveretur, hymnum hunc non in Iſthmiam, ſed præcipuè in Nemeam victoriam ſcriptum fuiſſe, ante qvam tamẽ victor Iſthmicas duas vel plures retulerit. Sed ex ſeqventi εἴδει ſatis liqvet, hîc Iſthmicæ præcipuè victoriæ eſſe celebrationem.

a. 9. κοίλα Λέοντος ἐν βαθυστέρνου νάπᾳ] id eſt, *in Nemea*, ubi fuit ſpelunca Leonis Nemeæi. βαθύστερνον vocat Leonem, cùm ex proprietat[e] animalis, qvod pectus robuſtiſſim[um] habet: tùm κατ᾽ ἐξοχὴν individu[um] Nemeæi, præ aliis. τὸ βαθὺ enim i[n] compoſitione vim addit. Qvand[o] verò *Nem. θ. ε. 11.* Terram vocat βα[θύ]στερνον, Metaphoricum eſt, προσω[...] ποποιητικὸν, vel ſaltem ζωοποιητ[ι]κόν.

A. 1. ἱπποδρομίᾳ] *curſu eqveſtr[i]* ſive fuerit unus eqvus κέλης, ſive τ[έ]θριπποι. Sed de qvæſtione anteà.

A. 2. 3. ἀρετᾶν ἀνδρῶν σύμφυτον [...] pro ἀρετὰν συγγενῶν ἀνδρῶν.

A. 4. Κλεωνύμου] avi paterni, [...] putatur, patris videlicet Teleſiada[e] cuius *in ſeqvente εἴδει* fiet mentio. A[...] hoc ibidem tota familia Κλεωνυμ[ι]δῶν nomine venit.

A. 6. ματρόθεν] *Brubachiana e[...] tio* habet μακρόθεν, *à longè*, *longa [...] rie*. Lego autem μακρόθε, vel p[o]tiùs ματρόθε, *à maternâ lineâ*, è m[a]terna familia. Dixerat .n. modò [...] Cleonymo avo paterno. Nunc er[go] & de materna cognatione: ut oſte[n]dat eum σύμφυτον ἀρετὰν nullo m[o]do κατελέγχειν.

A. 6. 7. Λαβδακίδαισι σύννομο[ι] *Labdacidis qvaſi collegæ*, jure & le[ge] cognationis conjuncti. Ex Reg[ia] itaqve Labdaci familia materno g[e]nere hic Meliſſus deſcendit. Labd[a]cus autem fuit filius Polydori, nep[os] Cadmi, Pater Laij, avus Oedi[podis]. Qva autem ab his genealogia M[e]liſſus deſcendat, memoriæ traditu[m] non eſt.

A. 7. πλούτου διέστιχον] τὸ πλού[του] aliqvi annectunt cum σύννομοι π[λού]του, *participes divitiarum*, ſecuti *Sc[ho]liaſten*, qvi tamen mox corrigit, cum διέστιχον conjungit, exponitq[ue]

2

διὰ πλούτου ἤρχοντο, divitias pertranſierunt, in divitiis verſati ſunt, hoc eſt, *πλοῦτον ἐκτῶντο.*

A. 8. *τετρασορίαν πόνοις*] Vide *Ol.* ε. *α.* 8. Duæ breves *ορι* ∪∪ pro- nonuntur.

A. 9. *αἰὼν δὲ κυλινδομέναις*] Occaſione mentionis cognatorum, & nter eos Labdacidarum, poterat vel pſi Meliſſo, vel etiam aliis in mentem venire infortunii, qvod in illa amilia notorium erat. Qvanta nim mala olim Labdaci domum & oſteros preſſerint, vix enarrari poeſt. Paucis: Qvum Labdacus Theis regnum conſtituiſſet florentiſſium, idqve filio Laio reliqviſſet: nonitus Laius oraculo, ſe à filio in- eremptum iri; natum ſibi ex Jocaſta lium Paſtori cuidam conſcia Jocaa interficiendum dedit. At detreans ille homicidium, infantem, ujus pedes fune trajecerat, in mõte ithærone ab arbore ſuſpendit. Qvi ventus, & Corinthi educatus, vum tumore pedum deinceps laboret, Οἰδίπους (dickſchenckel) noen accepit: & Patrem Laium ſibi cognitum, in faucibus viarum ob- antem interfecit: & ad Thebas ſubta *Sphinge*, hoc eſt, manipulo laonum, Jocaſtam matrem inſcius orem duxit, & ex ea filios & filias, iò fratres & ſorores genuit. Conito autem parricidio, & inceſto atrimonio, Jocaſta ſeipſam ſusndit, & fibulis veſtimentorum ejus edipus ſeipſum excæcavit, & in vontario exilio prope Athenas à ter- abſorptus eſt. Filii verò, Polynis & Eteocles de regno dimican- in bello ambo ceciderunt cum agna clade Argivorum qvos Polynices adduxerat. Nec filiæ immunes malorum fuêre. Et manſit iſta furia in ea familia aliqvandiu; ipſis Ethnicis judicantibus, Labdacum inceſto qvodam facinore has pœnas ſuo generi attraxiſſe. *Uſqve adeò Deus viſitat iniqvitatem Patrum in filiis in tertiam & qvartam generationem.* Atqve hæc Labdacidarum fortuna ex antiqvis retrò ſeculis, in notitia tamen adhuc erat. Reliqvorum verò cognatorum nuper qvatuor in bello uno die occubuerant, ut *in ſeqvente εἴδει* videbimus. Videbatur ergo Cognatorum mentio in parte laudis non admodum commoda: præſertim qvum & antiqvus ille, & nuperus hic caſus notorius eſſet. Qvæ qvum tacitè alicui in mentem venire potuiſſent: prævidens qvaſi has cogitationes prudens Poëta, illis occurrit, & ad utrumqve caſum reſpondet. Ad antiqvum illum Labdacidarum: Magnam eſſe inſtabilitatem felicitatis humanæ, adeò ut nec ſit deſperandum in adverſis, nec confidendum in proſperis. Ad nuperum verò aliorum cognatorum; In bello occumbere, omnibus hominibus contingere poſſe, qvum nemo exceptis Diis ſit invulnerabilis vel immortalis. Simile ferè argumentum tractat *Ol.* ε. *A.* 1. fuſiùs.

A. 11. *ἄτρωτοί γε μὰν παῖδες Θεῶν*] id eſt, *Dii*, qvi hîc *παῖδες Θεῶν*, ut Græci, *παῖδες ἑλλάνων*, *in ſeq. εἴδει* dicuntur, *ſoli ſunt invulnerabiles*, & in bello occumbere non poſſunt. Hominum verò nemo hoc privilegio gaudet. Itaqve nihil ab humana conditione alienum paſſi ſunt qvatuor Meliſſi propinqvi: nec fatum eorum qvicqvam laudibus

ipſius detrahit. Ita propriè hæc ſunt accipiēda. Sed aliqvi tantùm ad Labdacidas reſpiciētes, allegoricè accipiunt, *Sunt immutabiles, & ad malum inflexiles perſeverant* : οὐκ ἔχουσι μεταβολὴν εἰς κακόν. Cęterùm *Homerus* ne Deos qvidem ſuos ἀτρώτους credidit, dum Venerem & Martem à Diomede vulneratos fingit. *Il. ε. v. 336. & 858.* Qvo nomine etiam & de ſimilibus à *Platone lib. 3. de Rep.* reprehenditur.

ΕἸΔΟΣ Δ.

ΤΩι ΑΥΤΩι ΜΕΛΙΣΣΩι.

QVartum hoc εἶδος, non tantùm eidem MeliſſoThebano inſcriptum eſt, ſed & rationem metricam cum præcedente habet eandem : niſ qvòd nonum κῶλον στροφ. & ἀντιστρ. in hoc εἴδει habet duos Epitri tos ſecundos, – υ – – – υ – –, qvum in præcedenti habeat duos Di trochæos, – υ – υ – υ – υ. Tametſi nullum dubium, ſi textus depravation careret, utrobiq; conſenſum inventū iri. Qvam ob cauſam etiā ſuſpicati non nulli fuerunt, totum hoc εἶδος, cum præcedente unum debere eſſe hymnum ſicut & *Aldina editio* uno hymno utrumq; complexa eſt. Verùm ſi accuratiù ſcopū utriuſq; cōſideraverimus; facilè largiemur, duo eſſe diſtincta carmina licet genus metricum ſit idem. In priore .n. Meliſſum ſimpliciter laudandum ait. In hoc, *Facile eſſe, dicit Meliſſi laudes prædicare.* Unde potiùs in eam ire nō nullis placet ſententiam, qvæ ſtatuit, Poëtam hoc alterum carmen priori ad didiſſe, vel qvia pro priore liberaliſsimū honorarium acceperit : qvod tame minus placet: qvia vix taciturus fuiſſet Poëta Liberalitatem, qvi aliàs virtut omnes prædicat, & Liberalitatem non rarò cōmendat. Vel potiùs, qvia pric hymnus, ob brevitatem, ſive Victori ipſi, ſive amicis ejus, minꝰ placuit. Sati facturus ergò hac in parte etiam illi deſiderio, alium prolixiorem ejuſdē m tri compoſuit. Statimq; primis verbis excuſat brevitatē, eamq; non ex inop facultatis ſuæ Poëticæ, qvum favētibus Diis infinitas ſibi vias habeat: non e am ex ſterilitate materiæ laudum Meliſsi, qvi virtute ſua εὐμηχανίαν hac parte Poëtæ præſtat; ſed ex liberrimo ſuo judicio profectā eſſe innuit, hau dubiè, qvia pro illo πολυθρυλλήτῳ ſuo, *N.* ζγ. 8. 9. εὐώνυμον ἐς δίκαν τ ἔπεα διαρκέσει, prolixitatem in virtute manifeſta non reqviſitum iri putav Iam verò qvia intelligit, Meliſſum & amicos ejus prolixitatem aliqvam de derare; wie mancher gern ein lange Intimation oder Teſtimonium haben w eandem addit, ſed ſub harmonia eadem cum priore. Tametſi non multu refert, ſi occaſionem & conſilium Poëtæ non ſatis ominati fuerimus. Ali Pindaro non infreqvens eſt, uni & eidem victoriæ duos hymnos conſecra ſive conſilium ſuum apertè indicarit, ut Olymp. ια, ubi propter moram, τ κου loco alterum adjungit : ſive non ſatis expreſſerit, ut *Pyth.* β, ubi Hiero de eadem victoria curruli gratulatur : & *Pyth.* ε, ubi Arceſilao.

Summ

Summa & Diſpoſitio hæc eſt:

Propoſitio, Facile eſt mihi laudare Meliſſum.

Confirmatio
- *à Deorum gratia, favente*
  - *Poetæ.*
  - *Meliſſo.*
- *à Meliſſi*
  - *perſona, ob victoriam Iſthmicam, materiam copioſam ſuppeditantem.*
  - *majoribus, ob familiæ*
    - *virtutes.*
    - *celebritatem.*
    - *gratiam apud Deos.*
    - *fortunæ varietatem omnibus hominib. cõmunem.*
    - *gloriam apud Thebanos cives.*
    - *antiqvitatem.*
    - *hoſpitalitatem.*
    - *probitatem, & alienam mentem à contumelia.*
    - *gloriam certantẽ cum qvibusvis*
      - *demortuis.*
      - *ſuperſtitibus.*
    - *ſtrenuitates ad Herculis uſq; columnas notas.*
      - *Subijcitur γνώμη, monens, ulterius nihil*
        - *ſibi affectandum.*
        - *ab aliis poſtulandũ.*
    - *ἱπποτροφίαν.*
    - *ſtudium bellicum.*

Confutatio, inſtar Digreſſionis: Atqvi qvatuor virorum uno die bello ſublatorum ex ea familia fatum hæc omnia maculat.

Reſpondet
- *conceſſione.*
- *excuſatione*
  - *à viciſſitudine fortunæ comparatè cum ſerenitate verna poſt hyemem.*
  - *à divina providentia.*
  - *à recompenſata fortuna, per victoriam hanc, non ſine numine Neptuni.*
  - *à nova gloria poſt calamitatem acqviſita*
    - *firmiore; ſicut corpus poſt ſomnũ novas vires accipit.*
    - *clariore; ſicut mũdus poſt noctem ortu Luciferi denuò illuminatur.*

Regreſſio ad confirmationẽ
- *à Meliſſi perſona*
  - *à favore Neptuni præſidis Iſthmiorum.*
  - *à nova gloria familiæ poſt calamitatem acqviſita.*
- *à majoribus, ob*
  - *victorias*
    - *Athenienſem*
    - *Sicyoniam*
    - *multis carminib. olim celebratas.*
  - *certamina ubivis locorum obita.*
  - *ſumptus in ἱπποτροφίαν impenſos.*
  - *celebritatem, qvæ eſt ſignum antegreſſæ virtutis. Qvod effertur à contrario.*

Confutatio. ♋

Regreſſio. ♌

♋ Confutatio *altera. At ἔμπειροι non ſemper ſunt γνωςοί, & eventus τῆς πείρας ἀφανὴς eſt.*

- *Reſpondet à*
  - *cauſa*
    - *fortunæ lubricitate.*
    - *improborum τέχναις.*
  - *κρίσει de iſtis, qvæ petenda eſt*
    - *non à vulgo, qvod præſtantiores debitis præmiis defraudat, exemplo Aiacis.*
    - *ſed à ſapientibus*
      - *ſicut Homerus Aiacem prædicat ob virtutes.*
      - *qvorum præconia*
        - *ſunt immortalia.*
        - *ipſa facta reſpiciũt; qva ſi καλο ſunt, terr mariq́ ce lebrant*

♌ *Regreſſio altera ad Confirmationem à Meliſſi perſona*

- *à poßibilitate victoriæ pancratii, qvam ei precatur.*
- *à patre Teleſiade.*
- *à robore corporis, & animoſitate leonina.*
- *ab aſtutia animi vulpina.*
- *ab agilitate compenſante ſtaturam breviorẽ, cõparatè cum Hercule, qvi*
  - *Antæum ſe longè proceriorem proſtravit.*
  - *terras mariaq́ exploravit.*
  - *navigationibus mare idoneum fecit.*
  - *Olympum aſcendit, ibiq́ præmia accepit*
    - *Jovis cohabitationem.*
    - *felicitatem pulcherr mam.*
    - *honorem & amicitia Deorum.*
    - *conjugium Hebæ.*
    - *poſſeſſionem cœli.*
    - *ſocrum Junonem.*
    - *cultum Thebis, cum octo filiis.*
- *à victoria Herculana*
  - *duplici virorum.*
  - *una anteà, puerorum.*
- *à prudenti auriga Orſea, hymnis celebrando.*

Ratio verò metrica, cum præcedente εἴδει planè congruit, niſi qvòd hîc n num κῶλον ςροφῆς & ἀντιςροφῆς – ∪ – – – ∪ – – *eſt, dimetrum acatal ctum ex duobus Epitritis ſecundis: qvum in præcedente ſit,* – ∪ – ∪ – ∪ – *dimetrum acatalectum, ex duobus ditrochæis. Qvod & anteà monitum.*

Εἶδ

ΕΙΔΟΣ Δ.

ΤΩι ΑΥΤΩι ΜΕ-λίσσῳ.

ODA IV.

EIDEM ME-liſſo.

στρο. α. κώ. ι.

Ἔστί μοι τῶν Θεῶν ἕκατι
μυρία παντᾶ κέλευθος
ὦ Μέλισσ᾽. Εὐμηχανίαν
γὰρ ἔφανας ἐν Ἰσθμίοις,
ὑμετέρας ἀρετὰς ὕμνῳ διώκειν:
αἷσι Κλεωνυμίδαι θάλλοντες αἰεὶ
σὺν Θεῷ, θνατὸν διέρχον-
ται τὸ βίου τέλος. Ἄλλοτε δ᾽ ἀλ-
λοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώ-
πους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.

ἀντι. α. κώ. ι.

Τοὶ μὲν ὦν Θήβαισι τιμά-
εντες ἀρχᾶθεν λέγονται,

a.

Est mibi Deorum beneficio,
infinita qvoqvoverſum via
ô Meliſſe. Facilitatem
enim oſtendiſti in Iſthmiis
veſtras virtutes hymno proſeqvendi:
qvibus Cleonymidæ florentes ſemper
cum Deo, mortalem pertranſe-
unt vitæ terminum. Aliàs autem a-
lius flatus omnes homi-
nes ingruens agitat.

a.

Illi igitur Cleonymidæ *Thebis hono-*
rati antiqvitus celebrantur,

 hoſpitesq;

πρόξενοί τ' ἀμφικτιόνων
κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ
ὕβριος. Ὅσα δ' ἐπ' ἀνθρώπȣς ἄηται
μαρτύρια φθιμένων ζωῶν τε φωτῶν
ἀπλέτȣ δόξας, ἐπέψαυ-
σαν κατὰ πᾶν τέλος. Ἀνορέαις
δ', ἐσχάταισιν οἴκοθεν ϛά-
λαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις.

ἐπῳ. α. κώ. ια.

Καὶ μηκέτι μακροτέραν
σπεύδειν ἀρετάν.
Ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο,
χαλκέῳ τ' Ἄρει ἅδον.
Ἀλλ' ἁμέρᾳ γὰρ τ' ἐν μιᾷ,
τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο
τεσσάρων ἀνδρῶν ἐρήμω-
σεν μάκαιραν ἑϛίαν.
Νῦν δ' αὖ μετὰ χειμέριον
ποικίλων μηνῶν ζόφον
χθὼν ὥϛε φοινικίοισιν ἄνθησαν ῥόδοις

ϛρο. β. κώ. ι.

δαιμόνων βȣλαῖς. Ὁ κινη-
τὴρ δὲ γᾶς, Ὀγχηϛὸν οἰκέων,
καὶ γέφυραν ποντιάδα
πρὸ Κορίνθȣ τειχέων,
τόνδε πορὼν γενεᾷ θαυμαϛὸν ὕμνον,
ἐκ λεχέων ἀνάγει φάμαν παλαιὰν
εὐκλέων ἔργων. Ἐν ὕπνῳ
γὰρ πέσεν. Ἀλλ' ἀνεγειρομένα,
χρῶτα λάμπει, Ἀωσφόρος θα-
ητὸς ὡς ἄϛροις ἐν ἄλλοις.

hoſpitesq́ circum-habitantium,
tumultuoſæq́ & dicacis *expertes*
contumeliæ. Qvotcunq́ verò inter homines ſpirantur
teſtimonia defunctorum vivorumq́ virorum
immenſæ gloriæ, ea omnia *attige-*
runt ſecundum omnem perfectionem. Strenuitatibus
verò, ad-extremas inde-usq́-à domo co-
lumnas pertingunt Herculeas.

A.

Et ſanè *ne longius extenſam*
affectes virtutem.
Eqvorumq́-altores fuerunt,
ferreoq́ Marti placuerunt.
Sed die enim in una,
aſper nimbus belli
qvatuor viris orba-
vit beatam domum.
Nunc verò poſt hybernam
inconſtantium Menſium caliginem,
tellus velut puniceis floruerunt roſis,

ε.

Deorum conſilijs. Qvaſſa-
tor autem terræ, Oncheſtum inhabitans,
& pontem marinum
ante Corinthi muros,
huncce largitus ipſorum *generi mirificum hymnum,*
ex lectis reducit famam antiqvam
glorioſorum operum. Dormiens
enim prociderat. Sed nunc *excitata,*
corpore fulget, Lucifer conſpicu-
us & admirandus *ceu aſtra inter cætera.*

Qvæ

ἀντ. β. κῶ. ι.

Ἄτε κ' ἐν γουνοῖς Ἀθηνᾶν
ἅρμα κηρύξαισα νικᾶν,
ἔν τ' Ἀδραϛείοις ἀέθλοις
Σικυῶνος, ὤπασε
τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδᾶν.
Οὐδὲ παναγυρίων ξυνᾶν ἀπεῖχον
καμπύλον δίφρον: Πανελλά-
νεσσι δ' ἐριζόμενοι, δαπάνᾳ
χαῖρον ἵππων. Τῶν ἀπειρά-
των γὰρ ἄγνωϛοι σιωπαί.

ἐπῳ. β. κῶ. ια.

Ἔϛιν δ' ἀφάνεια τύχας
καὶ μαρναμένων,
πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
Τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος.
Καὶ κρέσσον' ἀνδρῶν χειρόνων
ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψαι-
σ'. Ἴϛε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν
φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ
ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ
φασγάνῳ, μομφὰν ἔχει
παίδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρώανδ' ἔβαν.

ϛροφ. γ. κῶ. ι.

Ἀλλ' ὅμηρός τοι τετίμα-
κε δι' ἀνθρώπων, ὃς αὐτοῦ
πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετὰν,
κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν
θεσπεσίων ἐπέων, λοιποῖς ἀθύρειν.
Τοῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶεν ἕρπει,
εἴ τις εὖ εἴπῃ τι: καὶ πάγ-
καρπον ἐπὶ χθόνα, καὶ διὰ πόν-

τοι

b.

Qvæ & in fertili-ſolo Athenarum
currum qvum-promulgaſſet viciſſe,
inq; Adraſteis certaminibus
Sicyonis, exhibuit
talia ejus ſeculi Poëtarum ſolia cantionum.
Neq; à-conventibus communibus abſtinuerunt
incurvum currum: ſed cum-univer-
ſis-Græcis certantes, ſumptu
gaviſi-ſunt eqvorum. Inexpertorum
enim in-notitiam-non-venientia ſilentia ſunt.

B.

Eſt verò incertitudo Fortunæ
etiam certamina-ſubeuntium,
priusqvam finis extremus adveniat.
Horum enim dat eventum Fortuna.
Et præſtantiorem virorum deteriorum
ſupplantare-ſolet ars corripi-
ens. Noſtis ſanè Ajacis robur
Martium, qvod ſera
in nocte poſtqvam-diſſecuit, ſuo confoſſus
enſe, reprehenſionem exhibuit
Filijs Græcorum, qvotqvot ad-Trojam profecti-ſunt.

γ.

At Homerus utiqve eum honora-
vit per homines, qvi ejus
omnem erigens virtutem,
per ſeriem cecinit
divinorum verſuum, poſteris ad-ludendum.
Hoc enim immortale ſonans procedit,
ſi qvis benè dixerit aliqvid in laudem alicujus: & o-
mnifrugiferam per terram & per ma-

τον βέβακεν ἐργμάτων ἀ-
κτὶς καλῶν ἄσβεστος αἰεί.

ἀντι. γ. κῶ. ι.

Προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν,
κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων
καὶ Μελίσσῳ, παγκρατίου
στεφάνωμ' ἐπάξιον,
ἔρνεϊ Τελεσιάδα. Τόλμᾳ γὰρ εἰκὼς
θυμὸν ἐριβρεμετᾶν θηρᾶν λεόντων
ἐν πόνῳ: μῆτιν δ', ἀλώπηξ,
αἰετοῦ ἅτ' ἀναπιτναμένα
ῥόμβον ἴσχει. Χρὴ δὲ πᾶν ἔρ-
δοντ', ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.

ἐπῳ. γ. κῶ. ια.

Οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριω-
νείαν ἔλαχεν:
ἀλλ' ὀνοτὸς μὲν ἰδέσθαι,
συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς.
Καί τοι ποτ' Ἀνταίου δόμους
Θηβᾶν ἀπὸ Καδμεϊᾶν, μορ-
φὰν βραχὺς, ψυχὰν δ' ἄκαμπτος,
προσπαλαίσων ἦλθ' ἀνὴρ
τὰν πυροφόρον Λιβύαν,
κρανίοις ὄφρα ξένων
ναὸν Ποσειδάωνος ἐρέφοντα σχέθοι,

στροφ. δ. κῶ. ι.

υἱὸς Ἀλκμήνας. Ὃς Οὔλυμ-
πόνδ' ἔβα: γαίας τε πάσας,
καὶ βαθυκρήμνου πολιᾶς
ἁλὸς ἐξευρὼν θέναρ,
ναυτιλίαισί τε πορθμοὺς ἁμερώσαις.
Νῦν δὲ παρ' Αἰγιόχῳ κάλλιστον ὄλβον

ἀμφέ-

re incedere-ſolet factorum ra-
dius bonorum inextinctus ſemper.

g.

Promptas Muſas utinam-conſeqveremur.
ad-accendendum illam facem hymnorum
etiam Meliſſo, pancratio
coronam condignam,
germini Teleſiadæ. Audaciæ enim ſimilis-eſt
qvoad *animoſitatē, graviter-frementiū beſtiarū Leonū,*
in certandi *labore:* qvoad *prudentiam verò, Vulpes* eſt,
Aqvilæ qvæ ſupina-prolapſa
impetum cohibet. Oportet autem qvidvis fa-
cientem, labefactare hoſtem.

G.

Non enim ſtaturam Orio-
neam ſortitus-eſt:
ſed contemptibilis qvidem aſpectu-eſt,
ad concurrendum verò in *certamine gravis.*
Et ſanè ad Antæi domos
Thebis à Cadmeis, ſtatu-
ra qvidem *brevis, animo verò inflexibilis*
colluctaturus venit vir
in *triticiferam Libyam:*
craniis ut hoſpitum
templum Neptuni operientem coërceret,

δ.

Filius nimirum *Alcmenæ. Qvi Olym-*
pum adiit: terrasq́; univerſas,
& in-præceps-profundi cani
maris qvum-exploraſſet imum-fundum,
pro *navigationibusq́; fretum manſvefeciſſet.*
Nunc verò apud Ægiochum pulcherrimam felicitatem

ἀμφέπων ναίει, τετίμα-
ταί τε πρὸς Ἀθανάτων φίλος, Ἥ-
βαν τ' ὀπυίει, χρυσέων οἴ-
κων ἄναξ, καὶ γαμβρὸς Ἥρας.

ἀντιστρ. δ. κώ. ι.

Τῷ μὲν Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν
δαῖτα πορσύνοντες ἀστοὶ,
καὶ νεόδματα στεφανώ-
ματα βωμῶν, αὔξομεν
ἔμπυρα χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων,
τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρειοντὶς υἱοὺς,
τοῖσιν ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν
φλὸξ ἀνατελλομένα συνεχὲς
παννυχίζει, αἰθέρα κνι-
σᾶντι λακτίζοισα καπνῷ:

ἐπῳδ. δ. κώ. ια.

καὶ δεύτερον ἆμαρ ἐτεί-
ων τέρμ' ἀέθλων
γίνεται, ἰσχύος ἔργον.
Ἔνθα λευκωθεὶς κάρα
μύρτοις ὅδ', ἀνὴρ διπλόαν
νίκαν ἀνεφάνατο, παίδων
τὴν τρίταν πρόσθεν, κυβερνα-
τῆρος οἰακοστρόφου
γνώμα πεπιθὼν πολυβού-
λῳ. Σὺν Ὀρσεία δέ νιν
κωμάζομαι, τερπνὰν ἀποστάζων χάριν.

amplectens habitat, honoratusq́;
eſt immortalibus, amicus eorum exiſtens, *He-*
bæq; maritus-eſt, aurearum æ-
dium dominus, & gener Junonis.

d.

Cui qvidem Electras ſupra portas
epulum adornantes nos *cives,*
& recens-facta coronamen-
ta altarium, cumulamus
inferias ære-pernicioſorum octo interfectorum,
qvos Megara peperit ei Creontis filios,
qvibus in occaſu radiorum Solis
flamma exorta continuè
pernoctat, ætherem nidori-
fero feriens fumo:

D.

& poſtera dies anniverſa-
riorum terminus certaminum
fit, roboris opus.
Ibi dealbatus caput
Myrtis hicce, Vir duplicem
victoriam conſpiciendam-exhibuit, Puerorum
verò *tertiam anteà, Guberna-*
toris clavum-verſantis
conſilio obſeqvutus prudentiſ-
ſimo. Cum Orſea autem ipſum
celebro, jucundam deſtillans gratiam.

Commentarius.

Ἔστί μοι Θεῶν ἕκατι] Sex ſunt partes hujus εἴδους. Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio Confutatoria, Regreſsio adConfirmationem,Confutatio,& iterum Regreſsio. Propoſitio eſt: *Facile eſt mihi laudare Meliſſum.* Confirmatio ſumitur partim à Deorum gratia favente cum Poëtæ, qvi non unam ſed infinitas vias laudandi novit: tum Meliſſo, qvi victoria ſua ἐυμηχανίαν laudandi ſuppeditat: partim à perſona Meliſsi, victoria Iſthmica, materiam copioſam exhibentis: partim deniqve à Meliſsi majoribus, ob familiæ Cleonymidarum virtutes; celebritatem; gratiam apud Deos, fortunæ varietatem,qvæ etſi infauſta interdum attulit, excuſatur tamen, qvòd nemo ab ea ſit immunis; gloriã apud Thebanos cives; antiqvitatem; hoſpitalitatem; probitatem, & alienam mẽtem à contumelia; gloriã certantem cum qvibusvis, ſive demortuis, ſive ſuperſtitibus; ſtrenuitates, inde uſqve à domo ad Herculis columnas, notas. Huic membro ſubjicitur gnome, monens, ulteriùs nihil vel ſibi affectandum, vel ab aliis poſtulandum. Item, ob ἱπποτροφίαν; & ſtudium bellicum, qvo vel ipſi Marti placere poſsint.

α. 1. ἔστί μοι, Θεῶν ἕκατι] Lego, Ἔστί μοι, τῶν Θεῶν ἕκατι. vocem Θεῶν, per συνίζησιν, pro una ſyllaba longa accipiendo. ut & *Olymp. ιγ. d. 6.* & Θεοῖσι, *Olymp. α. β. 16.* Per Θεοὺς autem intelligit Poëta vel *Deos qvoscunqve* in genere: vel in ſpecie *Apollinem & Muſas.*

α. 3. 4. ἐυμηχανίαν γὰρ ἔφανες Ἰσθμίοις] Lego, ἐυμηχανίαν γὰρ ἔφάνας ἐν Ἰσθμίοις: ut ſit ἔφανας Aoriſtus primus Doricus pro ἔφηνας: qvapropter & φα producitur, qvod in Aoriſto ſecundo ἔφανες fieri non poſſet: & νας ἐν, ᴗ ᴗ, pro – ſeu una longa ponitur.

α. 5. ὕμνῳ] Pindarus ὕμνον pro ἐγκωμίῳ ἐπινικίῳ ferè ſemper uſurpat. Propriè aliqvi volunt ὕμνον *Deorum eſſe.*

α. 6. Κλεωνυμίδαι] *familia Cleonymi*, avi paterni huius Meliſsi, ſive ante Cleonymum ſive poſt eum vixiſſe cogitentur. De qva forma alibi.

α. 7. θάλλοντες αἰεὶ σὺν Θεῷ] id eſt, *cum Deo, gratia & beneficio Dei*: vel *juſtè & honeſtè*, legitimis mediis Deo placentibus, mit Gott vnd ehren. Non autem, *ut Deus, vel æqvè ac Deus*: ut *Aretius* exponere videtur.

α. 8. ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος] Tacitè occurrit objectioni vel de infortunio majorum Labdacidarum, de qvo in præcedente εἴδει: vel de calamitate qvatuor ex hac familia uno die cæſorum, qvam poſteà attinget. Excuſat autem à fortunæ inconſtantia, in omnes peræqvè homines jus ſibi vendicante. Similis locus eſt *in præcedente εἴδει. A.9.* &c. Item *Olympion. ζ. E. 12. 13. β. b. 12. Pyth. γ. e. 9.*

α. 9. οὖρος] eſt *ventus qvem vela excipiunt*, ſive ſecũdus, ſive adverſus. Comparatur ita noſtra Vita Navigationi,

gationi, qvæ modò ſecundo flatu promovetur, modò adverſo impeditur, modò procellis in extrema pericula conjicitur.

α. 9. πάντας ἀνθρώπους] *nemine excepto.* Non eſt igitur mirum, Cleonymidas vel Labdacidas idem expertos fuiſſe.

a. 2. ἀρχᾶθεν] *inde à Cadmo & Labdacidis, à qvibus deſcendunt.* Von anfang her.

a. 3. πρόξενοί τ' Ἀμφικτυόνων] ὁ πρόξενος eſt *hoſpes qvi publico alicuius civitatis nomine hoſpites delegatos excipit:* item per conſeqvens, φίλος, item procurator negotiorum hoſpitis abſentis. ἀστόξενος verò eſt, *qvi in urbe aliqva majores habuit, jam verò ibidem peregrinus eſt.* ἰδιόξενοι ſunt, *qvi privata inter ſe hoſpitia exercent.* δορύξενοι, *qvi in bellis ex hoſtibus fiunt amici & hoſpites.* Pro ἀμφικτυόνων, lego ἀμφικτιόνων, ſicut περικτιόνων, hoc eſt, περιοίκων, ut & *Scholiaſtes* exponit, *Vicinorum circumhabitantium.*

a. 4. κελαδεννᾶς τ' ὀρφανοὶ ὕβριος] id eſt *alieni & immunes à contumelia* κελαδεννᾶ, h. e. *tumultuoſa & dicace.* *Chryſippus* hoc ἐπίθετον ὕβριος admodum probavit, qvandoqvidem ὑβρισταὶ λάλοι ſunt, *dicaces & garruli.* *Olymp.* ιγ. *a.* 1. ferè eodem ſenſu dicitur ὕβρις θρασύμυθος, *audacter loqvens.* ὀρφανὸς hoc loco eſt ἄμοιρος. Et ὕβρις hoc loco accipitur non paſſivè, ſed activè.

a. 5. ἄηται] i. e. *ſpirantur,* hoc eſt, circumferuntur hinc inde.

a. 7. ἀπλέτου δόξας] i. e. πολλῆς, vel μεγάλης, vel ἀμετρήτου. Volunt Grammatici ἄπλετον per ſyſtolen dici pro ἄπληστον vel ἄπληστον, *inexplebile.* *Lonicerus* reddens, *de difficili adeoq; inacceſſa virtute,* videtur ἀπλάτου legiſſe. Sed repugnat τοῦ α productio in medio vocis hujus. *Heſ Theog:* v. 153. ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερή, μεγάλῳ ἐπὶ εἴδει.

a. 9. οἴκοθεν] *inde uſqve à domo.* Von hauſe aus.

a. 10. στάλαισιν ἅπτονθ' Ἡρακλείαις] *pertingunt ad Columnas Herculis,* i. e. in extremos uſqve orbis fines inclaruerunt. Locutio eſt Proverbialis. Vide Adag. *Ad Herculis columnas.* Lego autem Ἡρακλείαις *cum Aldo,* non ἡρακλέαις *cum reliqvis,* qvod penultimam productam non habet.

A. 1. καὶ μηκέτι] Dehortatur Poëta ſuo more, à præſumptione ultra humanæ ſortis terminum excurrendi, reſpectu perſonarum virtutis ſtudioſarum: & ſimul, ne ab ejuſmodi hominibus qvicqvam ulterius poſtuletur, reſpectu aliorum hominum. Similia loca ſunt plura.

A. 2. σπεύδειν] Jonicè & Poeticè, pro σπεῦδε.

A. 3. ἱπποτρόφοι τ' ἐγένοντο] Notatur hoc implicitè Cleonymidarum nobilitas & opulentia. Genere enim nobiliores tenebantur qvodāmodo ad ἱπποτροφίαν: Opulentiores ei ferendæ erant.

A. 4. χαλκέῳ τ' Ἄρει ἄδον] *Roma: & Brubach: editio* perperam habet ἆδον. *Scholiaſtes* qvi fortè & ipſe legit ἆδον, exponit, ἤρεσαν τῷ Ἄρει: ſed mox ipſe commodius eſſe cenſet, ſi accipiatur pro ἤρεσκον.

A. 5. Ἀλλ' ἁμέρα γὰρ ἐν μιᾷ] Tertia pars hujus εἴδους Digreſsionem Confutatoriam habet. Poſtqvam. n. laudes Cleonymidarum à ſtudio bellico petitas attigit: recordatus Poeta caſus cujuſdā nuperi, qvo uno eodemq; die

die qvatuor viri ex hac familia bello occubuerunt; occurrit qvodammodo Objectioni ejuſmodi: Atqvi horum qvatuor Cleonymidarum fatum, omnes has laudes obſcurat. Reſpondet Poeta partim Conceſsione hujus fati, qvod negari non poterat: partim excuſatione ejuſdem. I. à viciſsitudine fortunæ, comparata cum ſerenitate verna poſt hyemem. II. à divina providentia. III. à recompenſata jactura, per victoriam hanc Meliſsi, non ſine numine Neptuni reportatam. IV. à nova gloria poſt calamitatem acqviſita, & qvidem cùm Firmiore, ſicut corpus poſt ſomnum novas vires accipit: tum Clariore, ſicut mundus poſt noctem ortu Luciferi denuò illuminatur. Cum his cohæret qvarta pars εἴδȣς, Regreſsio ad Confirmationem Propoſitionis, cujus argumenta deſumit iterum, partim à Meliſsi perſona, v. g. ob favorem Neptuni, præſidis Iſthmiorum ſupremi; ob novam gloriam familiæ poſt calamitatem acqviſitam, ut dictum eſt. Partim à majoribus, verbi gratia, ob victorias Athenienſem & Sicyoniam, multis carminibus olim celebratas; ob certamina ubiq; locorum obita; ob ſumptus in ἱπποτροφίαν impenſos; ob celebritatem, qvæ eſt conſeqvens antegreſsæ virtutis. Qvod ἀντιθέτει declaratur.

A. 5. ἀλλ᾽ ἀμέρᾳ γὰρ ἐν μιᾷ] lego, ἀλλ᾽ ἀμέρᾳ γάρ τ᾽ ἐν μιᾷ.

A. 6. τραχεῖα νιφὰς πολέμοιο] Illuſtris comparatio Belli cum νιφάδι, ſeu nivoſa tempeſtate, cujus qvanta vis ſit, & qvantum hominibus vel Colonis interdum noceat, norunt qvi prope Alpes habitant. Ex tenui originem capit, currendo ita excreſcit, ut ſaxa & arbores ſecum trahat, domos evertat, jumenta, homines, qvicqvid corripuerit, implicet ac perdat miſerabiliter. Ea eſt belli facies, ut bonos cum malis rapiat, & promiſcuè perdat omnes. *Aretius.* Cæterùm τὸ τραχεῖα hîc Doricum eſt, pro Jonico τρηχεῖα, qvod α productum arguit, ut paſsim alibi.

A. 8. μάκαιραν ἑστίαν] i. e. οἶκον εὐτυχῆ Cleonymidarum. In μάκαιραν, ultima pro longa ponitur.

A. 9. 10. μετὰ χειμέριον ζόφον] *poſt caliginem hybernam*, id eſt, poſt calamitatem hanc triſtem. Hyems enim & frigore & caligine contriſtat: ſicut Ver tepore & ſerenitate animos exhilarat. Vide Adagium: *Seqvitur Ver hyemem.*

A. 10. ποικίλων] *inconſtantium Menſium*, & ob tempeſtates jam niveas, jam grandineas, jam ventoſas, jam pluvias, jam promiſcuas, qvaſi variorum. Die da vnbeſtendig Wetter bringen. *Scholiaſtes* ποικίλȣς vocari cenſet, καθὸ ποικίλα ἐν τῷ χρόνῳ γίνεται: Vel qvia ποικίλȣς καρπȣ̀ς producunt. Qvod poſterius et[...] commodius cenſet: neutrum tamen ad hybernos in ſpecie menſes appoſitum eſt.

A. 11. χθὼν ἅ τε Φοινικίοις ἄνθησαν ῥόδοις] Locus corruptus apud alios aliter legitur. *Romana & Brubachiana* habent: χθὼν ἅτε Φοινικίοις ἄνθος ῥόδοις. Qvo modo & *Eraſmus* ſcribit, *ad: 89. Cent. 4. Chil. 2[...]* *Seqvitur ver hyemem.* Sed Brubachiana notat in margine, aliqvos legere Φοινικίοισιν ἄνθησαν. *Lutet: Plantin[...]* *Cratand: & Commel:* habent, Φοινικίοις ἄνθησαν. Lego, χθὼν ὥστε Φοι-

νικίοισι

νικίοισιν ἄνθησεν ῥόδοις, ita ut in Φοινικίοισιν, ſyllaba νι juxta originem ſuam (à Φοίνιξ, Φοίνικος) longa retineatur, & κίοι per συνίζησιν una ſyllaba habeatur.

ϛ. 1. ὁ κινητὴρ δὲ γᾶς] h. e. Neptunus ἐνοσίχθων, vel ἐννοσίγαιος, ut apud *Homerum* paſsim cognominatur: vel σεισίχθων, ut apud noſtrum *Iſth. α. δ.* 1. vel ἐννοσίδας, ut *Pyth. δ. b. 3. b. 6.*

ϛ. 2. Ὀγχηστὸν οἰκέων] De Oncheſto *ad Iſth. α.* dictum. In οἰκέων facienda eſt συνίζησις.

ϛ. 3. γέφυραν ποντιάδα πρὸ Κορίνθου τειχέων] i. e. ἰσθμὸν Κορινθιακὸν, ubi templum erat celebre Neptuni Iſthmii, de qvo ſuprà. Vide *N. ϛ. B.* 4. τὸ τειχέων vel eſt Parricipium à Verbo τειχέω, qvod idem ſignificat atqve τειχίζω, *muris cingo*, *munio*, ut ita Neptuni numini tribuatur, qvod Iſthmus Corinthiacus fodi non potuit, qvippe Neptuno hunc pontem ita firmiter muniente. Vel eſt genitivus pluralis à τὸ τεῖχος, *murus*.

ϛ. 5. τόνδε ὕμνον] Metonymia, pro τήνδε νίκην, qvam ego jam hymno celebro.

ϛ. 6. ἐκ λεχέων ἀνάγει] Famam Cleonymidarum aliqvandiu obſcuratam, nunc verò priſtino ſplendori redditam allegoricè & per προσωποποιΐαν deſcribit qvaſi In lecto hactenus ſopitam, nunc verò à Neptuno Iſthmio excitatam & in conſpectum eductam.

ϛ. 7. κλεεῶν] lego κλεέων. Pindarus enim perpetuò ab ὁ κλῆς declinat.

ϛ. 9. χρῶτα λάμπει] Ellipſis, pro κατὰ χρῶτα. *Fulget corpore. Philippus & Lonicerus* reddiderunt, *Colore*; qvaſi legerint χρῶμα, ſed minùs aptè.

β. 9. ἀωσφόρος] Aliqvi habent ἑωσφόρος, qvod perinde eſt. In utroq; autem facienda eſt συνίζησις ſyllabarum duarum primarum. Notatur ſtella Veneris Orientalis à Sole, ſeu ortu Solem præcedens, aliàs *Lucifer*, ex Græco φωσφόρος, qvod etiam hîc legi poſset. Eadem ſtella dicitur ἕσπερος, qvãdo eſt à Sole Occidentalis, vel occaſu ſolem ſeqvens.

b. 1. κ' ἐν γουνοῖς Ἀθηνᾶν] ὁ γονός vel γουνός eſt *locus fœcundus et fertilis.* Etſi autem Athenarum ſolum aſperum & petricoſum fuit: unde κραναὶ Ἀθῆναι dici videntur: tractus tamen haud pauci ſatis fertiles fuerunt, circa Eleuſinem Cereri ſacram, & alibi. Intelliguntur autem vel Panathenæa, vel Eleuſinia, vel ſimilia certamina Atticæ, in qvibus Curru vicerunt Cleonymidæ.

b. 3. ἔν τ' Ἀδραστείοις ἀέθλοις Σικυῶνος] In Adraſteis qvæ Sicyone habebantur, i. e. in Pythiis Sicyoniis, ab Adraſto Rege Argivorum Apollini inſtitutis, de qvibus *ſuprà Nem. θ.* Ultima in Σικυῶνος, pro longa ponitur.

b. 5. τοιάδε τῶν τότ' ἐόντων φύλλ' ἀοιδᾶν] *Scholiaſtes* poſt ὤπασε diſtingvit, ut & *Romana & Brubachiana* eundem ſecutæ. Exponit autem vel συγκριτικῶς, qvaſi diceret Poëta: *Talia, qvalia tu jam, olim majores tui adepti ſunt carmina.* Vel ἐπιφωνητικῶς: *Talia nimirum ſunt tuorum maiorum encomia.* Verùm neutra expoſitio congrua eſt, qvum hæc omnia ad τὸ ὤπασε pertineant, & ab eo verbo regantur, hoc ordine: Φάμα ἀνεγειραμένα, ἐν Ἀθήναις καὶ Σικυῶνι ὤπασε τοιάδε φύλλ' ἀοιδᾶν τῶν τότ' ἐόντων.

των. Ut τὸ τοιάδε non ſit *Relationis*, ſed *Qvalitatis*, q. d. *Præbuit Cleonymidis Fama talia carmina, qvalia ſcil: tibi nota ſunt, & vulgò circumferuntur.* Qvanqvam nihil obſtaret, ſi & Relatè exponeretur; *Talia, qvalia ego jam tibi ſcribo.* φύλλα ἀοιδᾶν, ſunt *folia carminum*, hoc eſt, ipſa carmina foliis inſcripta. Per τοὺς τότ' ἐόντας, intelligit *Poetas ejus temporis*, qvando ſcilicet majores Cleonymidæ has victorias reportarunt. Illorum enim victorias hîc Poëta recenſet, non ipſius Meliſsi, ut pleriq; Interpretes putant, contrà qvàm Antecedentia & Conſeqventia permittunt.

b. 7. πανελλάνεσσι] id eſt, *qvibusvis Græcis*, ex qvibuscunq; locis, in qvibuscunqve certaminibus, ubivis locorum.

b. 9. 10. τῶν ἀπειράτων γὰρ ἄγνωστοι σιωπαί] Sermo eſt ἐκ τοῦ ἐναντίου deſumptus. *Eorum, qvi certamina non tentarunt, ſunt ſilentia incognita*, hoc eſt in notitiam non venientia. Opponuntur autem ἀπειρία & ἐμπειρία: σιωπὴ & φήμη: ἄγνωστον εἶναι, & γνωστὸν εἶναι. Senſus ergò Poetæ eſt: *Si Meliſsi majores fuiſſent certaminum ἀπείρατοι, eſſent in σιωπῇ ἄγνωστοι. Qvia verò non ſunt in σιωπῇ ἄγνωστοι: ſed φήμη eorum victorias ἐκήρυξε per φύλλα ἀοιδᾶν: ſeqvitur, eos certaminum non fuiſſe ἀπειράτους, ſed ἐμπείρους.* Ita olim etiam *Chryſippus* expoſuit. Qvod dum *Scholiaſtes* iudicat eſſe γελοῖον, ipſe γελοῖον ſeſe prodit.

B. 1. ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας] Qvinta pars εἴδους, Confutatio, occaſione eorum qvæ modò de ἀπειράτων ἀγνώστῳ σιωπῇ dixerat. Occurreret enim aliqvis: *Atqvi etiam ἔμπειροι non ſemper ſunt γνωστοί: & eventus τῆς πείρας ἀφανής* eſt. Reſpondet igitur: eſſe παραλογισμὸν ſecundum non cauſam ut cauſam. Cauſam enim huius, non eſſe ἐμπειρίαν, ſed partim lubricitatem Fortunę; partim τέχνας improborum: partim judicium vulgi, qvod ſæpè de præſtantioribus ſiniſtrè judicat, & ita præmiis debitis eos defraudat: qvod declarat exẽplo Ajacis, cui in judicio Græcorum Ulyſſes iniqvè prælatus fuit; qvi etiam eo nomine reprehenſionem incurrerunt omnes, qvam auxit ipſe Aiax αὐτοχειρίᾳ indignabunda. Interim tamen de ejusmodi viris virtute eximiis, longè aliud eſt Iudicium ſapientum; ſicut *Homerus* hunc ipſum Ajacem mirificè prædicat, ob omnis generis virtutes, qvas iniqvo Græcorum judicio penè proſtratas ipſe erexit, & publicè carminibus ſuis divinis decantari fecit. Et ejuſmodi judicii præconia dicit Poëta eſſe immortalia: & ipſa facta reſpicere; qvæ ſi καλὰ ſint, meritò terra mariqve prædicantur.

B. 2. καὶ μαρναμένων] id eſt, καὶ ἀγωνιζομένων.

B. 4. τῶνδε γὰρ διδοῖ τέλος] ἡ Τύχη ſcilicet, dat exitum horum, qvæ ſcil. μαρναμένοις ſint exſpectanda. Aliqvi legunt τῶν τε γὰρ, & ἐλλειπτικῶς pro τῶν τε καὶ τῶν, qvod & *Aldus* habet, poſitum volunt.

B. 6. τέχνα] i. e. δόλος καὶ μηχανήλις. *Nominativus* eſt, regens Genitivũ ἀνδρῶν χειρόνων: *non ſextus caſus* in qvo accipit *Scholiaſtes*, & aliqvi alii recentiores.

B. 6. κατεμάρψαισι] Et hinc patet, τὸ τέχνα Nominativum eſſe. Sed *Scholiaſtes* perperam legit κατεμάρψαι,

φαι, idq; pro καταμαρφθῆναι, ſeu καλαγωνιϑῆναι poni cenſuit.

B. 7. Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον] *Aiacis robur cruentum*, ſeu ut *Lonicerus* non inconvenienter reddidit, *martium.* *Sic Od.γ.v.109.* Αἴας ἀρήϊος appellatur. Et *Od.λ.v.549.* & *Il.ρ.* prædicat *Homerus* Ajacem poſt Achillem bellicoſiſsimum, ut ad γ.3. allegabimus.

B. 8. ὀψίᾳ ἐν νυκτί] Tripliciter hoc exponi poſſe cenſet *Scholiaſtes:* Vel, καθ᾽ ὀψίαν τῆς ἡμέρας, *ſub initium noctis.* Sed hoc rejiciunt ipſa verba Poetæ: Vel, κατὰ μεσονύκτιον, qvod non videtur uſu receptum: Vel deniqve περὶ τοῦ ὄρθρου, qvando eſt τὸ ὀψὲ vel τὸ ἔσχατον τῆς νυκτός, wann die Nacht auff die neige kömpt / h. e. gegen morgen. Qvod & verbis Poëtæ congruit, & cum *Sophoclis dramate* conſentit, ut & cum Scriptore τῆς Αἰθιοπίδος, qvem *Scholia* allegant.

B. 9. ταμὼν] *Philippus* reddidit, *Faciens.* Fortè legit καμών.

B. 9. περὶ ῷ φασγάνῳ] *circa ſuum gladium*, i. e. *ſuo gladio confoſſus* in qvē ſc. procumbens latere transfoſſo illum qvaſi circumdedit. Præpoſitio n. περί cum Dativo etiam *Circa vel Circum* notat. Similis eſt locutio *Thucydidis:* περὶ τοῖς δοραλίοις ἐφθείροντο, i. e. *jaculis ſeu haſtulis transfixi perierunt.* Qvod nō intelligentes aliqvi, & apud *Thucydidem*, & hîc apud Pindarum, τὸ περὶ otioſè abundare exiſtimarunt perperam. *Sophocli* Ajax φασγάνῳ περιπτυχὴς dicitur: & ἔγχος cui incubuerat, περιπετές.

B. 10. μομφὰν ἔχει παίδεσσιν Ἑλλάνων] μομφὰν ἔχειν τινὶ eſt *reprehendere aliqvē, redarguere aliqvē*, ſuccēſere alicui, reprehenſionē alicui parere vel facere. Sic *Eurip. in Phœniſſ. v. 780.* ὥστε μοι μομφὰς ἔχειν, *ut mihi ſuccenſeat.* Sic in ſimilib9: συγγνώμην ἔχειν τινὶ, *ignoſcere alicui:* τιμὴν ἔχειν τινὶ, *honorare aliqvē: Thucyd: l. 2.* οὔτε τῷ πολεμίῳ ἀγανάκτησιν ἔχειν, οὔτε τῷ ὑπηκόῳ κατάμεμψιν, *neq; hoſti indignari, neqve ſubditū reprehendere.* Hoc loco igitur, Aiax ex compoſito Ducum Græcię in judicio de armis Achillis circumventus, & Ulyſsi poſthabitus, qvum tamen poſt Achillē, omniū Græcorū, adeoq; ipſorū Judicum, præſtantiſſimus, *Homero teſte;* ideoq; ut cæteris, ita & Vlyſsi præferendus eſſet, jā μομφὰν ἔχει παίδεσσιν Ἑλλάνων, *redarguit omnes Græcos qvotqvot ad Troiam venerunt*, ob κακοκρισίαν, qvam nō pro merito virtutū ſuarū ſatis ęqvam ſibi expertus fuit: atq; ita ipſum κρέσσονα exiſtentem, ἀνδρῶν χειρόνων ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψαισα. Cuius iniqvi judicii memoriā poſteris ut relinqveret, indignabūdus ἀλκὰν ſuam φοινίαν Græcis deinceps invidit, & ipſe enſe ſuo qvaſi reſectam ſuſtulit. Atq; ſic etiam expoſuit *Chryſippus:* ὄνειδος τοῖς Ἕλλησι περιεποίησε, τὴν κακοκρισίαν αὐτῶν φανερὰν ποιήσας. Qvem ſecutus *Philippus* reddidit: *Probrum reliqvit omnibus Græcis. Lonicerus* minus cōmodè: *Ingentem luctum reliqvit:* qvum hîc nō de luctu amiſſę virtutis, ſed de defraudatione præmii debiti agatur. Alii, *Scholiaſten*, qvi reddit: οὐκ ὀλίγην μέμψιν ἔχει ἐν Ἕλλησιν, ſecuti exponunt, *Culpam ſuſtinet*, & ut *Portus* explicationis loco addit, *ob huiuſmodi facinus vituperatur apud omnes filios Græcorum.* & ἔλλειψιν Præpoſitionis ἐν, pro ἐν παίδεσσιν, eſſe volunt. Sed phraſeos natura, ut initio oſtenſum eſt, repugnat. Cæterùm qværit *Scholiaſt.* cur Poeta Ajacis hoc fatū hîc protulerit? Cenſetq; ideò factū, qvia Meliſſus brevis ſtaturæ fuit,

& tamen adverſario in ſpeciem fortiori victoriam eripuit, ſicut Ulyſſes Aiaci, in judicio de armis Achillis. Sed hanc collationis vim non eſſe, qvivis facilè videt. *Chryſippus* ferè ſimiliter: Sicut Aiax grandior corpore Ulyſſem in certamine in altum ſuſtulit. *Il.* ψ. dolo tamen poſteà ab eo, in judicio de armis, circumventus fuit: Sic & Meliſſus corpore grãdiorem adverſarium arte vicit. Sed hæc huc non qvadrant. Non enim hîc de ſtatura, de qva poſteà, aut arte vincendi agit; ſed de iniqvitate fortunæ & judiciorum in Virtutem, qvam exemplo Aiacis declarat. Atq; ita ſimplicisſimè ſe habet Poëtę ſententia. Si tamen omninò aliqvid αἰνιγματῶδες hîc ſubeſſe, cum *Chryſippo* ſtatuendum eſſet; conjicerem potiùs, vel hunc Meliſſum, vel aliqvem ex majoribus eius victoria aliqvando, ſive fraude Adverſarii, ſive iniqvitate Judicum, ſive qvacunqve Fortunæ culpa defraudatum fuiſſe: ideoq; tectè ſub perſona & exemplo Aiacis Poëtam illum ſolari. Sed contextus ratio fortè ejuſmodi qvid non deſiderat.

B. II. παίδεσσιν Ἑλλάνων] id eſt, ἕλλησι. Sicut in præcedente εἴδει, παῖδες Θεῶν, pro Θεοί.

γ. I. ἀλλ' Ὅμηρός τοι τετίμακε δι' ἀνθρώπων] h. e. Etſi ita præmio virtutis ſuæ defraudatus fuit Ajax, qvod αὐτοχειρίᾳ indignabundus poſteris confirmavit: tamen *Homerus Poëta ſapientiſſimus*, δι' ἀνθρώπων eum honoratum fecit, virtutemq; eius univerſam, Græcorum κακοκρισίᾳ tantum non planè proſtratam, rurſus erexit, & carminibus divinis publicè decantari fecit. Cæterùm dubitat *Chryſippus*, utrum de Ajace, an verò de Ulyſſe hæc ſint accipienda? Et cenſet de Ulyſſe accipi, ut ſenſus ſit: ἀλλ' ὅμως χείρονα ὄντα Ὀδυσσέα τετίμακεν Ὅμηρος. Qvod ut ſtatuat, his movetur: Qvia Ἰλιὰς eſt commune multorum ἐγκώμιον: unius verò ſolius virtutes nullibi ſunt commemoratę, qvàm in Ὀδυσσείᾳ, Ulysſis: Qvia Odyſſea Iliade μᾶλλον ῥαψῳδεῖται, & proinde verba, κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν, de Odyſſea ſunt accipienda. Sed reſpõdeo: ſi Ilias commune eſt multorum encomium; nihil obſtat, qvo minus & Aiacis: neqve neceſſe eſt, neqve textus innuit, peculiare opus in ſolius τοῦ τετιμαμένου laudes fuiſſe compoſitum, aut omnes ejus virtutes in uno tantum loco commemoratas. Deinde τὸ ῥαψῳδεῖσθαι æqvè Iliadi atqve Odyſſeæ commune fuit: ſicut exempla ejuſmodi ῥαψῳδημάτων alibi ex Iliade aliqvot nominavimus: tametſi propter varietatem rerum, & argumenti gratiam, ſæpius ῥαψῳδίαι Odyſſeæ fuerint circumlatæ. Nec diſsimulandum, qvod τὸ κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν, hic aliam ſignificationem habeat, ut poſteà dicetur. Ideoq; nihil obſtat, qvo minus de Aiace hæc commodisſimè poſsint intelligi, cuius laudes ſunt apud Homerum freqventes, ut mox videbimus. Adde qvod abſurdum eſſet, ſi in injuriam Aiacis, qvem aliàs ſummè admiratur, Ulyſſem hoc loco tantoperè prędicaret, ut rectè monet *Lonicerus*. Et refutat etiam *Chryſippi* ſententiam ipſe contextus.

γ. 2. δι' ἀνθρώπων] *per homines* hinc inde in orbe terrarum diſperſos.

γ. 3. αὐτοῦ πᾶσαν ὀρθώσαις ἀρετάν] *omnem Aiacis virtutem erigens*, puta

qvaſi

qvaſi poſtratam & conculcatam ψευδοκρισίᾳ Græcorum, οὐκ ἐάσας χαμαὶ πεσεῖν, ut *Scholia* exponunt. *Lonicerus*, *Colligens*, minùs commodè. Qvomodo autem hoc præſtet *Homerus*, & qvomodo in Iliade (ex Odyſſea modò qvę ibi exſtant allegavimus) paſsim Aiacis virtutes ab iniqvo illo judicio, licet tacitè, vindicet, & aliàs qvoq; celebret, vel hinc patet. *Iliad:* β. *v.* 738. Ajacem præſtantiſſimum omnium poſt Achillem facit:

ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας,
ὄφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν: ὃ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν.

ut & *Iliad:* ρ·

Αἴας, ὃ πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο
τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.

Si poſt unicum Achillem reliqvorum Græcorum omnium præſtantiſſimus fuit: cur non & arma ejus præ alijs omnibus accepit? præſertim tanta propinqvitate ei junctus. *Il:* γ. & η. ἕρκος Ἀχαιῶν appellatur. Cur non hoc ἕρκος ſuum munierunt Græci? *Iliad.* ν.

ἀνδρὶ δὲ οὐκ εἴξειε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,
ὃς θνητός τ' εἴη, καὶ ἔδοι δημήτερος ἀκτήν,
χαλκῷ τε ῥηκτὸς, μεγάλοισί τε χερμαδίοισιν:
οὐδ' ἂν Ἀχιλλῆϊ ῥηξήνορι χωρήσειεν
ἔν γ' αὐτοσταδίῃ: ποσὶ δ' οὔπως ἐστὶν ἐρίζειν.

Ideò & *Iliad:* η. qvando cum Hectore in μονομαχίᾳ ſortitò decertandum erat, omnes vovent, ſortem Ajaci evenire, qvod & factum eſt. Si ergò tunc prò ſalute totius exercitus ex voto omnium ſolus depugnavit: cur non etiam nunc voti ſui compotem facere voluerunt? Et paſsim alibi præclara ejus facta encomiaq; exſtant.

γ. 4. κατὰ ῥάβδον ἔφρασεν] *ad virgam ſeu baculum meditatus eſt, vel cecinit.* Ad ῥάβδον autem canere, omnibus in genere Poëtis tributum fuit, & idem habitum, atq; κατὰ στίχον, verß weiſe. In ſpecie verò ῥαψῳδοῖς Homericis, qvi Centones Homericos circumferebant, & cantando inde victum qværitabant, qvi ῥάβδῳ inter canendum utebantur: unde & ῥαβδοῦχοι & ῥαβδῳδοὶ appellabantur. Qvoad generale ergò, τὸ ἔφρασεν ipſum Homerum notat: qvoad ſpeciale verò, non ipſum, ſed eos per qvos hoc fecit, ῥαβδῳδοὺς ſcilicet vel ῥαψῳδούς. In ῥάβδον, ultima pro longa ponitur. Porrò non eſt diſsimulandum, hoc loco per ῥάβδον, cum Genitivo ἐπέων conſtructum, non tàm *baculum aut virgam* intelligi, qvàm *ſeriem & ordinem verſuum divinorum*, id eſt, ſyſtema carminis Homerici. Qvo modo etiam ab aliqvibus exponi *Aretius* agnoſcit. Sicut & *Scholiaſtes* exponit σύνθεσιν θείων ἐπῶν. Sic *Ol.* γ. α. 5. vocat ἐπέων θέσιν. *Pyth.* δ. ε. 4. ἐπέων στίχας.

γ. 5. θεσπεσίων ἐπέων] ἐγκώμιον verſuum Homericorum. Rectè autem ἔπη vocat, puta *verſus Heroicos*, ut & ſupra *Nem.* β. α. 2.

γ. 5. λοιποῖς] *Scholiaſtes* exponit τοῖς μετὰ ταῦτα, ſeu μετ' ἄλλα, poſt θυμηδίαν ſcilicet convivij, qvam ᾠδὴ ſolet ſeqvi. Vel μετὰ τοὺς εἰς θεοὺς ὕμνους. Utrumq; ineptè. Qvod & ſuſpicatus, addidit expoſitionem

 tertiam,

tertiam, ἐπεσσυμένοις ἀνδράσι, *poſteris*, & præcipuè Ὁμηρίδαις, ut *Nem.* γ. appellat.

γ. 5. ἀθύρειν] *ad ludendum*, cantu ſcilicet & actione. *Lonicerus* qvaſi modum eſſe vult, *Celebrando*; qvum ſit potiùs finis.

γ. 7. εὖ εἴπῃ τι] τὸ εὖ magis qvalitatem & artificium carminis hîc notat, qvàm materiam laudum: vel potiùs utrumq;. Talia autem Homerica ἔπη eſſe Poëta vult innuere.

γ. 9. βέβακεν] ultima pro longa.

g. 9. 10. ἐργμάτων ἀκτὶς καλῶν] h. e. *ſplendor virtutis*: vel ut *Scholia* exponunt, *Hymnus illuſtrans virtutem, & celebrem faciens.*

g. 1. προφρόνων Μοισᾶν τύχοιμεν] Sexta & ultima pars Hymni, eſt, Regreſsio altera ad Confirmationem Propoſitionis ab ipſius Meliſsi perſona, habens initiò votum benevolentię & promptitudinis Muſarum propitiarum. Commendat autem Meliſſum, præter ſuperiora. I. ab habilitate & poſsibilitate victoriæ pancratij, qvam ei precatur. II. à patre Teleſiade. III. à robore corporis & animoſitate leonina. IV. ab aſtutia animi vulpina. V. ab agilitate compenſante ſtaturæ brevitatem. Hoc illuſtrat & amplificat συγκρίσει cum Hercule, qvi in ſtatura ſua, Antæum longè proceriorem, proſtravit; terras mariaq; exploravit; pro navigationibus mare domuit; poſteà Olympum adijt, præmiaq; reportavit ibi egregia, qvorum ex plurimis recenſet ſeptem, v. g. Jovis cohabitationem; felicitatem pulcherrimam; honorem & amicitiam Deorum; conjugium Hebæ; poſſeſsionem cœli; ſocrum Junonem, anteà hoſtem; cultum Thebis, cum octo filijs ex Megara. VI. à victoria ex Heracleis triplici: duabus qvidem inter adultos: tertia verò olim inter pueros. VII. ab auriga prudente Orſea, hymnis gratioſis celebrando.

g. 2. κεῖνον ἅψαι πυρσὸν ὕμνων] *illam accendere facem hymnorum etiam Meliſſo*, h. e. ut eadem felicitate qva *Homerus* Ajacem laudavit, ego Meliſſum qvoq; laudare, & hymno meo tanqvam πυρσῷ ſeu *face ignita*, ſeu ut modò dixit, ἐργμάτων ἀκτῖνι καλῶν ἀσβέστῳ, victoriam ejus de pancratio, qvam voveo, illuſtrare, & omnibus qvaſi conſpiciendam exhibere poſsim. *Conrad. Rittershuſius ad v.* 144. *lib.* 4. κυνηγ: *Oppiani*, ita exponit: Ita per omnes terras didere famam ejus celebratione hymnorum, ſicut celerrimè per diſpoſitas φρυκτωρίας (i. e. *cuſtodias in ſpeculis ſignum datum obſervantes*) πυρσῷ ſeu *face* ſignum datur. Additq;, eſſe elegantem Metaphoram à re militari. *Lonicerus* τὸ ἅψαι malè reddit, *Contingere.*

g. 3. 4. παγκρατίου στεφάνωμ' ἐπάξιον] ἐπεξηγητικῶς, qvi πυρσὸς ὕμνων ſit στεφάνωμ' ἐπάξιον παγκρατίου, non qvo jam vicit, aut de qvo eſt coronatus, ſed Poëta adhuc eum vincere optat. *Lonicerus* qvidem & *Aretius* jam reportatam victoriam de pancratio ſtatuunt, & *Arctius* qvidem hanc vult eſſe ſpeciem victoriæ, cui hic hymnus ſcriptus ſit. Verùm & verba ſatis indicant, votum adhuc eſſe: & laudes ἱπποτροφίας, *A.* 3. ut & κυβερνατῆρος οἰακοστρόφου, *D.* 8. ad παγκράτιον parum referri poſſunt. Porrò in ἐπάξιον, prima Syl-

laba

laba pro longa ponitur, niſi textus corruptus ſit.

g. 5. ἔρνεϊ Τελεσιάδα] *ſurculo ſive ramo*, h. e. *filio Teleſiadæ*. τὸ ἔρνος propriè *ſurculus*, ſæpè pro progenie aut ſobole ponitur, ſive reſpectu Patris, ut hoc loco; ſive Matris, ut *Nem.* ς. *B.* 1. Apollo & Diana, ἔρνεα Λατοῦς dicuntur. In Τελεσιάδα, primæ duæ ſyllabæ breves Τελε pro una longa per ἰσοδυναμίαν ponuntur. Notat *Scholiaſtes*, aliqvos poſt ἔρνεϊ diſtinxiſſe, & novam ſententiam à Τελεσιάδα inchoaſſe; idq; cum τόλμα conjunxiſſe, & Teleſiadem non patrem, ſed aliqvem ex majoribus Meliſsi interpretatos fuiſſe. Ineptè, qvum τὸ ἔρνεϊ cum præcedentibus conjunctum, & à τοῦ Τελεσιάδα diſtinctum, ſenſui commodè non inſerviat.

g. 6. τόλμᾳ] Dativus eſt, *Audaciæ*: non caſus ſextus, *Audaciâ*, ut aliqvi perperam reddiderunt.

g. 6. θυμὸν] ἔλλειψις συνεκδοχικὴ, pro κατὰ θυμόν.

g. 6. ἐριβρεμετᾶν θηρᾶν λεόντων] *Leonum, beſtiarum graviter-frementium.* τὸ θηρᾶν hîc Genitivus pluralis Doricus eſt, pro θηρῶν, ab ὁ θὴρ, *beſtia*. Qvo nomine & Leo κατ' ἐξοχὴν nonnunqvam notatur, ut *Iſthm.* ς. *B.* 7. Non autem eſt θηρᾶν infinitivus à θηράω, *venor*, ut pleriqve Interpretes acceperunt, decepti omiſſione τοῦ ἰῶτα ſubſcribendi, aliàs Poëtæ Dorico uſitata, & proinde hîc etiam ι omiſſum eſſe putantes.

g. 7. ἐν πόνῳ] *in labore*, certandi videlicet. Non autem *cum labore*, ut pleriqve Interpretes reddiderunt.

g. 7. μῆτιν δ', ἀλώπηξ] Eadem ἔλλειψις συνεκδοχικὴ, qvæ paulò antè, pro κατὰ μῆτιν. Ut autem Meliſſum Leoni comparat, qvoad audaciam in congrediendo cum adverſario: ita Vulpeculæ, qvoad aſtutiam & artificium in circumveniendo & fallendo, ſi viribus impar videatur: ſicut Vulpecula robuſtiores aves captatura, ut eſt Aqvila, Vultur, &c. humi ſeſe proſternit reſupina, ac ſi eſſet mortua, ungvibus & dentibus eas excipiens volantes, qvum id minimè obſervant, *ut notat Aretius*. Ex hiſce volunt aliqvi elicere, loqvi Poëtam de victoria pancratij jam obtenta, qva jacens etiam ſupinus, volutatione agili adverſarium ſuperarit. Sed nihil inde colligitur amplius, qvàm qvòd miræ agilitatis Meliſſus fuerit, & ſimul generoſæ magnanimitatis. Qvod ideò Poëta adducit, ut oſtendat, ſe non ſine cauſa victoriam pancratij vovere.

g. 9. χρὴ δὲ πᾶν] Probat hoc gnome, non eſſe reprehendendum Meliſſum, qvòd in certaminibus aſtutia vulpina utatur. Nam (*Virgil.* 2. *Æn.*) *dolus, an virtus, qvis in hoſte reqvirat?* præſertim ſi cum impari ſit congrediendum, ubi meritò defectus virium corporis, ingenio & aſtutia compenſatur.

g. 10. ἀμαυρῶσαι] ἐλαττῶσαι. *Scholia.* Abbruch thun.

G. 1. οὐ γὰρ φύσιν ὠαριωνείαν ἔλαχεν] Excuſat aſtutiam Meliſsi brevitate ſtaturæ: & hanc rurſus certandi peritia. Φύσις ὠαριωνεία eſt *natura vel ſtatura Orionea*, Heünenart. Fuit enim Orion ſtaturæ magnæ, adeò

adeò ut etiam Otum & Ephialten, qvi tamen ἐννεόργυιοι, ſeu novem orgyiarum novennes fuerunt, eo minores *Homerus* faciat, *Od.* λ. *v.* 308.

G. 3. ὀνοτὸς ἰδέσθαι] ὄναμαι & ὄνομαι eſt *Vitupero, reprehendo.* Inde ὀνοτὸς, *reprehendendus, contemptibilis.* Iſt verächtlich anzuſehen.

G. 4. συμπεσεῖν δ' αἰχμᾷ βαρύς] id eſt, *at in concertatione gravis eſt, & adverſario moleſtus.* αἰχμᾷ hoc loco eſt, ἀγῶνι, *vel* ἀέθλῳ. Primam habet correptam, ut alibi.

G. 5. καί τοι ποτ' Ἀνταίου δόμους] licet hic Antæus Herculem ſtatura longè ſuperarit, utpote qvi ſexaginta cubitos exceſſerit, teſte *Strabone lib.* 17.

G. 6. Θηβᾶν ἀπὸ Καδμειᾶν] ad differentiam Thebarum Ægyptiarum. *Luteti: Plant. & Commel.* habent Καδμηιᾶν. Lego ego Καδμεϊᾶν.

G. 6. 7. μορφὰν βραχύς] in collatione ſc: cum Antæo, licet aliàs ſatis eſſet grandis. μορφὰ hoc loco eſt habitus corporis externus, qvoad craſſitiem & ſtaturam. Similem deſcribit *Xenophon lib.* 2. παιδ: Κύρου, Chryſantam, ἀνὴρ, inqvit, οὔτε μέγας, οὔτε ἰσχυρὸς ἰδεῖν, φρονήσει δὲ διαφέρων.

G. 9. πυροφόρον Λιβύαν] *Pyth.* δ. α. 11. vocat καρποφόρον. *Scholiaſtes* hîc πυροφόρον ſeu πολύπυρον dici cenſet, ob vicinam Ægyptum. *Chryſippus* ἄκυρον cenſet.

G. 11. ἐρέφοντα] primæ duæ ſyllabæ breves, pro una longa, per ἰσοδυναμίαν ponuntur. ἐρέφειν propriè eſt *Tectum imponere, Tegere.*

δ. 1. οὔλυμπονδ' ἔβα] *Olympum adijt*, ſeu in cœlum aſcendit, poſtqvam ſcilicet ea præſtitit, qvæ uſqve ad finem κώλου qvinti ſeqvuntur.

δ. 2. γαίας τε πάσας] ſcilicet ἐξερευνῶν, *qvum univerſas terras exploraſſet*, ſcilicet qvæ tum temporis notæ erant. Ultra Gades enim verſus occaſum non tetendit. Aliqvi pluralem rejicientes Genitivum ſingularem eſſe volunt, pro γαίας πάσης, & conjungunt cum θέναρ. Sed perperam ut mox apparebit. Nec eſt qvod pluralem ab hoc nomine negemus, qvum alibi qvoq; exſtet. *Odyſſ.* μ. *v.* 404. ——— οὐδέ τις ἄλλη φαίνετο γαιάων. Sicut & apud Latinos. *Virgil.* 3. *Æn.* ——— *nec jam amplius ullæ Apparent terræ.*

δ. 3. 4. βαθυκρήμνου ἁλὸς θέναρ] τὸ θέναρ eſt *ſuperficies plana qvidem ferè, non tamen exactè, ſed nonnihil concava*, qvalis eſt *Ir*, ſive *vola manus aut pedis.* Hoc loco fundi maris ſuperficiem notat, qvæ ita cava eſt, ut mare continere in ſe poſſit; ſed non eſt exigua cavitas: verum tanta, ut mare in ea ſit βαθύκρημνον, hoc eſt, profunda præcipitia habeat. *Pyth.* *d.* Θ. 11. *ſuperficiem aræ concavam*, & ita victimis excipiendis idoneam, θέναρ nominat. Minùs aptè ergò illi qvi Genitivè accipiunt τὸ γαίας πάσας, θέναρ ad ſuperficiem terræ convexam referunt. De hac autem terrarum, & maris exploratione Herculea, etiam ſuprà *Nem.* γ. ε. 5. *& c.* egit.

δ. 5. ναυτιλίαισί τε] Dativus eſt, *Navigationibus*, *pro navigationibus*, ſeu ut Lonicerus, *ad navigationes.* Non autem caſus ſextus, ut perperam aliqvibus viſum fuit.

δ. 5. ἁμερώσαις] non tantum ſublatis monſtris, & domitis latrocinijs in littoribus & mari; ſed & de-

ſcripta

ripta nautis profunditate maris in
noqvoq; tractu.
δ. 5. *πορθμὸν*] *ὁ πορθμὸς*, eſt *Fre-*
m, hoc eſt, *anguſtia maris inter duas*
rras : ſicut ὁ Ἰσθμὸς, *anguſtia terræ*
ter duo maria. Intelligitur hîc vel
etum Herculeum inter Hiſpa-
am & Africam : vel in genere Ma-
: vel potiùs legendum eſt *πορθμοὺς*,
andoqvidem ultimam oportet eſ-
longam, ut notet *Freta*, qvæ etiam
tinis in plurali ſic uſurpantur.
rgil. lib. 1. *Æn. In freta dum fluvij*
rrent. Fortaſſe etiam *κατὰ μείω-*
ſic appellavit, reſpectu ingentis
ſi Herculis, ut & *ſuprà Nem.* γ. ϛ. 6.
αγέων ῥοάς.
δ. 6. *νῦν δὲ*] poſtqvam ſcilicet
c præſtitit, & in cœlum aſcendit.
δ. 9. Ἥβαν τ' ὀπυίει, *χρυσέων οἴ-*
ν ἄναξ] Senſum hujus loci pla-
m & facilem, turpiſsimè corru-
unt recentiores qvidam interpre-
; decepti verbis, *χρυσέων οἴκων ἄ-*
ξ qvæ de Jove acceperunt, qvum
Hercule dicantur, qvi jam in Do-
nium & poſſeſsionem cœli rece-
s, hoc eſt, ἀποθεωθεὶς hîc dici-
. Iſt ein Himmelsfürſt worden/
Dijs placet. *Lonicerus* in hoc er-
e ita reddidit : *Qvandoqvidem &*
earum domorum rex Heben ad Ju-
is generum conjugavit. Et Phi-
pus : *Et Heben dedit Jupiter genero*
nonis. Aretius qvoq; ita explicat:
iter rex & ſponſus Junonis dici-
: *Rex* propter imperium cœli :
μβρὸς hoc eſt *Sponſus*, qvia Juno &
or & conjunx illi eſt. Verto au-
n *γαμβρὸν* hîc *Sponſum*, non Ge-
rum. *Hactenus Aretius.* Omnes
ptiſsimè.

δ. 10. *γαμβρὸς Ἥρας*] id eſt, Junonis, cui anteà erat inviſiſsimus, jam Gener, & reconciliatus ob Heben ejus filiam Uxorem.

d. 1. *Ἀλεκτρᾶν ὕπερθεν*] ſc: *πυλᾶν. Ἄλεκτραι* vel *Ἀλεκτρίς*, Doricè pro *Ἤλεκτραι* vel *ἠλεκτρίς*, una ex ſeptem portis Thebarum, verſus Platæas, dicta ab Electra ſorore Cadmi. *Pauſan: in Bœot* : Prope hanc fuit Herculis ex Megara liberorum ſepulcrum, ipſiusq; Herculis fanum, unà cum Gymnaſio & Stadio, qvorum utrumq; de Herculis nomine appellatum fuit.

d. 3. *νεόδματα στεφανώματα βωμῶν*] i. e. vel *ipſas aras*, ἐκ περιφράσεως, ut voluit *Chryſippus* : vel potius *coronamenta & ornamenta ararum* ſingulis annis recens facta. Ridiculum eſt, qvod *Scholiaſtes* notat, *τὸ νεόδματα*, *κατὰ παραγωγὴν*, ut loqvitur, dici pro *νέμεα*.

d. 5. *ἔμπυρα*] id eſt, *ἱερὰ καιόμενα*, *ſacra qvæ ignibus comburuntur*. *Scholiaſtes* exponit *ἔντομα*, *victimas cæſas*, qvæ poſteà adolentur.

d. 5. *χαλκοαρᾶν*] ὁ *χαλκοάρης* eſt *ære vel ferro i.e. armis pernicioſus & alios interficiens*, per conſeqvens, Fortis, ut & *Lonicerus* hîc reddidit ; à *χαλκός*, & *αἱρέω*, qvod interdum *interficiendi*, ſignificationem habere reperitur.

d. 6. *τοὺς Μεγέρα οἱ τέκε Κρεοντίς*] Lego, *τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρειοντίς* : ſicut Κρείων pro Κρέων ſæpè uſurpatur. ἡ Μεγέρα, vel ut apud *Homerum Od:* λ. v. 268. *Senecam in Herc. furente*, & *Pauſaniam*, *& in Ald.* legitur, rectiùs Μεγάρα, filia Creontis, genuerat Herculi octo, ut in textu

eſt, liberos, qvos pater ira Junonis ad inſaniam adactus omnes interfecit. Hinc apud *Lycophronem* Caſſandra τεκνοραίςlω vocat Herculem einen Kindermörder. *v.* 38. Sunt tamen qvi cenſeant non ab Hercule, ſed ab alio interfectos eſſe. Aliqvi à Peregrinis qvibuſdam. Aliqvi à Lyco rege. Aliqvi ab Augea Elidis rege. Hos octo fuiſſe Poëta diſertè ait. Sed alij ut in nominibus, ita & in numero inter ſe diſcrepant. Nam ut *Scholiaſtes* notat, *Dionyſius* ἐν πρωτωκύκλων, duos habet, Θηρίμαχον, & Δηικόοντα: qvibus *Euripides* addit tertium Ἀρισόδημον. *Æneas Argivus* qvatuor, Θηρίμαχον, Κρεοντιάδlω, Δηικόοντα, Δηίονα. *Pherecydes lib.* 2. qvinqve: Ἀντίμαχον, Κλύμενον, Γλῆνον, Θηρίμαχον, & Κρεοντιάδlω, addens eos in ignes à patre conjectos fuiſſe. *Batus* verò *lib.* 2. *Attic: hiſtoriarum*, ſeptem: Πολύδωρον, Ἀνίκητον, Μηκισόφονον, Πατροκλεα, Τοξόκλειτον, Μενεβρόντlω, Χερσίβιον. *Menecrates* octo cum Poëta noſtro fuiſſe affirmat, & non Ἡρακλείδας nominatos addit, qvum Pater eo tempore nomen Herculis nondum habuerit; ſed Ἀλκαΐδας. Hanc ſive Μεγέραν ſive Μεγάραν, ratus ſibi non ſatis fauſtis auſpicijs conjunctam, Hercules poſteà dimiſit, ut habet *Pauſanias in Phoc. lib.* 10. Filijs autem, ut & ipſi Herculi, ſacra anniverſaria fuerunt inſtituta, cum ἀγῶσιν ἐπιταφίοις, ut in textu habemus.

d. 7. ἐν δυσμαῖσιν αὐγᾶν] *in occaſu radiorum*, ſolarium ſcilicet. Solebant enim Heroibus ſacra fieri veſperi cũ occaſu ſolis, Dijs verò manè.

d. 10. αἰθέρα λακτίζοισα] Metaphora durior Dithyrambica, pr[o] θιγάνοισα αἰθέρος.

d. 10. αἰθέρα κνισᾶντι λακτίζοισ[α] καπνῷ] *Plutarchus de primo frigid[o]* ita habet: ἀέρος κνίσ' ἀντιλακτίζοι[σα] καπνῷ.

D. 1. καὶ δεύτερον ἆμαρ] Notan[dum] *Scholia*, ambiguum eſſe, utrum no[...] tetur biduum poſt ſacrificia noctu[r]na certaminibus tributum: an ver[o] tantùm dies ὑστεραία, noctem ſacr[i]ficijs datam inſecuta. Qvod videtu[r] veriſimilius.

D. 1. 2. ἐτείων ἀέθλων τέρμα [...] Lego, ἐτείων τέρμ' ἀέθλων, i. e. alt[e]ro die, peracto ſcilicet ſacrificio n[o]cturno, certamina habentur, & [...] tota feſtivitas terminatur.

D. 3. ἰσχύος ἔργον] i. e. ſunt *ce[r]tamina roboris & corporis*, non ing[e]nij. v. g. Curſus, Lucta, & id genus [...] milia. Appellantur autem hæc c[er]tamina Ἡράκλεια, & Ἰόλεια.

D. 4. ἔνθα] ibi, in certaminib[us] hiſce Ἡρακλείοις & Ἰολείοις.

D. 4. 5. λευκωθεὶς κάρα μύρτο[ις] Præmium enim erat corona myrt[...] λευκωθεὶς, mediam correptam [...] bere debebat. Exponitur à *Scho[lia]ſte* στεφανωθείς. Qvid ſi legerem λευκανεὶς?

D. 5. ἴδ',] Meliſſus ſcilicet.

D. 5. ἀνὴρ] Non hîc perſon[am] aut ſexum notat, ſed ætatem. [...] ponitur enim victoria virilis, p[...] rili.

D. 5. διπλόαν νίκαν] Virilem [...] licet, poſtqvam jam olim inter p[...] ros etiam ibidem vicit.

D. 8. κυβερνατῆρος οἰακοστρό[φου] οἴαξ eſt *temo ſive navis ſive cur[rus]* [...]

Inde οἰακοστρόφος, *gubernator clavi navis, vel temonis currus, auriga.* Intelligit Orſeam aurigam peritiſsimum. Qvi Orſeam ἀλείπτην fuiſſe volunt, hæc verba duriore Metaphora ad eum accommodare neceſſe habent.

D. 9. πεπιθὼν] Poëticè augmentum Perfecti eſt Aoriſto ſecundo præfixum,& in Participio retentum. Eſt autem non à πείθω, *perſvadeo*, ſed à πιθέω, *obtempero, obſeqvor.*

D. 10. σὺν Ὀρσέα] Lego, σὺν Ὀρσεΐᾳ.

ΕἼΔΟΣ Ε.

ΦΥΛΑΚΙΔΑ ΑΙΓΙΝΗΤΗ, Παγκρατίῳ.

QUintum hoc εἶδος Phylacidæ Æginetæ, Lamponis filio, inſcriptum eſt, fratri ſcilicet Pytheæ, cui *qvintum Nemeorum* εἶδος ſcriptum, ut & ſeqvens *ſextum Iſthmiorum*, una cum hoc Phylacide, & Euthymene cognato. Qvanqvam ſi rectè rem penſitaverimus, ſextum εἶδος, hoc qvinto prius ſcriptum, ideoq; ei præponendum fuiſſe videbimus. In ſexto enim, unius tantùm Iſthmicæ victoriæ meminit; non ſuppreſſurus alteram, ſi tunc Phylacidæ parta fuiſſet. In hoc verò, duas jam victorias Iſthmicas commemorat. Deceptum autem horum εἰδῶν ordinatorem, qvicunq; ſive *Ariſtophanes Grammaticus*, ſive alius qvidam fuerit, cenſet *Hephæſtio* verbis ſeqventis εἴδους; δεύτερον κρατῆρα μίρναμεν, qvæ reſpectum ad hoc εἶδος ut tempore prius habere putavit; qvum reſpiciant εἶδος *qvintum Nemeorum* Pytheæ, hujus Phylacidæ fratri ſcriptum. Etſi autem tempore prius eſt εἶδος ſextum, & ita huic præponendum fuiſſet: nolumus tamen in ordine qvicqvam mutare, qvum ille jam ab omnibus receptus ſit; & mutatio confuſionem allegationum parere poſsit; & alibi etiam ordo temporis non fuerit obſervatus, ut *ex Olympijs & Pythijs* ſatis liqvet. Sufficiat monuiſſe. Uni autem Phylacidæ inſcriptum hunc hymnum, non autem ſimul fratri Pytheæ, ut ſextum, cum *Calliſtrato* cenſemus.

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

- *Partes*
  - *Exordium, in qvo Aurum, h. e. divitias*
    - *commendat à*
      - *Sole, & Thea ejus matre.*
      - *potentia.*
      - *æſtimatione præ alijs metallis, qvod probat*
        - *à navigationibus.*
        - *à bellis.*
        - *à certaminibus.*
        - *à fortuna divitum.*
    - *vult eſſe conjunctas*
      - τῷ εὖ πάσχειν.
      - τῷ εὖ ἀκούειν.
  - *Subjicit* παραίνεσιν *de Modeſtia.*
  - *Propoſitio:* Phylacides eſt laudandus. *Figurata* ἀποστροφῇ *ad ipſum.*
  - *Confirmatio*
    - *à victoria Iſthmica duplici.*
    - *à victoria Nemea.*
    - *à fratre Pythea Nemeonica.*
    - *à genere victoriæ, Pancratio.*
    - *ab Æacidis majoribus, qvos ſe non taciturum ait.*
    - *à patre Lampone.*
    - *à patria Ægina* εὐνόμῳ.
  - *Confutatio.* *At laudes hæ ſunt nimiæ.*
    - *Reſpondet per Inficiationem, adductis cauſis*
      - *qvia verſatur in via virtutis recta.*
      - *qvia* ἔργα *ipſius ſunt* θεόδοτα.
      - *qvia gloria laboribus conveniens, invidia carere debet.*
      - *ab exemplo Heroum in genere, ob virtutem celebratorum, à*
        - *Poëtis.*
        - *Oratoribus.*
      - *à voluntate divina, approbante laudes virtuti congruas.*
      - *ab exemplo Heroum in ſpecie celebratorum*
        - *in Ætolia, Oenidarum.*
        - *Thebis, Iolai.*
        - *in Argolide, Perſei.*
        - *Lacedæmone*
          - *Caſtoris.*
          - *Pollucis.*
        - *in Ægina*
          - *Æaci.*
          - *filiorum ejus*
            - *in genere, Trojæ everſorum, cũ*
              - *Hercule.*
              - *Atridis.*
            - *in ſpecie Achillis*
              - *interfectoris*
                - *Cycni.*
                - *Hector[is]*
                - *Menon[is]*
              - *vulneratoris T- lephi.*
  - *Præciſio.* ♍
  - *Regreſſio.* ♎
  - *Epilogus.* ♒

- ♍ Præciſio laudum Æginetarum
  - qvòd jam anteà ſint ſatis celebrata.
  - ob multitudinem, qvæ jam enumerari non poteſt.
  - exemplo uno pro multis prolato, Virtutis in pugna Salaminia.
  - qvia ſilentio irrigantur reliqvæ laudes.
  - qvia nō tàm hominibus debetur gloria, qvam Deo autori.
  - qvia ut melle, ſic & encomiis temperatè utendum.
- ♎ Regreſſio ad laudes Phylacidæ
  - à majoribus Cleonicidis
    - qvi exemplum Virtutis poſſunt eſſe aliis.
    - qvorum labor non fuit irritus aut obſcuratus.
    - qvi ſumptus non fruſtra erogarunt vel deplorant.
  - ab Alipte Pythea, qvem cōmendat
    - à præſtantia artificii.
    - à fidelitate præſtita Phylacidæ.
    - ab agilitate in plagis
      - dextrè inferēdis.
      - prudenter retundendis.
- ♒ Epilogus habens ἀποστροφὴν ad Muſam vel Præconem, ut afferat Phylacidæ
  - coronam.
  - vittam.
  - hymnum.

Ratio autem metrorum talis eſt,

στροφ. & ἀντιστρ.				ἐπῳδ.			
1. –υ–υ	–υυ–	υυ––		1. –υ––	–υυ–	υυ––	
2. υυυ–	––υ–	υ–υυ	–	2. –υ––	–υ––	–υ–	
3. –υ––	–υυ–	υυ––		3. –υ––	–υυ–	υυ–	
4. –υυ	–υυ	–		4. –υ––	υυ–		
5. –υ––	–υυ–	υυ––		5. –υ––	–υ––	–υυ–	
6. υυυ–	––υ–	–		6. υυυ–	––υυ	–υυ–	–
7. –υ––	–υυ–			7. –υ–υ	–υυ–	υυ–	
8 –υ––	–υ––			8. –υυ	–υυ	–	
				9. υυ––	–υ–		
				10. –υυ	–υυ	–	
				11. ––υ–	–		

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ ὀκτάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt trimetrum acatalectum, ex Ditrochæo, Choriambo, & Jonico à minore. II. trimetrum hypercatalectum, ex Pæone quarto, Epitrito tertio, & Pæone ſecundo. III. trimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. IV. Dimetrum hypercatalectum dactylicum. V. ut tertium. VI. dimetrum hypercatalectum, ex Pæone quarto & Epitrito tertio. VII. dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. VIII. dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis.

Ἐπῳδὸς

ΕἸΔΟΣ Ε.

ΦΥΛΑΚΙΔΑι ἈΓΙΝΗΤΗι,

Παγκρατίῳ.

στροφ. α. κῶ. η.

1 Μᾶτερ Ἁλίου πολυώνυμε Θεία,
σέο γ' ἕκατι, καὶ μεγασθενῆ νόμισαν
Χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων.
Καὶ γὰρ ἐριζόμεναι
5 νᾶες ἐν πόντῳ, καὶ ἐν ἅρμασιν ἵπποι,
διὰ τεὰν ὦ᾽ νασσα τιμὰν,
ἀκυδινάτοις ἐν ἀμίλ-
8 λαισι θαυμασταὶ πέλονται:

ἀντι. α. κῶ. η.

1 ἔν τ' ἀγωνίοις ἀέθλοισι ποθεινὸν
κλέος ἔπραξεν, ὅν τιν' ἀθρόοι στέφανοι,
χερσὶ νικάσαντ', ἀνέδησαν ἔθειραν,
ἢ ταχυτᾶτι ποδῶν.
5 Κρίνεται δ' ἀλκὰ διὰ δαίμονας ἀνδρῶν.
Δύο δέ τοι ζωᾶς ἄωτον
μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἄλ-
8 πνιστον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ,

ἐπῳ. α. κῶ. ια.

1 εἴ τις εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ.
Μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι. Πάντ' ἔχεις,

εἴ σε

Ἐπῳδὸς verò ἑνδεκάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt, ut tertium στροφῆς. II. trimetrũ catalectum, ex Epitritis ſecundis. III. trimetrum catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo & Ionico à minore. IV. dimetrum catalectum, ex Epitrito ſecundo & Jonico à minore. V. trimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis & Choriambo. VI. trimetrum hypercatalectum, ex Pæone qvarto, Jonico à majore & Choriambo. VII. ut primum στροφῆς, niſi qvòd eſt catalectum. VIII. ut qvartum στροφῆς. IX. dimetrum catalectum, ex Ionico à minore, & Epitrito ſecundo. X. ut qvartũ στροφῆς. XI. Monometrum hypercatalectũ, ex Epitrito tertio.

ODA V.

PHYLACIDÆ ÆGINETÆ,

Pancratio.

α.

1 *O-Mater ſolis celeberrima Thea,*
tui cauſa etiam præpotens exiſtimarunt
Aurum homines præ cæteris metallis.
Etenim certantes
5 *naves in mari, & in curribus eqvæ,*
propter tuum ô Regina honorem,
volubilibus in pu-
8 *gnis admirandæ exiſtunt:*

a.

1 *inq; contentionibus certaminum deſiderabilem*
gloriam acqviſivit ille, *qvemcunq; freqventes coronæ*
manibus victoriam-adeptum, redimierunt comam,
aut velocitate pedum.
5 *Æſtimatur verò Virtus per fortunas hominum.*
Duo verò vitæ florem
ſola paſcunt ſvavis-
8 *ſimum, florida cum felicitate:*

A.

1 *ſi* ſcilicet *aliqvis commodè vivens, benè audiat.*
Ne qvære Iupiter fieri. Omnia habes,

ſi ad

εἴ σε τούτων μοῖρ' ἐφίκοιτο καλῶν.
Θνατὰ θνατοῖσι πρέπει.
5 Τὶν δ' ἐν Ἰσθμῷ διπλόα θάλλοισ' ἀρετὰ
Φυλακίδα κεῖται: Νεμέᾳ δὲ, καὶ ἀμφοῖν,
Πυθέα τε, παγκρατίου. Τὸ δ' ἐμὸν,
οὐκ ἄτερ Αἰακιδᾶν
κέαρ ὕμνων γεύεται.
10 Σὺν χάρισιν δ' ἔμολον
Λάμπωνος υἱοῖς,

στροφ. β. κῶ. η.

1 τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν. Εἰ δὲ τέτραπται
θεοδότων ἔργων κέλευθον ἂν καθαρὰν,
μὴ φθόνει κόμπον τὸν ἐοικότ', ἀοιδᾷ
κιρνάμεν ἀντὶ πόνων.
5 Καὶ γὰρ ἡρώων ἀγαθοὶ πολεμισταὶ
λόγον ἐκέρδαναν: κλέονται
δ' ἔν τε φορμίγγεσσιν, ἐν αὐ-
8 λῶν τε παμφώνοις ὁμοκλαῖς

ἀντι. β. κῶ. η.

1 μυρίον χρόνον: μελέταν δὲ σοφισταῖς
Διὸς ἕκατι πρόσβαλον σεβιζόμενοι.
Ἐν μὲν Αἰτωλῶν θυσίαισι φαενναῖς,
Οἰνεΐδαι κρατεροί:
5 ἐν δὲ Θήβαις, ἱπποσόας Ἰόλαος
γέρας ἔχει: Περσεὺς δ' ἐν Ἄργει:
Κάστορος δ' αἰχμὰ Πολυδεύ-
8 κεός τ' ἐπ' Εὐρώτα ῥεέθροις.

ἐπῳδ. β. κῶ. ια.

1 Ἀλλ' ἐν Οἰνώνᾳ μεγαλήτορες ὀργαὶ
Αἰακοῦ, παίδων τε. Τοὶ καὶ σὺν μάχαις
δὶς πόλιν Τρώων πράθον, ἑσπόμενοι
Ἡρακλῆϊ πρότερον,

ſi ad-te horum ſors pervenerit bonorum.
Mortalia mortales decent.
Tibi autem in Iſthmo duplex florens virtus
ô-Phylacida repoſita-eſt: in Nemea verò etiã ambobus,
ô-Pytheaq;, pancratii. At meum
non ſine Æacidis
cor hymnos tractat.
Cum Gratiis autem veni
Lamponis filiis

ε.

hancce in Legibus-bene-inſtructam civitatem. Si verò cõ-
divinitus-datorum operũ viam in puram; (verſa eſt
ne invide gloriationem conſentaneam, hymno
me-commiſcere pro laboribus.
Etenim Heroum boni bellatores
famam lucrati-ſunt: celebrantur
autem inq; citharis, in tibia-
rumq; omniſonis ſtrepitibus

b.

in *infinitum tempus: ſtudium qvoqve Sophiſtis,*
Iovis voluntate præbuerunt in-veneratione-habiti.
In Ætolorum qvidem ſacrificiis illuſtribus
Oenidæ ſtrenui:
Thebis verò eqvorum-agitator Iolaus
præmium habet: Perſeus verò in Argei:
Caſtoris verò virtus-bellica Pollu-
cisq; ad Eurotæ fluenta.

B.

Sed in Oenona magnanimi impetus
Æaci filiorumq;. Qvi & in præliis
bis urbem Troum exciderunt, ſeqventes
Herculem prius,

καὶ σὺν Ἀτρείδαις. Ἔλα νῦν μοι πεδόθεν.
Λέγε, τίνες Κύκνον, τίνες Ἔκτορα πέφνον,
καὶ στράταρχον Αἰθιόπων ἄφοβον
Μέμνονα χαλκοάραν;
τίς δ' ἄρ' ἐσλὸν Τήλεφον
τρῶσεν ἑῷ δορὶ Κα-
ΐκου παρ' ὄχθαις;

στροφ. γ. κώ. η.

Τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν,
διαπρεπέα νᾶσον. Τετείχισται δὲ πάλαι
πύργος ὑψηλαῖς ἀρεταῖς ἀναβαίνειν.
Πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς
γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων
κελαδέμεν: Καὶ νῦν ἐν ἄρει
μαρτυρήσαι κεν πόλις Αἴ-
αντος, ὀρθωθεῖσα ναύταις

ἀντι. γ. κώ. η.

ἐν πολυφθόρῳ, Σαλαμὶς, Διὸς ὄμβρῳ,
ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντι φόνῳ:
Ἀλλ' ὅμως καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ.
Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει,
Ζεὺς, ὁ πάντων κύριος. Ἐν δ' ἐρατεινῷ
μέλιτι, καὶ τοιαίδε τιμαὶ
καλλίνικον χάρμ' ἀγαπά-
ζοντι. Μαρνάσθω τις ἔρδων,

ἐπῳδ. γ. κώ. ια.

ἀμφ' ἀέθλοισιν, γενεὰν Κλεονίκου
ἐκμαθών. Οὔ τοι τετύφλωται μακρὸς
μόχθος ἀνδρῶν: οὐδ' ὁπόσαι δαπάναι
ἐλπίδων, ἔκνισ' ὄπιν.
Αἰνέω καὶ Πυθέαν ἐν γυοδάμαις,
Φυλακίδᾳ πλαγᾶν δρόμον εὐθυπορῆσαι,

χερσὶ

deinde *etiam cum Atridis. Impelle nunc mihi* Muſa cur-
rum in altum *à-terra.*
Dic qvinam Cycnum, qvinam Hectorem interfecerint,
& ducem exercitus Æthiopum intrepidum
Memnonem ære-pernicioſum?
Qvis ſtrenuum Telephum
vulneravit ſua haſta Ca-
ici ad ripas?

γ'

Illi nimirum *qvibus Æginam profert os* hominũ *patriã,*
excellentem Inſulam. Exſtructa-eſt a. jamdudum eis à me
turris, qvam *excelſis virtutibus aſcendant.*
Multa qvidem rectiloqva
lingva mihi jacula habet de illis
reſonandi: Et nunc in bello
teſtari-poßit urbs patria *Aia-*
cis, defenſa à-nautis

g.

Salamis in multum-&-multis-exitiali Iovis imbre,
innumerabilium hominum grandinea cæde:
ſed tamen gloriationem irriga ſilentio.
Jupiter hæc & illa tribuit,
Jupiter inqvam *omnium dominus. In delectabili verò*
melle, etiam huiusmodi honores
ex-hymno-victoriali gaudium a-
mant. Contendat alius *qvispiam* præclara *gerens,*

G.

circa certamina, familiam Cleonici
ubi-cognoverit. Non ſanè excæcatus-eſt longus
labor virorum: neqve qvanti ſumptus
ſpei fuerint, *moleſtia-affecit curam* eorum.
Laudo & Pytheam inter membrorum-domitores,
qvòd *Phylacidæ plagarum curſum direxerit,*

χερσὶ δεξιὸν, νόῳ ἀντίπαλον.
Λάμβανέ οἱ ςέφανον:
φέρε δ' εὔμαλλον μίτραν:
καὶ πτερόεντα νέον
σύμπεμψον ὕμνον.

Commentarius.

Μᾶτερ Ἀελίȣ πολυώνυμε Θεία] Partes hujus εἴδȣς ſunt ſeptem: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Confutatio, Præciſio laudum Æginetarum, in qvas per Confutationem devenerat, Regreſsio ad Confirmationem, & Epilogus. In Exordio, aurum, hoc eſt, divitias initiò commendat, primum à Thea matre Solis, cui aurum attribuitur. II. à potentia. III. ab æſtimatione præ aliis metallis; qvod probat à navigationibus; à bellis; à certaminibus, ad qvorum exercitia aurum reqviritur; à fortuna divitum, qvi ſemper æſtimantur præſtantiores aliis. Deinde idem Aurum hoc eſt Divitias vult eſſe conjunctas τῷ εὖ πάσχειν, καὶ τῷ εὖ ἀκȣ́ειν. Subjicit hiſce παραίνεσιν de Modeſtia, & non-appetendo altiora, aut ultra humana; addita ratione ab æqvo & congruo; Qvia mortales mortalia decent. Exordio ſubjicit Propoſitionem: *Phylacides eſt laudandus.* Hanc illuſtrat ἀποςροφῇ ad ipſum Phylaciden; & ita Exordio ſubnectit, ut tacitè innuat, Phylaciden eum eſſe, qvi non tantùm auro & divitiis valeat, ſed etiam ſimul εὖ πάσχοι, & εὖ ἀκȣ́οι propter rationes ſeqventes. Igitur & Confirmationem Propoſitionis addit, I. à victoria Iſthmica duplici. II. à victoria Nemea. III. à fratre Pythea, qvi & ipſe Nemea vicit. IV. à genere victoriarum, Pancratio. V. ab Æacidis majoribus; qvorum laudes ſe nunqvam taciturum ait. VI. à patre Lampone. VII. à patria Ægina, & ejus adjuncto εὐνομίᾳ. De reliqvis partibus poſteà.

α. 1. μᾶτερ Ἀελίȣ πολυώνυμε Θεία] Lego μᾶτερ Ἁλίȣ πολυώνυμε Θεία, cum *Lutet. Plantin. & Commelin.* Aliàs in ἀελίȣ facienda eſſet primarum duarum ſyllabarum συνίζησις. Τὴν Θείαν autem Cœli Terræqve filiam, Solem & Lunam ex Hyperione genuiſſe, etiam *Heſiodus in Theogonia* habet, *v.* 371. & 374.

> Θεία δ' Ἠέλιόν τε μέγαν, λαμπράν τε Σελήνην, &c.
> γείναθ', ὑποσυνηθεῖσ' Ὑπερίονος ἐν φιλότητι.

Πολυώνυμον vocat, non *Multinominem* ut *Vulgata* habet *Verſio*, ſeu qvæ multa habeat nomina; ſed apud multos, & multis de cauſis celebrem, hoc eſt, ut *Portus* benè reddit, *Celeberrimam*: Philippus, *Inclytam*: Lonicerus nonnihil recedens, *Venerandam.* τὸ θεῖον, *ſulfur* eſt; Ex Sulfure autem

manibus agilem, prudentia reluctantem.
Accipe ei coronam;
ferq́ bene-villoſam mitram;
& alatum novum
unà mitte hymnum.

autem & argento vivo, qvod fortaſſis per ὑπερίονα notatur, Aurum generari creditur Phyſicis. Judicent hac de re Chymici periti, Phyſices vulgatæ reformatores σὺν θεῷ. Utitur autem hoc Exordio Poëta à commendatione Auri, partim ut Phylaciden divitem innuat: partim ut ſibi etiam Aurum ex hymno hoc conciliet; qvum non minus propter aurum hymnos ſcribat, qvàm alij vel navigationes exercent, vel bella ſeqvuntur, vel alia tractant. Pindarus paſsim Φιλόχρυσος apparet. Vult etiam diluere, ſi qvid adhuc reſtat in animis Pytheæ vel etiam Phylacidæ ἀνδριαντοποιΐα, τῇ Poeſi qvoad remunerationem longè præferenda. Qva de re *in Exordio Nemeorum ε.* dictum eſt. Cæterùm, ut hoc etiam addamus; unicuiqve ſeptem Planetarum, ſolent attribui ob συμπάθειαν certa Metalla: v. g. Soli, Aurum, ut vel ex hoc loco patet: Lunæ, Argentum: Saturno, Plumbum: Jovi, Stannum: Marti ferrum: Veneri, Æs & Cuprum: Mercurio, hydrargyrum, (Qveckſilber) Qva de re Chymici hodiè plura.

α. 1. σέο γ' ἕκατι] *tui cauſa*, propter te, tuo auſpicio. In ἕκατι, ultima pro longa ponitur.

α. 2. μεγασθενῆ] *præpotens*, ab Effectu. Aurum enim nihil non efficit in humanis; etiam invicta ſuperat.

α. 2. 3. μεγασθενῆ νόμισαν περιώσιον ἄλλων] exiſtimarunt præpotens præ alijs, Metallis ſcilicet: Vel ſi per Aurum intelligantur Divitiæ, præ alijs, bonis ſcilicet. Nam Verba ſunt intelligenda ſecundum materiam ſubjectam. περιώσιον hîc abſolutè & qvaſi adverbialiter, vel potius Præpoſitionis inſtar ponitur, *Præ alijs, ſuprà alia.* Alias adjectivum nomen eſt περιώσιος *Sanctiſsimus, Eximius, ſuperans alios. Euſtathius ad Il: δ. p.* 482. *& ad Od. π. p.* 1800. derivat ex περιαΰω h. e. φωνῶ, ſicut θαυμάσιον ex θαυμάζω: & poſtea abjecto υ, περιωΰσιον relictum eſſe περιώσιον, beſchrien/beruffen.

α. 4. ἐριζόμεναι νᾶες] ſive negociando, ſive militando. Utrobiqve enim certant, & lucrum captant.

α. 5. ἐν ἅρμασιν ἵπποι] Eqvi, vel potiùs Eqvæ, ut *Lonicerus* reddidit, propter fœmininum ἐριζόμεναι: tametſi ei per σύλληψιν Generis, vel potiùs per Ζεῦγμα, æqvè Maſculinū ſubjici poſſet. Sed conſtat tamen Eqvas potiùs fuiſſe uſurpatas, Walachen. Intelliguntur autem Eqvæ non tàm in certaminibus ludicris agitatæ, qvàm in ἁμίλλαις hoc eſt bellis: ut intelligantur Bella tàm Navalia qvàm Terreſtria, Auri ſeu Divitiarum cauſa

 geri-

geri. Iſt vmb das Meum vnd Tuum zuthun. ἐν ἅρμασιν ἵπποι igitur notant bella terreſtria Eqveſtria. Olim enim ex Curribus pugnarunt, ut paſſim liqvet. *Lonicerus* minùs benè, *Spectacula qvæ & terra & mari aguntur*, in Scholijs exponit.

a. 6. Διὰ τεὰν τιμὰν] *propter tuum honorem*, id eſt, propter tuam dignitatem, propter tui æſtimationem. deines werths halben / weil man dich ſo hoch ſchätzet.

a. 6. ὤ᾽ νασσα] Ita *Cratandrina* habet: *Romana* ex ſphalmate graphico, ὦ᾽ νασα. Lego autem ὦ᾽ νασσα, *cum Brubachiana, Lutetiana, & Plantiniana*, qvas ſeqvitur *Commeliniana*, niſi qvod ὦ ''νασσα ſcribit etiam Acuto notato. Ἄνασσαν vocat Θείαν, ſicut *Horatius* pecuniam reginam. Pecunia enim omnia regit. *Demoſth: in Olynth: 2.* δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἔστι γενέσθαι τῶν δεόντων.

a. 7. ὠκυδινάτοις ἐν ἁμίλλαισι] id eſt, *in prælijs agilibus, agilitatem reqvirentibus: vel potiùs velociter ſe vertentibus*, i. e. incertis, ubi victoria dubia eſt. Potiùs enim hîc *Prælia bellica*, qvàm *Certamina* cum Philippo; aut *Ludos* cũ Lonicero, intelligemus.

a. 8. θαυμαστοὶ] Vel Maſculinè ponitur, ſi ad ἵπποι proximum Maſculinè acceptum referatur. Vel potiùs Fœmininè, & ad νᾶες, & ad ἵπποι in fœminino relatum, more Poëtico & Attico in Compoſitis & Derivatis maximè uſitato. Sicut βάρβαρος αἶα, pro βαρβάρη. Vel *cum Aldo* legendum θαυμασταί.

a. 1. ἔν τ᾽ ἀγωνίοις ἀέθλοισι] i. e. *in certaminibus agonalibus* ſeu cõtentionalibus, h.e. in contentionibus certaminum. Jam ergò demum de certaminibus ludicris agit, ad qvæ & ipſa auro opus eſt.

a. 2. κλέος ἔπραξεν] *Scholiaſtes* refert ad ἵππους & ἅρματα: uſitatũ eſſe cenſens Pindaro, ex plurali delabi in ſingularem numerum. Sed fallitur. Refertur enim ad ὃν ἴνα, ad qvod Nominativus aliqvis ſubaudiendus eſt, v. g. ἐκεῖνος vel ſimilis, q. dt. *Is in certaminibus gloriam acqvirere ſolet, qvemcunq; &c.* Da gehöret aber auch Geld zu *ad præparationem.* Τὸ ἔπραξεν hîc *Acqvirere ſolet* ſignificat. Hoc enim tempus ad actiones ſolitas exprimendas adhiberi ſolet. Ultima in ἔπραξεν, ponitur pro longa.

a. 2. ἀθρόοι στέφανοι] *Freqventes* h. e. multæ coronæ. *Lonicerus* reddens, *Denſa ſerta*, videtur obſcuriùs reddidiſſe, an de mole, an de numero intelligat. Qvanqvam *Denſum* pro *Crebro* fortaſsè inveniri, non negemus. *Denſentur funera*, pro crebra fiunt. *Horatius.*

a. 5. κρίνεται δ᾽ ἀλκὰ διὰ δαίμονα ἀνδρῶν] ἀλκά, h. e. *Virtus* æſtimatur διὰ δαίμονα ἀνδρῶν, hoc eſt, διὰ πλοῦτον uniuscujusqve. q.d. *etiam Virtus æſtimatur divitijs.* Qvo enim qvis ditior eſt, tanto alijs virtute æſtimatur prior. Sic *Iſthm: Ϛ.* proverbium habuimus, χρήματα χρήματ᾽ ἀνήρ. *Scholiaſtes* perperam exponit, διὰ τοὺς Θεοὺς, & τῇ τῶν Θεῶν εὐμενείᾳ. Hunc ſecuti ſunt, *Lonicerus*, exponens: *Fortitudo mortalium à Deo eſt.* Philippus: *Victoria à Deo eſt.* Vulgata: *Judicatur ex ſpecimine edito fortitudo hominum per numen divinum.* Rectiùs *Aretius:* Hîc, inqvit, de Auri, hoc eſt, Pecuniarum in genere potentia agit. Qvare vocem δαίμονα hîc non pro Deo accipiendam arbitror, ſed pro πλούτῳ

qvi

qvi dæmon eſt & dicitur. Aliàs ſatis notum eſt, vocem eſſe mediam. Hinc εὐδαίμων, δυσδαίμων. Nec dicere vult, Virtutem à Deo eſſe, ſed virtutem judicari à Pluto. *Hæc Aretius.* Lego autem *cum Aldo*, διὰ δαίμονας.

a. 6. δύω] Ita habet *Rom. Brubachs & Cratan:* Lego cum cæteris, δύο, metro ſuffragante.

a. 7. 8. ἀνέλπιστον] Ita habet *Cratandrina.* Et ita à nonnullis lectum fuiſſe, notat *Romana.* Et *Scholiaſtes* qvoqve ſic legit, exponens δυσέλπιστον, ὡς ἀπρόσωπον, κακοπρόσωπον, & οἰκτρόν. Ineptè. Lego τὸν ἄλπνιστον, qvod aliqvos legiſſe ipſe *Scholiaſtes* fatetur, h. e. ἥδιστον, per συγκοπὴν pro ἀλπνίστατον, ab ὁ ἄλπνος, *ſuavis, jucundus*, cujus Compoſito ἐπάλπνος utitur *ſuprà Nem. η. ε. 4.* Et hoc, metro convenire, ipſe *Scholiaſtes* fatetur. *Rom: Lutet: Plantin: & Commel:* habent τὸν ἄλπιστον, qvod ut idem eſt atq; ἀνέλπιστον ſive ἀέλπιστον, qvoad ſenſum: ita eandem inconvenientiam habet. *Eraſmus Adagio 57. cent. 4. Chil. 3. Nihil ad Bacchum*, ſcribit ἀέλπιστον vitam, Atticis eſſe vitam mirificam, & qvam ne ſperare qvidem auderet qvisqvam, aut in qva nō ſpes alat animum, ſed ipſæ res adſint. Verùm autoritas hîc deſideratur.

a. 8. εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ] *cum florente felicitate*, hoc eſt cum florentibus & vigentibus divitijs, qvas ὁ ὄλβος ſæpiſſimè notat. De his enim loqvitur: & his vult eſſe conjuncta, τὸ εὖ πάσχειν, καὶ τὸ εὖ ἀκούειν.

A. 1. εὖ πάσχων] id eſt, *bona fortuna utens*, benè etiam divitijs fruens, & honeſtè illis utens, ſano item corpore præditus &c.

A. 1. εἴ τις εὖ πάσχων, λόγον ἐσλὸν ἀκούῃ] Conjungit Poëta hæc duo etiam *Pythior. α. E. ι. & Nem: α. b. 8.* Et *Olymp. ε. Ϛ. 14.* eundem propè ſenſum habet. ——— ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον

ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσι, καὶ
εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ Θεὸς γενέσθαι.

A. 5. τὶν δὲ] Tibi ſcilicet ſoli, ô Phylacida, duplex in Iſthmo floret virtus. In ſexto εἴδει tantùm unicam Phylacidæ victoriam celebrat. Scriptus ergo eſt ille hymnus ante hunc, ut ſuprà monitum.

A. 6. Νεμέᾳ δὲ] pro ἐν Νεμέᾳ δὲ, repetendo τὸ ἐν, ἀπὸ κοινοῦ, tametſi aliàs etiam Præpoſitio in hiſce omitti ſolet.

A. 6. καὶ ἀμφοῖν] Dativus eſt Dualis, *Ambobus*, tibi ſcilicet & fratri Pytheæ, qvem mox & ipſum compellat, unicuiqve ſua & peculiaris. *Philippus* perperam reddidit: *Duas in Nemeis ex Pancratio adeptus eſt Pytheas:* qvum ſermo ſpectet ad utrumqve.

A. 7. Πυθέα τε] *tuq; ô Pythea* frater Phylacidæ. Vocativus enim eſt, non Dativus: ideoq; τὸ ἰῶτα ſubſcriptum in nonnullis editionibus recentioribus, omittendum. Errat etiam *Scholiaſtes*, Dativum exiſtimans. Nota *Alcmanicam Syntaxin:* Φυλακίδα, ἀμφοῖν, Πυθέα τε. De qva vide & alibi. Porrò Pytheę victoriam Nemeam celebravit *ſuprà Nem: ε.* Hîc etiam fratrem Phylaciden in Nemeis Pancratio viciſſe ait.

A. 8. σὺν ἄπερ Αἰακιδᾶν] id eſt, Qvoties Æginetam aliqvem laudo, ſolenne mihi eſt in Æacidarum laudes excurrere. Simili ſenſu *in ſexto* εἴδει ait: *A. 1.* &c.

ὑμνεῖ

ὔμμέ τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,
τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι
τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον,
ῥαινέμεν εὐλογίαις.

Hoc etiam veriſsimè præſtitit, cùm in hoc & ſeqvente εἴδει, tum *Olymp.* η. *Pyth.* η. *Nemeor.* γ. δ. ε. ς. ζ. η. *Iſth:* η. Cauſa eſt, memoria nuperæ victoriæ Salaminiæ, cujus gloria Athenienſibus & Æginetis maximè ceſsit. Qvanqvam non ſatis expreſsè ejus meminit, ob Thebanos cives ſuos, qvi cum Xerxe tùm fecerant, & propterea ab Athenienſibus malè mulctati fuerant, qvos offendere veretur. Cujus rei fecimus mentionem *ad Iſthm:* α.

Α. 10. σὺν χάρισιν] *cum Gratijs comitibus*, hoc eſt, cum hymno gratioſo.

Α. 11. Λάμπωνος υἱοῖς] *Lamponis filijs*, in Dativo: vel ut *Lonicerus* benè exponit, *In honorem & gloriam filiorum Lamponis*: vel Philippus: *ad Lamponis filios.* Malè ergò *Scholiaſtes* in caſu ſexto accipit, & τὸ σὺν ἀπὸ κοινοῦ, ut ad χάρισιν, ita & ad υἱοῖς referendum cenſet.

Ε. 1. τάνδ' ἐς εὔνομον πόλιν] Æginam urbem Æginæ inſulæ, optimis legibus inſtructam. *Suprà* & Juſtitiæ nomine Æginetæ fuerunt commendati. *Philip:* reddit *Honeſtam*, Jſt noch zu wenig. Idem hæc verba ſuperioribus connectit, vertens: *ſed meum cor, non ſine Æacidis, hymnos de hac honeſta urbe attingit.* Et qvæ mox ſeqvuntur, cum ſeqventibus connectit: *Veni cum Gratijs ad Lamponis filios, qvum vita eorum peracta ſit in puritate operum, qvæ Deus eis dedit.* Qvum tamen τὸ, εἰ δὲ, manifeſtè novam ſententiam inchoët.

Ε. 1. εἰ δὲ τέτραπται] Qvarta pars εἴδους eſt Confutatio. Poterat enim aliqvis objicere: *Atqvi hæ laudes Æginetarum ſunt nimiæ.* Reſpondet Poëta per Inficiationem, eamq; munit rationibus ſex. I. Qvia Æginetæ ambulant in via recta: ideoq; laudes hæ, qvas qvidem hactenus adduxi, non ſunt nimiæ. II. Qvia ἔργα ipſorum ſunt θεόσδοτα, non vulgaria, aut ex ſolis humanis viribus profecta. III. Qvia gloria laboribus conveniens, hymno interſperſa, invidiâ carere debet. IV. ab exemplo Heroum in genere, ob virtutem celebratorum à Poëtis & Oratoribus. V. à voluntate divina, approbante laudes virtuti congruas. VI. ab exemplo Heroum in ſpecie, paſſim celebratorum, v. g. in Ætolia, Oeneidarum: Thebis, Iolai: in Argolide, Perſei: Lacedæmone, Caſtoris & Pollucis: Itaq; ergo & Æginetæ ſunt celebrandi. v. g. Æacus; & filij progeniti ejus, partim in genere, ij qvi Trojæ everſores fuerunt bis, ſemel cùm Hercule, deinde cum Atridis: partim in ſpecie Achilles, in cujus laudes Muſam excitat, eumq; celebrat, ut Interfectorem Cycni, Hectoris, Memnonis; & Vulneratorem Telephi. Atqve hoc poſtremum Interrogationibus acuit.

Ε. 1. εἰ δὲ τέτραπται] ἡ εὔνομος πόλις Αἰγίνας ſcilicet.

Ε. 2. θεοδότων ἔργων] Deo ergò accepta refert opera præclara.

Ε. 2. κέλευθον ἂν καθαρὰν] Fortè per σύζευξιν Poëticam, κέλευθον ἀγκαθαρὰν: ſicut καδδὲ pro κατὰ δὲ: &c.

Ε. 3. μὴ φθόνει] Hîc *Philippus* novam ſententiam orditur, qvum

ſit

ſit ἀπόδοσις ad εἰ δὲ &c. Similis autem qvoad ſenſum locus eſt *Iſthm: α. g.* 1.2.3.4.

ϛ. 3. ἀοιδᾷ] refertur ad *κίρναμεν, Cantui vel hymno permiſcere*: non ad ἐοικότα, qvaſi eſſet, Convenientem hymno ut aliqvi reddiderunt. *Lonicerus* reddens, *Poëtæ*, legiſſe videtur ἀοιδῶ, ſed incongruè.

ϛ. 6. λόγον ἐκέρδανον] Ita omnia qvæ vidi exempla habent in Aoriſto ſecundo. Verùm penultimam hîc oportet produci, lego ἐκέρδαναν in Aoriſto primo, qvod & in *Scholijs* legitur. Per λόγον hîc intelligit φήμην, & ὕμνους, qvos qvaſi lucrum reportarunt Heroës præſtantiſsimi.

ϛ. 7. ἔν τε φορμίγγεσσιν] h. e. carminibus Lyricis Poëtarum. *Rom: Brubach: & Cratand.* habent φορμίγγεσιν, ſed contra metrum.

b. 1. σοφισαῖς] *Lonicerus, Philippus & Portus, Scholiaſten* ſecuti, reddunt, *Poëtis ſapientibus*. Mallem per σοφισὰς intelligere *Oratores*, qvi hoc nomine olim appellabantur, qvòd diſerti & ſapientes eſſent, præcipuè illi qvi in arte oratoria alios informabant, & diſcipulos ſuos in varijs materijs, præſertim qvæ argumenti celebrioris eſſent, exercebant. His ergò μελέταν hoc eſt *materiam meditationis & commentationis* Heroës bellicoſi addiderũt, ut ita non à Poëtis ſolùm, ſed & Sophiſtis, ut tum appellabantur, hoc eſt Oratoribus, & Oratoriæ artis magiſtris, celebrarentur. Vide ad *Pyth. δ. δ.* 9.

b. 2. πρόσβαλλον] Lego πρόσβαλον, in Aoriſto ſecundo.

b. 2. σεβιζόμενοι] i. e. τιμώμενοι, *in veneratione habiti, honorati*. Lonicerus inconvenienter reddidit, *Fortiter agentes*.

b. 4. Οἰνεΐδαι] Ita omnia habent exempla, ſed perperam. Lego Οἰνεΐδαι. Non enim Οἰνιεὺς, ſed Οἰνεὺς dicitur, qvi fuit Rex Ætoliæ. Intelliguntur ejus filij Meleager, Tydeus, & hujus filius Diomedes.

b. 5. ἱπποσόας Ἰόλαος] *Eqvorum agitator*, à σεύω. Fuit enim auriga Herculis, & aliàs ipſe ſua manu gubernavit eqvos & currus, non uſus alio auriga, ut patet *ex Iſthm: α.*

b. 7. αἰχμὰ] Metonymicè hîc notatur *Virtus bellica*.

b. 7. 8. Πολυδεύκεός τε] in ultimis duabus ſyllabis κεος, facienda eſt συνίζησις.

B. 1. ἐν Οἰνώνᾳ] i. e. in Ægina, qvæ olim Οἰνώνη dicta fuit.

B. 2. δὶς πόλιν Τρώων] Vide *ſuprà ad Ol. η. γ.* 1. Hinc *Ovidius lib*, 11. *Metam. Bis peritura capit ſuperatæ mœnia Trojæ.* Qvæ lectio magis arridet, qvàm *Bis perjura*: tametſi nec illa ratione careat, propter fidem bis, ſemel Apollini & Neptuno, deinde Herculi falſam. De qva re alibi.

B. 3. 4. ἑσπόμενοι Ἡρακλῆϊ] v. g. Telamon, & Peleus, *ut ſuprà ad Ol: η. γ.* 1.

B. 5. καὶ σὺν Ἀτρείδαις] verbi gratiâ, Ajax, Teucer, Achilles, Neoptolemus. ſc: καὶ δεύτερον σὺν Ἀτρείδαις.

B. 5. ἔλα νῦν μοι πεδόθεν] Ex reliqvis Æacidis Achillem laudaturus, Muſam prius compellat, tanqvam in re ardua, q. dt. *Impelle vel age nunc mihi ô Muſa currum meum Poëticum*, μοισαῖον ἅρμα, ut appellat *Iſthm. η. ζ.* 2. *ex humili terra in ſublime.*

lime. Nun ſchwinge mich dapffer in die höhe. τὸ πεδόθεν eſt, *à terra*, von der Erden auff. *Scholiaſtes* exponit, ἐπ᾽ εὐθείας ὁδοῦ καὶ δι᾽ ὁμαλοῦ. Qvem ſeqvitur Philippus, *Per planos campos:* & Portus, *Per iſtam laudum planiciem.* Idem *Scholiaſtes* mox exponit: ἐξ ἀρχῆς ἀνύμνησον. Qvod ſecutus eſt Lonicerus, *à principio repete.* Sed neutra expoſitio ſatis congrua eſt.

B. 6. λέγε, τίνες] Majeſtatem addit factis, & perſonæ, dum pluraliter effert; qvaſi vix credibile videatur, unicum hæc omnia præſtitiſſe. Wer ſeind ſie die daß vnd das gethan haben? Vide *Nem.* η. *A.*2.

B. 6. Κύκνον] Filium Neptuni & Scamandrodices, qvem Achilles Græcos à portu prohibentem interfecit. Vide *Ol.* β. ε. 3.

B. 8. χαλκοάραν] i. e. *fortem, bellicoſum.* Vide *Pyth.* ε. β. 5. & *Iſthm:* δ. *d.* 5.

B. 9. τίς δ᾽ ἄρ᾽,] Ita ſola habet *Cratandrina.* Reliqvæ omnes, τίς γδ. Sed lego, τίς ἄρ᾽, metro ſic exigente.

B. 9. ἐσλὸν Τήλεφον] *bonum ſeu ſtrenuum Telephum*, Ducem Myſiæ, qvi quum Græcos Ilium petituros agro ſuo prohiberet; ab Achille, præter qvem & Patroclum, nemo ei reſiſtere audebat, haſta illa qvæ *Iliad:* π. deſcribitur, vulneratus fuit. Qvum autem vulnus nulla ratione ſanari poſſet; oraculum accepit ex eadem haſta, qva vulneratus fuiſſet, remedium eſſe qværendum. Reconciliatus igitur poſteà Achilli, impetravit ab eo, ut ſcobes ſeu ferrugine de illa haſta ſibi concederet. Qvam cum alijs cõvenientibus rebus commixtam, qvum vulneri impoſuiſſet; ſanatus fuit. *Ovid. lib.* 2. *Pont. El.*2.
Profuit & Myſio Pelias haſta Duci.

B. 11. Καΐκου παρ᾽ ὄχθαις] *adripas Caici* Myſiæ fluvij.

γ. 1. τοῖσιν Αἴγιναν] Reſponſio ad præcedentem Interrogationem. Je die aus Ægina. Wer wolt es ſonſt thun? Iterum autem Majeſtatem perſonæ additurus, plurali utitur. q. dt. Achilles fecit, qvi unus pro multis eſt: natus ſcilicet patre Peleo Ægineta. In Αἴγιναν, media pro brevi ponitur, ut & *Nem.* δ. *A.* 10. & *Iſthm:* η. β. 14. & ς. 12. niſi fortè in omnibus qvatuor locis reponendum ſit Οἰνώπαν, qvum olim hoc nomine Inſula dicta fuerit, ut Οἰνώνα, qvod nomen paulò anteà habuimus. In *Iſthm:* η. β. 14. tamen, locum hæc excuſatio non habet.

γ. 1. προφέρει στόμα] τῶν ἀνθρώπων ſcilicet. *Portus* in Codice aliqvo legit προφεύει, idq́; cenſet vel συγκοπὲν eſſe pro προφητεύει: vel ex προφάω formatum, προφέω, προφεύω, ut à συλάω, συλέω, & συλεύω. Sed menda eſt γραφικὴ pro προφέρει, qvod etiam hîc poni debere ipſe *Portus* fatetur, ſi metri lex pateretur. Atqvi patitur, & omnes novem, qvas vidi, editiones habent.

γ. 2. διαπρεπέα] ultimarum ſyllabarum facienda eſt συνίζησις.

γ. 2. τετείχισται δὲ πάλαι] Qvinta pars hujus εἴδους, Præciſio laudum Æginetarum, in qvas occaſione præcedentis Confutationis excurrerat, qvam excuſat, ſex rationibus allatis. I. Qvia jam anteà laudes eorum ſunt exſtructæ ſatis excelſæ, ſumpta allegoria à turri excelſa. II. Ob multitudinem laudum, qvæ

jam

jam omnes enumerari non poſſunt. III. Prolatione exempli unius inſignis, qvod pro multis eſſe poteſt, virtutis videlicet in pugna Salaminia nupera. IV. qvia ſilentium qvarundum, denuò ſolet irrigare & vegetare reliqvas laudes. V. Qvia propriè & primariò non hominibus debetur laus præclarè geſtorum, ſed Deo, qvi hæc & iſta dona hominibus diſtribuit, ut omnium Dominus. VI. qvia ut melle, ſic & encomijs temperatè eſt utendum.

γ. 2. *τετείχισται*] penultima corripitur, ob σ diſsimulandum, ut & alibi.

γ. 2. *πάλαι*] in alijs ſcilicet hymnis, qvos victoribus Æginetis ſcripſi.

γ. 3. *πύργος*] Metaphoricè encomiorum ſublimitatem ita vocat.

γ. 4. *πολλὰ μὲν*] Ne qvis putet, ex inopia materiæ laudum præciſionem hanc factam fuiſſe.

γ. 4. *ἀρτιεπὴς*] Ne qvis putet conſingi laudes oportere.

γ. 5. *τοξεύματα*] i. e. argumenta laudum, qvæ jaculis comparat, ob paratam eorum promptitudinem, & tractandi facilitatem, inq; animos hominum vim penetrandi. Ut & alibi.

γ. 5. *περὶ κείνων*] ſc: *τοῖσιν Αἴγιναν προφέρει στόμα πάτραν*. Philippus, *Circa illa trophæa*, fortè ad *ἀρετὰς* referens. Præter *Cratandrinam* reliqvæ editiones omnes habent, *περὶ κεῖνον*, qvod reddiderunt, *Circa illum*; Lonicerus, *Circa Æacum*. Minùs benè.

γ. 6. *κελαδῆσαι*] Lego *κελαδέμεν*.

γ. 6. *καὶ νῦν*] *& nunc*, i. e. *& nuper*. Vel *ἐν τῷ νῦν ἄρει*, *in nupero vel præſente bello*.

γ. 6. *ἐν ἄρει*] Lego contractè *ἐν ἄρει*, *in Marte*, hoc eſt bello, Perſico ſcilicet nupero, contra Xerxen.

γ. 7. *πόλις Αἴαντος*] i. e. *πατρὶς Αἴαντος*, qvæ mox appellatur *Σαλαμίς*.

γ. 8. *ὀρθωθεῖσα ναύταις*] *à nautis erecta vel defenſa, navaliq; prælio ſervata*, ut benè exponit *Portus*.

g. 1. *ἐν πολυφθόρῳ Διὸς ὄμβρῳ*] *ὄμβρον* vocat, propter multitudinem Perſicorum militum, qvos Xerxes non tam numero percenſere, qvàm area qvaſi menſurare potuit, teſte *Herodoto lib.* 7. in Serrio & Doriſco. *Διὸς ὄμβρον*, qvia agnoſcit Poëta fuiſſe *pœnam divinam, Jovis voluntate Græciæ irrogatam*. *Πολύφθορον*, *qvia multis multum exitiale illud bellum fuit*, tàm Perſis qvàm Græcis: qvod in ſeqventi verſu declarat, dum *ἀναρίθμων ἀνδρῶν χαλαζάεντα φόνον* vocat. *χαλαζάεντα propter crebritatem & multitudinem interfectorum.* Wie es hagelte / ſo dichte in einander. In *χαλαζάεντι*, *ζα* corripitur. Epitheta *ἐναλλὰξ* ponuntur. Τὸ *χαλαζάεντι* enim magis *τῷ ὄμβρῳ*: *τὸ πολυφθόρῳ*, *τῷ φόνῳ* competit.

g. 3. *ἀλλ' ὅμως*] reſpicit ſuperiora, γ. 4. *πολλὰ μὲν*.

g. 3. *καύχημα κατάβρεχε σιγᾷ*] *gloriationem ſilentio complue*, ut *Lonicerus* exponit, vel *irriga*, hoc eſt, *non planè cela*, ut exponit *Lonicerus*: vel ut *Philippus* reddit, *ſilentio mergito*, ſecuti *Scholiaſten*. Sed irriga eam ſilentio, ut poſteà qvaſi refecta novo argumento reſervetur. *Fœcundiora enim*, ut *Aretius* hîc benè notat, *redduntur irrigata pluvia*. Non ergò planè

vult eam hiſtoriam ſilentio opprimi, ſed irrigari, & peculiari præconio reſervari. Vide *Adag: Ne magna loqvaris.* Facit autem hoc partim propter Æginetas ipſos, qvibus honorificum eſt, ſupereſſe adhuc multa & egregia ipſorum facinora, ſicut *Iſthm: α. d. 6.* ait: *πολλάκι τὸ σεσωπαμένον, εὐθυμίαν μείζω φέρει.* Partim propter invidiam aliorum Græcorum maximè Athenienſium, qvibus Æginetæ palmam illam faciebant dubiam, qvum & illi duce Themiſtocle præclarè ad Salaminem contra Perſas rem geſsiſſent. Partim ad cavendam offenſionem Thebanorum ſuorum civium, qvi tum cum Perſis colludebant, ut *ad Iſthm: α.* dictum fuit. Partim deniqve, ne videamur præclarè geſtorum gloriam nobis arrogare, qvum à Deo ſint profecta, ut mox fatetur. *τὸ σιγᾷ* hîc eſt Caſus ſextus, *Silentio:* non accipiendus Adverbialiter, *Tacitè*, ut *Vulgata* habet, & *Portus* retinuit.

g. 4. *Ζεὺς τάδε καὶ τὰ νέμει*] Non *ἀντιθετικῶς*, h. e. *τὰ φαῦλα καὶ τὰ ἀγαθὰ*, ut exponit *Scholiaſtes*: ſed *μεριστικῶς*, hæc & illa, qvæcunqve ſint. Vide *ad Pyth. ζ. Α. 9.*

g. 5. *ἐν δ᾽ ἐρατεινῷ μέλιτι*] id eſt amant honores Victorum, *τὸ καλλίνικον χάρμα*, id eſt, lætitiam ex hymno Victoriali, qvi Καλλίνικος dicebatur, inſtar mellis, qvod amabile & ſvave qvidem eſt, ſed tamen moderatè eſt ſumendum, niſi bilioſæ intemperiei in corpore fieri debeat cauſa, hoc eſt, moderatè, temperatè; non nimias affectant laudes, qvæ bilem aut invidiam alijs movere facilè poſsint. Alias expoſitiones, qvas *Scholia* habent, ut ineptas & ocioſas, non adduco.

g. 6. *παίδε τιμαί*] Ita rectè acuit *Cratandrina.* Reliqvæ omnes perperam circumflectunt, *παῖδε.* Intelligit autem Honores Victorum in certaminibus ſacris.

g. 8. *Μαρνάσθω τις ἔρδων*] Sexta pars *εἴδους*, Regreſsio ad laudes Phylacidæ, qvas deſumit partim à majoribus Cleonicidis, qvi exemplum virtutis alijs, & ex ijs qvæ commemorata ſunt, ſatis noti eſſe poſſunt: qvorum etiam labor non fuit irritus, aut tenebris involutus: qviqve ſumptus in ſpes victoriarum non fruſtrà impenderint, aut unqvã deplorarint, propter ſucceſſum felicem. Partim ab Alipte & informatore Pythea, qvi Fratri erat *ὁμώνυμος*: qvem commendat, I. à præſtantia artificij in membris habilitandis ad certamina, dum *γυιοδάμαν* vocat. II. à fidelitate præſtita Phylacidæ. III. ab agilitate in plagis cùm dextrè inferendis, tùm prudenter excipiendis & declinandis.

G. 1. Κλεονίκου] avi paterni Phylacidæ; patris Lamponis.

G. 2. *τετύφλωται*] *ἐσκολίωθη, ἀποκέκρυπται.*

G. 3. *ἀνδρῶν*] *τῆς γενεᾶς Κλεονίκου.*

G. 3. *οὐδ᾽ ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων, ἔκνισ᾽ ὄπιν*] Senſus eſt; *οὐδὲ ὁπόσαι δαπάναι ἐλπίδων*, ſubaudi *ἐγενήθησαν*, illud inqvam non *ἔκνισεν αὐτῶν ὄπιν*, id eſt, *Neq; ſollicitavit eorum curam vel animum, qvanti ſumptus in ſpes victoriarum facti fuerint:* neqve enim pœnitet eos ſumptuum propter felicem

ſelicem ſucceſſum. Sie bekümmern ſich der auffgewandten vnkoſten halben nicht. Etſi ergò Apoſtrophus eſt, legendum tamen eſt in tertia perſona ἔκνιςε. *Ariſtarchus* primam eſſe cenſuit perſonam ἔκνισα, qvaſi diceret Poëta, *Qvantos ſumptus impenderint, ego nunqvam curavi.* Incongruè. Alii ἔκνισε qvidem legunt, vel ἔκνιζε, ut *Romana & Brubachiana editio*, tametſi metrum τὸ ἔκνιζε reſpuat, & volunt σχῆμα qvoddam Πινδαρικὸν eſſe, non tantum Plurali Neutro, ſed & Maſculino vel Fœminino, Verbum Singulare ſubjicere, redduntq; : *Nec ſumptus qvicunqve ſpei ſollicitudinem moleſtia affecerunt.* Senſu non ſatis expreſſo. Etſi autem *Ol.* ια. α. ſ. ſimilis qvædam σύνταξις reperitur: mendi tamen ibi eſt ſuſpicio. Et ὁπόσαι, non eſt *Qvicunqve*, ſed *Qvanti ſumptus.* Et ἐλπίδων, non ad ὄπιν, ſed ad δαπάναι refertur. Porrò benè dixit ἔκνισε. Nam κνίζειν, krawen / thut wol vnd wehe / Sic animo revolvere ſumptus ejusmodi impenſos, & gaudium qvoddam in animo parit, & tamen ſimul etiam dolorem.

G. ſ. καὶ Πυθέαν ἐν γυοδάμαις] Eſt hic Πυθέας non frater Phylacidæ, ſed Aliptes fratri Phylacidæ ὁμώνυμος.

G. 6. πλαγᾶν δρόμον] wie er die ſtreiche hat führen ſollen.

G. 6. δρόμον εὐθυπορῆσαι] *curſum recta præiviſſe*, qvod magiſtri & ducis eſt. hat ihn trewlich vnnd redlich gelehret.

G. 7. χερσὶ δεξιόν] in inferendis ſcilicet plagis, & dedolando adverſario, hurtig vnnd fertig mit der fauſt.

G. 7. νόῳ ἀντίπαλον] *prudentia reluctantem*, in excipiendis ſcilicet & declinandis antagoniſtæ plagis, ad qvod plus prudentiæ & curæ reqviritur, qvàm roboris. Der wol verſetzen vnd die ſtreiche auffangen kan.

G. 8. λάμβανέ οἱ ςέφανον] Septima & ultima pars, Epilogus, habens ἀποστροφὴν ad Muſam vel Præconem, qvem jubet afferre Phylacidæ Coronam, Vittam, & Hymnum.

G. 9. εὔμαλλον μίτραν] *Scholiaſtes* exponit, ταινίαν περιπλεκομένην τοῖς ςέρνοις, τὴν ἐξ ἐρίου ξανθοῦ. Ubi corrigo ſcriptorum erratum, legens pro ςέρνοις, ςεφάνοις. *Coronis* enim illa vitta adaptabatur, *non pectoribus*, ex lana flava.

G. 10. νέον] Aliqvi legerunt νόῳ, incommodè.

G. 11. σύμπεμψον] cum ςεφάνῳ ſcilicet & μίτρᾳ.

ΕἸΔΟΣ ϛ.

ΦΥΛΑΚΙΔΑι, ΠΥΘΕΑι, ΕΥθυμένει μάτρωι.

HOc εἶδος non Phylacidæ tantùm, ſed ſimul etiam Pytheæ ejus fratri, Filiis Lamponis, & Euthymeni eorundem Avunculo inſcribit. Omnes autem de Pancratio celebrat.

Summa & Diſpoſitio hæc eſt:

Partes
- *Propoſitio*
  - *eſt*: Phylacides, Pytheas, & Euthymenes eorum Avunculus, ſunt laudandi.
  - *illuſtratur ſimili poculorum cõvivaliũ. Nam*
    - *ut tria ſunt pocula*
      - *1. Iovi olympio, & Sanitati.*
      - *2. Terræ, Heroibus, & Amori.*
      - *3. Jovi Servatori, & Somno.*
    - *ſic illis victoriæ*
      - *contigerunt,*
        - *Prima, Nemea, Iovi ſacra.*
        - *Secunda, Iſthmia, Neptuno & Nereidibus.*
      - *optatur à me Tertia, Olympica, Iovi Servatori ſacra.*
- *Confirmatio*
  - *à familia Lamponis* ὦ ἀθλῳ.
  - *à victoria Nemea Pytheæ.*
  - *à victoria Iſthmia Phylacidæ.*
  - *à Spe & voto victoriæ Olympicæ.*
  - *à patria Ægina.*
  - *à virtutum egregiarum*
    - *mediis*
      - *Sumptibus.*
      - *Labore & Exercitio.*
    - *cauſa adjuvante, Dei gratia.*
    - *effectu, Gloria.*
    - *fine, Felicitate.*
  - *à patris Lamponis voto, antè obitum ita ad felicitatem perveniendi: qvod ſuo voto ad Parcas roborat.*
  - *à majoribus Æacidis.*
- *Digreſſio.* ♂
- *Regreſſio.* ♄
- *Epilogus.* ♒

♂ Digreſſio in Æacidas, qvos
- laudandos judicat, qvoties Ægineta aliqvis laudatur.
- laudat
  - in genere
    - à curruum ſtudio.
    - ab infinitis facinoribus.
    - à celebritate
      - ultra Nili fontes verſus meridiem.
      - per Hyperboreos, verſus Septentrionem.
  - in ſpecie
    - Peleum, à
      - gloria factorum nulli non Barbarorum nota.
      - nuptiis Deæ.
    - Aiacem, à ſimili gloria.
    - Telamonem, à
      - ſimili gloria.
      - συμμαχία Herculis, in
        - expugnato Ilio.
        - devictis Meropibus.
        - proſtrato Alcyoneo.
      - laudatore Hercule in publico cœtu.
      - votis Herculis
        - qvæ vovit libans pro filio Telamoni generoſo
          - corpore
            - invulnerabili.
            - robuſto.
          - animo imperterrito.
        - qvæ cõfirmavit Aqvila advolans, Ob qvod auguriũ Αἴας appellatus eſt.
  - cum præciſione
    - qvia nec tempus, nec hymni brevitas plura afferri patitur.
    - qvia alium ſcopum propoſitum habeo, laudes videlicet Pytheæ, Phylacidæ & Euthymenis.

♄ Regreſſio ad Confirmationẽ
- à triplici victoria Iſthmica, Pancratio.
- à nonnullis victoriis Nemeis.
- à celebratione hymnorum.
- à gloria collata in
  - familiam Pſalychidarum.
  - Themiſtium avum maternum.
- iterum à patria Ægina.
- à patre Lampone
  - viro induſtrio iuxta præceptum Heſiodi.
  - filios exemplo & admonitione ad induſtriam excitante.
  - decus patriæ conferente.
  - hoſpitali.
  - mediocritatem
    - amante, theoricè.
    - ſervante, practicè.
  - veraci & prudente.
  - præſtantiſſimo athleta, ut Cos Naxia praſtat aliis.

♒ Epilogus, repetens Propoſitionem allegoricè.

Ratio verò metrica ita ſe habet:

στροφ: & ἀντιστρ.				ἐπῳδ.			
1. ––∪–	––∪∪	–∪∪–		1. –∪––	–∪∪–	∪∪–	
2. –∪––	–∪––	–∪∪–		2. –∪––	–∪∪–	∪∪––	
3. –∪––	–∪––			3. –∪––	–∪––		
4. –∪∪	–∪∪	–∪∪	–	4. –∪∪	–∪∪	–	
5. ––∪–	––∪–	–		5. –∪––	–∪–		
6. –∪∪	–∪∪	–		6. ––∪∪	–∪∪–	∪–∪–	–
7. ––∪–	––∪–			7. –∪––	–∪––		
8. –∪∪	–∪∪	–∪		8. –∪∪–	∪∪––	–∪––	
9. –∪––	–∪∪–			9. –∪∪–	∪∪––	–∪–	
10. ∪∪∪–	––∪–	–∪∪∪	–	10. –∪––	–∪∪–	∪∪	
11. ––∪–	––∪∪	–		11. ––∪–	–∪––	–∪–	
12. ∪∪––	–∪∪						
13. ––∪–	––∪–	–					

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ τρισκαιδεκάκωλος *est. Primum* κῶλον *eſt trimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio, Jonico à majore, & Choriambo. II. trimetrum*

ΕἸΔΟΣ S.

ΦΥΛΑΚΙΔΑι, ΠΥΘΕΑι ἘΥΘΥμένει μάτρωι.

στροφ. α. κώ. ιγ.

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου
δεύτερον κρατῆρα Μοισάων μελέων
κίρναμεν, Λάμπωνος εὐά-
θλου γενεᾶς ὕπερ. Ἐν Νεμέᾳ
μὲν πρῶτον ὦ Ζεῦ τὶν, ἄωτον
δεξάμενοι στεφάνων.
Νῦν αὖτ' ἐν Ἰσθμῷ, δεσπότᾳ
Νηρεΐδεσσί τε πεντή-
κοντα, παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. Εἴη δὲ τρίτατον
Σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμ-

πίῳ,

metrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis, & Choriambo. III dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. IV: trimetrum hypercatalectum dactylicum. V. dimetrum hypercatalectum, ex duobus Epitritis tertiis. VI. dimetrum hypercatalectum, dactylicum. VII. dimetrum acatalectum, ex duobus Epitritis tertiis. VIII. trimetrum catalectum dactylicum. IX. dimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo & Choriambo. X. trimetrum hypercalectum ex Pæone qvarto, Epitrito tertio, & Pæone primo. XI. dimetrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio, & Jonico à majore. XII. dimetrum catalectum, ex Jonico à minore & Choriambo. XIII. ut qvintum.

Ἐπωδὸς *verò* ἑνδεκάκωλος *eſt. Primum* κῶλον *eſt trimetrum catalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. II. trimetrum acatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Jonico à minore. III. ut tertium* στροφῆς. *IV. ut ſextum* στροφῆς. *V. dimetrum catalectum, ex duobus Epitritis ſecundis. VI. trimetrum hypercatalectum, ex Jonico à majore, Choriambo, & Dijambo. VII. ut tertium. VIII trimetrum acatalectum ex Choriambo, Jonico à minore, & Epitrito ſecundo. IX. ut octavum, niſi qvòd eſt catalectum. X. trimetrum brachycatalectum, ex Epitrito ſecundo, Choriambo, & Ionico à minore. XI. trimetrum catalectum, ex Epitrito tertio, & duobus Epitritis ſecundis.*

ODA VI.

PHYLACIDÆ, PYTHEÆ, Euthymeni Avunculo.

α.

FLorentis virorum ac ſi convivii
ſecundum craterem Muſarum carminum
miſcemus, pro Lamponis ſtrenuè-certante progenie. In Nemea
qvidem primùm ô Jupiter tibi miſcuimus, florem
qvum acciperemus coronarum.
Nunc autem in Iſthmo, Domino ejus Neptuno
Nereidibusq; qvinqva-
ginta, miſcemus filiorum Lamponis natu-minimo
Phylacida vincente. Contingat autem, tertium
Servatori parantes Olym-

πίῳ, Αἴγιναν κατα-
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

ἀντι. α. κώ. ιγ.

Εἰ γάρ τις ἀνθρώπων δαπάνᾳ τε χαρεὶς
καὶ πόνῳ, ϖράσσει θεοδμάτους ἀρετάς,
σύν τέ οἱ δαίμων φυτεύει
δόξαν ἐπήρατον, ἐσχατιαῖς
ἤδη πρὸς ὄλβου βάλλετ' ἄγκυ-
ραν θεότιμος ἐών.
Τοίαισιν ὀργαῖς εὔχεται
ἀντιάσαις ἀΐδαν γῆ-
ράς τε δέξασθαι ϖολιὸν
ὁ Κλεονίκου παῖς. Ἐγὼ δ' ὑψίθρονον αὖ
Κλωθὼ κασιγνήτας τε ϖοτι-
ενέπω, σπέσθαι κλυταῖς
ἀνδρὸς φίλου Μοίρας ἐφετμαῖς.

ἐπῳδ. α. κώ. ια.

Ὑμμέ τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι,
τέθμιόν μοι φαμὶ σαφέστατον εἶναι,
τάνδ' ἐπιστείχοντα νᾶσον,
ῥαινέμεν εὐλογίαις.
Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν
τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι,
καὶ ϖέραν Νείλοιο ϖαγᾶν,
καὶ δι' Ὑπερβορέους. Οὐδ' ἔστιν οὕτω
βάρβαρος, οὔτε παλίγγλωσσος ϖόλις,
ἅτις οὐ Πηλέος ἀΐει κλέος
ἥρωος, εὐδαίμονος γαμβροῦ Θεῶν:

στροφ. β. κώ. ιγ.

οὐδ' ἅτις Αἴαντος Τελαμωνιάδα,
καὶ Πατρός: τὸν χαλκοχάρμαν ἐς ϖόλεμον
ἄγε σὺν Τιρυνθίοισι

πρόφρο-

pio, Æginam perſun-
dere melliſonis carminibus.

a.

Si qvis enim hominum ſumptuq; delectatus
& labore, exercet à-Deo-paratas virtutes,
ſimulq; ei fortuna ſerit
gloriam amabilem; is *extremitates*
jam ad beatitatis jecit anco-
ram, divinitus-honoratus exiſtens
Talibus moribus optat
obvians, mortem ſene-
ctamq; excipere canam
Cleonici filius. Ego verò altithronam
Clotho ſororesq; eius *allo-*
qvor, orans ut *ſeqvantur nobiles*
viri chari Parcæ preces.

A.

Vosq; ô aureis-curribus-inſignes Æacidæ,
inſtitutum mihi profiteor certiſſimum eſſe,
qvoties *ad-hanc pervenero inſulam,*
aſpergere eam *laudibus.*
Infinitæ autem facinorum præclarorum
ſectæ-ſunt centum-pedes-latæ in ordine viæ,
& ultra Nili uſqve fontes,
& per Hyperboreos. Neqve eſt ita
barbara, aut à-lingva-noſtra-aliena civitas,
qvæ non Pelei audiat gloriam
Herois, felicis Generi Deorum:

ε.

neqve qvæ non audiat gloriam *Aiacis Telamoniadæ,*
& Patris eius: *qvem armis-gaudentem, ad bellum*
duxit cum Tirynthiis

πρόφρονα σύμμαχον ἐς Τροΐαν,
ἥρωσι μόχθον Λαομεδοντί-
αν ὑπὲρ ἀμπλακίαν,
ἐν ναυσὶν Ἀλκμήνας τέκος.
Εἷλε δὲ Περγαμίαν· πέ-
φνεν δὲ σὺν κείνῳ Μερόπων
τ' ἔθνεα, καὶ τὸν βουβόταν, οὔρει ἴσον,
Φλέγραισιν εὑρὼν Ἀλκυονῆ.
Σφετέρας δ' οὐ φείσατο
χερσὶν βαρυφθόγγοιο νευρᾶς

ἀντιστροφ. β. κῶ. ιγ.

Ἡρακλέης. Ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων
ἐς πλόον, κήρυξε πάντων δαινυμένων.
Τὸν μὲν ἐν ῥινῷ λέοντος
στάντα κελήσατο νεκταρέαις
σπονδαῖσιν ἄρξαι καρτεραίχμαν
Ἀμφιτρυωνιάδαν·
ἄνδωκε δ' αὐτῷ φέρτατος
οἰνοδόκον φιάλαν χρυ-
σῷ πεφρικυῖαν Τελαμών.
Ὁ δ' ἀνατείνας οὐρανῷ χεῖρας ἀμάχους,
αὔδασε τοιοῦτόν τ' ἔπος· εἴ
ποτ' ἐμὰν, ὦ Ζεῦ πάτερ,
θυμῷ θέλων ἀρὰν ἄκουσας,

ἐπῳ. β. κῶ. ια.

νῦν σε νῦν εὐχαῖς ὑπὸ θεσπεσίαις
λίσσομαι, παῖδα θρασὺν ἐξ Ἐριβοίας
ἀνδρὶ τῷδε, ξεῖνον ἁμὸν,
μοιρίδιον τελέσαι·
τὸν μὲν ἄῤῥηκτον φυὰν
ὥσπερ τόδε δέρμα με νῦν περιπλανᾶται

θηρὸς

promptum belli-ſocium ad Trojam, qvæ
Heroibus fuit labor, Laomedonti-
um ob delictum,
in navibus, Alcmenæ filius.
Cepit verò Pergamiam: occi-
ditq́; cum illo Telamone ſocio Meropum
gentes; & bubulcum monti æqvalem
ad-Phlegras nactus Alcyonea.
Suo verò non pepercit
manibus graviſono arcus nervo

b.

Hercules. Æaciden autem vocans
ad navigationis-ſocietatem, præconio-affecit eum dum
Hunc qvidem in exuvio Leonis (omnes epularentur.
ſtantem juſsit nectareis
libationibus auſpicari fortem-bellatorem
Amphitryoniaden:
porrexitq́; ipſi præſtantiſsimus
viri-exceptricem phialam au-
ro horrentem Telamon.
Ille verò extenſis ad-cœlum manibus inſuperabilibus,
prolocutus-eſt tale aliqvod verbum: Si
unqvam meam, ô Jupiter pater,
animo lubens precationem audiviſti;

B.

nunc te, nunc inqvam preces per ſacras
ſupplex-oro, filium animoſum ex Eribœa
Viro huic, hoſpitem noſtrum olim futurum
fatalem exhibeas:
qvi qvidem ſit invulnerabilis corpore,
qvemadmodum hoc exuvium me nunc circumit

θηρὸς, ὃν πάμπρωτον ἀέθλων
κτεῖνά ποτ᾽ ἐν Νεμέᾳ. Θυμὸς δ᾽ ἑπέσθω.
Ταῦτ᾽ ἄρα οἱ φαμένῳ πέμψεν Θεὸς
ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν Αἰετόν.
Ἁδεῖα δ᾽ ἔνδον μιν ἔκνιξεν χάρις.

στρο. γ. κώ. ιγ.

Εἶπέν τε φωνήσαις, ἅτε μάντις ἀνήρ:
ἔσσεταί τοι παῖς ὃν αἰτεῖς ὦ Τελαμών.
Καί νιν ὄρνιχος φανέντος
κέκλετ᾽ ἐπώνυμον εὐρυβίαν
Αἴαντα, λαῶν ἐν πόνοις ἔκ-
παγλον Ἐνυαλίȣ.
Ὣς ἄρα εἰπὼν, αὐτίκα
ἕζετ᾽. Ἐμοὶ δὲ μακρὸν πά-
σας ἀγήσασθαι ἀρετάς.
Φυλακίδᾳ γάρ τ᾽ ἤλυθον Μοῖσα ταμίας
Πυθέᾳ τε κώμων, Εὐθυμένει
τε. Τὸν Ἀργείων τρόπον
εἰρήσεταί πȣ κ᾽ ἐν βραχίστοις.

ἀντιστρ: γ. κώ. ιγ.

Ἄραντο γὰρ νίκας ἀπὸ παγκρατίȣ,
τρεῖς ἀπ᾽ ἰσθμȣ, τὰς δ᾽ ἀπ᾽ εὐφύλλȣ Νεμέας,
ἀγλαοὶ παῖδές τε καὶ μά-
τρως. Ἀνὰ δ᾽ ἄγαγον ἐς φάος οἵ-
αν μοῖραν ὕμνων! τὰν Ψαλυχι-
δᾶν δὲ πάτραν Χαρίτων
ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ.
Τόν τε Θεμιστίȣ ὀρθώ-
σαντες οἶκον, τάνδε πόλιν
θεοφιλῆ ναίȣσι. Λάμπων δὲ, μελέταν
ἔργοις ὀπάζων, Ἡσιόδȣ

μάλα

feræ, qvam omnium-primum laborum
interfeci olim in Nemea. Animoſitas autẽ eum *ſeqvatur.*
Hæc ſanè illi locuto miſit Deus
ducem avium, magnam Aqvilam.
Svave verò intus ipſum titillavit gaudium.

γ.

Dixitq́ locutus, utpote vates vir:
Erit tibi filius qvem petis ô Telamon.
Et ipſum aviqvæ-apparuerat,
appellavit agnominem valdè-robuſtum
Aiacem, turmarum in laboribus ſtu-
pendum Martis.
Sic ſanè locutus, mox
conſedit. Mihi verò longum-foret o-
mnes commemorare virtutes.
Phylacidæ enim veni ô-Muſa, diſpenſator
Pytheæq́ hymnorum, Euthyme-
niq́. Argivorum more
dicetur utiqve pauciſſimis.

g.

Reportarunt enim victorias de pancratio,
tres ab Iſthmo, alias autem à frondoſa Nemea,
illuſtres filijq́ & Avun-
culus. Produxerunt autem in lucem qva-
lem ſortem hymnorum! Pſalychi-
darum autem tribum, Gratiarum
irrigant pulcherrimo rore.
Themiſtijq́ poſtqvam-rectè-conſti-
tuerunt domum, hancce urbem
Deo-gratam inhabitant. Lampon autem ſtudium
rebus-gerendis adhibens, Heſiodi

valdè

μάλα τιμᾷ τοῦτ' ἔπος,
υἱοῖσί τε Φράζων παραινεῖ,

ἐπῳ. γ. κῶ. ια.

ξυνὸν ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων:
καὶ ξένων εὐεργεσίαις ἀγαπᾶται:
μέτρα μὲν γνώμᾳ διώκων,
μέτρα δὲ καὶ κατέχων.
Γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω Φρενῶν.
Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀεθληταῖσιν ἔμμεν,
Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις,
χαλκοδάμαντ' ἀκόναν. Πίσω σΦε Δίρκας
ἁγνὸν ὕδωρ, τὸ βαθύζωνοι κόραι
χρυσοπέπλου Μναμοσύνας ἀνέ-
τειλαν παρ' εὐτειχέσι Κάδμου πύλαις.

Commentarius.

Θάλλοντος ἀνδρῶν] Partes hujus ὠδῆς qvinqve ſunt. Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio, & Epilogus. Propoſitio eſt: *Phylacides, Pytheas, & Euthymenes ejus Avunculus, ſunt laudandi.* Illuſtratur hæc Propoſitio ſimili poculorum convivialium. Ut enim in convijs tria præcipuè ſunt pocula, Primum Jovi Olympio & Sanitati: ſecundum, Terræ & Heroibus item Amori: tertium, Jovi Servatori & Somno: Sic illis victoriæ contigerunt, prima Nemea, cujus celebratio ad Jovem pertinet: ſecunda Iſthmia, cujus celebratio Neptuno & Nereidibus dicatur: & optatur adhuc tertia à Poëta, Olympica, cujus celebratio Jovi Servatori ſacra, & non tantùm Victoribus, ſed & Æginæ, ipſorum patriæ honorifica eſſe debet. Interſpergitur huic Propoſitionis illuſtrationi initium Confirmationis, qvæ ſumitur I. à familia Lamponis ſtrenua. II. à victoria Nemea, qvam nuper Pytheas filius Lamponis major reportavit. III. à præſente victoria Iſthmica, qvam jam Phylacides minor Lamponis filius reportavit. IV. à ſpe & voto victoriæ Olympicæ adhuc conſeqvendæ. V. à patria Ægina celebratiſſima. VI. à virtutum egregiarum Medijs, videlicet Sumptibus & Labore vel Exercitio: cauſa Adjuvante, Dei gratia: Effectu, gloria. Qvæ omnia qvi aſſecutus eſt, illum etiam finem ultimum aſſecutum eſſe addit, videlicet, Felicitatem. VII. à patris Lamponis voto, ita ante obitum ad

Felici-

valdè honorat illud dictum,
filijsq; recenſens hortator-eſt,

G.

commune civitati decus ſuæ adducens:
& in-hoſpites ob-benefacta amatur;
mediocritatem qvidem animo perſeqvens,
mediocritatem verò etiam retinens.
Lingva verò non extra mentem eſt.
Diceres illum virum inter athletas, eſſe
Naxiam, lapides inter alios,
æris-domitricem cotem. Potabo eam Dirces
limpida aqva, qvam altè-ſuccinctæ filiæ
aurea-veſte-ornatæ Mnemoſynes produxe-
runt juxta bene-muratas Cadmi portas.

Felicitatem perveniendi: qvod Poëta ſuo voto ad Parcas roborat. VIII. à majoribus Æacidis. Qvorum mentionis occaſione, in laudes eorum digreditur, ut videbimus.

α. 1. Θάλλοντος ἀνδρῶν] Celebrationem victoriarum filiorum Lamponis, pulchrè cum crateribus convivalibus comparat. Tres enim adhibebantur præcipuè Crateres, ut dictum eſt. Sic igitur & poſt craterem Poëticum, qvem ad victoriam Nemeam Pytheæ miſcuit primum Jovi ſacrum; nunc miſcet ſecundum, ob victoriam Iſthmicam Phylacidæ, in Neptuni & Nereidum honorem; & ut tertium Jovi Servatori ſacrum, ob victoriam Olympicam miſcere liceat, vovet. Porrò de hiſce tribus Crateribus, qvi ſapientum ſunt, ut & reliqvis qvi furentium fiunt, inſignis eſt locus apud *Athenæum lib. 2.* ex *Eubulo*, qvi ita loqventem Bacchum introducit.

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
τοῖς εὖ φρονοῦσι. Τὸν μὲν Ὑγείας ἕνα,
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι. Τὸν δὲ δεύτερον
Ἔρωτος Ἡδονῆς τε. Τὸν τρίτον δ' Ὕπνου,
ὃν εἰσπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι,
οἴκαδε βαδίζουσιν. ὁ δὲ τέτρατος οὐκέτι
ἁμέτερός ἐστ', ἀλλ' Ὕβρεως. πέμπτος Βοῆς.
ἕκτος δὲ Κώμων. ἕβδομος δ' Ὑπωπίων.
Ὄγδοος δὲ Κλήτορος. ὁ δὲ ἔννατος Χολῆς.
δέκατος δὲ Μανίας. ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ.

πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς
ὑποσκελίζει ῥᾷστα τοὺς πεπωκότας.

Epicharmus, ut ibidem eſt, dixit: Ex θυσία, h. e. *ſacrificio*, facta eſt θοίνη, *epulatio*: ex hac πόσις, *compotatio*: Inde κῶμος, *petulans comeſſatio*: poſt θυανία, *bacchatio*: ex hac δίκη, *lis apud Judicem*: ex illa deniqve πέδαι καὶ σφάκελος καὶ ζημία, h. e. *compedes, ſideratio membrorum vinculis attritorum, & mulcta*. *Panyaſis* ἐποποιός, ut *Athenæus* porrò habet, primum potum tribuit Gratijs, Horis & Baccho: ſecundum, Veneri & item Baccho: tertium ὕβρει καὶ Ἄτῃ. Vide Adagium: *Servatori tertius*.

α. 1. ὡς ὅτε] *ac ſi, velut*.

α. 2. δεύτερον κρατῆρα] Hæc verba putarunt ij, qvi hos hymnos collegerunt, & in ordinem redegerunt, reſpicere ad præcedentem hymnum, qvem etiam ob hãc cauſam priorem in ordine eſſe voluerunt. Verùm reſpiciunt ad craterem poëticum primum, qvem ob victoriam Nemeam Pytheæ propinavit, *Nem*: ε. ut ſeqventia verba manifeſtè indicant: ideoq; hanc ob cauſam ille qvi tempore poſterior eſt, huic non erat præponendus. Qvod tamen non ob ordinem τῶν εἰδῶν πατροπαράδοτον mutandum, ſed ad locum præſentem rectè intelligendum monemus.

α. 2. μοισέων μελέων] Lego μοισάων μελέων, ut penultima produci poſſit. *Carminum Muſarum*, hoc eſt ut *Lonicerus* benè reddidit, *Muſicorum carminum*. Sic ſuprà *Iſthm*: α. ϛ. 3. Φιάλαισι χρυσοῦ, pro χρυσέαις.

α. 5. πρῶτον ὦ Ζεῦ τὶν] τὸ πρῶτον hîc non eſt Adverbium, uti *Portus* accepit reddens; *Apud Nemeam qvidem primùm ô Jupiter tibi* [*hunc ſecundum carminum craterem ſtatuimus, Cur?*] *florem adepti coronarũ &c.* Sed Adjectivum Nomen pertinens ad κρατῆρα. ut ſit ſenſus; *In Nemea qvidem primum* [*craterem*] *ô Jupiter tibi* [*nuper ſtatuimus*,] *florem adepti coronarum*, h. e. qvando coronam reportavit Pytheas, cui peculiarem hymnum ſcripſi *Nem*. ε. Nunc autem [ſecundum ſtatuo] in Iſthmo vincente Phylacida. τὸ τὶν hîc ponitur pro longa: Vel legendũ eſt τεῖν, ita ut ∪ ∪ pro – ponatur, vel συνίζησις fiat.

α. 7. δεσπότᾳ] Neptuno ſcilicet Iſthmio.

α. 8. Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα] Nereides qvinqvaginta recenſet *Heſiodus in Theogonia*, à v. 240. *ad v*. 264. Qværitur autem, cur Nereidum hîc faciat mentionem in Iſthmica victoria? Qvia Nereides fuerunt primæ admonitrices Siſypho de Iſthmijs inſtituendis, ut ſuprà in prolegomenis vidimus.

α. 9. ὁπλοτάτου] vide de hac voce *ad Pyth*. ϛ. γ. 4.

α. 10. τρίτον] lego τρίτατον.

α. 11. Σωτῆρι Ὀλυμπίῳ] Vovet tertiam victoriam Olympicam Jovi ſacram: ſicut in convivijs tertium poculum eſt Jovis Servatoris.

α. 1. 2. δαπάνᾳ τε χαρεὶς καὶ πόνῳ] Iterum δαπάνην & πόνον conjungit, ut & alibi. *Olymp*. ε. α. 15. *Iſthm*: α. g. 2. & ε. G. 2. 3. χαρεὶς dicit, qvia animo alacri ſumptus impendendi, & labores tolerandi ſunt. Denn es muß mit luſt vnnd willen geſchehen / das man etwas drauff wendet. *Lonicerus* incommodè reddit, *Adjutus*.

α. 2. θεο-

a. 2. θεοδμάτȣς ἀρετάς] Simili ſenſu *Iſthm:* ε. ϛ. 2. θεόδοτα ἔργα appellavit. Adeò etiam Ethnicus, qvicqvid in operibus noſtris boni eſt, Deo adſcribit. *Qvid Chriſtiani faciemus?*

a. 3. σύν τε οἱ δαίμων φυτεύει] τὸ σὺν hîc ponitur Adverbialiter, *Unà, Simul.* φυτεύει, *plantat*, id eſt, ex parvo initio in magnum incrementum producit.

a. 4. ἐσχατιᾶς] in Genitivo ſingulari, ut habet *Romana, Brubachiana, & Cratand: Lutet: & reliqvæ* habent in Dativo plurali ἐσχατιαῖς. Rectiùs.

a. 4. 5. ἐσχατιαῖς πρὸς ὄλβȣ βάλλετ' ἄγκυραν] i. e. *ad ſummam felicitatem pervenit.* Hat die Barte am neheſten hinzu geworffen. i. e. proximè attigit. Et qvidem ſua in tuto collocavit, ut is qvi ancoram jecit, hat ſeine Sachen auff einen ort / oder zu rechte gebracht.

a. 8. ἀντιάσαις] vel qvoniam jam antè ἠντίασε: ideò nũc in præſenti δέχεται ἀΐδαν, tanqvam ſuis partibus defunctus, ut *Lonicerus* exponit. Vel potiùs qvòd optet, ut in futurũ hiſce ὀργαῖς ἀντιάσαις, ἀΐδαν καὶ γῆρας δέξηται, i. e. ut vita tam diu ſibi frui liceat, usqvedum ad hanc felicitatem pervenerit, & ut hiſce moribus & tali ſorte ad extremam usq; ætatem, imò ad mortem usq; uti ſibi liceat.

a. 8. 9. ἀΐδαν γῆράς τε] per ἀΐδαν hîc propriè non intelligit *Plutonem, aut Orcum*, ſed *Mortem*, ut aliàs accipitur. Vide *ſuprà ad Olym.* η. δ. 8. Conjungit autem ἀΐδαν γῆράς τε, ut intelligat, mortem in ſenectute.

a. 10 ὑψίθρονον] deeſt ſyllaba, fortè, ὑψίθρονον αὖ.

a. 11. προσεννέπω] Lego, πολυεννέπω.

a. 12. σπέσθαι] Poëticè pro ἕπεσθαι: ſicut σπόμενος pro ἑπόμενος.

a. 12. κλυταῖσιν] lego κλυταῖς.

a. 13. ἐφετμαῖς] i. e. εὐχαῖς.

A. 1. ὔμμε τ' ὦ χρυσάρματοι Αἰακίδαι] Occaſione octavi argumenti à majoribus Æacidis petiti, inſtituit Digreſsionem in eorum laudes. Initiò autem celebrandos Æacidas ſibi judicat, qvoties Ægineta aliqvis laudatur. Deinde laudat eos primùm in genere, partim à curruum ſtudio: partim ab infinitis facinoribus præclaris: partim à celebritate, cùm ultra Nili fontes verſus Meridiem; tum per Hyperboreos verſus Septentrionem. Secundò in ſpecie tres Æacidas celebrat. I. Peleum, à gloria factorum, nulli non Barbarorum nota: & à nuptijs Deæ. II. Aiacem, à ſimili gloria. III. Telamonem Aiacis patrem, item 1. à ſimili gloria: 2. à συμμαχίᾳ Herculis in expugnato Ilio; devictis Meropibus; & proſtrato Alcyoneo: 3. à laudatore Hercule in publico cœtu: 4. à votis Herculis; qvæ vovit, libans pro filio Telamoni naſcendo generoſo, cùm qvoad corpus invulnerabile & robuſtum; tùm qvoad animum imperterritum. Qvæ vota confirmavit Aqvila advolans, ob qvod augurium, Αἴαντα voluit nominari. Tandem hanc παρέκβασιν præcidit, qvum nec tempus nec hymni menſura omnes Æacidarũ laudes admittat: & ſcopus etiam hic non ſit principalis hujus hymni, ſed laudes Phylacidæ, Pytheæ, & Euthymenis, ad qvas deinceps revertitur.

A. 6. τέτμηνται] *ſectæ ſunt, factæ ſunt.* Metaphora à locis montanis vel glacialibus, qvæ tranſituris perfringenda ſunt, die Bahn iſt gebrochen. Sicut Hannibal per Alpes igni & aceto maceratas ſibi viam

excidit, teſte *Livio lib.* 1. *dec.* 3. Sic Alexander magnus dolabra ſibi per glaciem viam fecit. *Curtius lib.* 3.

A. 6. ἐν χερῶ] *in ordine.* ὁ σχερὸς eſt *ſeries littoris.*

A. 7. πέραν Νείλοιο παγᾶν] Omnes editiones præter *Cratandrinam*, habent πέρα, qvum debeat eſſe πέραν. Virtutes autem Æacidarum ultra Nili fontes pervulgatas eſſe dicit, h. e. in locis remotiſsimis verſus Meridiem. De fontibus Nili Herodoti ætate incognitis, videatur *Herodotus lib.* 2. Vide & *Pauſ: in Att.* & *Corinth:* Hinc *Lucanus : Arcanum natura caput non prodidit ulli.*

A. 8. δι' ὑπερβορέους] i. e. per loca remotiſsima verſus Septentrionem. Vide *ad Olymp.* γ. ϐ. 1.

A. 9. παλίγγλωσσος] τῶν γλωσσῶν ἀλλόκοτος.

A. 10. οὐ Πηλέος ἀΐει] ſive ita legam, ſive *cum Lutetiana*, οὐ Πηλέως ἀΐει: utrobiqve in Πηλέως facienda eſt συνίζησις.

A. 11. γαμβροῦ Θεῶν] propter ductam Thetidem.

ϐ. 1. οὐδ' ἅτις] ſcilicet πόλις ἀΐει κλέος. Ideo *Philippus* benè reddidit: *Neqve qvæ non audierit.* Vulgata, *Et Ajacis & Patris*, ſenſum qvidem expreſsit ſimilem: Verborum autem vim non item. Lonicerus, *Neqve ſi ipſa Ajacis Telamonij, ejusve Parentis urbs fuerit*, planè ineptè.

ϐ. 2. τὸν] pro ὃν, ſcilicet Πατέρα, h. e. Τελαμῶνα.

ϐ. 2. χαλκοχάρμαν] poteſt vel ad πόλεμον referri: vel ad Τελαμῶνα.

ϐ. 2. σὺν Τιρυνθίοισι] i. e. σὺν Ἀργείοις. ἡ Τίρυνς, Urbs Argolidis.

ϐ. 4. ἐς Τροΐαν] lego ἐς Τροΐαν, per διάλυσιν.

ϐ. 5. ἥρωσι μόχθον] ἐπεξηγητικῶς ad Τροΐαν, qvæ fuit μόχθος ἥρωσιν, hat jhnen gnug zuſchaffen gemacht. Malè *Lutetiana & eam ſecutæ* habent μόχθων.

ϐ. 5. Λαομεδοντίαν ὑπὲρ ἀμπλακίαν] De hac vide *ad Nemeor.* γ *b.* 11. *Dares Phrygius* cauſam affert aliam *initio libri primi*, qvòd Argonautæ ad littus Iliacum appellentes à Laomedonte repulſi ſint, & Hercules hanc injuriam ulciſci voluerit. In Λαομεδοντίαν, facienda eſt ſyllabarum Λαο συνίζησις. Vel legendum Λαμεδοντίαν. τὸ ὑπὲρ hîc ſignificat *Ob vel Propter*, ut *Philippus* reddidit: *Vulgata* & *Portus* habent *Pro*, minus benè.

ϐ. 7. ἐν ναυσὶν] Interfuſum eſt enim inter Peloponneſum, cujus pars Argos eſt, & Aſiam ubi Troja fuit, mare magnum, Ægæum.

ϐ. 8. εἷλεν δὲ Περγαμίαν] Lego, εἷλε δὲ. Ad Περγαμίαν autem ſubaudiemus ἀκρόπολιν. ἡ Πέργαμος, & τὰ Πέργαμα arx in agro Trojano fuit munitiſsima. Sed poſteriores Græci arcem qvamvis, ad exemplum illius, Πέργαμα appellarunt. Pergamis autem, ſub Rege *Attalo*, cum Ptolemæo Philadelpho de Bibliotheca certante, & Ptolemæo βίβλον ſive papyrum extra Ægyptum efferri & vendi prohibente, membranæ parari cœperunt, qvæ hodiè adhuc à loco invẽtionis nominantur, Pergament.

ϐ. 9. σὺν κείνῳ] Τελαμῶνι συμμάχῳ.

ϐ. 9. Μερόπων τ' ἔθνεα] τὸ Μερόπων hîc non eſt Appellativum, ut eſt in *Vulgata*, qvam retinuit hîc *Portus*, *hominum gentes.* Sed Proprium Coorum, qvi Μέροπες fuerunt appellati. Vide *ſuprà ad Nem:* δ. ϐ. 3.

Inde

Inde Inſula illa, Κῶς τῆς μεϱοπίδ☉ dicitur *Pauſaniæ El. poſt.*

ϐ. 10. 11. βȣβότων Ἀλκυονῆ] ὁ Ἀλκυονεὺς, Gigas immaniſsimus, qvem Hercules cum ſocio Telamone interfecit. βȣβότων vocat, qvia Solis boves abegerat, qvos ei Hercules eripuit. Vide & de hoc *ſuprà ad Nem.* δ. ϐ. 5.

ϐ. 10. ὄρεϊ ἴσον] id eſt, ingentem, monſtroſè magnum. Sicut *Virgil. l.* 2. *Æn.* Inſtar montis eqvum nominat. Et *Oppianus lib.* 2. Κυν. *v.* 517. Elephantem ingentem, κορυφὴν ὄρε☉ παναπέϱιον, videri dicit.

ϐ. 11. Φλέγϱαισιν] Hæ Φλέγϱαι in Thracia locus ſunt, diverſæ ab illis in Italia, ubi Antæum proſtravit, de qvo *Nem.* α. *d.* 6. *& Iſthm.* δ. *G.* 5.

ϐ. 13. χερσὶν] hæc vox in omnibus qvæ vidi exemplis præter *Aldinum*, ad 12. κῶλον annectitur, qvum initium 13ij eſſe debeat.

b. 1. ἀλλ' Αἰακίδαν καλέων ἐς πλόον] τὸ ἀλλὰ hic non refertur ad ȣ Φέσατο: Sed planè novam orationem inchoat. Αἰακίδαν intelligit Telamonem Æaci filium, qvem Hercules in ſocietatem navigationis contra Laomedontem & Coos vocavit, & ea occaſione hoſpitio Telamonis uſus fuit, qvem convivium agitantem invenit. Notat *Scholiaſtes*, in ἠοίαις *Heſiodi* hæc omnia deſcripta fuiſſe.

b. 2. κήρυξε πάντων δαινυμθύων] *prædicavit & præconio affecit, convivantibus reliqvis omnibus*, id eſt, coram omnibus convivis, utpote qvem ſocietate hac præ aliis dignum judicaret. *Romana & Brubachiana* perperam habet κήρυσε. Peius *Aldina* κύϱησε.

b. 3. ἐν ῥινῷ λέοντ☉] indutum ſcilicet.

b. 4. κελήσαȣ] ὁ Τελαμὼν ſcilicet, ut hoſpes excipiens, juſsit Herculem hoſpitem exceptum, initium converſationis hoſpitalis à libatione facere, cui & Hercules paret.

b. 9. χρυσῷ πεφϱικυῖαν] *auro rigentem*, id eſt aureum & ob cælaturam aſperum. *Virgil.* 11. *Aen. Tum geminas veſtes oſtroq; auroq; rigentes extulit Æneas. Et* 1. *Æn. Ferre jubet pallam ſignis auroq; rigentem. Taubmanno* noſtro, graviſsimi judicii viro, cuius præmaturum obitum ἀπόγονοι noſtri, ſi qvi grati ſunt futuri & melioris mentis, plus nobis deplorabunt, hîc ubi non de veſte, ſed de poculo ſermo eſt, *auro* ob cęlaturam *horrentem*, magis placebat: qvod & in Interpretatione retinui.

b. 10. ὁ δ' ἀντείνας] Lego, ὁ δ' ἀνατείνας.

b. 10. χεῖρας ἀμάχȣς] *manus inſuperabiles, invictas.* Lonicerus, *indefeſſas.* Langvidiùs. Poteſt enim aliquis vinci anteqvam defatigetur.

b. 11. τοιȣτόν Ʋ ἔπ☉] Lego, τοιȣτόν τ' ἔπ☉ *cum Aldina.*

b. 13. ἀϱάν] Prima ſyllaba pro longa ponitur. Qvid ſi εὐχάν?

B. 1. θεσπεσίαις] *Romana & Brubachiana* perperam habent θεσπεσίαν.

B. 2. παῖδα θϱασυν ἐξ Ἐϱιβοίας ἀνδϱὶ τῷδε] Fuit hæc Ἐϱίβοια, ſive ut *Pauſaniæ in Atticis* nominatur, Πεϱίβοια, filia Alcathoi, Regis Megarenſium, filii Pelopis. Patet ex his, deſideraſſe ex ea ſobolem Telamonem, qvam nunc Hercules ei vovet & auguratur.

B. 3. ξεῖνον ἀμόν] refertur ad παῖδα, futu-

futurum ſcilicet olim ξεῖνον ἁμόν i. e. ἡμέτερον, noſtrum qvi hîc ſumus congregati.

B. 4. μοιρίδιον τελέσαι] refertur etiam ad παῖδα, filium fatalem, votis meis à fato exoratum, & fatali ſigno promiſſum exhibeas. *Philippus Scholiaſten* ſecutus, refert ad Τελαμῶνα, redditq; : *Ipſi verò (Telamoni) tribuas ut feliciter fatale tempus perficiat*. In hoc tamen diſcrepat à Scholiaſte, qvòd τὸ τελέσαι etiam ad Telamonem refert, qvum ad Jovem pertineat.

B. 5. τὸν μὲν] ſc. ὄντα vel ἐσόμενον.

B. 5. ἄῤῥηκτον φυὰν] *invulnerabilem corpore.* ἡ φυὰ hîc *corpus* notat, das Gewechſe. Fuit enim Aiax ἄτρωτος, per totum corpus, exceptis lateribus, qvæ nempe Hercules ἀτρωσίαν Ajaci vovens, pelle Leonina tegere non poterat, propter pharetram interpoſitam. Vide *Lycophronis Caſſandram v. 458. Philippus:* ſit & *fortitudo invicta*. Minùs bene.

B. 6. μίμνειν] Ita *Cratandrina* habet. *Romana & Brubachiana* μίμνοι. Utrumqve abſurdè. Legendum *cum Lutetiana & eam ſecutis*, με νῦν.

B. 6. περιπλανᾶται] περιλαμβάνει. *Schol.*

B. 7. θηρὸς] Leonis Nemeæi.

B. 7. ἀέθλων] συνίζησις.

B. 8. θυμὸς δ' ἑπέσθω] i. e. *animus habeat eandem indolem cum corpore*, ſit etiam ſuo modo ἄῤῥηκτος.

B. 11. ἔνδον μιν ἔκνιξεν] hat ihn inwendig gekützelt.

γ. 1. ἅτε μάντις ἀνὴρ] ergò & vis fatidica tribuitur Herculi.

γ. 4. κέκλετ' ἐπώνυμον] vocavit agnominem τοῦ αἰετοῦ h. e. *aqvilæ*, videlicet Αἴαντα. Apud *Sophoclem in Aiace*, ipſe Aiax ad calamitatem ſuam alludens, ominoſum & fatale ſuum nomen eſſe dicit ab αἶ, αἶ, vel αἰάζειν. κέκλετο eſt 3. ſing. Imperf. Ind. Med. à κέκλομαι, *jubeo*, item *nomino, appello. Philippus* reddens, *nominato*, videtur in Imperativo legiſſe, κέκλευ ἐπώνυμον, vel κέκλε' ἐπώνυμον, pro κέκλεο. Κέκλετο autem refertur ad Herculem potiùs, qvàm ad Telamonem. Eſt enim continua Herculis ſermonis narratio.

γ. 5. λαῶν ἐν πόνοις ἔκπαγλον ἐνυαλίου] Syntaxis eſt: ἔκπαγλον ἐν πόνοις λαῶν Ἐνυαλίου, i. e, ſtupendum in laboribus turmarum martiarum, id eſt, terribilem in præliis, ut *Philippus* ſenſum expreſsit.

γ. 7. ὣς ἄρα εἰπὼν] In ἄρα, prima pro longa ponitur. Vel pro ἄρα, legendum fortaſse eſt, ταῦτα.

γ. 8. ἐμοὶ δὲ μακρὸν] Præciſio, qvam excuſat rerum multitudinem, qvam præſens tempus & hymnus univerſam non capiat: & qvòd hic non ſit ſcopus principalis hymni, ſed laudes Phylacidæ, Pytheæ, & Euthymenis.

γ. 9. ἁγήσασθαι] prima pro brevi ponitur, modò textus corruptione careat: pro ἐξηγήσασθαι.

γ. 10. Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον] Ἐπάνοδος ſive Regreſsio ad laudes Phylacidæ, Pytheæ & Euthymenis, repetita Propoſitione, qvam confirmat, præter ſuperiora, IX. à triplici victoria Iſthmica de pancratio, qvam reportavit unuſqvisqve ſuam. X. à victoriis nonnullis Nemeis. XI. à celebratione hymnorum. XII. à gloria collata in familiam Pſalychidarũ, & in Themiſtium avum maternũ. XIII. iterum à patria Ægina, XIV. à patre

Lampone

Lampone,qvē cōmendat,I. ab Induſtria, qvā amat ex pręcepto Heſiodi, II.qvia ſuo exēplo, & præcepto Heſiodeo, filios ad ſimilem induſtriam excitat. III. à decore in patriam collato.IV. ab hoſpitalitate.V.à Mediocritatis amore & obſervantia. VI. à veracitate & prudentia. VII. à præſtantia inter athletas, ut Cos Naxia Cotibus aliis præſtat.

γ. 10. Φυλακίδᾳ γὰρ ἦλθον] Lego, Φυλακίδᾳ γάρ τ' ἤλυθον, pro γάρ τοι.

γ. 11. Πυθέα] συνίζησις.

γ. 11. Εὐθυμένει τε] De hoc *ſuprà Nem.* ε. γ. 9.

γ. 12. τὸν Ἀργείων τρόπον] ἔλλειψις pro κατὰ τὸν Ἀργείων τρόπον, more Argivorum, hoc eſt, ut mox ſeipſum interpretatur, ἐν βραχίστοις. Amabant enim Argivi & Lacones συντομίαν: ſicut Jones μακρολογίαν. Citat *Schol*: ex *Soph: Vlyſſe* μαινομένῳ:

πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα.
μῦθος γὰρ ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Vide Adagium. *Laconiſmus.*

g. 2. τᾶς δ' ἀπ' εὐφύλλου Νεμέας] Ex qvibus una Pytheæ *ſuprà Nem.* ε. eſt celebrata. εὔφυλλον vocat Nemeam, propter ſilvam vicinam.

g. 3. ἀγλαοὶ παῖδες] τοῦ Λάμπωνος ſc., Pytheas & Phylacides.

g. 4. μάτρωες] Lego μάτρως. Alias ſyllaba præter omnem neceſſitatem abundat, qvum de uno Euthymene, μητραδέλφῳ horum duorum loqvatur.

g. 4. ἂν δ' ἄγαγον] Lego, ἀνὰ δ' ἄγαγον. ἄγαγον Doricum eſt pro ἤγαγον, qvod prima producta arguit.

g. 5. οἵαν μοῖραν] θαυμαστικῶς. wie haben ſie doch nur ein hauffen hymnos kriegt.

g. 5. Ψαλυχιαδᾶν] Lego ψαλυχιδᾶν. οἱ ψαλυχίδαι, tribus in Ægina eo tempore nobilis, ex qva fuerunt hi tres νικηφόροι.

g. 7. Χαρίτων ἄρδοντι καλλίστᾳ δρόσῳ] id eſt, carmine victoriali & hymno beant.

g. 8. Θεμιστίου] Θεμίστιος hic avus maternus fuit Pytheæ & Phylacidæ, Cuius & *ſuprà Nem.* ε. *G.* 3. facta fuit mentio. Itaqve proprium nomen eſt. Malè ergò *Lonicerus* appellativè accipit reddens, *Iuſtitiæ adminiſtrantes domum.*

g. 8. ὀρθώσαντες] ταῖς ἑαυτῶν εὐδοξίαις ſcilicet. *Schol.*

g. 9. τάνδε πόλιν θεοφιλῆ] Αἴγιναν ſcilicet, inſulæ ὁμώνυμον.

g. 11. 12. Ἡσιόδου τοῦτ' ἔπος] Intelligit ſemiverſum *Heſiodi lib.* 2. ἔργων ——— μελέτη δέ τοι ἔργον ὀφέλλει. ut vult *Scholiaſtes.*

G. 1. ἄστει] Lego ἄστει.

G. 1. ἄστει κόσμον ἑῷ προσάγων] τῇ Αἰγίνᾳ ſcilicet. Deſcripſit enim Lampo bellum Perſicum Xerxis, in qvo Æginetarū virtus (ut & Athenienſium) maximè enituit, per pugnam navalem ad Salaminem: qvam ille ut Ægineta, hauddubiè ſummis præconiis ornavit, & ita κόσμον patriæ ſuæ προσήγαγεν. Vide *Pauſan. in Lac.* & *Nemeor.* ε. α. 7.

G. 2. ξείνων εὐεργεσίαις] Lego ξένων, i. e. *ob beneficia hoſpitum*, paſsivè, id eſt hoſpitibus præſtita.

G. 3. 4. μέτρα μὲν, μέτρα δὲ] Ex his videtur colligi poſſe, etiam hoc ἔπος *Heſiodi* Poetam intelligere, videlicet, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.

G. 5. γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν] i.e. *Verba & Animus ſive Cor nō diſſentiūt.*

Non

Non loqvitur aliud ore, aliud premit corde. Iſt ohne falſch. ut de Veracitate accipiatur, ſecundum *Eraſmum adagio 41. cent. 5. Chil. 2. Lingva juravit.* Vel etiam, Lingvam non imprudentem habet, ut *Lonicerus* reddit. Imò utrumqve poteſt intelligi.

G. 6. ἐν ἀθλητᾶισιν] Lego, ἐν ἀεθλητᾶισιν. Sed & ſic tamen adhuc ſcrupulus reſtat, qvum θλη pro brevi ponatur.

G. 7. Ναξίαν ἀκόναν] αὔξησις à comparatis. Qvod Naxia cos eſt inter alias cotes: id Lampo inter alios athletas. Eſt autem illa omnium aliarum præſtantiſsima: Sic ergò & Lampon inter alios athletas. *Aretius.* Naxus inſula una ex Cycladibus, cotibus celebris. Olim autem, ut hîc *Aretius* notat, Naxiæ cotes primam habebant laudem: ſecundam Armenicæ: hodiè in multis Germaniæ locis reperiuntur. Apud Heſſos Lenus eis abundat, Marpurgi præcipuè. Diſtingvuntur Cotes humoribus, qvibus illinuntur, qvum trahenda eſt acies in ferro. Qvædam ſunt Oleariæ, qvia oleo illinuntur. His utuntur Tonſores. Hodiè afferuntur ex Bohemia & Saxonia. Aliæ Aqvariæ. Has enim madefaciunt eis uſuri, qvibus fœniſectores utuntur, & fabri lignarii. Tales Haſsia exhibet & Italia. Aliæ mixto liqvore oleo & aqva indigent, ut Ciliciæ cotes. Qvartò ſalivâ hominis aliæ proficiunt. His olim Tonſores utebantur, teſte *Plinio lib. 36. cap. 22.* fragiles, qvare inutiles vocat, fragili mollitia etiam à coloribus ſumpta. De cote Naxia habes apud *Plinium lib. 36. cap. 7. initio.* De generibus ſuprà commemoratis habes locum elegantem *Plinii lib. 36. cap. 22. Hactenus Aretius.*

G. 8. χαλκοδάμαντ᾽ ἀκόναν] der auch das eiſen vnd ſtahl wegſchleifft.

G. 8. πίσω σφε] Epilogus repetens Propoſitionem allegoricè enunciatam, ſe ſcilicet velle laudibus celebrare tres illos ſuprà enumeratos, cùm ipſorum parentibus & majoribus. Vel potiùs, *Irrigabo cotem illam Naxiam,* hoc eſt, Lamponem, *aqvis Dircæis,* h. e. carminibus Thebanis. Nam & σφε in Accuſ. ſing. uſurpatur.

G. 8. πίσω] *potabo.* Futurum à πιπίσκω.

ΕἸΔΟΣ Ζ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗι ΘΗΒΑΙΩι, Παγκρατίῳ.

SEptimum εἶδος Strepſiadæ Thebano, populari ſuo inſcripſit Poëta, in victoriam de Pancratio.

Summa

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

Partes:

- *Exordium cuius*:
  - θέσις, *Thebæ beatæ ſunt multis ornamentis patriis. Figuratur interrogatione, qvenam ex his maximè delectentur?*
  - θέσεως *expoſitio, per enumerationem, ut ſunt*:
    - *Bacchi natales.*
    - *Herculis ortus.*
    - *Tireſiæ vaticinia.*
    - *Jolai aurigatio*
    - *Spartorum fortitudo.*
    - *victoria de Adraſto.*
    - *Colonia in Peloponneſum ducta:*
    - *Amyclarum occupatio.*
  - ἀντίθεσις. *At pleraqve hæc ignota ſunt.*
  - Reſpondet *à cauſis*:
    - *antiqvitate.*
    - *hominum oblivione.*
    - *carminum & deſcriptionis penuria.*
- *Propoſitio*: Thebæ omiſsis antiqvis, debent nunc celebrare Strepſiaden.
- *Confirmatio*:
  - *à victoria Iſthmica pancratii.*
  - *à robore corporis.*
  - *à formoſitate.*
  - *ab animi generoſitate, formæ conveniente.*
  - *ab eruditione.*
  - *à patruo Strepſiade* ὁμωνύμῳ.
- *Digreſſio in Strepſiaden patruum, qvi*:
  - *in bello pro patria occubuit.*
  - *gloriam ideò apud bonos habet.*
  - *gloriã acqviſivit familiæ. Qvod* γνωμικῶς *effert.*
  - *Diodoti filius fuit.*
  - *occubuit inter* προμάχους, *exemplo*:
    - *Meleagri.*
    - *Hectoris.*
    - *Amphiarai.*
- *Regreſſio ad Strepſiaden*:
  - *à victoria Iſthmica, priora mala obliterante, & lætitiam poſtulante.*
  - *ab auxilio Neptuni.*
- *Confutatio Objectionis: Si in bello occumbere glorioſum eſt: cur tu Pindare in ſenectutem uſqve qvietam agis vitam?*
  - Reſpondet:
    - 1. *voto, ne Dii ſibi hanc tranqvillitatem interturbent.*
    - 2: *à vitæ genere: qvia ſector non militiam, ſed* τερπνὸν ἐφάμερον.
    - 3. *à mortis diverſitate, qvæ ut omnibus communis eſt; ita qvalis ſit deſtinata ſingulis, incertum eſt.*
    - 4. *à non affectando inconceſſa & impoſſibilia. Qvia etſi videantur dulcia, malè tamen cadunt, exemplo Bellerophontis.*
- *Epilogus habens votum ad Apollinem, pro victoria etiam Pythica Strepſiadæ concedenda.*

Ratio verò metrica ita ſe habet:

ϛροφ: & ἀντιϛρ.	ἐπῳδ.
1. ∪∪–∪ ∪–∪– ∪–∪	1. –∪–∪ ∪–∪– ∪–∪–
2. ∪–∪∪ –∪–∪ –∪–– ∪–	2. ––∪∪ –∪–– ∪∪––
3. ––∪– ∪–∪∪ –∪––	3. ––∪∪ –∪–
4. ––∪∪ –∪–∪ –∪	4. ∪∪–∪ ∪–∪– ∪–∪
5. –––∪ ∪–∪–	5. –––∪ ∪–∪–
6. ––∪∪ –∪–	6. ––∪∪ –∪–
7. ∪–∪– ∪∪–	7. –∪∪– –∪–∪
8. ––∪– ∪∪	8. ∪∪–– ∪–∪∪ –

Στροφὴ

ΕΙΔΟΣ Ζ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔῌ ΘΗΒΑΙῼ, Παγκρατίῳ.

ϛρο. α. κῶ. η.

ΤΙνι τῶν πάρος, ὦ μάκαιρα Θήβα,
καλῶν ἐπιχωρίων μάλιϛα θυμὸν τεὸν
εὔφρανας; ἢ ῥα χαλκοκρότου πάρεδρον
Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν
ἄντειλας Διόνυσον; ἢ
χρυσῷ μεσονύκτιον
νίφοντα δεξαμένα
τὸν φέρτατον Θεῶν;

ἀντιϛροφ. α. κῶ. η.

ὁπότ' Ἀμφιτρύωνος ἐν θυρέτροις
ϛαθεὶς, ἄλοχον μετῆλθεν Ἡρακλείοισι γο-
ναῖς; ἢ ποτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο βουλαῖς;
ἢ ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;
ἢ Σπαρτῶν ἀκαμαντολογ-
χᾶν; ἢ ὅτε καρτερᾶς
Ἄδραϛον ἐξ ἀλαλᾶς
ἄμπεμψας, ὀρφανὸν

ἐπῳδ.

Στροφὴ & ἀντιστροφὴ ὀκτάκωλος eſt. Primum κῶλον eſt trimetrum catalectum, ex Pæone tertio, & duobus Dijambis. II. tetrametrum brachycatalectũ, ex Pæone ſecundo, Ditrochæo, Epitrito ſecundo, & Dijambo. III. Dimetrum acatalectum, ex Epitrito tertio, Pæone ſecundo, & Epitrito ſecundo. IV. trimetrum brachycatalectum, ex Ionico à majore, & duobus ditrochæis. V. Dimetrũ acatalectum, ex Epitrito qvarto & Dijambo. VI Dimetrum catalectum, ex Ionico à majore, & ditrochæo. VII. Dimetrum catalectum, ex Dijambo, & Ionico à minore. VIII. Dimetrum brachycatalectum, ex Fpitrito tertio, & Ionico à minore.

Ἐπῳδὸς item ὀκτάκωλος eſt. I. κῶλον eſt trimetrum acatalectum, ex Ditrochæo, & duobus Dijambis. II. trimetrum acatalectum, ex Ionico à maiore, Epitrito ſecundo, & Ionico à minore. III. ut ſextũ στροφ. IV. ut primũ στροφ. V. ut qvintum στροφῆς. VI. ut ſextum στροφῆς. VII. Dimetrum acatalectum, ex Choriambo & ditrochæo. VIII. dimetrum hypercatalectũ, ex Ionico à minore, & Pæone ſecundo.

ODA VII.

STREPSIADÆ THEBANO, Pancratio.

α.

QVonam præteritorum, ô beata Theba,
ornamentorum indigenarum, maximè animum
oblectaſti? Num ſanè æriſtrepæ aſſeſſore (tuũ
Cereris qvando laticomum
in-lucem-edidiſti Bacchum? aut
auro medinocturnum,
ningentem qvum-excepiſti
præſtantiſſimum Deorum,

a.

qvando Amphitryonis in valvis
ſtans, uxorem eius *acceſſit cum Herculeo ſemine? aut fortè ob Tireſiæ conſilia?*
aut ob Iolaum eqvorum-peritum?
aut virorum-Satorum bello-indefatigatorum decore? *aut qvando valido*
Adraſtum ex tumultu-belli
remiſiſti, orbatum

ἐπῳ. α. κῶ. η.

μυρίων ἑτάρων, ἐς Ἄργος ἵππιον;
ἢ Δωρίδ' ἀποικίαν ἡνίκα ὀρθῷ
ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων; ἕλον δ' Ἀμύκλας
Αἰγιμίδαι σέθεν ἔκγονοι,
μαντεύμασι Πυθίοις;
Ἀλλά. Παλαιὰ γὰρ εὕδει
χάρις. Ἀμνάμονες δὲ βροτοὶ,

στροφὴ β. κῶ. η.

ὅ, τι μὴ σοφίας ἄωτον ἄκρον
κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ἐξίκηται ζυγέν.
Κῶμαζ' ἔπειτ' ἄρ' ἁδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ,
καὶ Στρεψιάδᾳ. Φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ
νίκαν παγκρατίου, σθένει
τ' ἔκπαγλος, ἰδεῖν τε μορ-
φάεις: ἄγει τ' ἀρετὰν
οὐκ αἴσχιον φυᾶς.

ἀντι. β. κῶ. η.

Φλέγεται δ' ἰοβοστρύχοισι Μοίσαις.
Μάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ δέδωκε κοινὸν θάλος,
χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε:
τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.
Ἴστω γὰρ σαφὲς, ὅς τις ἐν
ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλα-
ζαν αἵματος πρὸ φίλας
πάτρας ἀμύνεται,

ἐπῳδ. β. κῶ. η

λοιγὸν ἀμύνων ἐναντίῳ στρατῷ
ἀστῶν, γενεᾷ μέγιστον κλέος αὔξων,
ζώων τ' ἀπό καὶ θανών.
Τὺ δὲ Διοδότοιο παῖ, μαχατὰν

αἰνέω

A.

infinitis ſocijs, in Argos eqveſtre?
aut Doricam coloniam qvando recto
conſtituiſti in talo
Lacedæmoniorum? ceperuntq; Amyclas
Ægimidæ tui filij
oraculis Pythicis?
Sed hæc jam ignota ſunt. *Antiqva enim dormit*
gratia. Immemores autem ſunt *mortales* ejus rei,

є.

qvæ non ad *ſapientiæ florem ſummum*
inclytis carminum fluxibus pervenerit copulata.
Feſtivitatem-inſtitue deinceps ſanè dulciſono cum hymno
etiam Strepſiadæ. Reportat enim apud-Iſthmum
victoriam pancratij, robore-
q; ſtupendus, aſpectuq; for-
moſus: tractatq; virtutem,
non minus-qvam-decet indolem.

b.

Illuſtratur autem per *violaceum-capillitium-habentes*
Patruoq; cognomini dedit commune decus, (*Muſas.*
æreo-clypeo-utens cui fatum qvidem Mars intulit:
ſed gloria apud *bonos* in compenſationem *repoſita-eſt.*
Sciat enim certò, qvicunqve in
hac nube grandi-
nem ſangvinis ante charam
patriam propulſat,

B.

exitium depellens contrario exercitu
à-civibus, ſtirpi maximam gloriam ſe *accumulare,*
tàm viventem qvàm mortuum.
Tu verò, ô Diodoti fili, bellicoſi

5 αἰνέων Μελέαγρον, αἰ-
νέων δὲ καὶ Ἕκτορα,
Ἀμφιάραόν τε, εὐαν-
8 θέ' ἀπέπνευσας ἁλικίαν,

στρο. γ. κῶ. η.

1 προμάχων ἀν' ὅμιλον, ἔνθ' ἄριστοι
ἔσχον πολέμοιο νεῖκος, ἐσχάταις ἐλπίσιν.
Ἔτλαν δὲ πένθος οὐ φατόν. Ἀλλὰ νῦν μοι
Γαιάοχος εὐδίαν ὄπασσεν
5 ἐκ χειμῶνος. Ἀείσομαι,
χαίταν στεφάνοισιν ἁρ-
μόσαις. Ὁ δ' Ἀθανάτων
8 μὴ θρασσέτω φθόνος,

ἀντιστρ. γ. κῶ. η.

1 ὅτι τερπνὸν ἐφάμερον διώκων,
ἕκαλος ἔπειμι γῆρας, ἔς τε τὸν μόρσιμον
αἰῶνα. Θνάσκομεν γὰρ ὁμῶς ἅπαντες.
Δαίμων δ' ἄϊσος. Τὰ μακρὰ δ' εἴ τις
5 παπταίνει, βραδὺς ἐξικέ-
σθαι χαλκόπεδον θεῶν
ἕδραν: ὅτε πτερόεις
8 ἔρριψε Πάγασος

ἐπῳδ. γ. κῶ. η.

1 δεσπόταν ἐθέλοντ' ἐς οὐρανοῦ σταθμοὺς
ἐλθεῖν μεθ' ὁμάγυριν Βελλεροφόνταν
Ζηνός. Τὸ δὲ πὰρ δίκαν
γλυκὺ, πικροτάτα μένει τελευτά.
5 Ἄμμιν δ' ὦ χρυσέᾳ κόμᾳ
θάλλων πόρε Λοξία,
τεαῖσιν ἁμίλλαισιν εὐαν-
8 θέα καὶ Πυθοῖ στέφανον.

laudes-æmulans Meleagri, laudes-æ-
mulans autem & Hectoris,
Amphiaraiq́; flori-
dam exſpiraſti ætatem

γ.

in-prima-acie-pugnantium in turba, ubi ſtrenuiſſimi
ſuſtinuerunt belli contentionem extrema ſpe.
Pertuli autem luctum non enarrandum. Sed nunc mihi
Terram-continens ſerenitatem præbuit
ex hyeme. Cantabo
comam coronis a-
ptans. At Immortalium
ne me conturbet invidia,

g.

qvòd oblectationem qvotidianam ſectans,
tranqvillus accedo-ad ſenectutem, adq́; fatale
ævum. Morimur enim pariter omnes.
Fortuna verò incognita-eſt. Longinqva verò ſi qvis
proſpicit, is tardus eſt ad-pervenien-
dum ad æreum-pavimentum-habentem Deorum
ſedem: qvandoqvidem alatus
excuſſit Pegaſus

G.

dominum volentem in Cœli ſtationes
contendere, Bellerophontem, ad concilium
Jovis. Qvod verò citra jus
dulce eſt, illud amariſſimus manet exitus.
Nobis verò ô aurea coma
florens præbe Loxia
in tuis certaminibus flori-
dam etiam apud-Pythonem coronam.

Commentarius.

Tίνι τῶν πάρος] Partes hujus εἴδους ſunt ſeptem: Exordium, Propoſitio, Confirmatio, Digreſsio, Regreſsio, Confutatio & Epilogus. In Exordio initio eſt θέσις, Thebas beatas eſſe multis ornamentis patrijs. Figuratur hæc Interrogatione, & ἀποστροφῇ ad Thebam Nympham, tutelarem, Qvonam ex illis maximè delectata fuerit? II. θέσεως expoſitio per enumerationem καλῶν ἐπιχωρίων, ut ſunt: Bacchi natales: Herculis ortus: Tireſiæ vaticinia: Iolai aurigatio: Spartorum fortitudo: Victoria de Adraſto: Colonia in Peloponneſum ducta, & Amyclarum occupatio. III. ἀντίθεσις, Qvòd pleraqve hæc hodiè ignota ſint. Cujus rei cauſæ adducuntur tres: antiqvitas: hominum oblivio: carminum & deſcriptionis penuria. His mox ſubjicitur Propoſitio: *Thebæ, omiſsis his ſimilibus antiqvis, debent nunc celebrare Strepſiaden.* Cæterùm ſimilem congeriem qvandam & judicium Corinnæ de ea vide *in Phlegomenis Olympiorum, & Nem: 1.*

α. 1. Τίνι τῶν πάρος] Τίνι ſcilicet πράγματι potiùs enim de *Re* accipitur, qvàm de *Perſona.* *Philippus* tamen etiam ad perſonas extendit. *Qvo viro aut facto.* Τὸ πάρος, refertur ad τῶν καλῶν. *Priorum aut præteritorum,* id eſt antiqvorum ornamentorum. Adverbia enim Articulis veſtita, Adjectivè ſignificant. Malè *Lonicerus & Aretius* referunt ad Verbum εὔφρανας, *antehac exhilaraſtis: oblectata es hactenus.*

α. 1. ὦ μάκαιρα Θήβα] propter tot & tanta ἐπιχώρια καλά.

α. 3. 4. χαλκοκρότου πάρεδρον Δαμάτερος] χαλκόκροτον vocat τὴν Δαμάτερα, qvia in τελεταῖς ejus cymbalorum tinnitus excitabatur, qvòd ipſa filiam olim qværens, cum cymbalorum tinnitu circumcurſitârit. Hujus πάρεδρον vocat Bacchū, qvia cum Cerere colebatur, qvandoqvidem potus cibo junctus Nutritionem corpori præſtat.

α. 4. 5. ἀνίκ' εὐρυχαίταν ἄντειλας Διόνυσον] qvando videlicet Jupiter Semelen Thebanam Bacchi ſatu beavit, & poſteà ex fulmine tactæ alvo exemptum fœtum ſuo femori inſuit, & juſto deinde tempore peperit.

α. 6. 7. Χρυσῷ νίφοντα] der da Gold ſchneyen kan. Reſpicit non tàm determinatè ad fabulam de Danaë Acriſij filia, qva Jupiter per pluviam aureum potitus eſt, uti *Interpretes pleriqve* cenſent, & fabulam de Danaë, cum fabula de Alcmena confundi putant: qvàm indefinitè ad Jovis potentiam, qvòd qvando velit, poſsit χρυσῷ νίφειν, ut fecit non tantùm cum Danaë, ſed & in Rhodo, ut *Olymp. ζ.* diſertè habetur.

α. 2. ἄλοχον μετῆλθεν] Ἀλκμάναν ſcilicet, Amphitryonis uxorem. Vide *Amphitryonem Plauti.*

α. 2. Ἡρακλείοις γοναῖς] lego Ἡρακλείοισι γοναῖς, ita ut Syllaba ναῖς ad ſeqvens κῶλον tranſponatur.

a. 3.

a. 3. ἢ ὅτ' ἀμφὶ Τειρεσίαο πυκιναῖς βȣλαῖς;] lego ἢ ποτ' ἀμ: τὸ πυκιναῖς hîc planè abundat: Ideoq; expunxi. Subaudiendum autem Verbum εὐφρανας θυμὸν τεόν. De Tireſia Thebano vate, res nota eſt.

a. 4. ἢ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν] τὸ ὅτε hîc metri ratio extrudit. Notetur hîc Præpoſitio ἀμφὶ, qvæ in præcedente verſu cum Caſu ſexto, in hoc cum Accuſativo jungitur: ſed in ſignificatione eadem, *Ob* vel *Propter*. Subaudiendum autem & hîc τ, εὐφρανας θυμὸν τεόν. Ἱππόμητιν autem vocat Iolaum Thebanum, *aurigandi peritiſſimum*, cujus officio etiam Hercules uſus fuit, Iphiclis patris ejus uterinus frater, licet hic Amphitryonis, Hercules verò Jovis eſſet filius.

a. 5. ἢ σπαρτῶν ἀκαμαντολογχᾶν] ſcilicet καλῷ ἐπιχωρίῳ εὐφρανας θυμὸν τεόν. De σπαρτοῖς ſeu primis Thebanis ex ſatu dentium draconis ortis, *ad Iſthm: α.* dictum fuit. *Lonicerus* malè *Spartas* reddit, qvum *Spartos* dicere debuiſſet. Rectè tamen hîc à Lacedæmonijs diſcernit, qvod *Iſthm: α.* non fecit. ἀκαμαντολόγχας vocat, h. e. *bellicoſos, qvaſi haſtis indefeſſè pugnantes*.

a. 7. Ἄδραστον] Regem Argivorum, qvi cum alijs ſex ducibus, Amphiarao, Tydeo, Eteoclo, Hippomedonte, Capaneo, & Parthenopæo, genero ſuo Polynicę ſuppetias ivit contra fratrem Eteoclem, qvi Thebano regno Polynicen exuerat. Sed occiſis ſocijs omnibus, & exercitu ad internecionem deleto, vix ipſe in Argos redux evaſit. Gaudere ergò de hoc etiam Thebæ poterant. Sed diſſimulat nunc Poëta, ſuo inſtituto inſerviens, vindictam τῶν Ἐπιγόνων, cujus ipſe alibi meminit, v. g. *Ol: ϐ. γ. 4. & Pyth. η. γ. 2.*

a. 7. ἀλαλᾶς] ἡ ἀλαλά hoc loco eſt *bellum*. Aliàs ἀλαλὰ eſt *clamor bellicus*. Inde ἀλαλάζειν, *Olymp. ζ. B.* 11. & ἀλαλατός, *Pyth: α. d.* 10.

A. 1. μυρίων ἑταίρων] lego, μυρίων ἑτάρων.

A. 1. εἰς Ἄργος ἵππιον] lego, ἐς Ἄργος ἵππιον, i. e. *in Argos eqvis paſcẽdis aptum*. Qvod epitheton *Horatius lib.* 1. *Od:* 7. reddidit, *Argos eqvis aptũ:* niſi qvis malit, alterũ illud ἱππόβοτον ita expreſſum fuiſſe, qvod *Od: o. v.* 239. exſtat, & alibi. Præcipuè autem Inſulares initio cum Argos, tum totius Peloponneſi tractum, ἵππιον vel ἱππόβοτον appellarunt, qvòd qvum Inſulæ iſtę magna parte τραχεῖαι καὶ ȣ̓́τε εὐλείμωνες ȣ̓́τε ἱππήλατοι eſſent, ut *Od: δ. v.* 605. Telemachus ait, ſi eqvos alere vellent, eos extra Inſulas, in Argis, vel Elide, vel alijs partibus Peloponneſi, paſtus cauſa, ali oporteret. Sicut *Odyſſ: δ. v.* 635. exemplo Noëmonis oſtenditur.

A. 2. δωρίδ' ἀποικίαν] Intelligit deductionem colonię Heraclidarum ex Attica & Bœotia in Peloponneſum, de qva paſsim in Hiſtorijs: & ſuprà *ad Pyth: ε.* de eadem dictum. Heraclidæ autem in primis Δωριεῖς dicebantur. Didicerant autem Heraclidæ tempore Hylli, μαντεύμασι Πυθίοις, in repetenda Peloponneſo, συμμάχȣς adſciſcendos eſſe Αἰγείδας: ideoq; Athenis poſteros Theſei Ægei filij, ad συμμαχίαν vocarunt. Sed re tunc infeliciter geſta, tempore Ariſtodemi, Αἰγείδας quosdam Thebanos ſibi adjũxerunt, & cum his Peloponneſum occuparunt, uti ex *lib.* 1. *Ephori, Scholiaſtes ad Pyth. ε.* allegat. Qvæ tamẽ nec illi loco ſatis conveniunt, nec hîc re-

tineri poſſe videntur; qvum Αἰγιμίδαι legendũ fortè ſit, ut mox dicetur.

A. 2. Ἡνίκ' ὀρθῷ] lego Ἡνίκα vel ἀνίκα ὀρθῷ, ſine ἀποστρόφῳ.

A. 3 ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ] *In recto conſtituiſti talo*, h. e. conſtituiſti in loco & ſede Lacedæmoniorum, ſeu in Laconia. Sic *Callimachus in Dianam*: τῶν δ' οὐδὲν ἐπὶ σφυρὸν ὀρθὸν ἀνέστη: Et *Horatius, lib. 2. epiſt.* 1. An recto ſtet fabula talo.

A. 4. ἕλον δ' Ἀμύκλας] *ceperuntq; Amyclas*. Sæpè enim τὸ δὲ non Adverſativum eſt, ſed magis Copulativum. Non autem Ratiocinativum eſt, *Ceperunt enim*, ut reddidit *Lonicerus*. Ἀμύκλαι autem oppidum Laconiæ, συνεκδοχικῶς totam Laconiam notant.

A. 5. Αἰγεῖδαι σέθεν ἔκγονοι] Non intelligit Αἰγεΐδας Athenienſes, aut alios, ſed Thebanos, ſeu ut loqvitur, τῆς Θήβας ἐκγόνους, *Thebæ filios ſeu progenitos*, paſsivè: non *Progenitores*, Activè, ut *Vulgata* habet, & *Portus* retinuit. Lego Αἰγιμίδαι, ita ut duæ ſyllabæ mediæ breves, pro una longa per ἰσοδυναμίαν ponantur. Fuit autem Αἰγιμιὸς primas Thebanus, cuius etiam *Pyth. α. δ. 7. & ε. γ.* 12. fit mentio, cujus filius Pamphylus Orſobiam, Daiphontæ & Hyrnethus filiam, & ita πατρόθεν καὶ μητρόθεν ab Hercule deſcendentem, uxorem duxit, & cum fratribus Doro & Dymãte, ſeſe cum Ariſtodemo Heraclida conjunxit, & Laconiam occupanti ſuam operam navavit, & de ſe nobilem familiam Pamphyliam Spartæ reliqvit. De his enim *Pyth. α. δ.* 4. &c: ſic ait:

——— θέλοντι δὲ Παμφύλου
καὶ μὰν Ἡρακλειδᾶν ἔκγονοι,
ὄχθαις ὕπο Ταϋγέτου ναίοντες, αἰεὶ μένειν τεθμοῖσιν ἐν Αἰγιμιοῦ
Δωριεῖς. ἔσχον δ' Ἀμύκλας ὄλβιοι.

Et *Pyth. ε. γ. 8. &c.* ——— τῶ κε Λακεδαίμονι, ἔν τ' Ἄργει, καὶ
ζαθέα Πύλῳ, ἔνασσεν ἀλκάντας Ἡρακλέος
ἐκγόνους, Αἰγιμιοῦ τε.

Facit qvidem & τῶν Αἰγειδῶν mentionem *Pindarus*, *Pyth. ε. g.* 3. Sed ſunt illi reditu Heraclidarum poſteriores. Aegeus enim, à qvo poſteri Αἰγεῖδαι denominati ſunt, nepos fuit Theræ, cujus ſoror Argia, Ariſtodemi, qvi præcipuus tum dux Heraclidarum erat, uxor fuit. Et annotat *Scholiaſtes ipſe* ex *Ariſtotele de Repub. Laconum*, τοὺς Αἰγείδας non tempore Ariſtodemi, ſed multis pòſt annis, Lacedæmonijs in bello contra Amyclæenſes opem tuliſſe. Idem *Scholiaſtes* notat, legiſſe aliqvos, Ἀργεῖδαι, & intellexiſſe Euryſthenem & Proclen, Ariſtodemi & Argeiæ, cujus modò meminimus, filios. Sed huic lectioni obſtant, qvæ modò de Αἰγιμίδαις protulimus. Nam & hi reditu Heraclidarum ſunt poſteriores. Adde qvòd, etſi Ariſtodemus ipſe è vita exceſſerat Delphis, anteqvam Dorienſes in Peloponneſum redirent, ut habet *Pauſ. in Lac*: hi duo tamen filij, tunc ejus ætatis nondum fuerunt, ut in occupatione Laconiæ operam ſuam cum reliqvis conjungere potuiſſent, utpote qvos per aliqvot adhuc annos, ſub Theræ avunculi tutela & cura vivere oportuit. Qvod ſi qvis cenſeat, legendum, Ἀγίδαι, & intelligẽdos poſteros Euryſthenis, qvi ab Agide ejus filio, ita ſunt cognominati, teſte *Pauſ. in Lac*: à qvo Agide qvum deſcendens in ordine ſeptimus Teleclus, Spartæ

Re

Rex eſſet, Lacedæmonij Amyclas occuparunt, ut *Pauſanias ibidem* habet: Is qvidem penultimam brevem cum ἐπῳδῷ ſecunda & tertia facilè conciliabit, ſi in ſecunda legat, αἰνέων, pro αἰνείων: & in tertia ἄμμι, pro ἄμμιν. Sed nimis hoc à Thebanis remotum, trecentis annis poſt Heraclidarum reditum geſtum, qvum jam Heraclidarum poſteri non amplius Thebanos ſe agnoſcerent. Retineo ergò Αἰγιμίδαι, donec meliora & certiora monſtrentur.

A. 6. μαντεύμασι Πυθίοις] Conſuluerunt enim Heraclidæ oraculum Delphicum, qvum Peloponneſum repetituri eſſent. De qvo vide *ſuprà ad Pyth.* ε.γ.12. Non intelligitur autem hîc oraculum de Αἰγείδαις adſciſcendis, qvòd multis annis poſt reditum Heraclidarum datum fuit: ſed aliud, qvod Ægimij filiorum & Heraclidarum reditus tempore, ducem τριόφθαλμον ſeqvi juſſerat.

A. 7. Ἀλλά. παλαιὰ γὰρ] ἀποσιώπησις. Sed, ſcilicet, ignota jam illa ſunt, vel minùs ſaltem populo nota. Cujus rei cauſas in textu adducit.

A. 7. παλαιὰ γὰρ εὕδει χάρις] *Antiqva gratia dormit*, id eſt, res illæ præclaræ divinitus conceſſæ, diuturnitate temporis dormitant, & minùs curantur. *Ariſtarchus* cēſuit, innuere hiſce Pindarū, Thebanos pro hoc beneficio ſive Αἰγιμιδῶν ſive Αἰγειδῶν aliqvid ingrati à Lacedæmonijs, poſterioribus ſeculis accepiſſe. Qvod etſi aliàs fortaſsè à vero non ſit abſonum: huic tamen loco non ſatis convenire, ſeqventia oſtendunt, ὅ, τι μὴ σοφίας ἄωτον &c. Ut ita potiùs generalis ſit γνώμη, perire tandem in memoria hominum res majorum præclarè geſtas, niſi literis & carminibus immortalibus celebrentur, & ſubinde in memoriam revocentur.

ε. 1. ὅ, τι μὴ] ſupple τοῦ πράγματος, ὅ, τι μὴ &c.

ε. 1. σοφίας ἄωτον ἄκρον ἐξίκηται] *ad ſummum ſapientiæ ſeu ſcientiæ florem pervenerit*, h. e. omnibus planiſsimè & pleniſsimè innotuerit.

ε. 2. κλυταῖς ἐπέων ῥοαῖσιν ζυγέν] *inclytis verborum fluxibus juncta*, h. e. carminibus feliciſsimis & ex uno ſeculo in alterum fluentibus, decantata. Die da fein flieſſen. τὸ ζυγὲν pertinet ad ὅ, τι: non ad ἄωτον. Malè ergò Vulgata: *Ejus rei, qvæ non pervenerit ad florem ſummum ſapientiæ, inclytis carminum fluentis immixtum:* qvam ſeqvitur *Portus: Copulatum.* Tacitè autem admonet Strepſiaden liberalitatis pro hymno, qvum ea ſit hymnorum vis, ut ab oblivione vindicent præclara facinora.

ε. 3. κώμαζ' ἔπειτα] q. dt. ô Theba, qvæ de tot præclaris rebus antiqvis lætaris: nunc etiam, vel deinceps etiam Strepſiadæ civi tuo feſtivitatem inſtitue.

ε. 3. ἐν ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ] Lego, ἄρ' ἀδυμελεῖ σὺν ὕμνῳ. Qvod etiam *Brubachiana & Cratandrina* ad marginem notant, & *Aldus* habet.

ε. 4. καὶ Στρεψιάδα] Dativus eſt, *Strepſiadæ*, in honorem ſc: ejus. Malè Philippus: *cum Strepſiade.*

ε. 4. φέρει γὰρ Ἰσθμοῖ] Confirmatio Propoſitionis, I. à victoria Iſthmica pancratij, cujus gloria in patriam redundat. II. à robore corporis. III. à formoſitate. IV. ab animi generoſitate & virtutum ſtudio formæ conveniente. V. ab eruditione. VI. à patruo Strepſiade ὁμωνύμῳ: in qvem deinceps digreditur.

ϐ. 6, ἰδεῖν τε μορφάεις] *Romana & Brubachiana* perperam habent μορφάεσσα.

ϐ. 7. 8. ἄγει τ' ἀρετὰν οὐκ αἴσχιον φυᾶς] ſuprà vide ſimilem locum.

b. 1. φλέγεται δὲ μοίσαις] *Lucet Muſis*, id eſt claret eruditione.

b. 1. ἰοπλοκάμοισι Μοίσαις] lego, ἰοβοστρύχοισι μοίσαις.

b. 2. μάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ] lego, πάτρωΐ θ' ὁμωνύμῳ, *patruoq; ejuſdem nominis*, i. e. patris ſui fratri, qvi & ipſe Strepſiadæ nomen habet.

b. 3. χάλκασπις ᾧ πότμον μὲν Ἄρης ἔμιξε] Digreſsio in commendationem Strepſiadæ patrui, I. qvia in bello pro patria occubuit. II. qvia gloriā ideò apud bonos habet. III. Qvia ita toti familiæ ſuæ gloriam acqviſivit. Qvod γνωμικῶς effertur. IV. qvia Diodoto patre natus fuit. V. qvia inter προμάχους occubuit, exemplo Meleagri, Hectoris, Amphiarai. Porrò τὸ χάλκασπις *in editione Romana Brubachiana & Cratandrina* cum verbo ἔδωκε connectitur, & diſtinctione à ſeqventibus ſejungitur. Qvod *Lonicerus* ſecutus ita reddidit: *Hujus ejuſdem nominis avunculo communem gloriam victoria dedit*, τὸ χάλκασπις, qvod Adjectivum eſt, & ad Ἄρης refertur, ſubſtantivè accipiens pro *Victoria*. Perperam.

b. 3. χάλκασπις ᾧ πότμον Ἄρης ἔμιξε] Obijt enim in pugna ad Salaminem contra Xerxem.

b. 4. τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται] τὸ ἀγαθοῖσιν hìc vel de *perſonis* accipitur, & vel in hypotheſi de Strepſiade, ut ſit ſenſus, *Gloria apud bonos in compenſationem mortis ei repoſita eſt.* Vel in θέσει & generaliter, ut *Scholiaſtes* exponit: τοῖς ἀγαθοῖς ἡ τιμὴ ἀντίκειται καὶ πλησιάζει. & *Lonicerus: Bonis ſuum pretium propoſitum eſt.* Vel de *factis*, uti habet Vulgata: *Honor præclaris ejus factis ex adverſo reſpondet.* & Philippus: *Honos pro benefactis reponitur. Scholiaſtes* notat, aliqvos legiſſe in caſu ſexto τιμᾷ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται, & ἀντίκειται expoſuiſſe ἰσοῦται, *gloriâ bonis viris adæqvatur*, ſc. Strepſiades.

b. 6. 7. ἐν ταύτᾳ νεφέλᾳ χάλαζαν αἵματος] Allegoricè ſtragem crebram hominum, *Grandini ſangvineo* einem Bluthagel comparat; & totum tumultum bellicum, *Nubi.* Sicut *ſuprà Iſth: ε. g. 2.* χαλαζάεντα φόνον ſenſu ferè ſimili nominavit.

b. 7. πρὸς φίλας πάτρας] Lego, πρὸ φίλας πάτρας, *ante charam patriam*, anteqvam ſcilicet in eam grando ſangvineus irruat, & anteqvam hoſtis eam invadat.

b. 8. ἀμύνεται] *propulſat.*

B. 1. ἀμύνων] ∪ — — pro — ∪ ∪ — Videtur textus corruptus, præſertim qvum & ἀμύνεται ἀμύνων ſeſe ineptè excipiant. Fortè legendum ἐξε λάων, aut ſimile qvid.

B. 5. αἰνέων Μελέαγρον] Lego α νείων Μελέαγρον: De Meleagri pugn cum Curetibus, eſt *Iliad: ι.*

B. 6. αἰνέων δὲ καὶ Ἕκτορα] Et h lego αἰνείων. De Hectoris fortitudine in *Iliade* paſsim.

B. 7. Ἀμφιάρηόν τε] qvi ſcilic in bello Thebano inter προμάχ perijt à terra abſorptus. Vide *Nem θ. & ι.*

B. 8. εὐανθέ' ἀπέπνευσας ἁλικία *floridam exſpiraſti ætatem*, id eſt, in florida ætate occubuiſti. Unde a huc in ætate virili, vel qvaſi juveni Str

Strepſiades occubuiſſe colligitur. *Lonicerus* δ' ἀνθέα malè refert ad Ἀμφιάραον, *Floridumq́; Amphiaraum.*

γ. 2. ἔχον] τὸ σ diſsimulatur, ut alibi ſæpè, Vel legendum ἔχον.

γ. 3. ἔτλαν ἢ πένθ☉] Concludit Digreſsionem cum declaratione affectus ſui ob illam calamitatem. Hâc excipit Regreſsio ad Strepſiaden victorem, & victoriam eius Iſthmicam, qvæ Neptuni gratiâ conceſſa, mœrorem cum publicè ob periculum illius belli, tùm privatim ob caſum Strepſiadæ patrui mitigat & obliterat, lætitiamq; poſtulat, ceu ſerenitas poſt tempeſtatem: cui etiam ſe cantu & coronarum uſu indulgere velle ait, Strepſiaden idem facere tacitè jubēs.

γ. 3. ἔτλαν] eſt prima ſingularis. *Ego Pindarus, vel Chorus.* Pleriq; cum prioribus cōnectunt, & tertiam pluralem aſſe volunt, Doricam & Bœoticam, pro ἔτλασαν.

γ. 6. χαίταν ςεφάνοισιν ἁρμόζων] ὑπαλλαγή, pro ςεφάνυς χαίτη ἁρμόζων. Lego ἁρμόσαις.

γ. 7. ὁ δ' ἀθανάτων] Confutatio Objectionis. Poterat enim aliqvis ita occurrere. *Si ita præclara eſt mors pro patria obeuntium, uti tu eam tantopere prædicas: cur non & tu nupero bello interfuiſti, vel adhùc deinceps, bella ſectaris? ſed qvietam in ſenectutem uſqve agis vitam?* Reſponſurus initiò vota facit, ne Dii ſibi hanc tranqvillitatem invideant vel interturbent. Deinde excuſat ſe, I. à vitæ genere, qvod natura duce ſectatur, videlicet τερπνὸν ἐφάμερον, dum videlicet carminibus ſcribendis occupatus eſt qvotidiè, ad qvod vitæ genus naturâ propenſus eſt, ad militare non item. II. à mortis diverſitate. Etſi enim Mori omnibus commune eſt: non tamen neceſſe eſt omnes in bello occumbere: ſed poteſt qvis in alio vitæ genere etiam honeſtè mori, licet qvo genere mortis qvisq; obiturus ſit, lateat. III. à non affectando inconceſſa & impoſsibilia, etiamſi videri poſsint dulcia. q. d. Etiamſi ego vitæ genus militare affectare vellem: qvia tamē naturæ indoles hoc vitæ genus mihi non conceſsit: nolo ego id qvod natura negatum eſt, violenter mihi arrogare: qvum ejuſmodi conatus malè cedant; qvod exemplo Bellerophontis declarat, qvi, qvod homini non eſt datum, in cœlum evolare conatus fuit, ſed exitu triſti. Qvod γνώμη illuſtrat.

g. 4. δαίμων δ' ἄϊς☉] *Fortuna incognita eſt*, i. e. qvonam genere mortis qvilibet ſic moriturus. In ἄϊς☉, ι corripitur, τῷ σ diſsimulato, ut jam ſæpè vidimus.

g. 4. τὰ μακρὰ δ' εἴ τις παπταίνει] *Si qvis ad remota & ſibi denegata reſpectat*, qvi denegata affectat. Der nach vnmüglichen dingen gafft.

g. 5. βραχὺς ἐξικέσθαι] *brevis eſt ad perveniendum*, h. e. ἀσθενὴς, ut exponit *Scholiaſtes*. kompt zu kurtz. Qvid ſi legeremus, βραδὺς ἐξικέσθαι? *ſerò perveniet*, id eſt, nunqvam.

g. 6. χαλκόπεδον Θεῶν ἕδραν] i. e. *Cœlum*, non ratione materiæ, ſed firmitatis. Vide *Pyth. ι. b.* 4.

g. 7. ὅτι πτερόεις] Qvædam exempla habent ὅτε, *poſtqvam, Qvandoqvidem*. De Pegaſo *ſuprà ad Ol. ιγ.* ut & de caſu Bellerophontis.

G. 3. τὸ ἢ πὰρ δίκαν] γνώμη hoc membrum claudit. Vide adag. *Lucrum malum æqvale diſpendio. Plutarchus de audiendis poëtis habet*, τὸ πὰρ δίκαν γλυκύ. Sed verſus ratio non admittit. Et aliàs Syntaxis eſt, ut apud Latinos, *Triſtis manet exitus illos.*

G. 5. ἄμμιν δ᾽ ὦ χρυσέα κόμα θάλλων] Epilogus, habens votum ad Apollinem, pro victoria etiam Pythica Strepſiadæ concedenda. In χρυσέα corripitur υ, ut alibi ſæpè. Aurea coma tribuitur Soli, propter auricolores radios.

G. 6. Λοξία] De hoc *ad Pyth.* γ. ϛ. 9.

G. 7. τεαῖσιν] *tuis*, h. e. tibi ſacris. συνίζησις.

G. 8. καὶ πυθοῖ] Lego, καὶ πυθόϊ, ita ut nihilominus τὸ ι finale propter ς ſeqvens poſsit produci.

ΕἾΔΟΣ Η.

ΚΛΕΑΝΔΡΩι ἈΙΓΙΝΗΤΗι.

OCtavum & ultimum εἶδος Cleandro Æginetæ, Teleſarchi filio inſcriptum eſt, ob victoriam de pancratio, ut videtur.

Ratio metrorum hæc eſt:

1. ∪ – – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –	12. – ∪ – ∪ ∪ –
2. – – ∪ – ∪ – ∪ ∪ –	13. ∪ – – ∪ – ∪
3. – ∪ – ∪ – ∪ ∪ – –	14. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –
4. ∪ – ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪ – ∪ ∪	15. ∪ ∪ – – ∪ ∪
5. – ∪ – ∪ ∪ – ∪ – –	16. ∪ ∪ ∪ ∪ – ∪ ∪
6. ∪ – ∪ – ∪ ∪ –	17. ∪ ∪ – ∪ – – ∪ ∪
7. ∪ – – ∪ – ∪ ∪	18. ∪ ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
8. – – ∪ – ∪ ∪ –	19. – ∪ ∪ ∪ ∪ ∪ – –
9. – ∪ – ∪ ∪ –	20. ∪ ∪ – ∪ ∪ –
10. – ∪ – ∪ ∪ –	21. – – ∪ – ∪ – ∪ ∪ ∪ –
11. – ∪ – ∪ ∪ –	22. – ∪ – ∪ ∪ –

Hoc qvoq; εἶδος in στροφὰς, ἀντιστροφὰς *&* ἐπῳδοὺς *non eſt diſtributum, ſed in certas* διαιρέσεις, *qvarum qvælibet* εἰκοσικαιδίκωλος *eſt, & proinde totum* εἶδος μονοστροφικόν *eſt. Primum* κῶλον *eſt trimetrum catalectum, ex duobus Antiſpaſtis, & interpoſito Choriambo. II. Dimetrum hypercatalectum, ex Epitrito tertio & Pæone ſecundo. III. dimetrum hypercatalectum, ex ditrochæo & Choriambo. IV. trimetrum acatalectum, ex duobus Pæonibus ſecundis, & interjecto Pæone tertio. V. dimetrum hypercatalectum, ex ditrochæo & dijambo. VI. dimetrum catalectum, ex dijambo & Ionico à minore. VII dimetrũ catalectum, ex Antiſpaſto & Choriambo. VIII. dimetrum catalectum, ex Epitrito tertio & Jonico à minore. IX X. XI XII. dimetrum brachycatalectũ, ex ditrochæo & dijambo. XIII. dimetrũ brachycatalectum, ex Antiſpaſto & Choriambo. XIV. ut qvintum. XV. dimetrũ brachycatalectum ex duobus Ionicis à minore. XVI. dimetrum catalectum, ex Procelevsmatico & Choriambo. XVII. dimetrum acatalectum, ex Pæone tertio & Ionico à majore. XVIII. dimetrum acatalectum, ex Pæone qvarto & Choriambo. XIX. dimetrum acatalectum, ex Pæone primo, & Ionico à minore. XX. dimetrum antiſpaſticum. XXI trimetrum brachycatalectum ex Epitrito tertio, Pæone ſecundo, & Dijambo. XXII. ut nonum.*

Sum-

Summa & diſpoſitio hæc eſt.

- **Partes**
  - **Exordium, cuius**
    - θέσις, Velim alium ſcribere Cleandro ἐπινίκιον, propter mœrorem meum, ob calamitatem belli Perſici. Hanc per προσφώνησιν ad Iuvenes Poetas effert.
    - ἀντίθεσις, ſed tamen & ego ſcribo
      - quia poſtulatus ſum.
      - quia poſt liberationem
        - certamina publica non ſunt omittenda.
        - mœrores non ſunt fovendi.
        - lætitiæ iterum ſunt captandæ.
      - quia Deus calamitatem avertit, modo Græciæ non audendo.
      - quia curæ jam ſedatæ ſunt, quum metuenda præterierint.
      - quia præſentis felicitatis potior habẽda ratio quàm
        - præteritorũ malorũ.
        - futurorũ incertorum.
      - quia ſalva libertate Græciæ, hæc omnia poſſunt ſanari.
      - quia decet Virum ſpem fovere bonam.
      - quia Thebanum decet gratulari Æginetæ, ob cognationem
        - Thebæ.
        - Æginæ.
  - **Propoſitio:** Cleander Æneta eſt laudandus.
  - **Confirmatio**
    - ob juventutem generoſam.
    - ob patrem Teleſarchum.
    - ob victorias
      - Iſthmicam.
      - Nemeam.
  - **Digreſſio de filiabus Aſopi, quarum**
    - Theben Iupiter præfecit Dircæo agro.
    - Æginam tranſtulit in Oenopiam, ubi
      - compreſſa à Iove eſt.
      - peperit Æacum
        - δῖον.
        - honoratiſſimum mortalium.
        - qui & Diis lites finiit.
        - cuius
          - filii, ἀντίθεοι.
          - nepotes
            - ἀρηΐφιλοι.
            - temperantes.
            - prudentes.
          - filius Peleus duxit Thetidem.
          - Hic Themidis oraculũ inſerit prolixiq.
          - nepos Achilles
            - ob virtutẽ iuvenilẽ à doctis laudatur.
            - Telephum vulnerauit.
            - Reditum paravit Græcis ex Troia.
            - Helenam ſolvit.
            - interfecit
              - Memnonem.
              - Hectorem.
              - alios optimates.
            - poſt mortẽ à Muſis
              - lugetur.
              - celebratur.
  - **Regreſſio ad laudes Cleandri, à patruele Nicocle**
    - pugile eximio.
    - victore
      - Iſthmico.
      - τῶν περικτιόνων anteà.
    - quem æmulatur cum gloria.
  - **Epilogus**
    - repetit προσφώνησιν ad coætaneos Cleandri, ut ἐπινίκιον ei ſcribant.
    - affert nova argumenta laudum
      - à victoria
        - Megarenſi, pancratio.
        - Epidauria.
      - quia virtus ſua eum laudandum præbet bonis.
      - quia juventutem non in ocio tranſegit.

ΕΙΔΟΣ.

ΕἸΔΟΣ Η.

ΚΛΕΑΝΔΡΩι ἈΙΓΙΝΗΤΗι.

διαίρεσις α. κώ. κβ.

Κλεάνδρῳ τις ἁλικίᾳ τε λύτρον
εὔδοξον, ὦ Νέοι, καμάτων,
πατρὸς ἀγλαὸν Τελεσάρχου
παρὰ πρόθυρον ἰὼν, συναγειρέτω
κῶμον, Ἰσθμιάδος τε νίκας
ἄποινα, καὶ Νεμέᾳ.
Ἀέθλων ὅτι κράτος
ἐξεῦρε. Τῷ καὶ ἐγὼ
καίπερ ἀχνύμενος
θυμὸν, αἰτέομαι
χρυσέαν καλέσαι
Μοῖσαν. Ἐκ μεγάλων
δὲ πενθέων λυθέντες,
μή τ' ὀρφανίᾳ πέσωμεν
στεφάνων, μή τε κά-
δεα θεράπευε: παυ-
σάμενοι δ' ἀπρήκτων κακῶν,
γλυκύ τι δαμωσόμεθα
καὶ μετὰ πόνον. Ἐπειδὴ
τὸν ὑπὲρ κεφαλᾶς
τοῦ Ταντάλου λίθον παρά τις ἔ-
τρεψεν ἄμμι Θεὸς,

διαίρεσις β. κώ. κβ.

ἀτόλματον Ἑλλάδι μόχθον. Ἀλλ' ἐ-
μοὶ δεῖμα μὲν παροιχομένων
καρτερὰν ἔπαυσε μέριμναν.
Τὸ δὲ πρὸ ποδὸς, ἀρήιόν ἐς ἀεὶ,

ODA VIII.
CLEANDRO ÆGINETÆ.

α.

Cleandro aliqvis juventutiq; eius *præſum-perſolatorium*
inclytum, ô Iuvenes, laborum,
Patris ſplendidum Teleſarchi
ad veſtibulum profectus colligat,
Hymnum-chorealem videlicet, *Iſthmiadisq; victoriæ*
præmium, & reportatæ in *Nemea.*
Certaminum ſiqvidem victoriam
adeptus-eſt. Cui & ego
qvamvis mœſtus
animo, poſtulor
auream invocare
Muſam. Ex magnis
autem luctibus liberati,
neqve in orbitate concidamus
coronarum, neqve mœ-
rores fove: ſed li-
berati ab-inutilibus curis,
dulce aliqvid in-publicum-proferamus,
etiam poſt calamitatem. Qvandoqvidem
ſupra caput impendens
Tantali ſaxum aliqvis a-
vertit nobis Deus,

β.

non-audendum Græciæ laborem. Sed mi-
hi metus qvidem præteritorum
gravem ſedavit ſolicitudinem.
Qvæ verò ante pedes eſt, *præſtantior eſt ſemper*

χρῆμα πᾶν. Δόλιος γὰρ αἰὼν
ἐπ' ἀνδράσι κρέμαται,
ἑλίσσων βίου πόρον.
Ἰατὰ δ' ἔστι βροτοῖς
σύν γ' ἐλευθερίᾳ
καὶ τά. Χρὴ δ' ἀγαθὰν
ἐλπίδ' ἀνδρὶ μέλειν.
Χρὴ δ' ἐν ἑπταπύλοι-
σι Θήβαις τραφέντα,
Αἰγίνᾳ χαρίτων ἄωτον
προνέμειν: πατρὸς οὕ-
νεκα δίδυμαι γένον-
το θύγατρες, Ἀσωπίδων
θ' ὁπλόταται, Ζηνί τε ἅ-
δον βασιλέϊ. Ὃ τὰν μὲν
παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ φιλαρμάτου πόλιος ᾤ-
κισσεν ἁγεμόνα:

διαίρεσις γ. κώ. κβ.

Σὲ δ' ἐς νᾶσον Οἰνοπίαν ἐνεγκὼν,
κοιμᾶτο, δῖον ἔνθα τέκες
Αἰακὸν βαρυσφαράγῳ πα-
τρὶ κεδνότατον ἐπιχθονίων: ὃ καὶ
Δαιμόνεσσι δίκας ἐπείραι-
νε. Τοῦ μὲν ἀντίθεοι
ἀρίστευον υἱέες,
υἱῶν τ' ἀρηΐφιλοι
παῖδες, ἀνορέᾳ
χάλκεον στονόεν-
τ' ἀμφέπειν ὅμαδον:
σώφρονές τ' ἐγένον-
το, πινυτοί τε θυμόν.

ταῦτα

res qvævis. Doloſum enim ævum
hominibus impendet,
volvens vitæ curſum.
Sanabilia autem ſunt mortalibus
ſalva Libertate
etiam illa. Oportetq; bonam
Spem homini curæ-eſſe.
Decet autem in Septiporti-
bus Thebis educatum, Æ-
ginæ Gratiarum florem
tribuere: Patris ſi-
qvidem eiuſdem *geminæ ſunt*
filiæ, Aſopidum-
q; natu-minimæ, Ioviq; pla-
cuerunt Regi. Qvi alteram qvidem Thebam,
apud pulchrifluam
Dircen, curruum-ſtudioſæ urbis collo-
cavit gubernatricem:

γ.

Te verò ô Ægina *in Inſulam Oenopiam qvum-tranſtu-*
dormiebat tecum, *divinum ubi peperiſti* *(liſſet,*
Æacum graviſtrepo Pa-
tri, honoratiſſimum in-terra-viventium: qvi &
Diis lites finie-
bat. Cujus qvidem Diis-pares
aliis *præſtiterunt filii,*
filiorumq; martiales
nati, fortitudine
ad *æreum luctuo-*
ſum adminiſtrandum ſtrepitum belli:
temperantesq; fue-
runt, prudentesq; animo.

Ταῦτα καὶ Μακάρων ἐμέμναν-
τ' ἀγοραὶ, Ζεὺς ὅτ' ἀμ-
φὶ Θέτιος, ἀγλαός
τ' ἐρίσας Ποσειδᾶν γάμῳ,
ἄλοχον εὐειδέα θέ-
λονθ' ἑκάτερος ἑὰν ἔμ-
μεν: ἔρως γὰρ ἔσχεν.
Ἀλλ' οὔ σφιν Ἄμβροτοι τέλεσαν εὐ-
νὰν Θεῶν πραπίδες,

διαίρεσις δ. κῶ. κβ.

ἐπεὶ θεσφάτων ἐσάκουσαν. Εἶπε
δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις,
εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρ-
τερον γόνον ἄρ ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν
ποντίαν Θεὸν, ὃς κεραυνοῦ
τε κρέσσον ἄλλο βέλος
διώξει χερὶ, τριό-
δοντός τ' ἀμαιμακέτου,
Ζηνὶ μισγομέναν,
ἢ Διὸς παρ' ἀδελ-
φοῖσιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν
παύσατε. Βροτέων
δὲ λεχέων τυχοῦσα,
υἱὸν εἰσιδέτω θανόντ' ἐν
πολέμῳ, Ἄρεϊ
χέρας ἐναλίγκιον,
στεροπαῖσί τ' ἀκμὰν ποδῶν.
Τὸ μὲν ἐμὸν Πηλεῖ θεύ-
μοιρον ὄπασε γάμου Αἰ-
ακίδα γέρας, ὃν
καὶ εὐσεβέστατόν φασ' Ἰωλ-
κοῦ τράφειν πεδίον.

Hæc etiam Beatorum *memine-*
runt concilia, Jupiter qvando ob
Thetidis, illuſtris-
q́ contendens Neptunus nuptias
uxorem formoſam vole-
bant uterqve ſuam eſ-
ſe. Amor enim tenebat eos.
Sed non tamen *ipſis immortales perfecerunt con-*
jugium Deorum mentes,

δ.

poſtqvam oracula inaudierant. Dixit
enim conſilio-valens in medio-ipſorum Themis,
qvòd fatale eſſet, præſtantio-
rem filium regem Patre ut-pareret
marina Dea, qvi & Fulmi-
ne præſtantius aliud telum
agitaturus-eſſet manu, Triden-
teq́ inexpugnabili,
Jovi commixtam,
aut Jovis cum fra-
tribus. Sed hæc
miſſa-facite. Mortales
autem toros ſortita,
filium videat interemptum in
bello, Marti
qvoad *manus ſimilem,*
Fulguribusq́ qvoad *vigorem pedum.*
Meum qvidem votum *Peleo divini-*
tus-fatale deſtinavit nuptiarum Æ-
acidæ præmium, qvem
& pijſſimum ajunt Jaol-
ci educaſſe terram.

διαίρεσις. ε.

Ἰόντων δ' ἐς ἄφθιτον ἄντρον εὐθὺς
Χείρωνος αὐτίκ' ἀγγελίαι.
Μὴ δὲ Νηρέως θυγάτηρ νει-
κέων πέταλα δὶς ἐγγυαλιζέτω
ἄμμιν. Ἐν διχομηνίδεσσι
Ut autem initiò de ipſa appellatione paucis agam, primitus vox Διθύραμβος *Liberum patrem* denotavit, ſeu *Bacchum*, teſte præter alios, Athenæo lib. 1. Cuius nominis rationes reddiderunt diverſas Etymologiſtæ diverſi, ut ſolet genus illud hominum ludere & ludi. Alii, qvòd in antro διθύρῳ ſeu *binis foribus patente* nutritus fuerit, ut in fabulis eſt. Alii, qvòd *bis natus*, & bis velut è naturæ principiis egreſſus, *binas qvaſi fores transmiſerit*, alvum ſcilicet Semeles matris, & poſteà femur ipſius Iovis, ut itidem Græcia fabulatur; qvaſi ἐκ δύο θυρῶν βαίνων: vel δὶς θύραζε βαίνων: vel δὶς θύρας ἀμβαίνων, ſive ἀμείβων. Alii, qvia *Vinum*, cuius inventio Baccho tribuitur, h. e. per Metonymiam *Ebrietas*, arcana non contineat, ſed hominibus δίθυρον ϛόμα, *os bipatentibus foribus apertum faciat.* Sed hæ Etymologiæ omnes vel inde ſuſpe-

 ctæ

ctæ nobis redduntur, qvia initians ſyllaba ¦ΔΙ, ſignificationem binarii ſeu reiterationis habens, ſua natura apud Græcos & Latinos corripitur, ut omnibus vel me tacente notiſsimum eſt: in hac verò dictione Διθύραμβος, & à Græcis & à Latinis pariter Poetis producitur: v. g. *Pindaro Olymp.* 13. *epod.* 1. *colo.* 6, qvi Epitrito ſecundo effert διθυράμβῳ: – υ – –. *Epicharmo in hoc Senario*, οὐκ ἔστι διθύραμβος ἦν ὕδωρ πίῃς, de qvo poſteà. Sic *Pherecrate*, τῶν διθυράμβων &c. – υ – –, ut allegat *Plutarchus de Muſica.* Eadem ratione *Horatius* produxit: *Seu per audaces nova Dithyrambos, &c.* ut ita tempus Proſodicum omnibus etymis hiſce repugnare videatur, Alii deniqve ad μετάθεσιν vocaliũ υ & ι, & μεταπλασμὸν τοῦ λ, εἰς δ, confugiunt, & dici cenſent qvaſi λυθίραμβος, ſicut aliàs Δ pro Λ nonnunqvam ponitur, ut apparet ex verbo MEDITARI, qvod ex Græco μελετᾶν factum eſſe putatur; rationemq; Nominis afferunt, qvòd Jupiter, qvum Bacchum ex alvo matris Semelæ fulmine interfectæ, adhuc immaturum exemptum ſuo femori inſuiſſet, & jam maturum, in lucem per ſuturam coalitam editurus eſſet, doloribus actus inclamârit, λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα, id eſt, *ſolvere ſutura, ſolvere ſutura*: Vulcani ſcilicet operam implorans, qvi ut pro Palladis partu *Cranium* Jovis aperuerat; ita hîc pro Baccho naſcituro, *Femur* eiuſdem aperire debebat. Qvod etſi æqvè fabuloſum eſt; magis tamen τῷ χρόνῳ προσῳδικῷ hoc etymon ſatisfaceret, ſi tranſpoſitis vocalibus υ & ι, qvantitatem non ſimul translocari, ſed ſedem potiùs fixam, qvacunqve vocali eam occupante, retinere poſſe, certos unde nos facerent, haberent. Qva tamen in re anxiè torqveri opus non eſt. Sufficiat ſcire, Bacchum τοῦ Διθυράμβου nomine veniſſe, & primæ ſyllabæ tempus apud Græcos & Latinos productum eſſe. Deducat etymon, qvicunqve voluerit, undecunqve.

Sunt qvi Thebanum qvendam hominem, DITHYRAMBUM nominatum fuiſſe affirment, qvi primus Dithyrambos, de qvibus mox dicetur, invenerit. Neqve negari poteſt, fuiſſe Viros huius nominis in Græcia nonnullos. Sic enim & *Herodotus Polymnia* Dithyrambi cuiuſdam meminit, Harmatidei filii, qvi in pugna contra Xerxis copias ad Thermopylas, ſub duce Leonide, è Theſpienſibus præſtantiſsimus fuerit. Nihil itaqve abſurdi, ſi & Thebanum qvendam Dithyrambum credamus. At Autorem & Inventorem Dithyramborum, de qvibus hîc qvæſtio eſt, Thebanum hunc Dithyrambum fuiſſe, veriſimile non eſt. Neqve enim Pindarus, ſi Patriæ ſuæ eſſe ſciviſſet, vel opinatus ſaltem fuiſſet, ipſe Thebanus unqvam commiſiſſet, ut Dithyramborum inventionem Corinthiis adſcriberet, qvod *Olymp.* ιγ. fecit: Tametſi *in Pæanibus & Dithyrambis* hoc fateri, à *Scholiaſte Pind. ad Olymp.* ιγ. dicatur. Sed de Autoribus Dithyramborum alibi. Hæc autem prima eſt vocis ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΣ acceptio, ut vel *Bacchum* notet, vel *certorum hominum nomen* exprimat.

Secundo verò loco Dithyrambus olim *hymnum* ſignificabat *Baccho ſacrum*: ſicut & aliis Numinibus alii hymni certis nominibus inſigniti at-

tribuebantur: v. g. Apollini, παιάν: Dianæ, ὕπιγγος: utriq;, τὰ προσῳδία: Cereri, ἴουλος, &c ut *Pollux lib.* 1. *cap.* 1. teſtatur. Erant autem eiuſmodi Hymni Baccho ſacri, ex liberioribus & vocibus & numeris compoſiti, magnamq; vim ad animos concitandos & perturbandos habebant, adeò ut nullis, præterqvam furore qvodam Bacchico correptis, & νυμφολήπτοις convenire viderentur. Utebantur eiuſmodi Hymnis, in factis & laudibus Liberi Patris decantandis. Utq; huic Deo, qvem temulentiæ & Ebrietatis numen in ſuo paganiſmo credebant, convenientia convenienter accinerent; omnia ita comparabant, ut velut ab ebriis & Bacchico enthuſiaſmo correptis facta viderentur. Idqve appellabant τὸ Διθυραμβῶδες. Qvod in qvibus poſitum fuerit, nunc eſt declarandum. Qvibus auditis, Dithyramborum natura latere non omninò poterit.

Ex diligenti autem & multiplici diverſorum Autorum collatione invenio, τὸ Διθυραμβῶδες, vel ipſos Dithyrambos, ſex præcipuè fuiſſe generum.

Primum genus fuit in dictionibus illis, qvas rectè appellaſti πολυπλόκους, *multipliciter licentiusq; compoſitas*, ſeu prolixæ compoſitionis, ſeſqvipedales, & velut tumentes, nodoſasq;, ad imitationem Ebriorum confusè & perplexè liberiusq; loqventium effictas: qvalium exempla *ex Epigrammate Hegeſandri in Philaſophos* modò allegaſti. Simili cōpoſitione unaq; Dithyrambica dictione veros Chriſtianos appellare poſſem, Κοσμοδρακοντᾳδαοαμαρτιδοσαρκομαχοῦντας, id eſt, *cum mundo, dracone, inferno, peccato, & carne præliantes.* Huiusmodi voces intelligit *Horatius* per *audaces Dithyrambos*, i. e. audaci & liberrima licentia compoſitas; vocatq; *Nova verba*, id eſt, ſine exemplo vel autoritate pro libitu efficta: eaq; *Devolvi* ait, ut πολυπλοκίαν, prolixitatemq;, & qvaſi molem innuat: tametſi etiam aliud ſimul hac deſcriptione notetur, ut poſteà monebitur. Atqve hæc de primo dithyramborum genere, qvod in πολυπλοκίᾳ dictionum conſiſtit.

Alterum eorum genus eſt in *Elocutione, Tropis & Figuris*, ut qvum *Metaphoræ* ſunt longiùs petitæ, duriores & audaciores ac perplexæ, tametſi voces ipſæ Dithyrambicæ non ſint, v. g, Qvum *Pindarus Olymp.* γ. κᾶπον ſeu campum arboribus vacuum & Soli expoſitū, dicit γυμνὸν δενδρέων ὀξείαις ὑπακούειν αὐγαῖς ἁλίου, id eſt, *nudum arboribus, obedire acutis radiis Solis*; Dithyrambicum eſt. Qvid enim γυμνότης ad ὑπακούειν; qvid ὑπακούειν ad ὀξύτητα radiorum Solis? Sic qvando idem *Pindarus Olymp.* ιγ. rotam figulinam, vocat μέτρα ἐν ἱππείοις ἔντεσιν, *menſuras in eqveſtribus vaſis vel armis*; Dithyrambicum eſt. Qvid enim menſura ad rotam? qvid eqveſtria arma ad figulum? Et tamen ſi Dithyrambicus ſenſus rectè expendatur, neuter locus abſurdi qvid habet. Sic Dithyrambica ſunt, qvando *Pindarus Olymp.* ς. Æneam χοροδιδάσκαλον ſuum vocat σκυτάλαν μοισᾶν, & κρητῆρα γλυκὺν ἀγαφθέγκτων ἀοιδᾶν, &c: qvæ nemo, niſi Dithyrambica eſſe agnoverit, rectè interpretabitur.

Eadem ratio etiam in aliis eſt, v. g. *Hypallage audaciore*, ut qvum idem *Pindarus Olymp.* ιγ. ὕβριν κόρου ματέρα, *iniuriam ſeu contumeliam in alios, Abundantiæ matrem vocat*, qvum παῖδα ſeu filiam dicere, vel Κόρον ὕβρεως ματέρα appellare debuiſſet, juxta *illud Homericum*, τίκτει τοι κόρος ὕβριν. Et qvæ ſunt hujus generis alia. Qvæ omnia ad concitatiores ebriorum mores audacioresq; & perplexiores imò & inconſideratiores eorum ſermones congruunt, & arte tamen qvaſi latente ſunt moderanda. Hoc reſpectu *Æſchylus* Dithyrambum σύγκοινον Διονύσῳ appellat: Et *Philoſtratus in Sophiſtis* immoderatam in dicendo vehementiam ac granditatem aliqvoties τὸ διθυραμβῶδες nominat, eosq; qvi hac grandiloqventia dithyrambica utuntur, dicit ἐκβακχεύειν & ὑπερβακχεύειν. Atqve de hoc ſecundo qvoqve genere *Horatiana illa* ſunt accipienda, qvando de Pindaro profertur, qvòd *per audaces nova dithyrambos verba devolvat*, id eſt, verba in nova & inuſitata ſignificatione per audaces & dithyrambicos tropos aut figuras magno qvaſi conamine devolvat, & à vi ſua nativa detorqveat. De primo enim tantùm genere hæc accipi non poſſunt, qvandoqvidem dictiones πολυπλόκους dithyrambicas *Pindarus* habet paucisſimas, non in iis tantum Poematis qvæ adhuc exſtant, ſed *in Dithyrambis* etiam, qvos ſic ipſe inſcripſit, ut ex fragmentis paſsim allegatis apparere, rectè modò dixiſti. Qvod ipſum etiam *fragmenta Lamproclis, Philoxeni, Melanippidæ, & aliorum Dithyrambopoeorum* confirmant.

Tertium Dithyramborum genus eſt *in Syntaxi*, qvando Hyperbata ſunt crebra & maiora, qvorum exempla paſsim in *Pindaro*, & Choris apud *Sophoclem & Euripidem*, cuilibet invenire in promptu eſt. Atqve hoc ipſum qvoqve genus, ebriorum ſermones quodammodo repræſentat.

Qvartum porrò genus Dithyramborum eſt *in ſublimitate Inventionis & Diſpoſitionis*, qvalem in *Pindaro & Choris Tragicorum* videmus: ubi qvi ad dithyrambicam Inventionem & Diſpoſitionem non attenderit, leget & releget Odam aliqvam Pindaricam, aut Chorum aliqvem Tragœdiæ, nec tamen qvid legerit, ſciet, aut qva ſerie, qvaq; ratione membrum unum alterum excipiat, videbit, multò minus aliis declarare poterit. Qvæ autem ſit Dithyrambicæ Inventionis & Diſpoſitionis ratio, eqvidem exemplis potiùs declararim, uti & *in ſingula* εἴδη *Periodi Pindaricæ & Choros Sophocleos* feci, qvàm Regulis aut præceptis comprehenderim. Qvis enim enthuſiaſmo Poetico, qvi non tàm addiſcitur, qvàm naturali qvodam & occulto influxu certis individuis datur, metas circumſcribere vellet? *Naſcuntur nimirum fato, non fiunt arte Poetæ*, ut cæteri, ita & Dithyrambici. Hinc Poeta ait, *Deum eſſe in Vatibus, qvo agitante incaleſcant*. Et *Horatius* [*l.* 3. *od.* 25.] ſe *Plenum Deo Lyrica ſua pangere, & velocem mente nova à Baccho abripi* ait. Et *lib.* 3. *od.* 4 enthuſiaſmum hunc, *Amabilem inſaniam* vocat. Præceptis ergò qvi *hanc rationem Inſaniendi* comprehendere vellet, næ *inſanire* jure dici poſset. Neqve tamen arte planè hic enthuſiaſmus caret, ſed ita gubernandus eſt, ut ars qvidem inſit, ita tamen abſcondita, ut non niſi peculiari vi ςοχαςικῇ præditis appareat.

Ad-

Adjuvari autem hunc Enthuſiaſmum Dithyrambicum Vino putabant. Hinc *Archilochus* ait, ſe Dithyrambicum carmen elegans auſpicari poſſe, *ſi vini fulmine mens qvaſi percuſſa ſit*, Διονύσοιο, inqvit, ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος οἶδα διθύραμβον, οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. Et *Epicharmus in Philoctete* illud protulit, qvod Proverbij vicem obtinuit, οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὅκχ' ὕδωρ πίῃς, id eſt, *Dithyrambus nullus eſt futurus, ſi aqvam bibas.* Et locum habet hîc de Dithyrambis maximè illud, *Vinum Poëtarum eqvus.* Et: *Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt, Qvæ ſcribuntur Aqvæ potoribus.* Hoc reſpectu etiam *Ariſtoteles lib. 8. de Rep. cap. 7.* ubi de Dithyrambis qvædam attigit, ait, βακχευτικὸν ἡ μέθη ποιεῖ μᾶλλον. Ideò etiam Veteres non ſemper qvum libarent Baccho, ſed tum demum Dithyrambis uſi fuerunt, qvum vino jam madidi & temulenti eſſent, Liberum Patrem invocantes, ut *ex Philochoro* citat *Athenæus lib. 14.* Qvæ tamen omnia ut de cauſa προκαταρκτικῇ ſunt accipienda, qvæ aliam προηγουμένην ſemper, & qvidem in hoc negocio Dithyrambicum enthuſiaſmum naturalem, præſupponit, qvo deſtitutus, etiamſi integros cados ἀμυστὶ hauriret, tamen ne unicum qvidem Dithyrambum (eruditum illum dico) proferre poſſet, licet vel ſtultiloqvijs infinitis, vel boatibus etiam immenſis omnia repleret: *qvandoqvidem* οἶνος τρόποις τῶν χρωμάτων κεράννυται.

Cœterùm qvoniam hæc qvatuor Dithyramborum genera, intellectum verborum, vel integrorum etiam Hymnorum, legentibus pariter & audientibus, ijs præſertim, qvi de Dithyrambica ratione non ſunt admoniti, difficiliorem & magis reconditum faciunt: fit ut Dithyrambicum dicatur, qvicqvid intellectu difficile eſt, & non ſtatim intelligi poteſt, ſed μανθάνοντα πιστεύειν potiùs oportet. Sic apud *Platonem in Phædro* Socrates de rebus reconditiſsimis dicturus, ſe numine qvodam perculſum, dithyrambica, id eſt, intellectu difficilia prolaturum ait: ἐὰν ἄρα, inqviens, νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσῃς: τὰ νῦν γὰρ οὐκ ἔτι πόῤῥω διθυράμβων φθέγγομαι.

Imò etiam vulgus, ut ea qvæ capere non poteſt, in deteriora interpretari, & Philoſophos, *fatuos:* Aſtrologos, *mendaces*, appellare ſolet: ita etiam Dithyrambicos *inſanos* indigitavit, proverbio illo, Διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα, ut annotat *Scholiaſtes Ariſtophanis in Avibus.*

Præter hæc autem qvatuor genera, duo adhuc reſtant, qvæ paucis etiam expediam.

Qvintum ergò Dithyramborum genus ſuccedit, qvod in *numeris ſeu metris lege ſolutis*, ut *Horatius* loqvitur, conſiſtit: Non qvòd numeri Dithyrambici, vel in ſpecie de qvibus Poëta loqvitur, Pindarici, planè ſint extra omnem legem, præſertim qvum de ijſdem ſcribat Statius: *Qva lege recurrat Pindaricæ vox flexa lyræ:* ſed qvòd numerorũ & metrorum Dithyrambicorum major ſit licentia qvàm aliorum. Non enim Dithyrambici ita ligati ſunt ad certam & uniformem dimenſionem pedum, ut in carmine Epico, Elegiaco, Sapphico, Phalæcio, Jambico, & cæteris: ſed pro libitu qvi-

vis aſsumere poteſt pedes qvoscunq; voluerit aut elegerit: neq; cogitur uniformes verſuum numeros obſervare; ſed jam aſsumit κῶλον dimetrum acatalectum, jam trimetrum brachycatalectum, jam monometrum hypercatalectum, jam tetrametrum catalectum, jam aliud qvodcunq;, & qvotcunq; in una στροφῇ voluerit; ut in tota Periodo Pindari videre eſt. Imò neq; ad certas στροφὰς & ἀντιστροφὰς ſibi invicem qvoad numeros reſpondentes obſtricti ſunt; ſed ſi libuerit, totum aliqvod εἶδος, μονοστροφικὸν, κώλοις qvotcunq; & qvalibuscunq; conſtans, pangere Dithyrambicis Poëtis licet. Ac tales, *Dithyrambos Pindari* qvi interierunt, maxima ex parte fuiſſe, ſuſpicor, ſicut & *Lamproclis*, *Pericleti Lesbij*, & *Philoxeni*, qvorum tantùm fragmenta paſsim hodiè exſtant: item *Melanippidæ*, qvem Socrates apud *Xenophontem lib.* 1. ἀπομν: tantum τῷ διθυράμβῳ præſtitiſſe teſtatur, qvantum vel *Homerum* τῇ ἐπῶν ποιήσει, vel *Sophoclem* τραγῳδίᾳ: aliorum item qvorumcunq;, qvorum ſimiliter vel fragmenta vel nomina etiam tantùm reſtant. Inter eos fuiſſe aliqvos commemorant, qvibus freqventiſſimum fuerit ita exordiri, ἀμφί μοι ἄναξ, &c. ἀμφί μοι ἄναξ: unde ipſi Dithyrambici, *Amphianactes* facetiſsimè dici cœpêre. Qvin & τὸ ἀμφιανακτίζειν inde pro προοιμιάζεσθαι ſeu *exordiri*, qvosdam uſurpaſſe, autor eſt *Cœlius Rhodiginus lib.* 4. *c.* 5. Sed vitium hoc, ſi qvod eſt, perſonarũ potiùs fuit, qvàm ipſorum Dithyramborũ.

Sunt autem hujus qvinti generis Dithyrambi, ſpecies qvædam Lyricæ, hoc peculiare habentes, qvòd non tantùm στροφὰς, ἀντιστροφὰς & ἐπῳδοὺς, more Lyrico liberè qvocunq; modo aſſumere poſſint; ſed etiam ad στροφὰς & ἀντιστροφὰς, ſi libuerit, planè nòn ſint alligati. Id qvod non obſcurè indicat *Ariſtoteles, in Rhetoricis*, dum ait; τὴν λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί: ἢ κατεστραμμένην, καὶ ὁμοίαν τοῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις: ubi diſertè Dithyrambos ἀντιστροφὴν non habentes, à Poëmate ἀντιστροφικῷ diſcernit. Atq; licentiam hanc Dithyrambos initiò qvidem non habuiſſe, poſteà autem ubi μιμητικοὶ eſſe cœperunt, accepiſſe, *idem Ariſtoteles* teſtatur *Sect.* 19. *Probl.* 15. οἱ διθύραμβοι, inqviens, πρότερον μὲν εἶχον ἀντιστρόφους, ἐπειδὴ δὲ μιμητικοὶ ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἔχουσιν. Qvòd autem primitus μιμητικοὶ οἱ Διθύραμβοι non fuerint, indicat *Plato lib.* 3. *de Rep.* ubi hoc nomine Dithyrambica Tragicis & Comicis opponit.

Huc etiam pertinet *permutatio qvantitatis*, manente tempore, per ἰσοδυναμίαν, ut qvum pro – – ∪ – ponitur ∪ ∪ – ∪ –: Cujus rei exempla *apud Pindarum* habentur non pauca.

Atq; hoc reſpectu *Cicero lib.* 3. *de Oratore*, ubi de numeris Oratorijs agit, liberiorem eorundem licentiam, *Dithyrambum* appellat, dum inqvit: *Licentior & divitior eſt cæteris Dithyrambus, cujus membra & pedes ſunt in omni locupleti oratione diffuſa.* Inde verò concludere velle, Dithyrambum, *Pedem aliqvem certum* fuiſſe, ut tu *M. Joachime*, à qvibuſdam affirmatum fuiſſe dicebas: id ſanè ejuſmodi eſt, qvod non libeat refutare. Qvaſi verò *Dithyrambus*, ſit veluti *Spurius aliqvis Dijambus*, qvum nomen qvodammodo qvoad literas conveniat.

Etſi

Etſi autem revera ſpecies qvædam Lyricæ ſunt hujus qvinti generis Dithyrambi: non rarò tamen in genere, Lyrica qvæcunq; Dithyrambica dicuntur, propterea qvòd hactenus commemorata, ſi non omnia, ſaltem pleraq; ijs ineſſe ſoleant, ſive vocem ſpectes, ſive tropos, ſive Syntaxin, ſive diſpoſitionem ſublimem, ſive metrorum & numerorum licentiam. Qvo ſenſu *Ariſtoteles de Poëtica cap.* 1. de Διθυραμβοποιητικῆ loqvitur, ubi eam ab Ἐποποιΐα, Τραγῳδία, Κωμῳδία, Αὐλητικῆ & Κιθαριστικῆ diſcernit, qvòd Ἐποποιΐα, vel μέλει conſtet, hoc eſt, λόγῳ poëtico, ut *Homerica*, qvæ verè eſt Poëſis: vel μέτρῳ tantum, ut *Empedoclea*, qvæ potiùs φυσιολογία: & *Aratea*, qvæ potiùs ἀστρολογία eſt, qvàm Poëſis: Αὐλητικὴ verò & Κιθαριστικὴ, ῥυθμῷ & ἁρμονίᾳ, ad qvas ſolo ῥυθμῷ ſine ἁρμονίᾳ uti ſolent οἱ ὀρχησταὶ ſeu ſaltatores: Διθυραμβικῶν verò Ποίησις, hoc eſt *Lyrica*, ſicut & Κωμῳδία ac Τραγῳδία omnibus conſtet, videlicet ῥυθμῷ, *numero*, μέλει, *fictione poëtica*, μέτρῳ, *pedum diſpoſitione*, licet liberiore & lege ſoluta, & deniq; ἁρμονίᾳ, *concentu*, citharæ nimirum vel tibiæ vel vocis etiam vivæ, ea tamen differentia, ut in Dithyrambica ſeu Lyrica poeſi tota, hæc concurrant: in Tragœdia verò & Comœdia (de Veteri loqvor, non de Nova) tantùm ſecundum partem, ut in Choris.

Reſtat *ſextum & ultimum*, qvod *in modo Muſico* conſiſtit, qvo analogicè Dithyrambica dicebantur ea, qvæ ad *Phrygiam harmoniam* pertinebant, ſicut *Ariſtoteles lib.* 8. *de Rep. c.* 7. diſertè teſtatur, ὁ διθύραμβος ὁμολογουμένως εἶναι δοκεῖ Φρύγιον. Ideoq; *idem Ariſtoteles* ibidem *Phrygiam harmoniam* ingenuæ educationi minimè idoneam cenſet, eò qvod *dithyrambica* ſit, turbulenta, & motus vehementiores inſaniæ non multum abſimiles, in animis concitet: contra verò *harmoniam Doricam* eidem convenire ſtatuit, qvòd maximè ſtabilis ſit, & à turbido motu ſeparata. Atq; hoc, *qvod ſcilicet Dithyrambica ſint Phrygia*, Muſicorum Artificum teſtimonio *Ariſtoteles ibidem* comprobat, & præcipuè *Philoxeni dithyrambopoei*, qvi qvum aggreſſus fuiſſet Dithyrambum, hoc eſt *hymnum Baccho ſacrum* (nam in hac ſignificatione ibi accipitur) pangere in *harmonia Dorica* neqvivit, ſed naturæ ipſius vi decidit in *Phrygiam*, congruentem ſcilicet Dithyrambo harmoniam, unde diſceſſerat. Qvod ergò *in Poëſi* eſt *Dithyrambica*, id analogicè *in harmonijs Muſicis* eſt *Phrygia*. Hoc ſenſu etiam *Plato lib.* 3. *de Leg.* inter Muſicæ εἴδη & σχήματα, τοὺς Διθυράμβους numerat.

Habes ita qvæ petijſti, videlicet *ſex illa, in qvibus* τὸ διθυραμβῶδες *conſiſtere invenio*. Qvæ ſi rectè percepta fuerint, facilè qvivis ea qvæ paſsim de Dithyrambis leguntur, vel qvæ ipſa etiam Dithyrambico ſtylo ſunt ſcripta, intelligere poterit.

Eſſent aliqva de Dithyrambi inventoribus & qvibusdam alijs addenda. Verùm qvia ea qvæſtionis propoſitæ terminos, imò & tempus excedunt, nolo nunc in ijs immorari: præſertim qvum de ijs alio tempore Juventus fuerit erudita.

DE AMERICA, ORATIUNCULA IN Promotione XXXV. Magiſtrorum, 23. Martij, Anno 1602. habita.

QUOD in hiſce publicis congreſsibus hactenus fieri piè & laudabiliter conſvevit, ut nimirum ante omnia Deo æterno, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, pro conſervatione Academiæ noſtræ atq; adeò totius Eccleſiæ, gratiæ publicè dicantur: illud etiam in hoc congreſſu noſtro fieri debere cenſeo; præſertim qvum divino munere ſub initium Imperij Illuſtriſsimi Principis CHRISTIANI II. Electoris Saxoniæ &c. Domini noſtri clementiſsimi, & in Magnificentiſsimo Rectoratu tuo, Illuſtriſsime Princeps ac Domine, Domine AUGUSTE, Saxoniæ Dux, itidem Domine noſter clementiſsime &c. jam in centeſimo, adeoq; Jubilæo Academiæ noſtræ anno verſemur, & huc uſq; luce verbi cœleſtis, artiumq; liberalium omnium ſplendore feliciter fruamur.

Tibi ergo Omnipotens æterne & benigniſsime DEUS, Pater, Fili & Spiritus Sancte, gratias agimus &c.

Nunc autem, qvoniam officij mei ratio poſtulat, ut de materia aliqva cognitione liberali non indigna, verba ex hoc loco auguſtiſsimo faciam: optarem eqvidem, Patres ac Cives Academici, ut Demoſthenica aut Tulliana eloqventia vobis ſatisfacere, auribusq; veſtris politis grata, & hoc loco auguſtiſsimo digna, dignè proferre poſſem. Verùm, agnoſco lubens, tantùm in me ingenij & eloqventiæ non eſſe, ut me hoc præſtiturum polliceri audeam. Imò ſi qva in me dicendi facultas eſſet: tot eruditiſsimorum Virorum ac Juvenum, in hac Corona ſplendidiſsima, polita judicia ſentiens, ſi non obmuteſceret, tamen hæſitaret. Qvod ſive modeſtiæ tribuere velitis, ſive animo tenuitatis & imbecillitatis conſcio; ego non prohibeo. Unicum, animum nonnihil revocat, candidus nimirum veſter favor, qvo qvum alios antehac, & non ita pridem me qvoq; audieritis: nihil video obſtare, qvo minus eundem nunc qvoq; à Vobis mihi ſpondeam.

Cogitanti autem mihi de materia aliqva idonea, multæ ſeſe obtulelerunt & variæ. Verùm ejusmodi jam eligendam cenſui, qvæ cum ea, de qva nuper verba ex hoc ipſo loco feci, cognationem qvidem aliqvam haberet, non tamen nimis propinqvam, ſed paulò remotiorem, ne ſemper eadem chorda oberrare, aut unã ſemper cãtilenam occinere viderer. Qvumq; qvarto abhinc Menſe oſtenderim, qvàm felix elapſum modò ſeculum, in Artibus, ſi non inveniendis, tamen reducendis, excolendis, illuſtrandis, à ſordibus, ſentibus & ſpinis Barbaricis expurgandis, fuerit: non inconveniens, aut Vobis injucundum fore arbitror, ſi de Terris eodem ſeculo proximo inventis,

ventis, nunc dicam, maximè de ea, qvæ AMERICÆ nomine hodiè venit, & diſqviram, *Utrum ea terra hoc demum proximo ſeculo, primò omnium alijs extra eam degentibus innotuerit; an verò etiam priſcis hominibus fuerit cognita: Et ſi fuerit, qvid cauſæ ſubſit, qvod tot ſeculis, usq; ad milleqvingentos probè à CHRISTO nato annos incognita latuerit?* De qvo argumento nemini veſtrum, ut ſpero, ingrato, dum jam verba facio, Te Illuſtriſſime Princeps AUGUSTE, Rector Magnificentiſſime, Domine Clementiſſime &c. Vosq; Prorector Magnifice, Illuſtres & Generoſi Barones, Viri Strenui & Nobiliſsimi, Reverendi, Conſultiſsimi, Doctiſsimi, Clariſsimiq;, teq; Corona Studioſorum Nobiliſsima & Lectiſsima, rogo humiliter, & amice, ut clementer, benevolè & patienter me audiatis. Ego, ne Clementiæ, benevolentiæ & patientiæ hujus veſtræ qvenqvam pœniteat, brevitate cavere ſtudebo.

Eſt in Oceano Atlantico magnus qvidam Terræ tractus, & vaſtus, qvi an Inſula ſit, an Continens, adhuc dubitatur. Qvanqvam qvod plagam Meridionalem attinet, aqvis eam ambitam, & à Continente, Freto Magellanico diſterminatam eſſe conſtat. De Septentrionali vero adhuc ambigitur, eò qvod peregrinationibus nondum omnia loca ſatis ſint explorata. Neceſſe tamen eſt, eam undiq; Oceano allui, ſi à tribus hiſce qvas jamdudum cognovimus, orbis partibus diſcretam credimus. Hæc ita magna eſt, ut nec uni reliqvarum orbis partium, neq; verò vix etiam omnibus tribus ſimul ſumptis amplitudine cedat. Extendit enim ſe ab Æqvatore verſus Auſtrum ultra 50gr: verſus Septentrionem verò, gradus ejus tractus ad ſeptuaginta ferè ſunt hactenus explorati. Figuram repræſentat duarum Peninſularum Iſthmo connexarum, qvarum una Septentrionalior, NOVA HISPANIA; altera Meridionalior, PERUAIA nominatur. *Hiſpaniæ novæ* longitudo ab ortu in occaſum ſeſe exporrigit ad 150gr: hoc eſt, ad bis mille ducenta milliaria Germanica: *Peruaiæ* verò ultra 60gr: hoc eſt, ad nongenta ferè milliaria Germanica. Qvam ob magnitudinem etiam, *qvarta orbis pars*, imo qvum reliqvis tribus propè maior ſit, *Novus orbis* appellari ſolet. Utraq; peninſula florentiſsima & opulentiſsima regna continet. Eſtq; in ijs omnis generis gemmarum, & metallorum, maximè Auri, præſertim in ea parte, qvæ *Peruaia* nominatur: aliorumq; terra naſcentium, lignorum ad ædificia aptiſsimorum, etiam Hebeni, & id genus aliorum, copia uberrima. Inventa nuper primùm fuit & detecta Septentrionalis peninſula, à *Chriſtophoro Columbo Genuenſi*, auſpicijs Regis Caſtiliæ anno CHRISTI 1492: poſteàq; ab *Americo Veſputio* magis explorata, à qvo etiam *Americæ* nomen eſt ſortita: Auſtralis verò, & præcipuè in ea pars illa, qvæ *Breſilia* nuncupatur, à Luſitanis anno 1504 fuit adinventa & explorata. Scribunt, inveniri in hac vaſtiſsima orbis parte alicubi Amazones, alicubi Æthiopes, alicubi & Gigantes, maximè in Auſtrali Cherſoneſo: alicubi & crudeliſsimos homines ἀνθρωποφά-

γους) qvos *Canibales* appellant, præcipuè in Zona torrida propè Æqvatorem. Pluribus hanc terram ſi deſcribere vellem, citiùs tempus, qvàm materia me deficeret. His autem qvalibuscunq; ad propoſitum noſtrum ſufficientibus, contenti jam eſſe poterimus.

Hunc vaſtiſsimum terræ tractum, nemini unqvam hominum extra eam degentium ante nuperam Veſputij inventionem, cognitum fuiſſe, qvi exiſtiment, ſunt plurimi: ducti uſitata illa, & à majoribus noſtris accepta, trium orbis partium Europæ, Aſiæ, Africæ enumeratione. Verùm ſi & veterum Poetarum & Philoſophorum præſtantiſsimorum & Geographorum Hiſtoricorum, addo etiam ſacrarum literarum monumenta diligentiùs evolverimus, mentionem ejus apud Veteres ſæpè factam fuiſſe inveniemus.

Primos ergò omnium, teſtes produco Poëtas, qvandoqvidem, principem horum *Homerum*, inter profanos teſtes habeo antiqviſsimum. Hic ergo *Odyſſeæ primo* duplices facit Æthiopas, alios Orientales, alios Occidentales, & ad utrosq; inviſendos, ſacrumq; eorum convivium adeundum, Neptunum profectum fuiſſe fingit. Sic enim ait:

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ᾽ ἐόντας,
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

Ac licet ſint nonnulli, qvi diviſionem hanc Æthiopum non de Terrarum diſtantia, ſed de Nili tranſitu intelligant: Cujus ratione alij cis, alij ultra habitantes, Orientales & Occidentales dici poſsint: non deſunt tamen eruditorum interpretationes, qvi Orientales Æthiopas, eos qvi ſub Ægypto ſunt, cenſent; ſive cis ſive ultra Nilum habitent: Occidentales vero eos, qvi habitarunt in *Atlantica inſula*, qvæ *noſtra America* eſt, ut ex ſeqventibus clariùs innoteſcet. Qvæ Interpretatio, præterqvàm qvòd recentioribus multis arridet, etiam olim *Cratetis* fuit, ut apud *Strabonem lib.* 1. legitur. Qvin & *Plinius lib. 6. cap.* 31. in Atlantica Æthiopas Heſperios collocat. Et cultum in Atlantica Inſula Neptunum, qvem hic Poëta ad convivium ſacrum utrorumq; Æthiopum, utpote cultorum ſuorum, profectum fingit: ejusdemq; templum celeberrimum, ſtadij unius longitudine, trium πλέθρων ſeu jugerum latitudine ibidem fuiſſe, *Plato in Critia* expreſsè teſtatur. Æthiopas qvoqve in qvibuſdam ejus terræ tractibus reperiri hodiernæ peregrinationes docuerunt, ut modò in deſcriptione fuit dictum. Si ergò *Homerus* Æthiopas alios præter Africanos illos ad Nilum habitantes, ab his ſejunctos & remotos novit, omnino non in Utopia eos credidit, ſed certum

tum locum inhabitare ſcivit. Qvis autem ille, alius à noſtra America ſit, ſi ab aliqvo fuerit oſtenſum, facilè ei adſtipulabimur.

Homero huic Chio addam alterum Homerum Mantuanum *Virgilium*, qvi *ſexto Æneid*: ubi de terris Romano imperio ſubjiciendis vaticinatur, inter alia hujus Atlanticæ inſulæ facit mentionem, dum inqvit:

— — — jacet extra ſidera tellus
Extra anni ſolisq; vias, ubi cœlifer Atlas
Axem humero torqvet ſtellis ardentibus aptum.

Hunc locum etiamſi *Servius* & alij de Æthiopia Maurorum, apud qvos Atlas mons eſt, interpretantur: tamen nondum apparet, cur tractus ille Mauritaniæ, *extra ſidera*, hoc eſt, extra ſigna Zodiaci, qvæ propter excellentiam *Sidera* dicuntur, item, *Extra anni Solisq; vias*, hoc eſt, *extra Eclipticam, vel Zodiacum etiam* eſſe dicatur, qvum ſub Zodiaco tractus ille magna ex parte contineatur. Et *extra ſidera jacere*, ſi eſſet de ſitu cis Zonam torridam, qvæ ſub Zodiaco eſt, intelligendum: qvid ſingulare hoc fuiſſet? qvum & Gallia, & Hiſpania, & alia viciniora Regna ſint extra eam Zonam? Qvin potiùs vult hic indicare Poëta aliqvid *& Magnum & Remotum*. *Magnum* innuit, qvum ait: *Jacet extra ſidera, Extra anni ſolisq; vias: Remotum*, qvum ea de Atlante addit. Secundum utrumq; rectè hunc locum de Atlantica Inſula interpretabimur. Hæc enim vaſtitate ſua utrobiq; tàm verſus Septentrionem, qvàm verſus Meridiem extra Zonam torridam, ſeu ut *Virgilius* loqvitur, *extra anni Solisq; vias*, qvæ in Zona torrida intra Tropicos ſunt, longè lateq; ſe exporrigit. Qvódq; Atlas ibi eſſe fingitur, id non de Atlante Mauritaniæ monte accipiendum eſt, ſed de remotiore hac Atlantica Inſula, cujus primus rex fuit Atlas, qvi inter decem fratres, in qvos, inſulæ hujus ampliſsimæ decem Regna fuerunt olim diſtributa, primogenitus ex Neptuno fuiſſe à *Platone in Critia*, cujus teſtimonium poſtea audiemus, ſcribitur: qvi Atlas etiam ampliſsimam & optimam ſortem præ cæteris Fratribus, ſimulq; totius inſulæ imperium ſummum fuit adeptus, adeò ut *inſula etiam tota, Atlantica*, ipſeq; *Oceanus alluens, Atlanticus* diceretur, ut ibidem *à Platone* diſſeritur. Hanc ergò vaſtiſsimam & remotiſsimam terram Imperio Romano aliqvando inventum & ſubjectum iri, *Anchiſes Virgilianus* apud Inferos Æneæ prædicit: vel potiùs *Virgilius* ſub προσωποποιΐα manium Anchiſæ, futurum aliqvando ominatur: licet in contingente hoc futuro aberraſſe Poëtæ omen, palàm ſit, qvum non à Romano aliqvo Monarcha, ſed ab Hiſpano hæc terra nuper demum inventa fuerit & ſubacta. De qvo tamen nobis cum alijs jam lis non erit, modò obtineamus, *Virgilium* hîc *Americam noſtram, non aliam terram* intellexiſſe.

Nec abs re erit producere *Senecæ* teſtimonium, qvi qvum ex veterum monumentis aliqvid de hac Terra cognoviſſet, denuò eam inventum aliqvando iri, oeſtro Poetico percitus vaticinatur *in Medea:*

— — — Venient annis
Secula ſeris, qvibus Oceanus
Vincula rerum laxet, & ingens
Pateat tellus, Typhisq; novos
Detegat orbes, nec ſit terris
Ultima Thule.

Qvid qvæſo de Inventione novi orbis clariùs potuiſſet prædici? Nihil certè. Nec mihi ullum eſt dubium qvin horum principum trium Poëtarum teſtimonia ſufficere poſsint, ad obtinendum, Terram illam, qvæ hodiè America dicitur, Veteribus non Incognitam fuiſſe.

Sed fortaſſe Poëtarum teſtimonia ſuſpectæ fidei eſſe ſuſpicamini, cogitantes illud: πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί? Ne ergo Poeticâ ſolummodo fide agere velle vobiſcum videar: agite, audite & Hiſtoricam ex ſcriptis præſtantiſsimorum Philoſophorum & Geographorum Hiſtoricorum petitam.

Prodeat ergo *Philoſophorum dux Plato.* In hujus *Timæo*, Critias ex ſententia Solonis, qvi ab Ægyptijs Sacerdotibus hæc acceperat, ita ad Socratem ait: *Narrant vetuſta ſcripta rerum Atticarum, in mari Atlantico, extra illas anguſtias, qvas* Ἡρακλέες στήλας *vocant, fuiſſe olim Inſulam qvandam Africa & Aſia majorem, ex qva ad alias Inſulas facilis eſſet trajectus.* Auditis, fuiſſe priſcis hominibus ante Socratis ætatem, notam Inſulam in mari Atlantico, Occidentali, extra columnas Herculis, Africa & Aſia majorem. Qvis adeò ſtupidus eſt, ut hæc de America non ſtatim interpretetur? Digito certe intendi videtur. Nominetur enim præter Americam alia in Oceano Atlantico, ex oppoſito columnarum Herculis Inſula, qvæ Aſia & Africa ſit major? Nulla dabitur.

Idem Plato in altero Dialogo, qvi Critias inſcribitur, hanc Atlanticam Inſulam prolixè à feracitate, divitijs, metallis, animantibus, fructibus, magnitudine, & alijs, ita deſcribit, ut cui alteri præterqvam Americæ ea deſcriptio competere qveat, à nemine hactenus potuerit indicari.

Accedunt huc etiam *Plinius & Strabo* in Geographicis, qvorum uterq; Platonis ſententiam de inſula Atlantica agnoſcit. Et apud eundem Strabonem *Crates Philoſophus* eandem nobiſcum loci Homerici modò citati interpretationem de Atlantica Inſula amplectitur.

Prodeat etiam *Platonis diſcipulus Ariſtoteles.* Hic in libello *de mirabilibus auditis*, ſcribit: *In mari Atlantico extra columnas Herculis inſulam olim à Carthaginenſibus fuiſſe inventam à nullis tunc hominibus, ſed tantùm feris habitatam & freqventibus arboribus refertam: fluminibus plurimis ad navigandum mirandam: à Continente plurium dierum navigatione remotam.*

Hæc

Hæc de America noſtra intelligenda eſſe, etſi jamdudum ſatis liqvet; magis tamen adhuc agnoſcetur, ubi poſtea *ex eodem Ariſtotele*, cauſam indicaverimus, qvare ſemel inventa, poſterioribus tamen hominibus cognita eſſe deſierit. Ita ergò non Poetæ ſolùm omnis humanæ ſapientiæ ſacerdotes, ſed & Principes Philoſophi, & Geographi Hiſtorici, unanimi conſenſu atteſtantur: *Terram illam, qvam nos propter recentem inventionem Novum Orbem appellamus priſcis Veteribus fuiſſe cognitam, nec hodiè demùm primo inventam, ſed potiùs reinventam.*

Poſſent, Auditores, hæc teſtimonia fidei faciendæ ſufficere. Sed agite videamus, annon etiam ex ſacris literis idem poſsit oſtendi? *Lib. 3. Reg. c. 9.* & *2. Paral. c. 8.* mentio fit Claſsis, emiſſæ à Salomone & Hiramo è littore maris rubri, ad advehendum aurum *ex Aupir:* Unde etiam 420, vel ut *in Paralipom:* eſt 450 auri talenta advecta fuiſſe additur, cum Hebeno & gemmis plurimis. Hanc *Ophir ſive Aupir* eandem eſſe cum noſtra America ſunt qvi non contemnendis rationibus adſtruant. Indicatur enim locus unde oram ſolverunt, qvi eſt portus maris rubri: unde per mare Indicum & Oceanum Æthiopicum ad Americam noſtram commodo curſu naves pervenire potuerunt.

Neqve tempus totius navigationis, videlicet triennium huic ſententiæ adverſatur: unde remotiorem à Mari rubro illam terram fuiſſe colligimus: Et non ſtatim ad prima littora Inſulæ Atlanticæ, vel Americæ noſtræ, ſed per fretum Magellanicum, ad occidentalia littora appuliſſe, veriſimile eſt, ad eum fortaſſe tractum, ubi nunc *Nova Hiſpania* eſt.

Ea qvoqve qvæ inde fuerunt advecta, ut auri talenta 420, gemmæ precioſæ, Hebenus ad architectonicam apta, & alia, Americæ, ſive Atlanticæ Inſulæ ſuffragari videntur: de qva *Plato in Critia* teſtatur, qvod auro, lignis omnis generis precioſis, & ad ædificationes aptiſsimis, gemmisq; ac metallis abundarit. Ut unde plus auri advehi potuerit, niſi ex hac Inſula non poſsimus ominari: præſertim qvum hiſtoriæ hodiernæ teſtentur: *Regnum Peru*, qvod Americæ pars eſt, auro gemmisq; abundare, & *Hebenum* in vicinis Inſulis, maximè *Hispagnola* nullam inveniri. Adde qvòd nomina non admodum diſcrepent. *Ophir* enim *ſive Aupir* eandem eſſe, qvæ hodie *Perua* ab ipſis incolis appellatur, non eſt vero abſimile, præſertim qvum eadem hiſtoria ſacra aurum illud ex *Aupir* præſtantiſsimum, alibi *aurum Peruanum* vel *ex Paruaim* nominat *2. Paralip. c. 3. v. 6.* : פַּרְוָיִם. Ut jam nullum dubium ſupereſſe videatur, qvo minus ſtatuamus, illam terram *Aupir ſive Peruaim* eſſe hanc ipſam noſtram Americam, cuius præcipuus qvidam tractus in Meridionali Cherſoneſo *Perua* ad hodiernum uſqve diem priſca appellatione nominatur. Ita ergò Auditores, non uno, ſed pluribus: non obſcuris, ſed evidentibus: non profanis tantùm, ſed & paucis teſtimonijs probatum hactenus vobis fuiſſe confido, Americam illam noſtram vetuſtiſsimis hominibus non incognitam fuiſſe.

NUNC ALIUD hinc exoritur enodandum, qvod paucis expediemus. Qvoniam enim ex hactenus allatis abundè conſtat, *Terram illam vetuſtiſsimis fuiſſe cognitam:* Jam non immeritò qværitur, *qvæ cauſa ſit, qvòd à temporibus, inde adhuc ante Platonem & Ariſtotelem, longè retrò numeratis, uſq; ad* 1500 *annum à nato CHRISTO circiter, & ita plus qvàm viginti ſeculis, ſeu* 2000 *annis incognita poſteà fuerit?* De qvo qvi ſe dubitare dicunt, habent cauſas dubitandi, meo judicio non contemnendas. Qvis enim non miraretur, tantæ magnitudinis inſulam ſemel cognitam, poſteà iterum tot ſeculis potuiſſe homines latere? Si eſſet exigua, & ex earum numero, qvas *Ariſtoteles* ὑποδεεστέρας vocat: non eſſet fortaſse, qvod miraremur. Jam verò tantæ audivimus eſſe magnitudinis, qvæ Aſiam & Africam longè ſuperet. Neqve etiam ſita eſt in ejuſmodi aliqva zona, qvò navigantibus minùs pateat iter: ſed amplitudine ſua, in omnes Zonas, Temperatas & Intemperatas, tractibus certis ſeſe extendit, ut ſi per unam zonarum ad hanc terram navigare commodè non liceret: per aliam tamen eadem adiri poſſet. Qvod ſi incredibilẽ & inſatiabilem auri argentiq; famem perpẽdimus, qvâ per mare, per terras, per ſaxa, per ignes, mortales vel ad extremos uſqve Indos feruntur; mirum certè eſt, eos ad tàm opulentiſsima hæc Regna hactenus nunqvam appuliſſe. Neqve minus hoc mirum accidit, ſi Regum & Monarcharum ſummam dominandi cupiditatem conſideramus, qvi ut Regnis ſuis, etiam ex remotiſsimis terris acceſsionem facerent, nihil intentatum reliqverunt: qvos qvomodo tot ſeculis, tot Regnorum opulentiſsimorum terra latere potuerit, non facilè qvis dixerit. Et aliàs magna eſt mortalium curioſitas; dum ſemper nova ſubinde inqvirere & inveſtigare ſtudio ſummo laborant, adeò ut ea etiam, qvæ in viſceribus terræ abſtruſa continentur, humanam aciem non effugerint, ut verè mirari liceat, ea qvæ in ſuperficie ſunt, tot ſeculis incognita manere potuiſſe. Et ſi dicere auderemus, cùm omni mortalium generi, cui ſtatim in creatione, generali gratia Deus orbem terrarum ſubjecit totum: tum verò vel maximè ſummis piorum ſeculorum Monarchis, qvi ſingulari privilegio terris dominati ſunt, ferè dedecus videtur fuiſſe tantas terras tamdiu ignoraſse: non minus atqve Patrifamilias turpe eſſet, ſi domus ſuæ conclave præcipuum non noſſet. Adde qvòd tot ſeculis tantus uſus fuit navigationum; qvibus ſi caruiſſemus, non eſſet, qvod nobis ipſi exprobraremus, aut tàm diuturnam hujus vaſtiſsimi tractus terræ ignorantiam tantopere miraremur. Hæc ergò omnia ſi conjunctim qvis conſideret, vix fieri potuiſſe credat, ut Inſula tàm magna & opulenta, ſemel inventa & cognita, poſtea tot ſeculis ἄγνωστος manſerit. Verùm ſi de hac qvæſtione *Platonem & Ariſtotelem* conſulemus; huius rei cauſas ex iis audiemus, licet diſcrepantes. *Plato* enim *in Timæo* cenſet, diluviorum & terræ motuum multitudine & magnitudine, unius noctis & diei ſpacio, omnes homines illius Atlanticæ Inſulæ abſorptos. adeoq; ipſam Inſulam, maris fluctibus planè oppreſſam, ipſumq; Mare Atlanticum ἄπο-

ρον

ρον & ἀδιεξόδευτον, trajectuq; difficile factum fuiſſe, qvum lutum adhuc copioſum ex Inſulæ illius reliqviis manſerit, ſicut hæc Critias ex ſeniore Critia, qvi ex Solone hæc cognoverat, audita, *in dicto Timæo* Socrati recenſet. Et *in altero dialogo, qvi Critias inſcribitur*, qvum multa de hac Atlantica Inſula diſſeruiſſet, de eodem interitu dicere inſtituit. Sed pars illa Dialogi temporum injuria ad nos non pervenit. De qva tamen narratione, ſive fabuloſa, ſive Allegorica hîc cum nemine contendemus.

Ariſtoteles verò *in modò citato libro de auditis mirandis*, aliam rationem reddit, vero propiorem. *Qvum Carthaginenſes*, inqvit, *qvi olim domini erant Occidentalis Oceani*, ſicut hodie Hiſpani ferè ſunt, *animadverterent, multos mercatores aliosq; homines, loci fertilitate, amœnitate & aeris clementia allectos & captos, ſedem ſuam ibi fixiſſe: Veriti ſunt, ne ſi Inſulæ illius fama ad alias nationes perveniret, magnus hominum ex variis terræ locis concurſus ad illam fieret*, qvi poſteà peculiari Imperio conſtituto ſibi non tantùm felicitatem illius Inſulæ præriperent, ſed ex ea etiam Carthaginenſe Imperium infeſtarent, marisq; dominium ſibi extorqverent. *Idcircò publico conſilio decreverunt, morte indicta, ne qvis poſthac eò navigaret. Et* ne ab iis, qvi jamdum illam Inſulam occuparant, periculum ſibi metuendum eſſet, *omnes eos, qvibus qvidem potiri potuerunt, expulerunt, aut interfecerunt.* Atqve hoc modo factum eſt, ut qvum nemo, Carthaginenſibus prohibentibus & caventibus, addo etiam tentantes hoc hoſtiliter avertentibus, eò navigare ampliùs auderet: Inſula illa, poſterioribus hominibus nota eſſe deſierit, & ignota poſteà multis ſeculis manſerit. Cui ſententiæ *Ariſtotelis* vero ſimillimæ ſubſcribere, non eſſe exiſtimo qvod dubitemus.

Etſi autem & aliæ huius rei rationes afferri poſſent, ut Bella, qvibus totus ferè mundus ſubſeqventibus ſeculis occupatus inqviſitioni novarum terrarum operam dare non potuiſſe videtur, & meo qvidem judicio fortè non malè: tamen qvia meum jam fuit propoſitum, ea ſolùm afferre, qvæ autoritate priſca, non tantùm conjecturis, licet per ſe non contemnendis niterentur: plura de hac re nunc afferre, ſupervacaneum exiſtimo: præſertim qvum ex his jam ſatis conſtet cuivis id, qvod propoſueramus, nimirum: *Et notam fuiſſe priſcis hominibus noſtram Americam*, Et *ob cauſam indicatam*, ſi modò Ariſtoteli Hiſtorica fides tribuenda eſt, *poſteà ad proximum uſqve ſeculum, qvo denuò inventa & recognita fuit, aliis gentibus Incognitam manſiſſe.*

DEO æterno Patri, cum Filio & Spiritu ſancto gratias agamus, qvòd homines ἀλφηστὰς regat, eosq; ad variarum rerum inventionem, naturæq; indagationem, & orbis qvem incolimus cognitionem perducat: præcipuè autem, qvòd nos agnitione verbi ſui Salvifici dignatus fuerit:

&

& qvum tot millia aliorum librorum interierint: tamen *Sacros codices*, cum ſaniorum Philoſophorum, præſertim *Platonis & Ariſtotelis* ſcriptis eruditiſſimis, nobis conſervarit. Idem benigniſsimus DEUS verbum ſuum incorruptum artesq; humaniores æternum inter nos ſonare ſinat: excitetq; in nobis non tàm terreni huius orbis cognoſcendi ſtudium, qvàm cœleſtem illam Patriam intrandi deſiderium, ubi πολίτευμα noſtrum eſt, ad qvod ut omnes nos per CHRISTUM Filium Unigenitum ex immenſa ſua gratia perducat, ſupplicisſimè fuſis precibus flagitamus.

FINIS.

RMM
II 80

92-08

A616
P648p

mine
te

by Americ[illegible]
Zie [illegible]

8/-

740502
I